
NAZIONALE
13
4 M
1



DECISIONES S. ROTAE ROMANAE

Coram R. P. D.

IO. BAPTISTA REMBOLDO GERMANO,

Eiusdem Sacr. Rotæ Auditore;

In vnum ex Originalibus recollectæ, ac Argumentis, Summarijs, & locupletissimis Indicibus ornatæ, resecatis tamen ijs Decisionibus, quæ alibi sunt impressæ, illisque tantum indicatis

ADDITA MANTISSÆ LOCO

Collectanea Votorum, & Responsorum:

Diuersorum Celebrium Iure Consultorum

Vna cum non nullis Additionibus, Argumentis, Summarijs, & Indice Locupleti.

OPERA, ET STVDIO

IOSEPHI DOMITII E' CIVITATE MONTIS ALTI I. V. D.









ROMÆ,

Ex Typographia Iosephi Corui, & Bartholomei Lupardi Impressorum Cameralium Vaticanorumq; M.DC.LXXVI.

Superiorum Permissu, & Priuilegio.

Imprimatur si videbitur Reuerendiss. P.M. Sac. Ap. Pal.

I. de Ang. Archiep. Vrb. Vicesg.

Imprimatur.

Fr. Raymundus Capisuccus Ord. Præd. Sacri Palatij Apostoli Magister.



ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. DOMINO

STEPHANO

ARCHIEPISCOPO BRANCACCIO,

VITERBIENSI EPISCOPO, ET SACRAE TRIDENTINI CONCILII CONGEGATIONIS SECRETARIO,

FELICITATEM.



VIDQVID siuè ad Doctrinam, & eruditionem, siuè ad æquitatem, atque Iustitiam spectat, Illustrissime, & Reuerendissime Domine, id iure quodam, vel tuum esse ducimus, vel tibi deberi arbitramur. Neque verò nostras dumtaxat, sed omnium ferè mentes hæc vna de te communis inuasit opinio: Nam, vt nihil hìc omninò loquamur de vetustissimæ familiæ tuæ nobilitate, deque tuis maioribus qui tum armis floruere tum litteris, inter quos extitit amplissimum Sacræ Purpuræ decus Eminentissimus Cardinalis Franciscus Maria Brancaccius fel. rec. Patruus tuus, qui non solum in recenti adhuc hominum memoria, sed etiam in te ipso tanquam in suo viuit exemplari; Norunt omnes eximiam sapientiam tuam, singularem prudentiam, infractam æqui, rectique tenacitatem, innumerasque alias animi tui dotes, quibus insignitum non solum

hæc

hæc Vrbs cęterarum omnium Ciuitatum Nobile Compendium, vbi Sacræ Tridentini Concilij Congregationi à ſecretis conſtitutus publicum edis tuæ ſpecimen virtutis, non Florentia ſolum, non Venetiæ, ex quibus tam egregiè perſunctus legationibus vberrimam gloriæ meſſem reportaſti, non denique Viterbienſis tantùm Eccleſia, cuius gubernaculo inſulatus ipſe Rector manum admouens exemplum præbuiſti regendi fortiter, & ſuauiter, Te prędicat, ſed terrarum ferè Orbis vniuerſus commendat. Quapropter cum Volumen hoc Rot. Deciſiones à Remboldo collectas continens in lucem ſimus edituri, vt ipſum tibi offeramus, vides, quanta poſtulet officioſæ ratio neceſsitatis: Cum enim nihil, niſi quod ad ſapientiam; atque Iuſtitiam, Aequitatemque pertineat, complectatur, tuum quodammodo eſt, & tibi debetur. Tui ſumus nos quoque, qui offerimus, ſtudio, & voluntate: Itaque rogamus enixè, vt æquo animo nos, & hoc obſequentiſſimæ noſtræ obſeruantiæ monumentum accipias. Vale.

E' Typographia Camerali die 27. Iulij *1676.*

Obſequentiſs. & humillimi famuli
Ioſeph. Coruus, & Bartholomeus Lupardus Typrographi Camerales.

INDEX DECISIONVM PER DIOECESES

A

B

† Eadem

C

Eadem

Eadem

INDEX

INDEX DECISIONVM PER MATERIAS

A

B

E

F

G

H

I

Firma-

L

M

N

O

G

H

I

Firma-

L

M

N

O

P

Ro-

Q

R

S

T

V

INDEX



INDEX ARGVMENTORVM DECISIONVM.

Vna cum Indice causarum iuxta seriem temporis prout in Volumine Iacent.

ARIMINEN. FIDEICOMMISSI.
Vener. 18. Aprilis 1614.
ARGVMENTVM II.

ADMISSIO filiorum ad portionem transmissam à Matre in substitutione fideicommissaria, an inducatur per coniecturas, & quę requirantur.

CIVITATIS CASTELLI, SEV PERVSINA DOTIS.
Veneris 18. Aprilis 1614.
ARGVMENTVM III.

Bona, quando censeantur data in dotem æstimata, istaque æstimatio importet emptionem, ità vt Maritus, etiam soluto matrimonio, faciat fructus suos, & quod bonorum emphiteoticorum alienatio substineatur inter contrahentes, eiusque hæredes, tacitusque Domini directi consensus in hoc sufficiat.

ROMANA ADMINISTRATIONIS.
Mercurij 21. Maij 1614.
ARGVMENTVM VI.

Administratio generalis mercium, ex quibus probata remaneat.

ROMANA DE CINCIIS.
Lunæ 17. Nouembris 1614.
ARGVMENTVM XVII.

Clausula *Cum Annexis, & Connexis* apposita in Commissione Appellationis non comprehendit causam specialiter commissam, licet aliquo modo sit connexa cum prima.

LVCANA BENEFICII.
Mercurij 19. Nouembris 1614.
ARGVMENTVM XVIII.

Lis ex quibus dicatur introducta super Iurepatronatus, & hoc non probato, quando Beneficium possit ab Ordinario conferri.

TAVRINEN. PENSIONIS
Lunæ 1. Decembris 1614.
ARGVMENTVM XX.

Priuilegium Conclauistarum transferendi Pensiones reseruatas comprehendit Pensiones reseruatas tempore concessionis Priuilegij, & alias quascumque reseruatas de tempore translationis.

ROMANA NVLLITATIS OBLIGATIONIS
Lunæ 15. Decembris 1614.
ARGVMENTVM XXI.

Conditio apposita in sententia quomodo, & à quo verificanda. Versio in vtilitatem Pupilli probanda est ab allegante. Exceptio illiquida non impedit actionem liquidam.

BONONIEN. PECVNIARIA
Lunæ 15. Decembris 1614.
ARGVMENTVM XXII.

Promissio consignandi scripturas intra certum tempus, quid importet, & quomodo sit Intelligenda, & alia de quibus in summario.

LVCANA BENEFICII
Vener. 9. Ianuarij 1615.
ARGVMENTVM XXVI.

Translatio Pensionis facta in Testamento ab habente facultatem, per verba *velle transferre*, non tenet.

INTERAMNEN. AQVARVM.
Veneris 13. Martij 1615.
ARGVMENTVM XXXIII.

Aquæ possessio ex quibus probetur, & quando Aqua in proprium fundum ingressa dicatur propria, vt de ea disponi valeat, etiam in præiudicium possidentium fundos inferiores.

LVCANA BENEFICII.
Veneris 27. Martij 1615.
ARGVMENTVM XXXIV.
Clericus de familia fundatoris præsentatus à maiori parte Patronorum institui debet. Descendentia à fundatore Iurispatronatus ad effectum institutionis, ex quibus dicatur probata.

BONONIEN. EXECVTIONIS LAVDI.
Lunæ 30. Martij 1615.
ARGVMENTVM XXXVI.
Pensio est diminuenda pro rata damnorum, quæ Conductor ex combustione rei locatæ ex fulgure proueniente, & ex eiusdem euictione est passus.

VRBEVETANA IVRISPATRONATVS.
Veneris 3. Aprilis 1615.
ARGVMENTVM XXXVII.
Iuspatronatus probatur per Instrumētum reædificationis Ecclesiæ, & ex interpositione decreti pro reseruatione iurispatronatus à Vicario facta.

VERCELLEN. CANONICATVS.
Lunæ 4. Maij 1615.
ARGVMENTVM XXXIX.
Gratia est plenè iustificanda, maximè ad effectum priuationis, nec attenditur probatio æquiuoca.

TERRACINEN. SEPARATIONIS THORI.
Lunæ 25. Maij 1615.
ARGVMENTVM XLIII.
Adulterium Viri, ac illius sæuitia, nec non odium capitale, ac inimicitia cum ipsius Consanguineis sunt iustæ causæ separationis Thori exclusa omni cautione.

CALAGVRITANA BENEFICII DE CVACV.
Lunæ 15. Iunij 1615.
ARGVMENTVM XLIX.
Constitutio pœnalis strictè est interpretanda, & pœna excluditur per quamcumque actus interpretationem.

ROMANA DONATIONIS PROPTER NVPTIAS.
Lunæ 22. Iunij 1615.
ARGVMENTVM L.
Saluianum non datur in bonis alienari prohibitis. Prohibitio alienationis non extenditur ad debita prohibentis.

VRBEVETANA IVRISPATRONATVS.
Veneris 26. Iunij 1615.
ARGVMENTVM LIII.
Iuspatronatus ad hoc, vt acquiratur, requiritur consensus Ordinarij, & qualiter hoc intelligatur spatio octuaginta annorum, & per præsentationes effectuatas omnia necessaria præsumuntur interuenisse.

ROMANA LITTERARVM CAMBII.
Veneris 27. Nouembris 1615.
ARGVMENTVM LVI.
Retentio non datur in credito illiquido. Secuta acceptatione litterarum Cambij non datur regressus ad scribentes, nisi facta protestatione contra Acceptantes, & an, & quando sit locus pœnitentiæ.

SENOGALLIEN. AFFICTVS.
Veneris 27. Nouembris 1615.
ARGVMENTVM LVII.
Obligatio conditionalis habet locum solum adimpleta conditione Affictus præsumuntur soluta ex fructibus Rei.

MACERATEN. PECVNIARIA.
Veneris 4. Decembris 1615.
ARGVMENTVM LVIII.
Solutio facta Tutori liberat soluentem, & sufficit, quod fiat ei, qui comuniter talis reputabatur. Confessio de recepto Tutoris non prǣiudicat Pupillo. Versio probatur coniecturis.

SPOLETANA BONORVM
Veneris 11. Decembris 1615.
ARGVMENTVM LXI.
Reintegratio ad bona spontè dimissa, & de proprio consensu distracta non datur.

PARMEN. PENSIONIS.
Veneris 15. Ianuarij 1616.
ARGVMENTVM LXVI.
Latè, & Magistraliter firmatur, quod Pensio reseruata, non facta mentione alterius pensionis antecedenter super eisdem fructibus reseruatæ sit nulla, etiamsi in secunda Reseruatione adsint Clausulæ: *Etiamsi super illis alia Pensiones annua alys assignata existerent, & omnes Pensiones huiusmodi medietatem fructuum non excederent*: & Clausula *Ac quibuscumque fructibus, redditibus, & prouentibus Ecclesiasticis loco Pensionum annuarum, ac priori primum, ac quibusuis alys Pensionibus, fructibus sibi reseruatis, & reseruandis*: vbi quid istæ Clausulæ operentur, quandoque in secunda gratia sit facienda mentio de prima, & quando non.

BONONIEN. EXECVTIONIS LAVDI.
Mercurij 27. Ianuarij 1616.
ARGVMENTVM LXVIII.
Conductori est facienda remissio Pensionis, si bona illi fuerunt occupata, item si bona erant minoris mensuræ, quam fuissent expressa. In laudo non compræhenduntur prætensiones iàm sopitæ, maximè si fuerit datum folium album, quia tunc non censetur certioratus subscribens de omnibus ibidem postea scriptis.

BRIXIEN. FVNERALIVM.
Lunæ 1. Februarij 1616.
ARGVMENTVM LXX.
Ecclesia Parochialis non potest prætendere, nisi quartam funeralium in Ecclesijs subiectis, quando illæ ex indulto habent ius funerandi.

VER-

VERCELLEN. CANONICATVS.
Luna 1. *Febr.* 1616.
ARGVMENTVM LXXI.

De optione ordinum, & membrorum Canonicatuum in Ecclesia Vercellensi, an sint connexa, vel distincta, & de statutis, & consuetudinibus illius Ecclesiæ, latè.

FIRMANA BONORVM.
Vener. 15. *Aprilis* 1616.
ARGVMENTVM LXXIV.

In contractibus solemnitates loci contractus sunt seruandæ. Fideicommissum perpetuum ex prohibitione alienationis quando inducatur. Clausula *Ad habendum* quomodo intelligenda.

LEODIEN. DOMVS CLAVSTRALIS.
Luna 18. *Aprilis* 1616.
ARGVMENTVM LXXVI.

Res iudicata est exequenda. Statutum prohibens appellationem à sententia, intelligitur à sententia iusta. Successio simultanea, seù ordine successiuo quando admittenda.

MEDIOLANEN. SEV ROMANA PENSIONIS.
Mercur. 4. *Maij* 1616.
ARGVMENTVM LXXVIII.

Translatio Pensionis facta per verbum *Volo* non est valida.

CALAGVRITANA IVRISPATRONATVS DE VIANA.
Luna 9. *Maij* 1616.
ARGVMEMTVM LXXX.

Vniuersitas, & Parochiani sunt de personis suspectis de vsurpatione Iurispatr. ideoque debet constare vel de dotatione, & fundatione, vel de præsentationibus effectuatis spatio 50. annorum.

ANCONITANA RESTITVTIONIS DOTIS.
Mercurij 18. *Maij* 1616.
ARGVMENTVM LXXXI.

Statutum Anconæ *rubr.* 47. defert lucrum marito superstiti tertiæ partis dotium, & de illius declaratione. Interusuria dotalia debentur viro sustinenti onera Matrimonij; Maritus tenetur ad impensas funeris pro parte lucri dotalis.

ROMANA MERCIVM, SEV DEPOSITI.
Veneris 20. *Maij* 1616.
ARGVMENTVM LXXXII.

Societas finitur per mortem socij. Solidatio lucrorum non probat finem societatis.

MELITEN. HABITVS.
Mercurij 25. *Maij* 1616.
ARGVMENTVM LXXXIII.

Nobilitas probatur ex fama, & alijs in decisione.

LEODIEN. CAPPELLÆ.
Luna 30. *Maij* 1616.
ARGVMENTVM LXXXIV.

Manutentio debetur possidenti beneficium, cuius possessio fuit capta nomine Cameræ, & postea eidem cessa. Sententia nulla, & iniusta non priuat possessione, etiamsi lata fuerit vigore clausulæ *Appellatione remota*. Iurisdictio data cum clausula *Postquam paruerit*, est conditionalis, & non potest exerceri, conditione non adimpleta, & quando dicatur sufficienter impleta, vel non.

FIRMANA PECVNIARIA.
Luna 30. *Maij* 1616.
ARGVMENTVM LXXXV.

Emptor potest agere aduersus Venditorem pro traditione rei venditæ liberæ, & excipere in petitione pretij, quod res tradita non sit libera.

PERVSINA CENSVVM.
Mercurij 1. *Iunij* 1616.
ARGVMENTVM LXXXVI.

Solutio facta illi, cum quo contractus est celebratus, liberat, licet ille non sit verus creditor.

VLIXBONEN. VICARIÆ, SEV CONCVRSVS.
Luna 6. *Iunij* 1616.
ARGVMENTVM LXXXVIII.

Subrogationi ad hoc vt sit locus, lis debet esse super titulo beneficij.

NVLLIVS LOCATIONIS.
Luna 27. *Iunij* 1616.
ARGVMENTVM XCI.

Narratiua Papæ quando probet.

ROMANA SANCTI THOMÆ.
Luna 13. *Nouembr.* 1616.
ARGVMENTVM XCV.

Spoliatio dicitur, si fuerit denegata possessio finita locatione. Clausula (*prout de iure*) limitat Rescriptum. Responsio positionibus facta per verbum *non credit, prout ponitur, & ad effectum, ad quem ponitur* approbatur à Rota.

TIBVRTINA IVRIS MOLENDI.
Sabbati 26. *Nouembr.* 1626.
ARGVMENTVM XCVI.

Testes subditi, contrarij, & æquiuoci non probant. Prohibitio molendi ad hoc vt noceat Communitati debet esse facta per Bannum legitimè promulgatum, & constare de acquiescentia, & actus particularium Communitati non nocent.

AMERINA SVPPLEMENTI LEGITIMÆ.
Sabbati 26. *Nouembr.* 1616.
ARGVMENTVM XCVII.

Filia fœmina exclusa vigore statuti, stantibus masculis abintestato censetur etiam exclusa ex Testamento.

INTERAMNEN. AQVARVM.
Luna 12. *Decembr.* 1616.
ARGVMENTVM CIII.

Manutentio in quasi possessione vsus aquarum

etiam priuatiuè quoad alios conceditur habenti possessionem exclusiuam cæterorum.

ROMANA LEGITIMÆ.
Veneris 16. *Decembr*. 1616.
ARGVMENTVM CIV.

Dotis solutio non præsumitur, sed est probanda, & aliquæ afferuntur coniecturæ ad tollendam præsumptionem solutionis resultantis ex diuturnitate temporis, & substentatione onerum matrimonij.

FIRMANA BENEFICIORVM.
Vener. 13. *Ianuarij* 1617.
ARGVMENTVM CVI.

Manutentio, & reintegratio non competunt spoliato auctoritate Iudicis, nisi nullitas, seù iniustitia vndequaque pateat sit, & notoria. Nullitas sententiæ, quæ & quando sanari possit, stante clausula *Arbitrio* apposita in commissione.

CATHANIEN. EXPENSARVM.
Luna 16. *Ianuarij* 1617.
ARGVMENTVM CVII.

Appellatio conceditur ab excessiua tantum taxatione expensarum. Taxatio præstationem iuramenti non exigit, & vbi agitur de expensis illiquidis, pendet ab arbitrio Iudicis ex vsu, & consuetudine regulando.

MELITEN. ANTIANITATIS.
Luna 16. *Ianuarij* 1617.
ARGVMENTVM CVIII.

Quasi possessio Antianitatis, sicut cæterorum iurium incorporalium acquiritur etiam per vnicum actum, quando causa respectu omnium est vniformis, & vniuersalis, nec scientia illius contra quem possessio acquiritur, est necessaria, vbi alij idem interesse habentes sciunt, & patiuntur, vel vbi possidens habet titulum.

ROMANA SALVIANI.
Luna 30. *Ianuarij* 1617.
ARGVMENTVM CX.

Reseruatio iurium ad sui fauorem facta à cædente, quommodo intelligatur. Cessio iurium reportata à soluente de pecunijs debitoris resoluitur inquietationem, & liberationem. Circuitus tunc solum est euitandus, quando in totum est inutilis.

ARIMINEN. LIQVIDATIONIS FRVCTVVM.
Vener. 13. *Februar*. 1617.
ARGVMENTVM CXI.

Liquidatio fructuum vtpotè difficilis probationis plurimum pendet ab arbitrio Iudicis, qui potest se fundare in coniecturis, alijsque imperfectis probationibus.

PERVSINA EXECVTIONIS.
Luna 20. *Febr*. 1617.
ARGVMENTVM CXIII.

Iudex sequi potest æstimationem primi Periti, quando est media inter alias. Producens testes etiam nulliter examinatos, ita eorum dicta approbasse censetur, vt contra ipsum plenè probent.

VITERBIEN. TERRÆ VETRALLÆ.
Veneris 20. *Februarij* 1617.
ARGVMENTVM CXIV.

Attentatum vnius ex litis consortibus alteri etiã præiudicat, quo minus causam prosequi possit, donec purgatum remanserit.

BONONIEN. DE FORMAGLIARIS.
Vener. 14. *Aprilis* 1617.
ARGVMENTVM CXIX.

Sententia habet præsumptionem iuris pro se, & omnia de iure seruanda pro illius validitate seruata censentur.

SENOGALLIEN. BONORVM.
Vener. 14. *Aprilis* 1617.
ARGVMEMTVM CXX.

Manutentio concedenda est anteriori Possessori contra factum Iudicis appellatione pendente vel post inhibitionem Rotalem nulliter, & attentatè ad executionem procedentis.

ROMANA DOTIS.
Luna 17. *Aprilis* 1617.
ARGVMENTVM CXXI.

Mandatum executiuum contra Tertium in Instrumento non nominatum relaxari non potest, si causa in eo expressa corruit, exalia substineri non potest. Confessio dotis receptæ facta constante Matrimonio, an, & quando tertio præiudicet, & animo donandi, seù potius sub spe futuræ remunerationis facta præsumatur.

ROMANA DE CINCIIS.
Vener. 21. *Aprilis* 1617.
ARGVMENTVM CXXIII.

Nonnulla adducuntur addenda alijs decisionibus, vt facti vera notitia in hac causa habeatur, & confessiones in ea factæ intelligantur.

ROMANA DONATIONIS.
Mercurij 10. *Maij* 1617.
ARGVMENTVM CXXV.

Donatio non ex eo, quod in prohemio faciat mentionem mortis, talis censenda est, si substantia contractus repugnet, seù ex alijs constet esse inter viuos. Causæ cognitio à statuto Vrbis requisità facta semper præsumitur à Iudice interponente decretum, & si de ea non appareat ex actis.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE BISCAGLIS.
Vener. 17. *Maij* 1617.
ARGVMENTVM CXXVI.

Ægidiana non intrat, stante nullitate, vel notoria Iniustitia sententiæ. Transactionis vigore possessionem dimittens, ad illam amplius reintegrari non potest, etiamsi transactio esset nulla, vel rescindenda.

ASCV-

ASCVLANA LEGATI.
Vener. 12. *Maij* 1617.
ARGVMENTVM CXXVII.

Statutum Ciuitatis Asculi dans facultatem filiæ familias disponendi de sua dote, ac si esset Mater familias subsltinetur, & habet locum, etiamsi fuerit in Instrumento dotali conuentum, quod filia sine filijs decedente, dos restitueretur cui de iure, quia promissio intelligitur, quatenus aliter de dote non disponat.

ROMANA SPOLII.
Lunæ 22. *Maij* 1617.
ARGVMENTVM CXXX.

Possessio continuatur in hæredem, & ex quibus probetur. Citatio an requiratur stante pacto capiendi propria auctoritate in casu caducitatis, & caducitas quomodo probanda, & quomodo excusetur.

BONONIEN. DE GOZZADINIS.
Mercur. 24. *Maij* 1617.
ARGVMENTVM CXXXI.

De effectu clausulæ constituti. Fructus hæreditatis, & res ex eis comparatæ, an, & quando ad hæredem pertineant. Appellatio an detur ab executione, & alia, de quibus in summario.

SALAMANTINA FRVCTVVM.
Vener. 2. *Iunij* 1617.
ARGVMENTVM CXXXII.

Impeditus residere facto Capituli, vel ab alio electus facto Iudicis incompetentis nequit distributionibus priuari, nec illæ à Capitulo inter se diuidi, sed omnes Beneficiato debentur.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE CINCIIS.
Lunæ 9. *Iunij* 1617.
ARGVMENTVM CXXXIV.

Prætendens se esse vocatum ad fideicommissum vigore Testamenti tenetur concludenter probare conditiones in eo appositas. Non est purificata conditio deficientiæ lineæ, si vltimus damnatus sit vltimo supplicio, dum adhuc pendet iudicium restitutionis in integrum à dicta condemnatione;

FIRMANA BONORVM.
Lunæ 12. *Iunij* 1617.
ARGVMENTVM CXXXV.

Protestationes quando, & quomodo fieri debent, fideicommissum ex quibus verbis inducatur.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE STEPHANELLIS.
Vener. 23. *Iunij* 1617.
ARGVMENTVM CXXXIX.

Prætentio detractionum quando est turbida non retardat immissionem. Alienationes regulariter censentur factæ ad computum detractionum, pro quibus detractionibus potest res fideicommissaria obligari.

NVLLIVS PAROCHIALIS
Lunæ 26. *Iunij* 1617.
ARGVMENTVM CXL.

Beneficium quando sit de iurepatronatus, & quomodo probetur.

VLIXBONEN. VICARIÆ, SEV CONCVRSVS.
Vener. 26. *Nouembr.* 1617.
ARGVMENTVM CXLI.

Regula de Triennali tollitur per molestiam illatam, tam de iure, quam de facto, tam iudicialiter, quam extraiudicialiter.

LEODIEN. BENEFICII.
Lunæ 3. *Iunij* 1617.
ARGVMENTVM CXLII.

Possessio beneficij facta per tactum Annuli Portæ Ecclesiæ quando sit valida.

ROMANA FIDEICOMMISSI.
Vener. 17. *Nouembr.* 1617.
ARGVMENTVM CXLIII.

Fideicommissum fieri potest in contractu. Probatio existentiæ, & præmorientiæ filiorum, cui incumbat, afferuntur plurimæ coniecturæ, ex quibus receditur à Consilio *Oldradi* 21.

METEN. ADMINISTRATIONIS, EPISCOPATVS.
Lunæ 27. *Nouembr.* 1617.
ARGVMENTVM CXLV.

Collatio facta à Canonicis vigore administrationis concessæ à Capitulo de Archidiaconatu an sit valida, & an requiratur consensus omnium, an vero sufficiat maioris partis.

BONONIEN. ALIMENTORVM.
Lunæ 4. *Decembr.* 1617.
ARGVMENTVM CXLVI.

Alimenta quando non censeantur data animo donandi.

ALGAREN. DISMEMBRATIONIS.
Lunæ 4. *Decembr.* 1617.
ARGVMENTVM CXLVII.

Acta extracta à Notario Actuario sine alia solemnitate præsumuntur integra, & non indigent alia recognitione, si veniunt de longinquo, creditur Notario, se esse talem, qualem se facit.

ALBANEN. VINEÆ.
Lunæ 18. *Decembr.* 1617.
ARGVMENTVM CXLVIII.

Sententia reuocans aliam sententiam iustam est reuocanda, iustitia sententiæ ex quibus probetur.

ORIOLEN. CANONICATVS.
Mercur. 24. *Ianuarij* 1618.
ARGVMENTVM CLIV.

Possessorium cum petitorio quando cumulari debeat; Capitulum non est legitimus Contradictor ad impediendam immissionem. Litteræ Apostolicæ executioni demandandæ sunt.

RAVENNATEN. SALVIANI.
Lunæ 12. Februarij 1618.
ARGVMENTVM CLIX.
Hypotheca quando competat, & quando extincta dicatur per transactionem, vel cessionem, Hæres cum beneficio legis, & Inuentarii potest impugnare factum Defuncti, & non confundit actiones.

ILCINEN. IVRISPATRONATVS.
Veneris 16. Februarij 1618.
ARGVMENTVM CLX.
Agitur quando duæ familiæ sint vocatæ coniunctim ad feudum, & non ordine successiuo, quod colligitur ex verbis, & ex obseruantia subsequuta.

MVTINEN. HAEREDITATIS.
Mercurij 14. Martij 1618.
ARGVMENTVM CLXIII.
Breuis forma ad vnguem seruanda est, nec potest extendi ad non expressa.

HISPALEN. CERAE SACRARIAE.
Lunæ 7. Maij 1618.
ARGVMENTVM CLXX.
Confessio adminiculata quando præiudicat successori. In iudicio summario, sufficiunt præsumptiones: Cappellani cum cura animarum antequam admittantur ad exercitium, debent ab Episcopo examinari, non obstante quolibet priuilegio in contrarium.

PAMPILONEN. PAROCHIALIS.
Lunæ 14. Maij 1618.
ARGVMENTVM CLXXII.
Ab excommunicatione quando dicatur impetrata absolutio saltem in foro cõscientiæ, quod sufficit ad hoc, vt sacramenta percipi possint.

FIRMANA IVRISPATRONATVS.
Lunæ 28. Maij 1618.
ARGVMENTVM CLXXVIII.
Instrumentum antiquissimum quando dicatur in forma publica, & probanti, & quæ requirantur.

ROMANA NVLLITATIS OBLIGATIONIS.
Mercurij 6. Iunij 1618.
ARGVMENTVM CLXXIX.
Agitur latissimè ad quem spectet liquidare quātitatem vigore sententiæ.

CVSENTINA BENEFICII.
Mercurij 6. Iunij 1618.
ARGVMENTVM CLXXX.
Reijciuntur præsumptiones, quod Ecclesia sit erecta in Beneficium.

ROMANA EXHIBITIONIS LIBRORVM.
Veneris 8. Iunij 1618.
ARGVMENTVM CLXXXI.
Latissimè arguitur, & probatur existentia librorum penes aliquem.

ROMANA FIDEICOMMISSI.
Lunæ 18. Iunij 1618.
ARGVMENTVM CLXXXIII.
Identitas ex quibus probetur, facultas alienandi quomodo intelligatur.

ELBOREN. ORDINVM.
Lunæ 25. Iunij 1618.
ARGVMENTVM CLXXXVI.
An Ordinarius possit cogi ad aliquem ordinandum.

LEODIEN. CAPPELLAE.
Lunæ 25. Iunij 1618.
ARGVMENTVM CLXXXVIII.
Clausula *Arbitrium* quid operetur, & quando sit locus.

METEN. ADMINISTRATIONIS EPISCOPATVS.
Mercurij 4. Iulij 1618.
ARGVMENTVM CLXXXX.
Quando electio vigore indulti censeatur legitima

SENOGALLIEN. AFFICTVS.
Mercurij 4. Iulij 1618
ARGVMENTVM CXCIV.
Libri quando sint, & à quibus exhibendi.

ELBOREN. ORDINVM.
Lunæ 12. Nouembris 1618.
ARGVMENTVM CXCV.
Ordinarius non potest cogi ad aliquem ordinandum, nisi habeat beneficium, cui ordo sit annexus.

ROMANA HÆREDITATIS DE GRACCHIS.
Mercurij 5. Decembris 1618.
ARGVMENTVM CCIII.
Agitur de furioso, & quando illius Testamentum sit validum.

FOROLIVIEN. BONORVM.
Veneris 14. Decembris 1618.
ARGVMENTVM CCIV.
Latè agitur an, & quando in concessione detur ius accrescendi, vel non decrescendi.

VALENTINA BENEFICII.
Mercurij 23. Ianuarij 1619.
ARGVMENTVM CCXI.
Peritia pulsandi organum, aut alia qualitas à fundatore Iurispatronatus requisita omnino concurrere debet itàut illi neque Nuncius derogare possit.

LVNEN. SARZANEN. PENSIONIS.
Mercurij 20. Februarij 1619.
ARGVMENTVM CCXVII.
Pensionarius non potest obtinere mandatum de manutenendo in quasi possessione exigendi pensionem, nisi iuxtà quantitatem, in qua est solitus exigere, quamuis illa in maiori summa appareat reseruata.

MV-

transferunt onus probandi contrarium in Aduersarium. Probatio turbida non releuat.

BONONIEN. ALIMENTORVM.
Luna 30. Martij 1620
ARGVMENTVM CCLXXIX.
Legatum Alimentorum in Domo factum alicui debetur, etiam si in illa non habitauerit; maximè si habuerit iustam causam non habitandi quæ dicatur lis, & numerus filiorum.

ROMANA PECVNIARIA
Luna 30. Iunij 1620.
ARGVMENTVM CCLXXX.
Societas non tenetur pro debito Consocij nomine proprio, & particulari contracto, nisi pro rata suæ portionis.

TOLETANA DISMEMBRATIONIS.
Luna 6. Aprilis 1620.
ARGVMENTVM CCLXXXII.
Dismembratio præsumitur facta cum solemnitatibus ex lapsu temporis.

AQVILANA BENEFICII.
Luna 6. Aprilis 1620.
ARGVMENTVM CCLXXXIII.
Conferendi quasi possessio beneficium probatur etiam ex vnica collatione effectum sortita, & effectuatio probatur per testes deponentes de collatione, & per vacationem actualem.

ROMANA PRETII FERRI.
Veneris 22. Maij 1620.
ARGVMENTVM CCLXXXVI.
Conditio apposita in fideiussione est omninò seruanda, vt fideiussor possit conueniri; & ista conditio censetur etiam repetita in alia parte instrumenti. Scriptura facta inuito aliquo non censetur approbata per illius retentionem. Soluens sibi præiudicat quoad quantitatem solutam, non in totum.

MEDIOLANEN. DECIMARVM.
Luna 25. Maij 1620.
ARGVMENTVM CCLXXXVII.
Decimæ à Laicis contra Ecclesiam non possunt præscribi. Locus erectus absque auctoritate ordinaria, & gubernatus à Laicis censetur Laicalis. Ad præscribendas decimas aduersus Parochialem requiritur quadragenaria cum titulo, vel immemorabilis, & de illius probatione.

CASALEN. CANONICATVS.
Veneris 5. Iunij 1620.
ARGVMENTVM CCLXXXIX.
Residentia causatiua in aliquo beneficio non facit titulum incompatibilem. Non expressio alicuius qualitatis quando gratiam annullet.

ASTEN. CANONICATVS.
Luna 15. Iunij. 1620.
ARGVMENTVM CCXCIII.
Beneficia Subcollectorum quando sunt plures non cadunt sub reseruatione Regulæ 4. Cancellariæ.

RAGVSINA ATTENTATORVM
Luna 15. Iunij 1620.
ARGVMENTVM CCXCIV.
Gesta post appellationem sunt attentata. A gestis in visitatione per Episcopum non datur appellatio suspensiua in iis, quæ concernunt paternam correctionem, in alijs verò magni præiudicij secus est.

ROMANA SALVIANI
Mercurij 1. Iulij 1620.
ARGVMENTVM CCXCX.
Ex bonis dotalibus, quorum vsusfructus Patri spectat, proprietas filijs sunt detrahenda ex ipso vsufructu alimenta pro filijs in subsidium.

BONONIEN. DE MANZOLIS.
Veneris 27. Nouembris 1620.
ARGVMENTVM CCCI.
Executores, & Administratores deputati in testamento tenentur reddere rationem, & quomodo probetur acceptatio ad ministrationis.

CALAGVRITANA IVRISPATRONATVS DE VIANA.
Veneris 18. Nouembris 1620.
ARGVMENTVM CCCX.
Successor in officio Notariatus potest extrahere illius scripturas absque Compulsorialibus, & de consuetudine Hyspaniarum circa hoc.

ROMANA, SEV VELITERNA AFFICTVS
Mercurij 23. Decembris 1620.
ARGVMENTVM CCCXI.
Forma rescripti ex quibus non dicatur impleta.

COMEN. DECIMARVM.
Sabbathi 23. Ianuarij 1620.
ARGVMENTVM CCCXIV.
Plura deducuntur ad probandam Ecclesiæ Parochialitatem.

ROMANA VIGESIMAE.
Sabbathi 23. Ianuarij 1620.
ARGVMENTVM CCCXV.
Latè agitur, quando diminutio facta à Papa alicuius Officij redditum sit perpetua, vel temporalis.

CAMERINEN. SEV MACERATEN. PRAEDII.
Luna 8. Martij 1621.
ARGVMENTVM CCCXIX.
Mandatum de manutenendo possidenti conceditur. Possessio ex quibus probetur. Suspenditur per appellationem. Census non dicitur extinctus ex disdicta, non probata illius purificatione.

BRACHAREN. BENEFICII.
Mercurij 12. Martij 1621.
ARGVMENTVM CCCXXII.
In resignationibus debet seruari Bulla Gregorij XIII.

AVE-

Index

AVENIONEN. DOMVS.
Mercurij 17. *Martij* 1621.
ARGVMENTVM CCCXXIII.
Scriptura quando sit benè extracta è suo transumptu.

BONONIEN. DE MANZOLIS.
Lunæ 27. *Martij* 1621.
ARGVMENTVM CCCXXV.
Latissimè agitur de statuto Bononien. permittente vsuram dotalem viduis, facta interpellatione tantum extraiudiciali.

CORDVBEN. PRAESTIMONII.
Veneris 30. *Aprilis* 1621.
ARGVMENTVM CCCXXVIII.
Quando intret arbitrium Rotę ad substinendam sententiam sine citatione ad videndum examinari Testes.

CONCHEN. DECIMARVM.
Veneris 14. *Maij* 1621.
ARGVMENTVM CCCXXXI.
Agitur de sententia extracta à suo originali quomodo sit ritè, & rectè extracta.

BONONIEN. FRVCTVVM DE GOZZADINIS.
Lunæ 17. *Maij* 1621.
ARGVMENTVM CCCXXXII.
Latè agitur de fructibus Legati facti pro dote, quando debeantur, & à quo peti debeant.

ASTEN. CANONICATVS.
Mercurij 2. *Iunij* 1621.
ARGVMENTVM CCCXXXVI.
Beneficia subcollectorum sunt reseruata, sed debent esse deputati generaliter, non autem solum ad exigendum, & qualiter probetur deputatio tantum ad exigendum, habetur latè per totam decisionem, vbi multa recensentur

LVNEN. SARZANEN. CAPPELLANIAE
Veneris 4. *Iunij* 1621.
ARGVMENTVM CCCXXXVIII.
Quomodo probetur Descendentia ad effectum obtinendi Beneficium.

CENETEN. PENSIONIS.
Lunæ 7. *Iunij* 1621.
ARGVMENTVM CCCXXXIX.
Indultum concessum Reipublicæ Venetæ super Decimis non comprehendit Cardinales, & illorum Pensionarios.

ROMANA SPOLII.
Lunæ 7. *Iunij* 1621.
ARGVMENTVM CCCXXXX.
Duæ sententię quando habeant vim trium. Mandatum Procuræ quando præsumatur, & ex quibus.

CORDVBEN. PRAESTIMONII.
Veneris 18. *Iunij* 1621.
ARGVMENTVM CCCXLI.
Vnio Beneficiorum quando possit fieri per Episcopum, & præsertim quando Beneficia sunt litigiosa

CALCIATEN. IVRISDICTIONIS.
Lunæ 21. *Iunij* 1621.
ARGVMENTVM CCCXLII.
Ad carcerationem Clerici propter stuprum quid requiratur, latissimè agitur.

CORNETANA LEGATI.
Veneris 25. *Iunij* 1621.
ARGVMENTVM CCCXLIII.
Clausula *Arbitrio Rotæ* Quando relaxet rigorem iuris.

CONCHEN. DECIMARVM DESINFANTADO.
Veneris 25. *Iunij* 1621
ARGVMENTVM CCCXLIV.
Causa decimarum an dicatur prophana ad effectum concedendi Remissoriam.

DERTVSEN. ARCHIDIACONATVS
Veneris 25. *Iunij* 1621.
ARGVMENTVM CCCXLV.
Prouisio facta ab Ordinario, quando non sit contra formam statuti Ecclesiæ. Statuta semper intelligenda sunt, vt non sint contraria iuri communi.

LEODIEN. CANONICATVS.
Lunæ 28. *Iunij* 1621.
ARGVMENTVM CCCXLVIII.
Resignatio nulla an abdicet ius à resignante, & an per resignationem nullam Beneficium remaneat affectum Pontifici, latissimè explicatur

ROMANA HAEREDITATIS DE AGAZZARIIS.
Lunæ 5. *Iulij* 1621.
ARGVMENTVM CCCLI.
Latissimè disseritur quando quis possit impedire immissionem ex Testamento asserendo, Matrem præteriisse se filium. Filiatio quomodo debeat ad hunc effectum in continenti probari.

ROMANA AFFICTVS.
Veneris 5. *Nouemb.* 1621.
ARGVMENTVM CCCLIV.
Agitur de quadam consignatione, seu restitutione, an, & quando, & cui competat. Ex cassatione vnius instrumenti quando censeatur extincta obligatio, quæ in eo erat.

CALAGVRITANA IVRISPRAESENTANDI DE VIANA.
Lunę 15. *Nouembr.* 1621.
ARGVMENTVM CCCLV.
Iuspatronatus Vniuersitatis quando præsumatur vsurpatum, & quid requiritur ad probandum non esse tale.

ROMANA PECVNIARIA
Lunæ 15. *Nouembr.* 1621.
ARGVMENTVM CCCLVI.
Iudex facto decreto fauorabili potest respondendo à dicto decreto nouam ferre sententiam.

PERVSINA EXPENSARVM,
Vener. 19. Nouembr; 1621.
ARGVMENTVM CCCLVII:
Quæ nam expensæ sint reficiendæ;

AVENIONEN: DOMVS;
Ven. 19. Febr. 1621.
ARGVMENTVM CCCLVIII,
Latè agitur de transumpto, quando censeatur legitimè extractum è suo originali vigore decreti Iudicis, ad interessendum.

ROMANA PRIMOGENITVRAE,
Luna 29. Nouemb. 1621.
ARGVMENTVM CCCLX.
Inuestimentum quando dicatur factum in tempore ordinato à Testatore, & quando interuenerit mora post interpellationem. Fructus Legati conditionalis quando spectent ad hæredem. Hæreditas præsumitur semper sufficiens ad onera iniuncta,

VRGELLEN. OPTIONIS
Luna 10. Ianuarij 1622.
ARGVMENTVM CCCLXV.
Latissimè agitur de statuto Ecclesiæ Vrgellen. an & quando tollat facultatem Episcopis conferendi beneficia, & quæ beneficia. De Regula secunda hodiè tertia Cancellariæ reseruante Pontifici Beneficia vacantia sede Episcopali vacante aduersus dictum statutum.

VALENTINA BENEFICII,
Luna 11. Ianuarij 1622.
ARGVMENTVM CCCLXXIII;
Institutio facta ab Ordinario, quando sit nulla, vel valida eo, quod Præsentatus à Patronis nō comparuit in termino, vel eo quod non fuit seruata forma *cap. final. de elect. in 6.* quod habet locum etiam in prouisionibus de iurepatronatus. Forma *dict. cap.* quænam sit, & ex quibus non dicatur adimpleta.

CREMONEN. PRAEPOSITVRAE.
Veneris 25. Februarij 1622.
ARGVMENTVM CCCLXXVI.
Dismembratio fieri non potest sine expresso consensu Papæ Ecclesia quando sit Collegiata, & ex quibus dignoscatur. Status Ecclesiæ ex quibus mutatus præsumatur.

LEODIEN. DOMINII.
Veneris 11. Martij 1622.
ARGVMENTVM CCCLXXVIII.
In Iudicio reintegrationis quæ sint probanda. Iudex quando dicatur nulliter processisse. Aliqua de refectione melioramentorum. Immissio quando dicenda sit iusta, vel iniusta.

MACERATEN. BONORVM.
Luna 11. Aprilis 1622.
ARGVMENTVM CCCLXXXIII.
Manutentio non conceditur habenti; seu suspicanti se prospoliato Aliquem habuisse se pro spoliato ex quibus deducatur.

NERITONEN. SEV MELITEN. ANTIANITATIS.
Veneris 15. Aprilis 1622.
ARGVMENTVM CCCLXXXIV.
Antianitas Equitum Hierosolymitanorum quādo currere incipiat.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE GRACCHIS
Luna 18. Aprilis 1622
ARGVMENTVM CCCLXXXVII.
Quando in fideicommissis debeant filiæ habere portiones, quas habuissent earum Matres, si viuerent. Fæminæ quando censeantur in fideicommisso vocatæ,

NARNIEN. BONORVM;
Veneris 22. Aprilis 1622.
ARGVMENTVM CCCLXXXVIII.
Agitur de quadam subhastatione an benè, vel male facta dicatur, & quid dicendum de Emptore dictorum bonorum sic subhastatorum, an teneatur dicta bona restituere, vel detur tantum actio ad pretium. Præscriptio sexdecim annorum quando habeat locum tam de iure communi, quam statutario.

CIVITATIS CASTELLI, SEV PERVSINA DOTIS.
Veneris 29. Aprilis 1622.
ARGVMENTVM CCCLXXXXI.
Impensa funeris ex quibus probetur. Bonorum Emphiteuticorum valor quantus sit, & quanti æstimetur.

CAMERINEN. APOCARVM,
Mercurij 4. Maij 1622
ARGVMENTVM CCCLXXXXIII.
Apoca cui nam sit consignanda, & Dominus illius quis præsumatur.

IVVENACEN. IVRISPATRON.
Veneris 1. Iunij 1622
ARGVMENTVM CCCXCVIII.
Possessio capta intra tempus ad appellandum, quando sit attentata, quando sint excusanda, per consuetudinem. Consuetudo quomodo sit probanda ad hunc effectum. Quomodo possit quis præsentare se ipsum.

FIRMANA BENEFICII,
Luna 30. Maij 1622.
ARGVMENTVM CCCXCIX.
Fructus beneficij post mortem Beneficiati ad quem pertineant. Constitutio Marchiæ non habet locum in donationibus rerum Ecclesiasticarum; fructus beneficij dicuntur Ecclesiastici. Cessio quando non dicatur facta de re litigiosa à tertio,

CALCIATEN. IVRISDICTIONIS.
Luna 6. Iunij 1622.
ARGVMENTVM CCCC.
Latissimè agitur, an, & quando solus Episcopus possit cognoscere de raptu commisso à Clerico incipiēdo à captura ad explicationem Concil. Trident. *sess. 25. cap. 6. de reformat.* suspectus de fuga quis dicatur, & quomodo contra eum procedatur.

PAM-

TERRACINEN. MOLENDINI.
Lunæ 19. Decembr. 1622.
ARGVMENTVM CCCCXXI.
Dominus fundi, vbi aquæ oriuntur, poteſt nouũ Molendinum conſtruere, vel antiquum reſtaurare, licet ex eo reſultet præiudicium, & minuatur concurſus Molendini inferioris.

EVGVBINA PAROCHIALIS SANCTI VENANTII.
Veuer. 13. Ianuarij 1623.
ARGVMENTVM CCCCXXII.
Plures quando aſpirant ad gubernium Eccleſiæ; tunc electio pendet abſolutè ab Ordinarij iudicio, pro quo ſemper ſtat præſumptio, & qui illius iudicium allegat irrationabile plenè probare debet; latiſſimè examinantur qualitates, quæ in electione inſpici debent.

ROMANA LOCORVM MONTIVM.
Mercur. 1. Februar. 1623.
ARGVMENTVM CCCCXXV.
Vt ſit locus immiſſioni hæredi ab inteſtato, quæ requiſita veniant iuſtificanda. Nepotes ſuccedunt æqualiter ad hæreditatem Patris, & alia, de quibus in ſummario.

CALCIATEN. IVRISDICTIONIS.
Mercur. 1. Febr. 1623.
ARGVMENTVM CCCCXXVI.
Examen Teſtium remanet nullum, non ſeruata forma præſcripta in Remiſſoria. Attentata ſunt inexcuſabilia commiſſa poſt obtentam inhibitionem totalem.

AVXIMANA DOTIS.
Lunæ 6. Februar. 1623.
ARGVMENTVM CCCCXXVII.
Dotis reſtitutio ex quibus bonis ſit facienda, hypoteca tacita pro dote competit, nedum in bonis Viri; verum etiam Patris, & in ſubſidiũ in bonis fideicommiſſarijs.

CAMERINEN. BONORVM.
Vener. 17. Februar. 1623.
ARGVMENTVM CCCCXXX.
Donatio celebrata contemplatione futuri Matrimonij an egeat inſinuatione. Plures de materia referuntur Doctorum opiniones.

CONCHEN. RESIDENTIÆ.
Lunæ 13. Martij 1623.
ARGVMENTVM CCCCXXXIV.
Coadiutor tenetur abſolutè reſidere, & horis diurnis, ac nocturnis aſsiſtere. Coadiutoria ad quid fuerit adinuenta.

PAMPIPOLEN. BENEFICIORVM DE TAFFALLA.
Lunæ 20. Martij 1623.
ARGVMENTVM CCCCXXXVII.
Regrauatoria an, & quando ſit danda contra renuentes parere mandatis rotalibus. Declaratoria an ſit relaxanda contra Intruſos lite pendente.

ROMANA DOTIS DE MONTORIIS
Vener. 31. Martij 1623.
ARGVMENTVM CCCCXXXVIII.
Dos venit conſtituenda ex fructibus Primogenituræ, quando in illius erectione ſic fuit conuentum.

ROMANA SOCIETATIS OFFICII.
Vener. 5. Maij 1623.
ARGVMENTVM CCCCXLI.
Societas ex quibus cum aliquo contracta præſumatur.

PAPIEN. FRVCTVVM.
Lunæ 5. Maij 1623.
ARGVMENTVM CCCCXLII.
Sumpto Breuis Extracto ex ſuo proprio Originali, an, & quando ſit præſtanda fides.

BONONIEN. DE MANZOLIS.
Vener. 11. Maij 1623.
ARGVMENTVM CCCCXLIII.
Immiſſio an, & quando competat Mulieri in bonis Promiſſoris dotis, & quæ probationes requirantur ad effectum repetendi ſolutum.

SAVONEN LIQVIDATIONIS FRVCTVVM.
Mercur. 17. Maij 1623.
ARGVMENDVM CCCCXLIV.
Fructuum liquidatio, an, & quando reſultat ex Teſtium depoſitionibus.

CIVITATIS CASTELLI FIDEICOMMISSI.
Mercur. 17. Maij 1623.
ARGVMENTVM CCCCXLV.
Immiſſio retardari poteſt fideicommiſſario ex prætextu detractionis legitimæ, quando in hæreditate fuerunt reperta e·edita; nam tunc ineis præſumitur conſumpta.

LEGIONEN. DECIMARVM.
Lunæ 22. Maij 1623.
ARGVMENTVM CCCCXLVI.
Manutentio in quaſi poſſeſſione exigendi datur ex vnico actu ſolutionis, & in hoc ſummariſſimo manutentionis iudicio nec titulus, nec cauſa requiritur, ſed ſufficit ſola poſſeſſio, vel quaſi, aut ſaltem ſola inſiſtentia facti.

AQVILANA PENSIONIS.
Vener. 26. Maij 1623.
ARGVMENTVM CCCCXLVII.
Litteræ reſeruationis penſionis habent executionem paratam, præſertim ſtante obligatione Camerali, & reiecta penitus exceptione nullitatis.

ROMANA SOCIETATIS OFFICII.
Lunæ 29. Maij 1623.
ARGVMENTVM CCCCXLVIII.
Minor ſuam obligationem nullam ex defectu ſolemnitatum ſtatutorum Vrbis, poteſt deinde effectus maior ratificare.

R.O.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE DELPHINIS.

Veneris 5. Decembris 1623.
ARGVMENTVM CCCCLXXV.
Fideicommissum censetur inductum, ex verbis perpetuitatem denotantibus, & diluuntur coniecturæ, ex quibus fœminæ ad fideicommissum vocati esse non dicuntur.

CALCIATEN. IVRISDICTIONIS.

Veneris 11. Decembr. 1623.
ARGVMENTVM CCCCLXXVII.
Episcopus in causis Capitulariom debet lites, & iurisdictionem exercere in loco magis commodo ipsis Reis.

FERRARIEN. OPTIONIS

Lunæ 18. Decembr. 1623.
ARGVMENTVM CCCCLXXIX.
Manutentio conceditur possidenti.

NVLLIVS, SEV BAREN. BENEFICII.

Lunæ 18. Decembr. 1623.
ARGVMENTVM CCCCLXXX.
Vnio beneficiorum non probatur ex possessione plurium beneficiorum ab vna tantum persona.

CAMERINEN. APOCARVM.

Lunæ 15. Ianuarij 1624.
ARGVMENTVM CCCCLXXXII.
Pecuniæ consignandæ sunt creditori hypothecario, quamuis pertineant ad alium.

TARVISINA FEVDI.

Lunæ 15. Ianuarij 1624.
ARGVMENTVM CCCCLXXXIII.
Sequestrum non est apponendum, quotiescumque non adest legitima causa.

ARIMINEN. FIDEICOMMISSI.

Mercurij 24. Ianuarij 1624.
ARGVMENTVM CCCCLXXXVIII.
Filij in conditione positi quando censeantur vocati, afferuntur plurimæ coniecturæ.

VITERBIEN. HÆREDITATIS.

Veneris 26. Ianuarij 1624.
ARGVMENTVM CCCCLXXXVIII.
Conditio quotiescunque purificata est, dispositio locum habere debet.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE LAMBERTINIS.

Lunæ 29. Ianuarij 1624.
ARGVMENTVM CCCCLXXXIX.
..ommiss.. Fideicommissum ex quibus coniecturis inductum censetur.
..um censeo..

CONCHEN. DECIMARVM DE TORRELMONTE.

Lunæ 29. Ianuarij 1624.
ARGVMENTVM CCCCXC.
Sententia si non appareat formiter registrata, quomodo probetur illius existentia.

ROMANA LOCORVM MONTIVM.

Lunæ 29. Ianuarij 1624.
ARGVMENTVM CCCCXCIV.
Immissio conceditur probatis requisitis, vt in summario Aliqua de locis Montium non vacabilibus.

CÆSARAVGVSTANA CAPPELLÆ.

Lunæ 12. Februarij 1624.
AGVMENTVM CCCCXCVI.
Gratia quando, & ex quibus dicatur iustificata.

ROMANA MERCEDIS.

Lunæ 22. Martij 1624.
ARGVMENTVM CCCCXCVIII.
Locatori operarum ad certum tempus debetur integra merces, dum per ipsum non stat, quo minus totum tempus laboret; Distinguitur, an negotium cessauerit casu, vel voluntariè in re, vel in persona.

ROMANA DOTIS.

Veneris 19. Aprilis 1624.
ARGVMENTVM CCCCC.
Pecuniæ in dotem datæ Marito consignandæ sunt, & non creditori, qui promisit dictam dotem tanquam anteriorem omnibus.

CIVITATIS CASTELLI FIDEICOMMISSI.

Veneris 9. Aprilis 1624.
ARGVMENTVM CCCCCI.
Remissoria ex quibus concedatur in causa prophana.

BRACAREN. BENEFICII.

Lunæ 22. Aprilis 1624.
ARGVMENTVM CCCCCII.
Actore non probante ius suum iustificando gratiam, Reus possessor manutenetur in beneficio.

PERVSINA FIDEICOMISSI DE GRATIANIS.

Veneris 26. Maij 1624.
ARGVMENTVM CCCCCVII.
Immissio vigore fideicommissi non conceditur, nisi probata identitate bonorum. Identitas quomodo probetur.

PERTVSEN. ERECTIONIS BENEFICII.

Vener. 29. Nouembr. 1624.

ARGVMENTVM DXXXIX.

Ordinarius non potest erigere Cappellaniam ex eleemosynis datis pro celebratione Missarum pro Defunctis sine expresso beneplacito Pontificis.

CALAGVRITANA PROCESSIONVM,

Luna 2. Decembr. 1624.

ARGVMENTVM DXXXX,

Laudum quando sit obseruandum contra sententiam. Laudum quomodo sit validum, & obseruandum.

CALAGVRITANA IVRISPATRONATVS DE VIANA.

Luna 10. Decembr. 1624,

ARGVMENTVM DXLI.

Remissoria denegatur, quando materia articulata est irreleuans, & inuerisimilis. Iuspatronatus vniuersitatis probari debet per scripturas, & per æquipollens.

AVXIMANA BONORVM,

Mercur. 11. Decembr. 1624.

ARGVMENTVM DXLVIII.

Obligatio Cameralis habet executionem paratam.

CAMERINEN. PRAEDII,

Luna 13. Ianuarij 1625.

ARGVMENTVM DXLVIII.

Declaratoria quando concedenda. Vinum si sit consumptum tandundem venit restituendum.

ROMANA PECVNIARIA

Mercurij 15. Ianuarij 1625,

ARGVMENTVM DL.

Societas non tenetur ad debita contracta per consocium nomine proprio, quando pecuniæ non fuerunt versæ in vtilitatem societatis.societas potest esse vniuersalis quoadvnum negotium, & non omnium bonorum, & alia vt in summario.

CIVITATIS CASTELLI PECVNIARIA

Luna 27. Ianuarij 1625.

ARGVMENTVM DLI.

Filius fideiubens pro Patre exearcerando non restituitur, nec ex capite læsionis, Læsio quomodo consideranda, & de quo tempore.

ROMANA PECVNIARIA.

Vener. 21. Februbr. 1625.

ARGVNENTVM DLIV.

Procurator emens rem nomine alterius, & de illius pecunia si rem alienet inuito Domino tenetur ad fructus.

CALCITEN. IVRISDICTIONIS.

Vener. 28. Februar. 1625.

ARGVMENTVM DLVI.

Carceratio Rei inquisiti potest fieri ex Prioribus probationibus, quando est supectus de fuga, & talis suspicio probatur etiam ex relatione Nuncij.

NVLLIVS PAROCHIALIS CASTRI DVRANTIS.

Mercur. 5. Martij 1625.

ARGVMENTVM DLVII.

Litteræ quando dicantur iustificatæ. Beneficium dicitur vacare per obitum, & si fuerit resignatum, quando illa non habuit effectum, non inducitur.

GERVNDEN. DISMEMBRATIONIS

Luna 10. Martij 1625.

ARGVMENTVM DLVIII.

Litterarum Apostolicarum reductioni an, & quando sit locus.

ROMANA PALATII.

Luna 14. Aprilis 1625.

ARGVMENTVM DLXIV.

Electio inalternatiuis semper est Debitoris. Sententia iniusta non potest saluari eum prætextu erroris. Venditor non potest agere ad pretium, adimpleto contractu ex parte sua.

FOROLIVIEN. FIDEICOMMISSI,

Luna 21. Aprilis 1625.

ARCVMENTVM DLXVII.

Substitutio vulgaris per aditionem primi decedentis cum filijs expirat. Compendiosa, quando censeatur inducta. Treballianica censetur prohibita, si sit facta substitutio in tota hæreditate.

BONO-

EGI-

EGITANEN. DECIMARVM.

Veneris 5. Decembr. 1625.

ARGVMENTVM DXCIX.

Dominium Decimæ quomodo probetur,

LVCANA BENEFICII

Lunæ 12. Ianuarij 1626.

ARGVMENTVM DCII.

Arbitrium intrat ad impediendam executionem litterarum Apostolicarum, quando adest legitimus contradictor: Clausulæ (*dummodo alteri non sit ius quæsitum*) & Clausula (*amoto quolibet illicito detentore*) faciunt executorem mixtū

ROMANA FRVCTVVM DOTIS.

Veneris 16. Ianuarij 1626.

ARGVMENTVM DCIII.

Fructus dotales debentur vxori tàm constante, quàm soluto Matrimonio à Patre dotante, vel ab eius hæredibus; & an censeantur tacitè remissi, si à marito viuente non fuerunt petiti, & an huiusmodi præsumptio possit per contrarias debilitari.

NOVARIEN. PAROCHIALIS.
Lunæ 19. Ianuarij 1626.

ARGVMENTVM DCIV.

Vt sit locus immissioni ad fauorem gratiosè subrogati, quæ nam requisita debeant concurrere, & ista singillatim examinantur.

ROMANA PALATII.
Lunæ 26. Ianuar. 1926.

ARGVMENTVM DCVII

Lis dicitur incepta, quando fructus fuerunt iudicialiter petiti. Clausulæ (*Quem, & quas*) in commissione nil releuant, quando iudicia sunt contraria; Contractus iuratus non cadit sub generali dispositione statuti, nisi de eo fiat specialis mentio,

CALAGVRITANA PROCESSIONVM
Veneris 30. Ianuarij 1626.

ARGVMENTVM DCIX.

Laudi nullitatem inducentia plura explicantur. Item, an, & quando acquiescentia, vel recusatio præsumatur. Compromissum licet conceptum cum verbis generalibus non comprehendit differentias per rem iudicatam sublatas nisi de eis fuerit facta specifica mentio,

TIBVRTINA TERRARVM,
Mercurij 4. Februar. 1626.
ARGVMENTVM DCX.

Substitutio reciproca de linea ad lineam resultat, nedum ex verbis id exprefsè suadentibus, verum etiam ex coniecturis, & quæ sint istæ coniecturæ exactè recensentur.

SPOLETANA DOTIS.

Mercur. 4. Februarij 1626.

ARGVMENTVM DCXI.

Donatarius non valet acceptare donationem celebratam ad eius fauorem & recusare onus in ea à Donante iniunctum, Dotis promissio facta à necessario Debitore nulla indiget solemnitate.

ROMANA, SEV CAMERINEN. PECVNIARIA.

Vener. 6. Februar. 1626.

ARGVMENTVM DCXII.

Identitas mercis transmissæ an, & quando remaneat iustificata, vel non. Solidationes computorum quando possint denuo reuideri ex errore calculi, materia latissimè examinatur.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE GRIPTIS.

Lunæ 9. Februarij 1626.

ARGVMENTVM DCXIV.

Repetitionis exceptio pecuniarum solutarum an possit impedire immissionem Renunciantis in bonis renunciatis, stante nullitate renunciationis.

IANVEN. SEV BONONIEN. PECVNIARIA.

Lunæ 9. February 1626.

ARGVMENTVM DCXV.

Creditum remanet probatum ex instrumento publico, & eo fortius quando instrumentum fuit canonizatum per decretum, & mandatū illius vigore relaxatum. Assignatio nominum Debitorum, vt importet liberationem, plura debent concurrere, & singula in hac decisione discutiuntur.

NVLLIVS PAROCHIALIS CASTRI DVRANTIS.

Veneris 6. Martij 1626.

ARGVMENTVM DCXVII.

Concursus exigitur in Parochialibus, nec iste potest redargui de nullitate tanquam factus ab excommunicato, ex quo Abbas inhabilitatur ad exercenda munera Ecclesiastica, quia hoc debet cōcludentissimè probari. Examinatores in concursu Parochialis debent eligi in Synodo, & de illorum iuramento præstando. Parochialitas Ecclesiæ ex quibus probetur.

BONO

BONONIEN. DE MANZOLIS,

Veneris 13. *Martij* 1626.

ARGVMENTVM DCXIX.

Recognitio Apocæ priuatæ qualiter fit facien da

GERVNDEN. DISMEMBRATIONIS.

Veneris 20. *Martij* 1626.

ARGVMENTVM DCXXI.

Applicatio est species dismembrationis, & propterea dum ista suum non fuit sortita effectum reuocatur à Regula 13. de qua latissimè tractatur:

NEPESINA HAEREDITATIS.

Veneris 27. *Martij* 1626.

ARGVMENTVM DCXXIII.

Reuocatio Testamenti non condito alio Testamento an, & quando teneat.

CAMERINEN. FIDEICOMMISSI.

Luna 30. *Martij* 1626.

ARGVMENTVM DCXXIV.

Identitas bonorum ex quibus probetur, & plures recensentur modi probandi identitatem.

TAVRINEN. CANONICATVS.

Veneris 24. *Aprilis* 1626.

ARGVMENTVM DCXXVI.

Gratia si non est instificata, non potest executioni demandari. Familiaritas ad effectum reseruationis quomodo sit probanda.

ANAGNINA IVRISPATRONATVS.

Veneris 22. *Maij* 1626.

ARGVMEMTVM DCXXXII.

Possessio instrumentalis alio non possidente, est manutenibilis.

ROMANA PECVNIARIA.

Veneris 22. *Maij* 1626.

ARGVMENTVM DCXXXIII.

Apoca obligatione camerali vallata habet executionem paratam.

ROMANA COMPENSATIONIS.

Luna 25. *Maij* 1626.

ARGVMENTVM DCXXXIV.

Compensatio an, & quando possit allegari.

ROMANA OFFICII.

Mercurij 10. *Iunij* 1626.

ARGVMENTVM DCXXXVII.

Officium substituti an, & quando expiret morte Officialis.

ROMANA CENSVS VITALITII.

Luna 20. *Iunij* 1626.

ARGVMENTVM DCXL.

Census quando imponitur super re alienari prohibita, tunc est locus repetitioni sortis principalis.

FVLGINATEN. BONORVM.

Luna 22. *Iunij* 1626.

ARGVMENTVM DCXLI.

Sententia quando est nulla, vel notoriè iniusta, vel continet mixturam, tunc non intrat Ægidiana.

ROMANA PALATII.

Vener. 26. *Iunij* 1626.

ARGVMENTVM DCXLIV.

An, & quando sit locus præsumptæ solutioni per statutum Vrbis in *cap.* 158. *&* 159. inductæ.

PERVSINA FIDEICOMMISSI DE GRATIANIS.

Mercurij 1. *Iulij* 1626.

ARGVMENTVM DCLXLVII.

Identitas bonorum quomodo probetur.

Sequuntur Argumenta Votorum, quæ addita fuerunt in fine harum decisionum.

LVCEN. PRÆTENSI CRIMINIS LAESAE MAIESTATIS DE PODIIS.

ARGVMENTVM I.

Occidens Vexilliferum, seù caput Reipublicæ an, & quando incurrat crimen læsæ Maiestatis & Perduellionis adeò, vt tam ipse, quam eius filij incurrant pœnas inflictas committentibus talia delicta, & hac occasione quam plurima de materia etiam super interpretatione Statuti Lucani. Quid obtenta gratia reintegrationis, & remissionis. Cætera de substantia transactionis ob læsionem.

ROMANA RESTITVTIONIS IN INTEGRVM.

Sab. 25. *Octobris* 1625.

ARGVMENTVM II.

Fructus recompensatiui an possint conuerti in-

ven-

venditione rerum Apothecæ, & de eorundem taxatione.

ROMANA ATTENTATORVM.
ARGVMENTVM III.

Rescripta Signaturæ an, & quando causent attentata, retrotrahantur ad effectum reuocandi executionem prius factam, vel faciendam, & quando sint intelligenda, vbi matteria latè distinguitur, & exornatur.

ROMANA HÆREDITATIS.
ARGVMENTVM IV.

Reuerenda Fabrica Sancti Petri accipit legata in certis personis relicta, & de eius facultatibus. Legata relicta cum facultate alicui distribuendi, & nominandi in causas secreto significatas quando intelligantur in causas pias, & de modo procedendi. Legata an restringantur ad bona de tempore testamenti, vel de tempore obitus existentia.

ROMANA PRÆTENSAE DESERTIONIS.
ARGVMENTVM V.

Desertio causæ, lapsus instantiæ, & fatalium, quando inducantur, vel excusentur & possint prorogari ad intellectum Statuti Agriculturæ *cap.* 54.

ROMANA DECENDII.
ARGVMENTVM VI.

Quando incipiat currere Decendium ad appellandum, an à die sententiæ, vel scientiæ ad effectum attentatorum.

ROMANA.
ARGVMENTVM VII.

An hæredes non confecto Inuentario teneantur creditoribus hæreditarijs insolidum.

ROMANA PRAECEDENTIAE.
ARGVMENTVM VIII.

Referendarijs Signaturæ præcedentiam deberi à Generalibus Regularium latè, & luculenter probatur.

ROMANA ASSOCIATIONIS.
ARGVMENTVM IX.

Fructus in iudicio vtilis Saluiani, vel associationis à tertio Possessore restituendos esse non à die motæ litis, sed obtentæ per actorem actualis immissionis quando iudicium intentatur principaliter pro consequendis dumtaxat fructibus rei, & non ipsamet re.

ROMANA SVCCESSIONIS.

Die 25. Septembr. 1675.


ARGVMENTVM X.

Arrogatus an succedat transuersalibus, & de requisitis necessarijs ad arrogationem ad singularem explicationem textus *in l. cum in adoptiuis C. de Adoption.* Breue ex quibus iustificetur, vel restringatur. Bulla B. Pij V. *de illegitim.* quando intret

ROMANA MERCIVM.
ARGVMENTVM XI.

Plenè, & luculenter discutitur, an ars ad certos artifices spectans ab artificibus alterius artis possit exerceri, quæue adimpleri debeant ad illam exercendam, & an opificum Collegia, & vniuersitates artium possint condere statuta circa res eorum artem concernentes, & ista seruari debeant, & quomodo.

DECISIO-



DECISIONES
SAC. ROTAE ROMANAE
Coram R. P. D.
IOANNE BAPTISTA REMBOLDO.

Opera, & Studio.
IOSEPHI DOMITII I.V.D.

CALAGVRITANA BENEFICII

De Cuacu

Luna 10. *Martij* 1614.

DECISIO I.

Impressa in Recent. decis. 572. *par.* 1.

ARIMINEN FIDEICOMISSI

Veneris 18. *Aprilis* 1614.

ARGVMENTVM.

Admissio Filiorum ad portionem transmissam à Matre in substitutione fideicomissaria, an inducatur per coniecturas, & quæ requirantur.

SVMMARIVM.

1 *Filiorum admissio ad portionem substitutionis Fideicomissaria ex persona Matris transmissam inducitur etiam ex Coniecturis, quæ sufficiunt.*
Mens tacita Testatoris ex Coniecturis colligi potest num. 1.
Voluntas Testatoris ante omnia in Testamento inspici debet, num. 1.

2 *Mens Testatoris non attenditur, vbi verba deficiunt, quando agitur, vt aliquid noui inducatur, secus verò quando agitur, vt id quod expresè dispositum est ad successores transmittatur.*

3 *Voluntas præcedens facilius declaratur, quam de nouo aliquid inducatur.*

4 *Coniectura ad aliquid declarandum debent esse necessaria, aut multum probabiles.*

5 *Voluntas Testatoris transmittendi ad aliquos fideicomissum colligitur ex illorum positione in conditione in pluribus gradibus substitutionum.*

6 *Testator si voluit, quod de persona minus dilecta fideicomissum transmitteretur, eo magis censetur voluisse de magis dilecta.*

7 *Substitutio dicitur transmissibilis, si Testator voluit vltimo loco vocatum anteponi suis descendentibus.*

8 *Substitutio dicitur transmissibilis de sui natura, si ab initio fuit coniuncta cum Iure accrescendi.*

DECISIO. II.



DOmini vtraq; parte informante perstiterunt in decisis, *die* 26. *Maij* 1612. coram *Reuerendissimo Bononien., quæ est* 380. *p.* 2. *in recent. &* 551. *in eius impressis*, Filios scilicet Violantis admitti debere ad portionem, quæ Liuiæ contigit in hæreditate Sebastiani per substitutionem fideicomissariam ex persona Matris Iure transmissionis.

1 Considerarunt enim ad hunc effectum non requiri verba, sed sufficere coniecturas, ex quibus

bus tacita Testatoris voluntas, quę in primis in vltimis dispositionibus spectari debet, colligi possit iuxta tradit, per *Bald. in l. vnic. numer. 10. C. de his qui ant. aper. tab. Socc. in l. hæredes mei §. cum ita col. 4. num. 10. vers. ex qua conclus. ff. ad Trebell. Ruin. cons. 28. num. 5. vers. non obstant allegata vol. 2.* cum pluribus relatis, per *Gabr. de hæred. instit. conclus. 2. num. 15. & bo. me. Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 20. sub num. 8. vers. quin etiam.*

Nam quod mens Testatoris non attendatur,
vbi verba deficiunt, locum habet quando agi-
tur, vt aliquid noui inducatur, non autem quã-
2 do agitur, vt id, quod expresse dispositum est,
ad successores transmittatur, tunc enim omis-
sum censetur casu omissum, vt inquit *Bald. in
d. l. vnic. num. 10.*

3 Et facilius præcedens voluntas declaratur, quam de nouo inducatur *l. hæredes palam §. sed & si notam ff. de testam. Ruin. cons. 156. numer. 6. volum. 2.*

4 Et licet coniecturæ debeant esse necessariæ, aut multum probabiles, vt ex mente *Socc. & Rip. in d. l. hæredes §. cum ita num. 34. ff. ad Trebell.* tradit *Gabr. cons. 121. num. 29. lib. 1. Socc. Iun. cons. 118. num. 13. lib. 1.* Nihilominus non dubitarunt Domini adesse in proposito casu tales, quæ quatenus singulæ non sufficerent, simul tamen iunctæ operantur fideicomissi conditionalis transmissionem.

Inter omnes autem coniecturas latè dedu-
ctas, per *Rimin. Iun. in cons. 476.* in hac met cau-
sa facto, *& coram Reuerend. Bononien. dicta die 26.
Martij* approbato, placuerunt Dominis, quod
5 filij Violantis fuerunt in pluribus gradibus sub-
stitutionum, ad quos digressus fuit Testator,
positi in conditione, ex hoc enim colligitur af-
fectio testatoris erga illos, & voluntas transmit-
tendi fideicomissũ *l. Lucius la 2. in fin. ff. de hæ-
red. instit.* Et hanc coniecturam potissimam, &
validissimam censuit *Cephal. cons. 16. numer. 42.
lib. 1,* quem sequuntur plures relati, per *Gabr.
dict. tit. de hæred. inst. concl. 2. num. 35. & bon. mem.
Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. tit. 20. num. 15.
lib. 11.*

Præterea visa fuit etiam vrgentissima conie-
ctura, quod Testator facta substitutione reci-
proca inter Violantem, & Liuiam, eisdem, si
sine filijs decessissent, substituit non solum
Antonium Sabbatinum, sed eius hæredes, etiã
6 in casu, quo Antonius non superuixisset: Vn-
de si Testator voluit, quod de persona Anto-
nij vltimo loco vocati, & consequenter minus
dilecti, substitutio fideicomissi conditionalis
transmitteretur ad hæredes, multo magis di-
cendum est, idem voluisse in persona Violan-
tis, & Liuiæ, quę fuerunt magis dilectæ, &
prius vocatę, *Ruin. cons. 156. num. 5. vers. atque ex
alia coniectura lib. 2. Curt. Iun. cons. 16. num. 7.* qui
dicit, hanc coniecturam esse fortissimam, *Cru-
uett. cons. cons. 62. num. 10.* cum ibi relatis.

7 His accedunt etiam aliæ coniecturæ, quod
scilicet Antonius vltimo loco vocatus ante-
poneretur descendẽtibus ab ipsomet Testatore,
magis dilectis, & quod ab initio fuit coniun-
8 cta substitutio cum Iure accrescendi, vnde de
sui natura dicitur transmissibilis, *Iason. cons. 154. col. pen. num. 13. vers. 4. princip. lib. 4. Ceph. cons. 16. num. 45. & cons. 283. nu. 26. Cruuett. cons. 649. num. 3.* qui testatur, hanc coniecturam esse frequentius receptam.

Et ex his, & alijs latè in alia *decis.* deductis censuerunt Domini, Instantiam extra Rotam latam esse infirmandam, &c.

CIVITATIS CASTELLI, SEV, Perusina Dotis.

Veneris 18. Aprilis 1614.

ARGVMENTVM.

Bona, quando Censeantur data in dotem æstimata, istaque æstimatio importet emptionem, itaut Maritus, etiam soluto Matrimonio, faciat fructus suos, & quod Bonorum Emphiteoticorum alienatio substineatur inter Contrahentes, eiusque hæredes, tacitusque Domini directi Consensus in hoc sufficiat.

SVMMARIVM.

1 *Dominium est causa acquisitionis fructuum.*
2 *Maritus etiam soluto Matrimonio facit fructus suos bonorum, quæ illi fuerunt in dotem data per Peritos æstimandu, præcedente promissione certa quantitatis, cum illorum dicatur effectus Dominus.*
3 *Amplia etiamsi dictum fuisset, quod dictu bona sient pro fundo dotali.*
4 *Voluntas Contrahentium colligitur ex pactis in Instrumento appositis.*
5 *Redemptio præsupponit emptionem, & consequenter Dominij translationem.*
6 *Pactum de non alienando præsupponit Dominij translationem.*
7 *Aestimatio facit emptionem in bonis dotalibus, quando Maritus promisit restituere dotem.*
8 *Clausula* Ad habendum cum omni eo, &c. *importat Dominij translationem pleno iure, & irreuocabiliter.*
9 *Bona receptu à Marito pro se, & suis importat dominij translationem.*
10 *Aestimatio bonorum dotalium quamuis non sit facta ante solutum Matrimonium, non resoluitur contractus emptionis.*
11 *Pretij conuentio de per se perficit Emptionem.*
12 *Amplia etiamsi pretiũ postea declaretur per Emptionem factum secundum tempus constituta dotis.*
13 *Aestimatio etiam incerta fauore dotis importat verum Emptionem*
14 *Aestimatio tunc censetur facta ad sciendum verum valorem, quando species venit ex pacto restituenda.*
15 *In dubio Aestimatio facit Emptionem.*
16 *Alienatio bonorum Emphiteuticorum est valida respectu contrahentium.*
17 *Amplia, vt nec hæredes eorumdem contrahentium possint similem alienationem impugnare.*
18 *Dominium transfertur etiam ex causa, quæ subest in spe.*
19 *Consensus tacitus Domini directi in alienatione bonorum Emphiteuticorum resultat, quando ille ea æstimauit.*

20 Con-

20 *Consensus tacitus Domini directè sufficit prò substi-*
nenda alienatione bonorum emphiteuticorum.

DECISIO III.

1 CVm dominium sit causa acquisitionis fru-
ctuum l. qua ratione in princ. ff de acquir, rer.
dom. l. qui scit in princ. & §. p. ff. de vsur. l. Iulia-
nus §. si fructibus. ff. de act. empt. & l. fructus C.
eod. Resolutum fuit, Dominum Tiberium, etiã
post solutum Matrimoniũ fecisse fructus suos
bonorum Vernazani: ex quo enim fuerunt ipsi
dicta bona in dotem data per Peritos commu-
niter eligendos æstimanda, præcedente promis-
sione certæ quantitatis scutorum, scilicet, 4000.
2 dicuntur eidem vendita, & consequenter do-
minium ipsorum bonorum in illum irreuoca-
biliter translatum. l. plerunque ff. de Iur. dot. l. quo-
ties l. si inter virum vbi glos. C. eodem Natt. cons.
650. num. 3. lib. 4. Soce. sen. cons. 57. num. 8. lib. 1.
cum alijs adductis per Couar. pract. qq. cap. 28.
sub n. 1. vers. primũ etenim, & bo: me: Card. Man-
tic. de tacit. & ambig. lib. 12. tit. 28. num. 5. etiam
3 quod dictum fuisset, quod dicta bona stent
pro fundo dotali, vt alias resolutum fuit in
Romana successionis, & alimentorum 9. Iunij 1606.
coram bo: me: Littà.
Quod eò magis locum sibi vendicare videtur in-
specta contrahentium voluntate, quæ ex pa-
ctis, & clausulis in instrumento assignationis
4 dotis appositis, satis clarè colligitur, & in qua-
libet dispositione in primis attendi debet l. fin.
C. qua res pig. oblig. poss.
Primo etenim fuerunt dicta bona consignata
D. Tiberio cum pacto redimendi infrà sex an-
5 nos, redemptio verò præsupponit emptionem,
& consequenter dominij translationem. Bero.
cons. 63. numer. 12. lib. 3. Relan. cons. 64. numer. 16.
lib. 4.
6 Item fuit adiectum pactum de non alienan-
do, nisi prius requisito D. Iulio ad effectũ præ-
lationis, quod pariter præsupponit translatio-
nem dominij Paris. cons. 71. num. 3. lib. 2. Bero.
cons. 44. num. 10. lib. 2.
Præterea D. Tiberius promisit restituere do-
tem, quæ cum in 4000. consistat, ex quo illa
fuerunt promissa, vtiq; dicendũ erit, bona, quæ
alias restitui debebant, fuisse in solutum data
7 Bald. in l. quoties num. 8. C. de Iur. dot. Socc. sen. d.
cons. 57. num. 8. vers. quam dotem lib. 7. Natt. cons.
650. num. 5. lib. 4. Rolan. cons. 92. num. 15. vers. sed
verba instrumenti lib. 2. Surd. cons. 225. num. 4.
His accedit clausula ad habendũ cũ omni eo &c.
8 quæ importat translationem dominij pleno
Iure, & irreuocabiliter Bero. d. cons. 63. num. 11.
& sequen. lib. 4.
9 Et quod bona fuerunt data D. Tiberio, &
suis, &c. Rolan. d. cons. 92. num. 16. lib. 2. Corn. cons.
172. sub num. 2. vers. tamen his non obstantibus lib. 1.
Non obstat, quod non fuit facta æstimatio
ante solutum matrimonium, quia ex hoc con-
tractus non fuit resolutus: æstimatio enim vi-
detur facta de tempore traditionis per legem
10 quæ, tunc erat certa, prout erat certa ipsa na-
tura, vt post. Bald. Nouell. in l. æstimata, ff. so-
lut. matr. tradit Socc. Sen. cons. 60. lib. 3. quem
refert, & sequitur Couar. pract. quæst. d. cap. 28.
sub n. 1. vers. primum etenim, & nu. 7. vers. 7. & so-
11 la conuentio pretij perficit emptionem l. 2. ff.
de contrahen. empt. l. vlt. C. eod. tit. etiam si, pre-
tium postea declaretur per æstimationem factã
12 secundum tempus constitutæ dotis; huius-
modi enim declaratio nihil noui inducit, vt
multis concludit Soce. d. cons. 60. lib. 3. & vt in-
quit. Couarr. pract. quæst. d. cap. 28. sub num. 7. vers.
13 sed hinc septima ad fin. fauore dotis, multa sup-
plenda sunt, vt ex incerta æstimatione rerum
dotalium emptionem constituamus.
Non obstat, quod æstimatio potuit fieri ad
alium finem, videlicet, ad cognoscendum va-
lorem bonorum, vt posset sciri residuum, quod
esset supplendum; Quia ex coniecturis, & cla-
sulis superius deductis manifestè apparet con-
trarium, & æstimatio tunc dicitur facta ad ef-
14 fectum, vt sciatur valor rei, quando Species
ex pacto venit restituenda, vt est tex. in d. l. si
inter venditum, & ibi Salic. in princ. vers. quaro,
quomodo scitur C. de Iur. dot. Socc. d. cons. 57. sub
num. 4. vers. 4. casus est lib. 1. & in dubio æstima-
tio facit emptionem. Glos. in d. l. si inter virum
15 verb. æstimata C. de Iur. dot. quam communi-
ter receptãm dicit Socc. d. cons. 57. sub numer. 6.
vers. 7. casus est Ruin cons. 137. num. 13. lib. 1.
Non obstat, quod dicitur, partem istorum
bonorum esse emphiteoticam, & propterea
alienari non potuisse, neque in dotem saltem
æstimatam dari, quia vltra quod alienatio va-
lida fuit respectu contrahentium, licèt D. dire-
16 ctus potuisset eam retractare latè, Corbol. de
emphit. titul. de caus. priuat. ob alien. ampl. 31. num. 5.
& seq. & Domini de Busalinis vti hæredes Pa-
17 tris non possunt dictam alienationem impu-
gnare l. cum à minore C. de rei vindic. Paris. cons.
48. num. 3. lib. 1. sufficit D. Tiberio ad effectum,
vt dicatur fecisse fructus suos, tradita sibi fuis-
se dicta bona cum expressa renunciatione vtilis
dominij, ac clausula, & dicto D. Tiberio re-
formari petijt in forma communi &c. Nam
vt ex traditione transferatur dominium, non
solum operatur causa habilis ad translationem
dominij de præsenti, & quæ re ipsa adest, sed
18 etiam causa, quæ subest in spe, vt post, Bart.
in l. sub conditione num. 9. ff. de solut. pulcrè probat
Socc. sen. cons. 170. sub nu. 2. vers. & primo cum
seqq. lib. 2. Vnde cum stante renunciatione præ-
dicta, & consensu Dominorum de Busalinis
facilè erat D. Tiberio obtinere reuocationem
prioris inuestituræ ad sui fauorem, vtique secu-
ta traditione fecit fructus suos, eoq; magis, quia
licet usque huc non interuenerit consensus ex-
19 pressus Abbatis videtur tamen adfuisse saltem
tacitus, ex quo ipsemet æstimauit hæc bona,
& tacitus consensus sufficit pro sustinenda alie-
20 natione Glos. in l. 1. in verb. permiss. de probibitio-
ne feud. alien. Clar. in §. feudum qu. 31. col. fin. vers.
præterea cum ibi alleg.

PERVSINA FIDEICOMISSI
De Alfanis.
Luna 5. May. 1614.

DECISIO IV.

Impressa in Recent. decis. 590. par. 1.

ARGENTINEN. COMMENDAE

Mercurij 14. Maij 1614.

DECISIO V.

Impressa in Recent decis. 601. par. 1. & post Scaccium de Appellation. decis. 25.

ROMANA ADMINISTRATIONIS

Mercurij 21. Maij 1614.

ARGVMENTVM.

Administratio generalis Mercium ex quibus probata remaneat.

SVMMARIVM.

1 *Administrator generalis Mercium non potest uti talis conueniri, nisi constet de illius obligatione administrandi, & probetur tali administrationi se immiscuisse.*

2 *Testi deponenti de facto proprio magis est credendum.*

3 *Administratio non probatur ex testibus vnicis, & deponentibus de actibus illam necessario non inferentibus.*

4 *Partitæ dati, & accepti libri Apothecæ probant administrationem illarum tantum Mercium, quæ apparent descripta.*

5 *Administrator tenetur tantum de Mercibus, à se descriptis in libro ad eius manus peruentis.*

6 *Administrator non tenetur de non administratis, nisi probentur requisita, de quibus ibi.*

DECISIO VI.

Domini dixerunt Cæsareum, & Io: Baptistam non potuisse conueniri, vti generales administratores Mercium apothecę artis albæ, de qua agitur, cum nec aliqua obligatio-
1 ne ad illas administrandas tenerentur, nec ipsos de facto huiusmodi administrationi se immiscuisse probetur, sed immò ex testibus datis in summario dd. Cæsarei, & Io: Baptistæ bonus constet, dd. merces administratas fuisse post mortem Vincentij ab alijs; Quorum quidem
2 testium primus deponit de facto proprio, cui propterea magis credendum est *Salic. in l. si quis Decurio in 4. opp. C. de fals. Soc. Inn. conf. 31. n. 33. vol. 2. Casat. de Graff. decis. 2. in fin. de empt. & vendit.*

Non obstat depositio testis pro Francisco inducti, quia vltra quod est vnicus, non deponit de actibus, ex quibus necessario inferri possit administratio, *Alciat. conf. 103. num. 1. & seq. tom. 3. lib. 8. dec. conf. 651. nu. 1. & seq. Surd. decis. 267. nu. 6.* & in terminis administrationis *Corn. conf. 255. num. 3. lib. 1.*

Neque partitæ dati, & accepti in libris Apothecæ manu dicti Io: Baptistæ descriptæ probant Generalem administrationem omnium Mercium, sed illarum tantum, quæ ex dictis partitis apparent ad ipsorum manus peruenisse
4 *l. voluntariæ C. de excusat. tut.* † ac propterea de illis, & non de aliis rationem reddere teneban-
5 tur, *l. 2. & ibi Doct. C. de neg. gest. gloſ. in l. si pupilli §. videamus in verbo verius ff. eodem Rom. conf. 413. num. 4. & conf. 426. num. 1.* & fuit latè decisum *in Signina administrationis 18. Martij 1613. coram Reuerendissimo D. meo Damasceno.*

Et maxime, quia non constat dictos Cæsareum, & Io: Baptistam habuisse vnquam
6 animum administrandi omnia † nec alia requisita concurrunt, ex quibus negotiorum gestor etiam de non administratis tenetur iuxta tradit. *per gloſ. in l. tutori in verb. propria voluntas, & ibi Bart. num. 2. Paul. de Castr. num. 3. C. de neg. gest.* & fuit dictum in allegata. *Signina administrationis Coram Reuerendissimo D. meo Damasceno.*

Ex quibus Domini sententias extra Rotam latas confirmandas censuerunt.

MONTIS FALISCI LEGATI

Veneris 6. Iunij 1614.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Legata præstari debent ab hærede pro rata dumtaxat, in qua est institutus.*

2 *Vxor transiens ad secunda vota amittit proprietatem Legati retinendo dumtaxat Vsumfructum.*

3 *Amplia, etiamsi nuberet de Consensu primi Mariti, quando id fit intra annum luctus.*

DECISIO VII.

Domini, omissis pro nunc nullitatibus, amplexi sunt caput Iniustitiæ Sententiæ extra Rotam latæ: dixerunt enim, Cleriam non potuisse condemnari ad solutionem integræ summæ scutorum mille ratione legati à q. Nicolao Camillæ relicti, cum dicta Cleria non fuerit instituta sola hæres in testamento Nicolai, sed in simul cum Lauinia, altera eius so-
1 rore, & filia dicti Nicolai, ac proinde non tenebatur præstare legatum Camillæ, nisi pro rata suæ portionis hæreditariæ, *l. pro hæreditarijs C. de hæredit. act. l. 1. C. si cert. pet. cum ibi not.*

Rursus Cleria fuit condemnata simpliciter ad soluendum scuta mille, ac si dicta summa spectaret pleno Iure ad Camillam, & tamen condemnatio erat facienda pro vsufructu
2 tantū, † cum Camilla dominium, & proprietatem legati amiserit ob transitum ad secundas nuptias *ad tex. in l. fœmina & l. hac edictali C. de secundis nupt.*

Non obstat, quod Cleria successit in totum Nicolao per obitum Lauiniæ, cui fuit substituta, & quod per consequens ad ipsam spectat onus soluendi integrum legatum, quia cum Camilla fuerit relicta hæres à Lauinia, non poterat contra Cleriam agere, nisi facta prius restitutione hæreditatis, & legatum scutorum mille erat ante omnia de tota hæreditate detrahendum.

Non

Non obstat, quod Camilla non amisit proprietatem scutorum mille per transitum ad secundas nuptias, ex quo nupsit de consensu Nicolai primi Mariti, quia vltra quod, vt vni
3 ex Dominis visum fuit,† consensus huiusmodi nihil operatur, ex quo Camilla infra annum luctus ad secundas nuptias conuolauit ad not. *per Bald. in l. 1. in pri. lect. num. 15. vers. sed pone C. de secundis nupt. cum alijs cumulatis per Gabr. concluf. 1. num. 32. de secundis nupt.* dixerunt, consensum esse restrictum ad vsumfructum tantum, & similiter putarunt, non obstare consensum Lauiniæ, quia consensus Lauiniæ non potuit præiudicare Cleriæ.

Et ex his censuerunt, Sententiam extra Rotam ad fauorem Camillæ latam esse infirmandam.

ROMANA DE CINCIIS

Veneris 13. Iunij 1614.

DECISIO. VIII.

Impressa in Recent. decis. 622. par. 1. & post Farinacc. Consil. Criminal. 187. num. 47. lib. 2. & post Scacciam de Appellation. decis. 20.

ASSISIEN. PECVNIARIA

Lunæ 16. Iunij 1614.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria petita ad probandum id, ex quo quis non succubuit, tanquam irreleuans est deneganda.*
2 *Amplia, si sit petita in vltimis instantijs ad differendam causæ expeditionem, quia tunc dicitur calumniosa.*

DECISIO IX.

QVæsitum, An sententiæ Rotales essent confirmandæ, vel infirmandæ, & quia Informantes pro hæredibus Pomponij Ancelloti non habuerunt, quæ contra Iustitiam, & validitatem dd. sententiarum apponerent, sed petierunt, sibi concedi Remissoriam ad probandã existentiam folij, in quo prætendebant constare de ipsorum credito, Ideò Domini dixerunt sententias esse confirmandas, & mandarunt particulariter videri. An dicta remissoria sit concedenda. Quo dubio per me 27. Iunij præsentis anni proposito negatiuè responderunt, & moti sunt, tùm quia Pomponius non succubuit ex solo defectu non exhibitionis folij, sed ex alijs Iuribus, & probationibus plenè deductis sub die 10. *Iunij anni præteriti Coram Reuerend. meo Manzanedo*, ex quibus manifestè apparet † irreleuantia Remissoriæ, quæ propterea merito venit deneganda *l. ad probationem C. de probat. Ol-Remboldo drad. conf. 316. num. 1. Caputaquen decis. 66. & 68. par. 3. cum similibus.*

Tum quia ex discussione processuum, qui tàm in ciuili, quam in criminali causa fabricati sunt, satis, superque constat de calumnia dd. reruin, & quod malitiose petitur hæc remissoria ad differendam resolutionem causæ, præser-
2 tim † cum petitio fiat in vltimis audientijs, & nihil releuans contra decisiones Reuer. P. D. mei Manzanedi deducatur. *Felin. in c. de cetero num. 12. de re Iudic. Rom. con. 273. num. 3. Cassad. decis. 3. de dilat.*

NVLLIVS, SEV' GIENNEN. BENEFICIOR

Vener. 20. Iunij 1614.

DECISIO. X.

Impressa in Recent. decis. 633. par. 1.

PERVSINA FIDEICOMISSI DE ALFANIS.

Ven. 27. Iunij 1614.

DECISIO XI.

Impressa in Recent. decis. 651. par. 1.

PAMPILONEN BENEFICII

De Aricaleta.

Veneris 4. Iulij 1614.

DECISIO XII.

Impressa in Recent. decis. 658. par. 1.

MACERATEN. PECVNIARIA

Ven. 4. Iulij 1614.

DECISIO XIII.

Impressa in Recent, decis. 659. par. 1.

TIBVRTINA IVRIS MOLENDI.

Veneris 4. Iulij 1614.

DECISIO XIV.

Impressa in Recent. decis. 616. par. 3.

IPPOREGIEN BENEFITII,

Veneris 14. Nouembris 1614.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium esse collatiuum probatur ex confessione Prouisi emanata in literis sua prouisionis. Amplia, si litera fuerint per ipsum producta* num. 2.

2 *Confessio contra confitentem plene probat.* num. 1.

3 *Negatiua non Publicationis est plenè, & concludenter probanda per eum, cuius Intentionis est fundamentum.*

4 *Amplia vt* num. 4. *Clausula*: Si Preces veritati nitantur *in qualibet gratia subintelligitur*, numer. 4.

DECISIO XV.

Visum fuit Dominis, satis liquere de Iustitia sententiarum Rotalium ex decisionibus in hac causa factis, tam *Coram bo: me: Penia, quàm coram R. P. D. meo Pirouano*, & propterea Iure merito esse confirmandas, eoque magis, quia ad probandam existentiam benefitij collatiui, de quo agitur concurrit vltra deducta *in decis.*
1 *R. P. D. mei Pirouani*, propria confessio † D. Caroli facta in litteris suæ nouæ prouisionis, quæ contra ipsum plene probat vulgata *l. cum precum C. de liber. ca.* & præsertim cum dd. lit-
2 teras ipsemet in hoc Iuditio produxerit † *c. cum olim de censibus l. publia §. fin. ff. deposit. cum alijs latè congestis per Surd. cons. 5. num. 37. & cons. 28. num. 47.*

Quod verò bona in sententia bo: me: Penia specificata ad Ecclesiam Sancti Martini spectent, & Turino tanquã dictæ Ecclesiæ Rectori remedium reintegrationis ad illa competat, fuit iam pluribus rationibus, *in duabus decisionibus bo: me: Peniæ deductis firmatum*, quæ Dominis placuerunt.

Non obstat, quod in dicta noua prouisione obtenta per D. Carolum, dicitur vacare Ecclesiam ob non factam publicationem per Turinum, quia hæc negatiua non probatur, pro-
3 ut probari deberet, † cum sit fundamentum intentionis D. Caroli, *l. in illa la 1. vbi Bort. num. 5. ff. de verb. obligat. Put. decis.* 390. *num. 2. lib. 2.* maximè quia Papa motus fuit ad concedendam D. Carolo dictam nouam prouisionem ob defectum non publicationis, & in
4 qualibet gratia subintelligitur clausula† si preces veritati nitantur *cap. 2. de rescript.* & fuit dictum in his terminis sæpissimè.

ARIMINEN. FIDEICOMISSI.

Veneris 14. Nouembris. 1614.

DECISIO XVI.

Impressa post Cencium de Censibus decis. 469. *vbi sub Titul. Auenionen.*

ROMANA DE CINCIIS

Luna 17. Nouembris. 1614.

ARGVMENTVM.

Clausula *Cum Annexis, & Connexis*, apposita in Commissione Apellationis non comprehendit causam specialiter commissam, licet aliquo modo sit connexa cum prima.

SVMMARIVM.

1 *Pæna confiscationis, seu ablationis dicitur connexa pænæ corporali, quando vtraque prouenit ex crimine Parricidij.*

2 *Camera, & illius Officiales nullum habent interesse in pænis corporalibus.*

3 *Iudex Appellationis potest super vno articulo pronunciare reliquis omissis.*

Iudex reuocando sententiam in vno capite censetur illam in reliquis approbare.

5 *Clausula* cum annexis, & connexis, *opposita in commissione Appellationis non comprehendit causam ante specialiter commissam.*

6 *Commissio non potest comprehendere causam diuersam, quando illius verba cumulationem causarum excludunt.*

7 *Causarum connexio tunc posset induci, quando à principio non fuissent diuisæ.*

8 *Iudex plurium causarum per diuersas commissiones commissarum posset ferre plures sententias, & absoluens in vna non potest dici in alia condemnasse.*

9 *Dictio taxatiua* Tantum *in sententia posita, ad quid referenda.*

DECISIO XVII.

Cum filijs, & hæredibus q. Iacobi de Cincijs decisioni in hanc causa sub die 13. Iunij proxime præteriti factæ non acquiescentibus placuisset iterum illos audire, præteritam decisionem potissimum in eo impugnarunt, quod secunda commissio appellationis à pœna corporali continet vtramq; pœnam in Sententia Vlixis Bernardo impositam, confiscationis scilicet, seu ablationis bonorum, & corporis afflictiuam, non autem pœnam corporalem; Idq; tam ex verbis eiusdem commissionis, quàm ex verisimili mente Papæ fuisse deducebant: Et ex verbis quidem eo, quod causa appellatio à pœna corporali commissa reperitur intimul cum annexis, & connexis, & pœna confiscationis, seu ablationis dicitur connexa pœnę cor-
1 porali, † cum vtraq; ex eodem crimine parricidij proueniat ad trad. per *Dec. cons.* 33. *sub n. 2. vers*

2. vers.2.etiam respectu , & Modern, de attent. part.
2. cap.12. limit.2. num.24. & seqq. Verisimilem
autem Papæ mentem satis colligi putabant ex
eo præsertim , quod in eadem commissione
Papa inter alia derogauit *quibuscumq.facultatibus*
R.Cameræ Apostol. Thesaurarij, & Commissarij,&c.
Quæ derogatio superflua fuisset, nisi voluisset
in dicta commissione causam confiscationis
comprehendere , cum in pœnis corporalibus
2 nec prædicta Camera † nec eius Officiales ali-
quod interesse haberent. Atq; his addebant
conclusionem *in alia decisione* firmatam,quod
Iudex potest super vno articulo pronunciare
3 † reliquis omissis, non procedere in causa ap-
pellationis, in qua indistinctè verum est, quod
4 Iudex reuocando † sententiam in vno capite ,
censetur , illam in reliquis confirmare *ex Felin.*
in c. cum inter n.13.Butr. n.26.prope fin.vers.& hæc
vera in cap. principali de re iudic.

Quibus tamen , & alijs minimè refraganti-
bus Domini steterunt pro decisis ex eisdem
fundamentis in dicta decisione deductis , ex
quibus etiam ad obiecta facilè responsum pa-
rere credebant. Nam cum, vt ex serie facti
in dicta decisione relati apparet , filii , & hæ-
redes , Iacobi coniunctim cum Bernardo à
pæna confiscationis siuè ablationis appellaue-
rint , causaq; dictę appellationis Vrbis Guber-
natori specialiter cõmissa fuerit,nõ potest clau-
sula,cum annexis,& connexis,&c:in alia com-
missione omnino diuersa apposita , & à solo
Bernardo per viam recursus à pæna corporali
obtenta operari, vt in ea comprehensa censea-
tur prædicta causa appellationis à Bernardo in
simul cum filijs Iacobi interpositæ , & specia-
5 liter , vt dixi , multo ante commissa † *ad not.*
per Imol cons.139.n. 7. & præsertim cum verba
6 huius secundę commissionis † in alia decisio-
ne ponderata omnem prorsus cumulatio-
nem dict. causarum excludant , & argumenta
ab informantibus pro eadem connexitate de-
ducta aptè contra eosdem retorqueri possint :
Nam si vtraq; causa vnica commissione com-
prehensa fuisset , frustra vrbis Gubernator An-
teum in vim ambarum deputasset, & Bernar-
dus in singulis actibus specificam ipsarum
mensionem fecisset. Quæ verò in contrarium
allegata sunt, locum fortassis habere possent
7 quando causæ ab initio non fuissent † diuisæ ,
& tam à Principe , quam ab ipsis partibus pro
separatis habitæ , vt not. *Egid. decis. 328. sub n.*
1. vers. maximè quia .

Neq; obstat, quod Papa derogando faculta-
tibus Reuerendæ Camerę videtur vtramquæ
causam vnica commissione comprehen-
dere voluisse , quia derogatio facta fuit ratione
interesse consecutiui , & secundarij , quod prę-
dicta Camera in hac causa habere poterat si
contigisset Bernardum à pœnis corporalibus
absolui, vt etiam in alia decisione dictum fuit,
non autem quod Pontifex vellet cognitio-
nem istarum causarum indiuiduam reddere .

Ex quibus cessat etiam aliud obiectum su-
pra ponderatum , quia eadem ratio , quæ mi-
litat in prima instantia procedit etiam in se-
cunda , quando Principi placuit per separatas
commissiones capita sententiæ diuidere: Nam
sicuti stante diuersitate commissionum Iudex
potuisset ferre plures sententias validas , ita
etiam absoluendo Bernardum à pœna corpo-
8 rali,non † potest dici eumdem quoad pœnam
confiscationis condemnasse ad trad. *per Butr.*
Abb.Imol.& alios per Felin.in d.c.cum inter numer.6
vers.fallit 1.de re iudic.

Nec contrarium inferri potest ex natura ta-
xatiuæ , Tantùm , qua Iudex appellationis in
Sententia vsus fuit , tum quia referenda est ad
pronunciationem Iudicis , non autem ad ab-
solutionem , tum etiam quia stante dicta di-
uersitate commissionum , taxatiua non potest
esse tantæ efficaciæ , vt Iudex tacitè super ap-
pellatione in alia commissione comprehensa
9 † pronunciasse censeri possit .

Reliqua visa fuerunt Dominis vel iam in
alia decisione sublata , vel extrà punctum , &
in disputatione dubij alicuius per Rotam re-
seruati terminanda .

LVCANA BENEFICII

Mercur.19. Nouembris 1614.

ARGVMENTVM.

Lis ex quibus dicatur introducta super Iurepa-
tronatu , & hoc non probato , quando Be-
neficium possit ab Ordinario conferri .

SVMMARIVM.

1 *Lis dicitur introducta per oppositionem Procuratoris Fiscalis .*
2 *Possessio capta lite pendente est nulla , & attentata , & sequestranda de stylo Rotæ* num. 7.
3 *Attentata non competunt contra Tertium .*
4 *Limita si habeat causam ab vno ex litigantibus .*
5 *Beneficium de Iurepatronatu eo non probato potest libere ab Ordinario conferri.*
6 *Limita quando fuit iudicialiter actum, vel clarè constet de libertate Ecclesiæ .*

DECISIO XVIII.

CVm facta præsentatione à Patronis ad be-
neficium , de quo agitur, Vicarius Episcopi
Lucani mandauerit , edicta affigi cum termi-
no nouem dierum in forma , atq; hoc ter-
mino pendente Prior fiscalis institutioni præ-
1 sentatorum se opposuerit † tenuerunt Domi-
ni absq;dubio,litem fuisse introductam *ad trad.*
per Gemin.in c.auaritiæ num.7. vers. tertius de elect.
in 6.& fuit dictum in Parmen.benef.20.Martij 1609
coram 60.me:Iusto,& consequenter collationem
Episcopi Guglielmo factã,& possessionem per
2 eundem hac † lite pendente captam fuisse nul-
lam , & attentatam *c.1.& c.2.vt lit.pendent.in 6.*
Cassad.decis.5.n.1.super reg.

Non obstat, quod Guilielmus non fuerit in
lite , & propterea contra ipsum vti Tertium
3 † non competat remedium attentatorum, quia
satis est,quod habeat causam ab Episcopo col-
litigante mediante persona Procuratoris fisca-
lis *glos.in c.non solum in verb.reducendo de appell.in*
6.Franch,

4 *6. Franch. in c. bonæ sub n. 10. in fin. eodem titulo Afflict. decis. 354. n. 20. & seq. Modern. de attent. part. 1. cap. 3. n. 16.*

Nec facit, quod tunc demum dicatur collatio, & possessio inde secuta attentata, quando sunt factæ probationes super Iurepatronatu, secus verò quando probationes non præ-
5 cedunt; tunc † enim Ordinarius potest libere conferre per ea, quæ trad. *Lamber. de Iurepatr. lib. 2. p. 2. quæst. 1. principali art. 9. n. 7. vers. 3. est casus, & fuit dictum in Paduana Iurispatronatus 24. Maij* 1602. *coram Reuerendiss. Attrebaten.* quia allega-
6 ta procedunt, † quando non fuit iudicialiter actum, vel clarè constat de libertate Ecclesiæ quod in pręsenti casu dici non potest, cum potius ex præsentationibus, & alijs pro parte Francisci deductis contrarium appareat.

Vnde Domini dixerũt possessionẽ dicti be-
7 neficij iuxta stylum Rotæ esse † sequestrandam *Cassad. decis. 3. num. 6. de restit. spoliat. Verall. decis. 57 in fin. par. 1. & decis. 157. part. 3.* & fuit sæpissimè dictum.

TROPIEN. BENEFICII

Vener. 28. Nouembr. 1614.

ARGVMENTVM.

PATET EX SVMMARIO.

1 *Manutentio non conceditur, nisi constet de possessione.*
2 *Fides extracta ab Originali, parte non citata, non facit fidem.*
3 *Notario attenstanti de præterito non creditur.*
4 *Possessio capta per Procuratorem non attenditur, nisi constet de illius mandato.*

DECISIO XIX.

DOmini censuerunt, Alexandrum vsque huc non docuisse legitimè de sua possessione beneficij, de quo agitur, ad effectum obtinen-
1 di † mandatum de manutenendo; Nam fides Notarij data de possessione capta sub die 20.
2 *Decembris* 1613. non facit † fidem cum sit copia ab alia scriptura, quæ originalis dicitur,
3 extracta parte non citata, & contineat † attestationem de præterito, quo casu Notario non creditur ad not. *per Abb. Innoc. & alios in c. quoniam contra de probat.* Præterea non datur etiam mandatum Alexandri in personam Scipionis, qui dicitur nomine dicti Alexandri possessio-
4 nem beneficij apprehendisse, prout † tritum est, requiri ad hunc effectum.

Nota hanc decisionem fuisse reuocatam exhibito Instrumento possessionis infra decis. 27.

TAVRINEN PENSIONIS

Lunæ 1. Decembris 1614.

ARGVMENTVM.

Priuilegium Conclauistarum transferendi Pensiones reseruatas comprehendit Pensiones reseruatas tempore Concessionis Priuilegij, & alias quascumque reseruatas de tempore translationis.

SVMMARIVM.

1 *Conclauistarum Priuilegium transferendi omnes Pensiones, reseruatas tempore translationis comprehendit.*
2 *Qualitas determinans tempus, à quo dispositio sumit effectum, sufficit quod concurrat tempore ipsius effectus.*
3 *Dispositio, quæ habet tractum ad futurum tempus ad illud trahitur, quamuis facta sub verbo temporis pręsentis.*
4 *Verba* quascumque Pensiones, *& verba* Quorumcumque Beneficiorum *comprehendunt Pensiones, & Beneficia tam præsentia, quam futura.*
5 *Verbum præteritum quando importet futurum, &* num. 6.
6 *Tempus Datæ regulariter attenditur.*
8 *Limita, quando dispositio habet tractum successiuum, & pendet à voluntate disponentis.*
9 *Priuilegium conceptum verbis de præsenti trahitur ad futura, quando constat de mente concedentis.*
10 *Gratia concessa motu proprio dicitur fauorabilis, & late interpretanda.*
11 *Gratia Tertio præiudicialis est strictè interpretanda, secus si agatur de solo præiudicio concedentis. Declara vt* num. 14.
12 *Præiudicium nemini infertur in ijs, in quibus nemini est ius quæsitum.*
13 *Pontifex est absolutus Dominus fructuum omnium Beneficiorum.*
15 *Priuilegium immunitatis à Collectis, & oneribus ad bona post priuilegium quæsita extendi debet.*

DECISIO XX.

PEndente quæstione inter Reuerendiss. Vmbriaticen. Episcopum, & D. Vincentium Gallum super validitate translationis pensionis olim ad fauorem Rudolphi Galli super fructibus Præceptoriæ Sancti Antonij de Cherio reseruatæ, dubium oriebatur; An priuilegium Sixti Quinti Conclauistis concessum, transferendi quascunque pensiones ipsis reseruatas, comprehenderet tantummodo pẽsiones tempore datæ dicti priuilegij reseruatas, vel etiam in futurum reseruandas; quo per me in Rota proposito, visum fuit Dominis, dictum priuilegium comprehendere quascumq; pensiones tempore translationis reseruatas, & moti
1 † sunt ex eo præcipuè, quod verbum *reseruatas* in dicto priuilegio appositum regulatur à verbis *cessare, & extinguere, &c.* quæ cum respiciant tempus futurum, qualitas illi adiecta

intelligi

intelligi debet secundum tempus illorum verborum, vt scilicet, satis sit pensiones esse reseruatas tempore, quo facienda est cassatio *l. in delictis §. si extraneus ff. de noxal. l. ex facto, & ibi DD ff. de vulg. & pupill. Alex. cons. 5. n. 3. vol. 7. Rol. cons. 39. nu. 12. lib. 4. latè Surd. cons. 335. num. 21. lib. 3.* & fuit in his terminis resolutum in vna *Romana pensionis 21. Iunij 1613. coram Reu. D. meo Baratto.*

Et facit, quod qualitas determinans verbum, per quod significatur tempus, à quo dispositio sumit effectum, non requiritur tempore
2 † dispositionis, sed tempore effectus *ad l. si cognatis ff. de reb. dub. & l. interuenit ff. de legat. praestan. & tradit Bart. in d. l. ex facto num. 1. ff. de vulg. & pupill.*

Et quod dispositio, quæ habet tractum ad futurum tempus, etiam si facta sit sub verbo
3 præsentis temporis, nihilominus † extenditur ad futurum *l. talis scriptura, & ibi Bart. in 2. oppos. de leg. 1. Rip. in l. centurio nu. 154. ff. de vulg. & pupill. Rolan. cons. 39. n. 55. lib. 4.*

Quæ omnia eò magis locum sibi in pròposito vindicare videbantur, quia satis apparet, hanc fuisse mentem Pontificis, tum quia vsus est verbis vniuersalibus, ibi scilicet, *quascunque pensiones*, & ibi *quorumcunque beneficiorum*, quæ
4 † sunt apta includere pensiones, & beneficia tam præsentia, quam futura *l. grege ff. de leg. 1. Bart. in l. si ita n. 4. ff. de aur. & arg. leg. & in l. fin. §. qui in diuisa n. 1. ff. de leg. 2. Put. decis. 215. num. 2. & decis. 222. lib. 1.* tum quia facultatem dedit Conclauistis assignandi pensiones alijs eisdem modo, & forma, quibus ipsis reseruatæ fuerint; Ex quo clarè colligitur, non solum intellexisse de pensionibus tempore datæ reseruatis, sed etiam in futurum reseruandis: nam præteritum illud subiunctiui temporis respi-
5 cit † etiam futurum *l. si ita quis §. seia ff. de verb. oblig. Bart. in l. 1. §. 7. sub num. 11. vers. in contrarium videtur ff. de iur. codicill. cum alijs per bo. me. Card. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 17. n. 9. vers. quoniam illud verbum.*

Atque his accedit, quod Pontifex mandauit, vt quicunquè locorum Ordinarij, vel personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ possent quascunque pensiones reseruatas transferre; vnde sicuti illud participium, constitutæ, refertur etiam ad personas post dictam concessionem constituendas, & sufficit, quod fuerint tempore translationis in dignitate Ecclesiastica constitutæ, ita & pariter videtur dicendum de participio reseruatas, vt scilicet,
6 ratione adiuncti futurum † importet *ad not. in l. fin. ff. ad trebell. & in l. fundum instructum ff. de fund. instruct.*

Ex quibus cessare videntur in contrarium adducta: Nam quod regulariter tempus da-
7 tæ attendatur *iuxta tex. in c. eam te de rescript. & in Clem. fin. eodem tit.* locum non habet quando dispositio habet tractum successiuum, & pen-
8 det à mera voluntate disponentis † *Bart. dicta l. si ita n. 3. ff de aur. & arg. leg.* & quando constat
9 de mente concedentis Priuilegium: tunc † enim verba etiam præsentis temporis trahuntur ad futurum *Rip. d. l. ex facto n. 38. vers. 4. intellige ff. de vulg. & pupill. Socc. Iun. cons. 98. n. 26. lib. 1.* & præsertim quando gratia est facta motu proprio Principis, quia tunc dicitur fauorabilis, & la-
10 tè † interpretanda *Io: Andr. in c. cum in cunctis col. 4. vers. & si priuilegium de elect. Felin. in c. causam quæ Pub. num. 7. vers. limita hac de rescript. Dec. cons. 341. n. 5. Rota decis. 240. n. 14. par. 1. diuers.*

Neq; obstat, quod in præsenti agitur de materia odiosa, & præiudiciali Tertio, vnde vi-
11 detur † strictè interpretanda, quicquid sit quādo agitur de præiudicio concedentis priuilegium *l. si quando C. de inoff. testam. Put. decis. 23. lib. 2. Rota diuers. decis. 240. numer. 2. in fin. & seq. part. 1.* quia, vltra quod non potest considerari aliquod præiudicium Tertij, propter quod magis ad pensiones reseruatas, quàm in futurum reseruandas facienda sit restrictio; cum immò quoad pensiones reseruandas nemini tunc fue-
12 rit † ius quæsitum, nec consequenter præiudicium illatum, nisi soli Pontifici, qui est ab-
13 solutus Dominus fructuum † omnium beneficiorum *c. 2. de praebend. lib. 6. cum alijs cumul. per Paris. cons. 5. n. 44. & seq. lib. 4.*

Fuit etiam responsum, quod in materia quantumuis odiosa, & alteri præiudiciali non excluditur lata interpretatio ex proprietate verborum, & verisimili mente concedentis
14 prouenìens *ad tex. in l. cum l. vbi Aret. in princ. ff. de testam. Cald. cons. 1. in princ. de consag. & affin. Natt. cons. 160. n. 18. lib. 1.* & in terminis priuilegij immunitatis à collectis, & oneribus, quod scilicet, ad bona post concessionem quæsita ex-
15 tendi debeant, tradit post alios *Bart. cons. 59. n. 8. vol. 1. Paris. cons. 68. n. 10. vol. 1. Natt. d. cons. 160. n. 23. Surd. cons. 262. n. 51. Pedemont. decis. 136. nu. 1.* vbi hanc opinionem veriorem, & crebriorem esse testatur.

Nota quod in margine M. S. habetur Rotam idem, quod in hac determinasse in Recent. decis. 733. num. 2. & 3. part. 2.

ROMANA NVLLITATIS OBLIGATIONIS.

Lunæ 15. Decembris 1614.

ARGVMENTVM.

Conditio apposita in sententia quomodo, & à quo verificanda. Versio in vtilitatem Pupilli probanda est ab allegante. Exceptio illiquida non impedit actionem liquidam.

SVMMARIVM.

1 *Conditione apposita in sententia non impleta, semper potest opponi de illius non implemento.*
2 *Et debet precisè adimpleri siue consistat in affirmatiua, siue in negatiua.*
3 *Et non sufficit probatio præsumpta, sed debet esse vera, & concludens. Declara vt* num. 5.
4 *Ablatiua absoluta important Conditionem.*
6 *Sententia prout iuris est interpretari debet.*
7 *Conditio sententiæ verificanda est à spoliatore, vel ab eo qui passus est sententias conformes, & quare.*
8 *Conditio ex quibus dicatur verificata.*

9 *Versio*

Versia fructuum in vtilitatem Pupilli debet probari à Creditoribus eam allegantibus.

10 *Exceptio turbida non potest impedire actionem liquidam.*

DECISIO XXI.

POstquam pluribus iam elapsis annis per sententiam Reuerendiss. Bononien instrumentum venditionis bonorũ, & Iurium hæreditatis q. D. Valerij Vrsini, nullum, & inualidum declaratum, & insuper vsque de anno 1607. præuia liquidatione precij occasione dictæ vẽditionis per Illustriss. D. Cardinalem Cusentinum, nec non D. Paulum Aemilium creditoribus dicti q. Valerij soluti, ac detractis iuxta Calculum in actis exhibitum omnibus ex causa instrumenti venditionis dictæ hæreditatis à D. Paulo Aemilio habitis, & receptis, dictam sententiam executioni demandandam esse decisum fuisset, ac denique pro eademmet executione coram me, vti in locum dicti Reuerendiss. Bononien. subrogato instaretur, dicti q. Valerij Creditores prætendere cœperũt, quod cum non simpliciter per dictam sententiam ad restitutionem pretij condemnentur, sed deductis prius, & compensatis omnibus fructibus, & rebus à dicto D. Paulo Aemilio habitis, non posse ad executionem dictæ sententiæ deueniri, nisi probato per dictum D. Paulum Aemilium, omnia per ipsum habita, & recepta integrè fuisse deducta; Neque ad hunc effectum suffragari folium in actis exhibitum, cum ex illo possit quidem liquere perceptio affirmatiua fructuum, non autem negatiua; videlicet, quod nihil amplius per ipsum perceptum fuerit, cuius probatio ad Iustificationem conditionis sub verbis vniuersalibus conceptæ necessario requiri videbatur.

Vnde dubitaui, An D. Paulus Aemilius deduxerit, & compensauerit fructus, & alia ad præcisam formam sententiæ: effectus autem dubij erat, vtrum præsupposito calculo per dictum D. Paulum Aemilium in actis exhibito, ipsi incumbat onus probandi plus ad ipsius manus non peruenisse, vel potius Creditoribus contendentibus non fuisse omnia deducta, illud probare teneantur.

Et licet pro DD. Creditoribus multa allegarentur, & præsertim, quod quotiescumq; aliqua sententia lata est sub conditione vel
1 modo, † semper opponi potest de ipsa conditione, vel modo non impleto, & quod huiusmodi conditio debet præcise adimpleri, siue
2 † consistat in affirmatiua, siue negatiua, cum sit fundamentum intentionis agentis *Bald. in l. 1. numer. 4. vers. concludo ergo C. de Iur. & fact. ignor. Soccin. Iun. cons. 67. n. 8. l. c. surd. cons. 186. n. 12. & seq.* Neq; ad hunc effectum sufficit probatio præ-
3 sumptiua, sed opus † est vera, & concludente *l. Lucius, & ibi Bart. ff. de condit. & demonstr. Dec. in Rub. de probat. n. 153. Felin. in c. fin. n. 33. de præsumpt.* & fuit sæpissimè dictum in terminis clausulæ, *parito Iudicato, purgato spolio,* & similium, &c.

Nihilominus DD. contrariam sententiam amplexi sunt: Nam dicebant, quod sub verbis, *deductis, & compensatis* in sententia positis,
4 quæ important † quidem conditionem *l. à testatore ff. de condit. & demonstr. Rip. in Rubr. ff. solut. matr. n. 30.* non fuit in conditionem deductum
5 onus formalis liquidationis † sed actum tantummodo, quod qualiter expediri debeat, relinquitur Iuris dispositioni, cum hoc in sententia non sit expressum, & sententia semper
6 prout Iuris est interpretari debeat *Bald. in l. vlt. in fin. C. comm. diuid. Crauett. cons. 74. cum alijs per Menoch. cons. 110. n. 32. & seq.*

De Iure autem certum quidem est, quod onus huiusmodi incumbit spoliatori, vel qui
7 passus est sententias conformes, † vt propterea vel ratione delicti commissi, vel causa limitandæ Iurisditionis in commissionibus apponi consuetum sit clausuras, *parito Iudicato, purgato spolio,* & similes. Verum in proposito cessat omne odium à lege consideratum, & versamur in puris terminis obligationis deducendi, & compensandi occasione dictæ venditionis, & hæreditatis habita, & percepta, postquam detectum erit quid, & quantum fuerit perceptum, atque ideò facta deductione, & compensatione iuxta calculum in actis exhibitum, fuit abunde satisfactum conditioni, & formæ præscriptæ in sententia, cum D. Paulus Aemilius ad plus non teneatur, sed po-
8 tius Creditoribus contendentibus plus fuisse ab ipso perceptum illud probare debeant, *ad not. per glos. & Doct. in l. cum de lege ff. de probat. Ias. in l. si constante nu. 121. & seq. ff. sol. matr. & in l. cum ex causa ff. de re Iudic. Rom. 222. in fin Crauett. cons. 218. n. 3. vers. & qui vult.* & præsertim, quia agitur de sententia, qua contractus fuit declaratus in totum nullus, vti gestus cum minore, cuius propterea executio retardari non potest sub prætextu compensationis fructuum, nisi insimul etiam à Creditoribus probetur, dictos fructus fuisse versos in vtilitatem pupilli, cum hoc sit fundamentum intentionis ipsorum, vt *not. Glos. Bart. & Salic. & alij in l. prędiorum C. de Præd. Minor. Socc. cons. 115. n. 13. vol. 1.*

Quæ autem pro parte Dominorum Creditorum in facto deducta fuerunt ad probandũ, plus peruenisse ad manus D. Pauli Aemilij, quàm in calculo deductum fuit, non visa
10 sunt Dominis suffragari † ad impediendam executionem liquidorum, *ad l. qui solidum ff. de leg. 2. & fuit in hac causa sub die 20. Iunij 1607. Coram Reuerend. Bononieñ decisum &c.*

BONONIEN PECVNIARIA

Luna 15. Decembris 1614.

ARGVMENTVM.

Promissio consignandi scripturas intra certum tempus, quid importet, & quomodo sit intelligenda, & alia, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

1 *Consignatio scripturarum fieri debet intra tempus promissum, alias Promittens tenetur ad damna, & interesse ob non consignationem passa.*
Amplia vt nec excusetur ex deperditione scripturarum num. 14.
2 *Causa finalis dicitur illa, sine qua contrahens non contraxisset.*
3 *Transactio est adimplenda, vel præstandum interesse.*
4 *Promissio consignandi scripturas de iure intelligitur de effectiua traditione*, & num. 6.
5 *Fideiussor non tenetur soluere, nisi facta sibi per Creditorem iurium Cessione, & consignatione Apocæ, & scripturis obligationis Debitoris. Amplia vt* num. 10.
7 *Hypotheca non datur in bonis Debitoris vigore Partitarum libri Mercatorum.*
8 *Apocha, si fuerit conuentum quod habeat vim publici Instrumenti, concedit hypothecam in bonis Debitoris.*
9 *Obligatio omnium bonorum in Instrumentis semper apponi solet.*
11 *Saluianum competit Creditori contra Tertios possessores bonorum possessorum a Debitore de tempore obligationis.*
12 *Præscriptio non incipit currere, nisi à die, quo Creditor potest agere.*
13 *Solutio præsumitur, quando Apoca reperitur penes Debitorem, secus quando reperitur penes Creditorem, vel est deperdita.*

DECISIO XXII.

CVm in quodam Instrumento transactionis inter Ioannem Baptistam Luchinum, & Scappios initæ, præter cœtera debita, & credita, quæ hinc inde compensata fuerunt, Luchinus compensasset quoque debitum Alberti Balzani lib. 5061. pro quo ipse fideiusserat, & Scappij quò magis indemnitati Luchini consulerent, non solum se veros, & legitimos creditores dicti Balzani esse, verum etiam omnes, & singulas scripturas necessarias, & opportunas pro ipsius releuatione infra Mensem proximum eidem consignare promisissent: Orta fuit in partibus inter transigentes super huiusmodi scripturæ non consignatione controuersia, & causa denique coram me introducta ex more in Rota proposita, Domini censuerunt, Scappios teneri ad consignationem scripturarum a Luchino petitarum, siue ad
1 damna, † & interesse per Luchinum ob defectum dd. scripturarum passa. Et potissimum fundamentum decisionis fuit, quod compensatio facta per Luchinum habet correspectiuâ obligationem ipsorum de Scappijs edendi Iura contra Balzanū, illaque Luchino consignandi,
2 quæ obligatio dicitur pretium transactionis, † & causa finalis ipsius; cum alias Luchinus minimè sic contracturus fuisset iux. trad. *per bo: me: Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 3. tit. 12. num. 20. & per tot.* Vnde meritò tenentur Scappij vel illam adimplere † § *pretium, & ibi glos. in verb. tradatur. Instit. de empt. & vend. l. ex empt. ff. de act. empt.* vel saltem interesse præstare *l. stipulationes non diuiduntur* §. *Celsus*, & *ibi DD. ff. de verb. oblig. l. si quis ab alio ff. de re iudic.* & in terminis consignationis instrumēti, *Rota Ianuen. decis. 21. num. 2.*

Non obstat, quod Scappij promiserunt scripturas consignare ad effectum, vt appareat, ipsos esse veros Creditores Balzani, cui promissioni satisfecerunt per exhibitionem librorum Gabellæ pœnes Luchinum existentium, non autem quod illis mediantibus conueniri possit, vel idemmet Balzanus principalis debitor, vel alij fideiussores ipsius; Quia promissio intelligi debet facta de consignatione qua-
4 lis de Iure fieri debebat † *ad l. cum de indebito versic. qui enim soluit, & ibi DD. ff. de probation.* sicuti autem de Iure non tenebatur Luchinus soluere Scappijs debitum Balzani, nisi
5 facta sibi cessione Iurium † *l. fideiussoribus ff. de fideiuss. l. Stichum* §. *penult. ff. de solut.* & consignatis scripturis, & Apoca obligationis Balzani, & Confideiussorū. *Bald. in l. si nomen vers. 2. noto ff. de heredit. vel act. vend. Alex. in l. sciendum num. 10 ff. de verb. oblig.* ita, & eodem mo-
6 do † intelligi debet facta promissio.

Nec dici potest, Luchinum frustra dictę Apocæ editionem petere, cum idem consequi possit mediante libro iam per Scappios edito, quod ex apoca prædicta cōlecturus fuisset; tùm quia neque vigore dicti libri comperit ipsi vlla actio
7 aduersus alios Cōfideiussores, neq; minus† hypotheca in bonis Balzani, vel aliorum Confideiussorum, prout vigore prædictæ apocæ competeret † ex conuentione expressa partium, quæ voluerunt, apocam prædictam habere vim publici instrumēti, & consequenter continere obligationē omnium bonorum, † quæ in In-
9 strumentis publicis semper apponi solet.

Minus quoque subsistit, quod huiusmodi actio, & hypotheca vana esset, ex quo Balzanus, & alij fideiussores dicuntur decocti; quia nihilominus Scappij tenebantur, Iura etiam contra decoctos cedere, atque scripturas, quibus Luchinus contra eos experiri posset, consi-
10 gnare † ad trad. *per Bart. in l. si stipulatus* §. *si ex duobus num. 4. ff. de fideiuss. Castr. in l. 1. numer. 3. vers. item beneficium cessionis Alex. num. 7. Ias. n. 7. vers. 3. est beneficium C. de transact.* Vltra quod ex deductis apparet, Balzanum aliquot annis post obligationem decoxisse, sicque Luchinum
11 cōtra tertios possessores Saluiano agere† posse.

Quæ de præscriptione *ex Statuto Ciuitatis Bononien.* adducuntur, non visa sunt Dominis posse applicari, tùm quia præscriptio non incipit currere, nisi à die, quo creditor potest agere,
12 † Luchinus autem neque ante solutionem agere poterat, neque modo potest, cum non habeat apocham; tùm quia dicta præscriptio procedit, vbi apocha reperitur pœnes debitorem, & pro eo inducitur præsumptio solutionis, non autem quando reperitur pœnes cre-
13 ditorem, vel fuit deperdita, † vtilatè deductū fuit in *Bononien. pecuniaria 18. Iunij 1612. & 3. Martij 1614. Coram R. P. D. meo Manzanedo.*

Nec pariter à consignatione dictæ apocæ excusari possunt Scappij, ex quo penes illos, vt præten-

prætendunt, non existat, quia licèt illam alias in Iuditio produxerint, eum tamen huiusmo-
14 di productio nullo modo prosit † Luchino, & originalis apocha fuerit postea eisdem Scappiis restituta, vt constat ex attestatione Notarij, sibi imputent, quod facto ipsorum modo sit perdita.

VALENTINA BENEFICII

Veneris 19. Decembris 1614.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatio facta à vero Patrono semper est attendenda.*
2 *Iuspatronatus non potest donari Laico absque licentia Episcopi, & num. 3.*
4 *Iuspatronatus donatum Tibi, & vestris restringitur ad solos Descendentes.*
5 *Donatio facta alicui, & Descendentibus, illis non exstantibus reuertitur ad donantem.*

DECISIO XXIII.

IN concursu duarum præsentationum Iacobi, & Iosephi Domini dixerunt, præsentationem Iacobi attendendam esse vti factam à
1 vero † Patrono beneficij, de quo agitur, non autem Iosephi, cum hæc sit facta à prætēso Curatore iacentis hæreditatis Dominici, cui Ius præsentādi pro vna vice donatum fuit, & propterea nullatenus subsistere possit; tùm quia sicuti Iuspatronatus non potest donari Layco
2 absque consensu Episcopi, † ne Laycl videantur propria auctoritate spiritualia tractare contra *tex. in c. 2. de Iudic. & c. omnes Basilica 16. qu. 7. & not. comuniter Doct. in c. cum sæculum, & c. illud de Iurepatr.* ita & pari ratione non tenet donatio Iuris præsentandi facta layeo absque cō-
3 firmatione Episcopi, † cum & hoc Ius sit spiritualitati annexum, vt latè tradit, *Lambert. in suo tract. de Iurepatr. 1. lib. art. 4. 6. qu. principali, & fuit dictum in alia Valentina benef. 15. Iunij 1609 Coram Reuerend. Bononien.*

Tum etiam quia quatenus dicta donatio fuisset valida, ad huc tamen fieri nō potuisset præsentatio à prętenso Curatore hæreditatis iacentis donatarij, cum donatio restricta fuerit ad fauorem Dominici, & suorum ibi, *Dominico Perez, & vestris,* quorum appellatione veniunt
4 solum descendentes † *l. 1. & tot. tit. ff. & C. de suis & legit. hæred.* & ideo hæreditate iacente non potuit præsentare Curator, qui erat extraneus, sed Ius præsentandi reuertebatur ad donā-
5 tem, non extantibus descendentibus † *ad trad. per Abb. in c. 1. num. 10. vers. idem dic. de elect. & Parif. conf. 48. num. 20. & num. 23. vers. verum quia lib. 4.* & ex his fuit ita conclusum solo Iacobo informante, &c.

BONONIEN. OLEORVM.

Veneris 19. Decembris 1614.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Confessio emanata in positionibus contra confitentem plene probat.*
2 *Confessio facta, parte absente de æquitate Canonica, probat.*
Amplia, si sit sępius reiterata num. 3.
4 *Testium Subornatio non præsumitur.*
5 *Apoca facta vigore computi refertur ad omnia in eo contenta.*

DECISIO. XXIV.

PLacuerunt DD. rationes sub *die 30. Martij 1609. in decis. coram Reuerendissimo Bononien.* deductæ, ex quibus satis manifestè constare putabant dolia 58. olei ad Iulium Cæsarem Titam spectasse. Nam vltra quod quoad dolia 35. partes fuerunt concordes alias, quod scilicet, illa spectauerint ad Iulium Cæsarem absq; vlla participatione Draghi, vt apparet ex relatione Periti, quæ datur *summario num. 3.* constat etiam, illa ad eumdem Iulium Cæsarem pertinuisse ex propria confessione ipsiusmet Angelæ in positionibus, quæ confessio vtique tergiuersari non potest, cum clarè ex ipsiusmet lectura appareat, ita plene probat contra con-
1 fitentem, † ex latè congestis *per Gabr. de confess. conclus. pri. 1. num. 12.* reliqua verò dolia 23. probautur, fuisse Iulij Cæsaris ex confessione reiterata Pauli Draghi Authoris Angelæ, tàm in instrumento consignationis apocæ, cuius copia datur *summ. num. 7.* quampluribus alijs vicibus, de quibus benè deponunt quatuor testes contestes, & optimas rationes scientiæ reddentes; hæc autem confessio etiamsi parte absente
2 emanasset, † probat de æquitate canonica, vt latè firmatum fuit *in dict. decis. Coram Reuerend. D. Bononien.* & præsertim cum sit sæpius rei-
3 terata † ex ad ductis *per Gabr. dict. tit. de confess. conclus. 3. num. 1.* quibus probationibus adminiculantur plura alia *in eadem decis.* & ab Informantibus deducta, & præsertim, quod Paulus remansit debitor in libris 48088. quod non fuisset, si prædicta dolia ad ipsum pertinuissent, cum hoc casu potius remansisset creditor, vt, vltra Peritorum relationem, benè comprobant testes prædicti, qui licet dicantur subornari, illud tamen non probatur, nec præsumi potest, stante præsertim ipsorum qua-
4 litate. †

Neque prædictis refragatur, quod pro parte Angelæ dicitur, alia scilicet, dolia olei esse, quæ conducta fuerunt ex partibus Apuliæ, & alia ex Ciuitate Ferrariæ, vt propterea confundi videatur probatio Titæ, quia ad hæc patet responsio ex positionibus per Angelam datis: Nā cum illa fateatur, dolia 35. spectasse ad Iulium Cęsarem, & alia dolia 23. conducta fuisse per ipsum-

ipsummet Draghum in apothecam, siuè Magazenum, vt dicunt, Gipsij, in qua Draghus
4 sæpius fassus est nullum habuisse † interesse, &
dolia ibidem per ipsum conducta ad Iulium Cæsarem spectasse, cessat omnis æquiuocatio.

Similiter non obstat etiam, quod confessio Pauli facta in instrumento consignationis apocæ est restricta ad lib. 1599. & propterea videatur respectu illius summæ tantũ suffragari posse; Quia cum apoca fundata sit in computo
5 facto per Pirrum super omnibus dolijs, † &
Pirrus pro residuo totius olei per dictam apocam se cõstituat debitorem illius summę, confessio Pauli, quod in illo negotio interueniebat nudo nomine, comprehendit omnia dolia.

Reliqua visa fuerunt DD. vel iam in dicta decisione sub die 30. Martij sublata, vel esse de Iuribus Angelæ, de quibus particulariter agendum erit, &c.

LVCANA BENEFICII.

Veneris 9. Ianuarij. 1615.

ARGVMENTVM

Varia de Probatione Iurispatronatus.

SVMMARIVM.

1 *Fundatio, & constructio Cappellæ præsumitur, si concordat cum qualitatibus expressis in Testamento, in quo mandatur construi.*
2 *Iuspatronatus vt dicatur acquisitum, sufficit Fundatio præsumpta cum effectiua dotatione.*
3 *Iuspatronatus probatur ex enunciatiuis antiquis, & emanatis à diuersis personis.*
4 *Et ex præsentationibus continuatis, & effectum sortitis, iunctis alijs de quibus ibi, &* num. 5.
6 *Prouisiones Apostolicæ non mutant statum Beneficij.*
7 *Maximè facta cum Clausula:* Accedente Patronorum consensu.
8 *Patronorum Consensus præstitus prouisioni Apostolicæ habet vim præsentationis.*
9 *Iuspatronatus probatur ex adnotatione in libris Capituli, & Ordinarij vti talis.*
10 *Iuspatronatus præsumitur ex Insignibus Patronorum insculptis Muris Cappellæ, & ex illorum Sepulchro.*

DECISIO XXV.

EX probationibus pro parte Francisci allatis visum fuit DD. satis constare de Iurepatronatus beneficij, de quo agitur: Primò enim adductum fuit Testamẽtum q: Benedicti Naui vsq; de anno 1373. conditum, in quo Testator narrans se, & vxorem suam constituisse dotem huic Capellæ de nouo construendæ, mandat, dotem augeri, & Cappellam construi ex suis bonis, atque ibidem Sepulchrum marmoreũ erigi, cum ipsius Testatoris, & Vxoris suæ insignijs. Vnde cum hodie huiusmodi Capella reperiatur constructa cum omnibus qualitatibus supradictis, præsumitur fundata, & con-
1 structa ex dispositione dicti Testatoris † *Bart. in l. nomina nu. 2. C. arbitr. tutel. Abb. cons. 54. num. 3. lib. 1. Caputaquẽ decis. 274. lib. 1. in manuscriptis*, & huiusmodi constructio, iuncta præsertim dotatione, sufficit ad effectum, vt dicatur acquisitum Iuspatronatus, licet non legatur expressa reseruatio facta *c. significauit, & ibi DD.*
2 *de testam. glos. in c. si quis Basilicam de consecrat. dist. 1. Roech. de Iurepatr. in verb. Ecclesiam fundauit quæst. 8. num. 12. Rot. decis. 5. eodem tit. in antiq. & fuit dictum in Lucana Capellæ 13. Maij 1602. coram Illustrissimo Cardinali Lancelloto.*

Secundo dantur quatuor Enunciatiuæ antiquissimæ diuersorum instrumentorum, quorum prima est de anno 1433. secunda de anno 1435. & tertia de anno 1460. in qua in specie enunciatur supradicta fundatio facta à Benedicto Nauio, & cum hæ Enunciatiuæ emanauerint à diuersis personis, & sint antiquissimæ, habent vim famæ, & probant † Iuspatronatus, *Cassad. decis. 2. num. 4. & seq. de probat. Caputaq. decis. 344. lib. 1. Achil. decis. 6. de Iurepatr. &* fuit dictum *in Tirasonen. Cappellania 14. Decembris 1607. coram R. P. D. meo Pamphilio.*

Tertiò exhibentur Pręsentationes continuatæ per spatium 180. annorum, quæ omnes fuerunt effectum sortitæ, cum Præsentati, vel re-
4 signauerint, vel obierint in possessione † dicti beneficij *ad vulg. cons. Oltrad. 329.* & iunctis
5 præsertim supradictis probant Iuspatronatus *Bald. in l. cum super num. 3. C. de rei vendic. Dec. cons. 173. num. 4.* Nec obstat, quod intercesserint inter dd: præsẽtationes aliquæ Prouisiones Apostolicæ, quia illæ non mutant statum
6 beneficij *Achil. decis. 13. de Iure patronatus* maximè cum huiusmodi prouisiones factæ fuerint cum clausula, accedente consensu Patronorũ,
7 † nam consensus dum fuit præstitus, habet vim
8 præsentationis † *Cresc. decis. 2. de Iurepatronatus.*

Quarto concurrit, quod ista Capella reperitur adnotata in libris Capituli, & ipsius etiã
9 Ordinarij vti de Iure patronatus, quæ adnotatio multum confert ad probationem Iuris patronatus, cum Ordinarij non permisissent, illam adnotari in eorum libris vti talem, si re vera non esset *ad not. per Put. decis. 172. lib. 1. & 243. lib. 2.* & accedunt denique Insignia Patronorum insculpta parieti dictæ Capellæ, & Sepulcrum marmoreum ibidem existens, quæ
10 magnam faciunt pręsumptionem † *glos. in c. cum causã in verb. per libros de probat. Rip. in c. cum Ecclesia num. 97. de caus. poss. & propriet. Dec. cons. 135. num. 1. in fin. cum alijs per Roch. de Iure patr. in verb. honorificum, quæst. 54. num. 83.*

MEDIOLANEN, SEV ROM. PENSIONIS

Veneris 16. Ianuarij 1615.

ARGVMENTVM.

Translatio Pensionis facta in Testamento ab habente facultatem, per verba *velle transferre* non tenet.

SVMMARIVM.

1 *Verbum* Volo *iniunctum verbo infiniti regulariter initium, non executionem actus denotat.*
Intellige vt num. 2.
3 *Translatio Pensionis, debet fieri per actum irreuocabilem, & per iuris à Conferente abdicationem, &* num. 4.
5 *Translatio Pensionis, non seruata forma Breuis facultatis transferendi, non substinetur.*
6 *Forma est ad vnguem seruanda, vt actus sustineatur.*
7 *Translatio Pensionum est odiosissima.*

DECISIO XXVI.

MArcellus Marchesius Legnensium dum viueret Episcopus, impetrata à S. D.N. facultate transferendi pensiones ipsi alias superfructibus Canonicatuum Ecclesię Sancti Ambrosii Mediolaneñ reseruatas, in suo vltimo, quod condidit Testamento inter alia *Io: Carolo Neuicio eius famulo*, (vt verba testamenti se habent) *eius pensiones vigore facultatis Apostolicæ transferendi sibi concessas, transferre velle declarauit.*

Cæterum cum huius dispositionis vigore Io: Carolus dictas pensiones exigere prætenderet, dubitatum coram me fuit; An dicta dispositio vim validæ translationis obtineret; & DD. negatiuè responderunt; Nam dicebãt, quod dato etiam, quod verbum volo, quod reperitur iniunctũ verbo infiniti tẽporis initiũ
1 actus, nõ autem eiusdẽ executionem † denotat *iux. glos. in l. serui electione verb. possumus, & ibi Bart. num. 4. Rip. num. 16. ff. de leg. 1. Alex. cons. 190. num. 32. lib. 6. Rota decis. 121. num. 10. par. 1. diuers.* In proposito perfectam dispositionem
2 induceat ad † *trad. per Castr. cons. 457. num. 2. lib. 1.* Nihilominus quia huiusmodi dispositio, siuè potius animi declaratio potuit pro libito Testatoris, sicut, & omnia alia in eodem testamento disposita, reuocari, non est sufficiens ad validam pensionis translationem inducen-
3 dam, cum translatio fieri debeat per actum prorsus irreuocabilem, & totalis iuris à con-
4 ferente abdicationem † per prioris, scilicet, pẽsionis cassationem, & eiusdem postmodum reseruationem ad formam similium translationum, *per Gig. in fin. tract. de pens.* positam, ne alias fraudibus facilis via pateat.

Ex quibus DD. aliud etiam decisionis fundamentum deducebant, videlicet, quod prætensa translatio substineri non potest ob non seruatam formam Breuis facultatis à S.D. N.
5 dicto D. Episcopo concessæ, † quæ tamen ad hoc, vt actus substineretur, ad vnguem serua-
6 ri debebat † *ad not. in c. sicut. de elect. lib. 6. & c. cum dilecta de rescript. cum alijs per Abb. cons. 1. num. 3. lib. 2.*

Nec visum fuit hic applicari posse ea, quæ de Testamẽtis ad pias causas, vel pro conscientiæ exoneratione ab Informantibus allegabãtur, in quibus magis veritas, quam solemnitas, & forma attenditur, quia non versamur in materia fauorabili, quales sunt Testamenta ad pias causas, sed imò potius odiosissima, cum per translationem pensionum seruitus
7 Ecclesiarum prorogetur † *Caputaq; decis. n. 303. num. 10. & 313. num. 3. par. 2, Gig. dict. tract. de pens. quæst. 99. num. 4.*

TROPIEN BENEFICII

Luna 9. Februarij 1615.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Possessio probatur ex Instrumento, & ex Mandato ad illam capiendam.*
2 *Instrumentum publicum habens omnia requisita plenam facit Fidem.*
3 *Instrumentum extractum à Notario rogato, & ex scripturis dimissis in actis plenam Fidem facit.*

DECISIO XXVII.

VIsum fuit Dominis, Alexandro vlterius debere mandatum de manutenendo in possessione beneficij, de quo agitur: Nam quæ pro denegatione dicti mandati in alia positione à Dominis ponderata fuerunt, cessant ex productione publici Instrumenti tam captæ
1 possessionis, † quod ad hunc effectum, nisi aliũ eo tempore possedisse doceatur, sufficit, *Caputaq; decis. 33. par. 2. Rota diuers. decis. 62. numer. 1. par. 2.* quàm mandati Scipionis, qui dictam possessionem nomine Alexandri apprehendit.

Nec dubitari contigit, quin dicta instrumẽta plenam fidem faciant, cum sint subscriptione, & sigillo Notarij munita, & habeant omnia
2 requisita publici † Instrumẽti *ad not. per Felin. in cap. 1. num. 2. & seqq. Dec. num. 15. & seq. de fraud. instrum. Bart. in l. si quis ex argentarijs §. si initium num. 6. in repetit. d. §. ff. de eden.* sintque extracta ab eodem Notario rogato. & ex scripturis dimissis in actis, quibus Rota solet ple-
3 nam † fidem adhibere, vt inter alios testatur *bo: me: Card. Seraph. decis. 1192. num. 3.* Et ita fuit in hac causa resolutum solo Alexandro informante.

PERVSINA CENSVVM.

Veneris 13. Februarij 1615.

DECISIO XXVIII.

Impressa post Duard. & Cencium. tract. de Censib. decis. 172.

BONONIEN. OLEORVM.

Veneris 13. Februarij 1615.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Libri Gabellæ probant cuius sint res alicui adductæ*
2 *Fides non coarctans negatiuam non suffragatur.*
3 *Res non dicitur pertinere ad eum, cuius nomine est administrata, si effectu constat esse alterius.*

DECISIO XXIX.

DIscussis Iuribus Bartholomei per binas decisiones in hac causa factas; Quæsiui iuxta mentem Dominorum, An ex deductis pro parte Angelæ probetur, dolia 58. olei spectasse ad Paulum Draghum, & Bartholomeo tantũ informante, resolutum fuit non probari; fides enim, quæ ad probandũ dolia 23. ad Paulum spectasse, adducitur, præterquam quod nullam fidem facit, & conuincitur de falso ex libris Gabellæ, in quibus reperiuntur adnota-
1 ta aliquot † dolia Iulio Cæsari adducta, non coarctat etiam negatiuam, quod scilicet præter conductores, qui se prędictæ fidei subscripserunt, non potuerit alius dicta dolia 23. Bononiam conducere, quo fit, vt Angelæ mini-
2 me suffragari valeat † ad *not. in c. in præsentia de probat. & in l. solam, vbi Bald. Salic. & alij C. de testib. Dec. cons. 37. sub num. 9. vers. prædicta etiam.*

Quo vero ad reliqua dolia 35. dictum fuit non posse, ex eo quod dicta dolia posita fuerunt ad debitum Draghi, cum ex sæpius reiteratis ipsius confessionibus in alijs Decisionibus ponderatis, manifestè constet, totum hoc negotium sub nudo Draghi nomine gestum fuis-
3 se, atque ita dicta Dolia, licet sub Draghi nomine administrata fuerint, in effectu ad Iuliũ Cæsarem patrem Bartholomei, non ad Draghum spectasse.

ROMANA HÆREDITATIS.

Lunæ 16. Februarij 1615

DECISIO XXX.

Impressa apud Positium de Manut. decis. 284.

ROMANA SVCCESSIONIS

Lunæ 16. Februarij 1615

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Parentes possunt plus vni, quam alteri Filiæ relinquere in Testamento.*
2 *Substitutio facta à Patre Filiæ si sine filijs decederet, excludit Patrem cogitasse de illius ingressu in Monasterium.*
3 *Dispositio perfecta Patris quamuis dura, non infringitur per leues Coniecturas:*

DECISIO XXXI.

PRæsuppositis Testamentis vtriusque parentis Flauiæ, in quibus certo legato Institutionis titulo dictæ Flauiæ relicto, instituta fuit hæres vniuersalis Francisca soror Flauiæ; Dubitaui: An Flauia possit succedere in bonis paternis, & maternis pro æquali portione cum Francesca. Et Domini negatiuè responderunt ea ratione, quod dubium non est, quin dicti Parentes potuerint plus vni, quàm alteri re-
1 linquere † *per tex. in l. hac edictali §. fin. autem C. de 2. nupt. l. omnimodò l. quoniam in prioribus l. parentibus, & ibi DD. C. de inoff. testam.*

Neque obstare visum fuit, quod causa finalis, qua dicti Parentes moti sunt ad ita disponendum, fuit, quod crederēt Flauiam se Deo consecraturam, quę causa cum postea defecerit, ex quo Monialis effici noluit, cesset etiam ipsa dispositio, quia fuit responsum, quod tantum abest, vt ex lectura testamenti Matris Flauiæ colligi possit, hanc fuisse causam finalem suæ dispositionis, vt etiam expresse inde contrarium appareat, dum Franciscæ sine Filijs decedenti Flauiam substituit, & eidem Flauiæ similiter absque filiis decedenti, substituit Mo-
2 nasterium, † quod procul dubio non fecisset, si cogitasset Flauiam Monasterium ingressuram.

Quo verò ad Patrem, ex eo solum, quod Flauiæ Scuta 700. vna cum Acconcio, & Expensis in vestiendis Monialibus fieri solitis legauit, argui non potest, quod si ipsam Monasterium non ingressuram credidisset, æqualiter cum Francisca instituisset, cum immò potius verisimilius videatur, quod in omnem casum maternę dispositioni se conformari voluisset.

Et quicquid tandem dicendum esset, visum fuit DD. ex tam leui coniectura, perfectam
3 Patris dispositionem † infringendam non esse, sed quamuis dura, sit seruandam, *ad l. prospexit ff. qui, & à quibus manumiss.*

ROMANA LEGITIMA.

Veneris 20. Februarij 1625.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Cessio iurium vniuersalis non comprehendit ius in particulari transactione appositum,*

2 *Pactum in Instrumento positum non potest vnius dissensu remitti.*
3 *Testator mandans in Testamento obseruari aliquod Instrumentum, dicitur omnia in eo contenta confirmare.*
4 *Legitima assignari potius debet in rebus fructiferis, quam in deterioribus.*
5 *Qualitas rei pro legitima assignatæ relinquitur decernenda arbitrio Iudicis.*

DECISIO XXXII.

CVm alias coram Reuerendissimo Bononien. resolutum fuisset, Excellentissimum D. Ducem Sfortiam teneri imputare in legitimam ipsi in hæreditate Fuluiæ debitam, inter alia, liberationem Castri Vallis Montoni à Vinculo prohibitionis illud alienandi, ei in Testamento dictæ Fuluiæ (vti prætendebant,) loco legati relictam, ex quo notabilem, & pretio æstimabilem vtilitatem continebat. Dubitari contigit, An D. Dux dictam liberationem acceptare cogeretur, & DD. negatiuam amplexi sunt, eo quod inspectis accuratius verbis testamenti Fuluiæ dixerunt, dictam liberationem in eo, neque expressè, vt ex illius lectura apparet, neque tacitè comprehendi, tùm quia cum dicta prohibitio alienandi speciali pacto in quodam transactionis instrumento, & mutua stipulatione tam D. Ducis, quàm Fuluiæ interueniente, inducta fuerit, non
1 venit sub generali Iurium cessione,† nec solius Fuluiæ dissensu remitti potuisset,† *ad regulam l.*
2 *nihil tam naturale ff. de regul. Iur.* tum quia in eodem Testamento dicta Fuluia expressè confirmat omnia, & singula pacta in dicto instrumen-
3 to transactionis contenta, mandatque illa tàm à dicto D. Duce, quàm à suis hæredibus, & successoribus inuiolabiliter obseruari, quo fit, vt pactum etiam prohibitionis alienandi in dicto instrumento, vt dixi, inter alia comprehensum, confirmasse potius, quàm remisisse censeatur iuxta vulgatum dictum, quod qui omne dicit, nihil excludit.

Vlterius videbatur etiam aliquibus ex Dominis, quod in omnem casum D. Dux non teneretur acceptare legatum dictæ liberationis, ex quo illud consistere videtur in Iure merè contingibili, & euentuali, quatenus scilicet D. Dux Castrum alienare voluisset, cum tamen legitima potius assignanda sit in rebus
4 fructus referentibus, & non deterioribus † *Auth. de trien. & semiss. §. 1. vers. alij quidem Imol. in l. in quartam num. 6. & ibi Rip. num. 128. & seq. ff. ad l. Falcid. Dec. cons. 81. numer. 7.* vbi, quod Iudicis arbitrio relinqui debet, cuius nam qualitatis sint res † pro legitima assignatæ, idem *Menoch. de arbitrar. cas. 163. numer. 21. cum ibi alleg.*



INTERAMNEN. AQVARVM.

Veneris 13. Martij 1615.

ARGVMENTVM.

Aquæ possessio ex quibus probetur, & quando Aqua in proprium Fundum ingressa dicatur propria, vt de ea disponi valeat etiam in præiudicium possidentium fundos inferiores.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio datur possidenti, &* num. 5.
2 *Aquæ possessio probatur per illius ductionem ad proprium Molendinum.*
3 *Et ex purgatione Foueæ, per quam Aqua ducitur.*
4 *Aqua in fundum alicuius ingressa efficitur propria Domini fundi, & potest de illa ad libitum disponi etiam in præiudicium possidentis fundos inferiores.*
5 *Seruitus est probanda cum suis requisitis.*

DECISIO XXXIII.

IN contumaciam Angeli Portæ, DD. de Ciãcherossis tantum informantibus, resolutum fuit, ipsis dandum mandatum de manutenendo in quasi possessione vsus Aquarum, de quibus agebatur. Certum enim est remedium manutentionis possidenti competere *§. retinendæ Institut. de Interdict. Bart. in l. 1. §. ait Prætor num. 14. ff. vti possid.* & in terminis vsus aquarum *tex. in l. 1. ff. de acq. quotid. & æstiu.*
Possessio autem dd. de Ciancherossis satis probari videbatur per testes, qui benè de illa deponunt, tùm quia viderunt Aquam controuersam duci ad Molendinum ipsorum de Ciã-
2 cherossis † *Cesar. de Grass. decis.* 50. *num. 4. de caus. poss. & propriet.* tùm quia deponunt, vidisse DD. de Ciancherossis, & eorum Authores expurgare foueam, per quam Aqua ducitur, ex quo actu probatur possessio aquæ, vt fuit dictum *coram bon: mem: Card. Seraphin. decis. inter impress.* 970. *num. 7.*

His accedit, quod dd. Ciancherossis nedum causam habent à Domino illius prædij, in quo scaturit aqua, sed quod eadem met etiam aqua transit per proprium fundum ipsorum, quo fit, vt ipsorum propria effecta censeatur, illamque vel pro se retinere, vel alio pro ipsorum libito conducere possint in præiudicium etiam dicti Angeli inferiores
4 fundos possidentis † *l. 1. §. illud Labeo ff. de aqua quotid. & æstiu. l. aquam C. de seruit. & aqua. Bart. in l. quominus num. 25. & ibid. Ias. n. 45. Rip. n. 85. ff. de flumin. Dec. cons. 243. n. 3. & seq. Paris. cons. 112. n. 2. & seq. & cons. 114. per tot. lib. 1.* & hac etiam ra-
5 tione ipsis concedenda esset manutentio † ad trad. per *Menoch. de retin. possess. remed. 6. n. 86. & seq. Rota decis. 163. nu. 4. part. 2.* saltem vsque quo Angelus melius, quam hactenus iustificauerit suam intentionem, & probet omnia ipsi incumbentia ad hoc, vt sit illi quæsita seruitus
6 iuxta relata per *Paris. dicto cons. 112. & 114. lib. 2.*

Bursatt.

Bursato cons.156.lib.2. Rota d.decis.163.par.2.diuer. cum ibi allegatis.

LVCANA BENEFICII

Vener.27. Martij 1615.

ARGVMENTVM

Clericus de familia fundatoris præsentatus à Maiori parte Patronorum institui debet. Descendentia à Fundatore Iurispatronatus ad effectum institutionis ex quibus dicatur probata.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatus à maiori parte Patronorum debet institui.*
2 *Maxime si sit de familia.*
3 *Quasi possessio in iure præsentandi sufficit ad effectum institutionis præsentati.*
4 *Descendentia probatur ex libro Baptismali.*
5 *Item ex Enunciatiuis antiquis, & Testibus deponentibus de publica voce, & fama.*
6 *Ius præsentandi apud quemlibet ex Patronis in solidum residet.*

DECISIO XXXIV.

POstquam dictum fuit, beneficium, de quo agitur esse de Iurepatronatus, Dubitaui, An Franciscus institui deberet; & Domini affirmatiuè responderunt: constat enim de ipsius Clericatu, & quod fuit præsentatus à maiori
1 parte Patronorum *c.3. & ibi Abb.num.3. de Iur. patr.* & est de familia Dominorum, quo fit vt eo magis ipsi debeatur institutio † *glos.in c. neminem in verb. siuè possess. dist.70. Roch. de Iur. patr. in verb. honorificum q.18.*

Nec dubitatur de Iure illorum, à quibus fuit præsentatus, cum non solum ex testamento Benedicti vsque de anno 1373. condito, & pluribus alijs in alia decisione deductis probetur Ius patronatus huius beneficij acquisitum fuisse familiæ de Cagnolis; sed etiam ex pluribus præsentationibus successiuè factis appareat, tam dictam familiam de Cagnolis, quam Rectorem Hospitalis Misericordiæ esse in quasi possessione Iuris præsentandi ad dictum beneficium, quæ quasi possessio ad effectum
5 institutionis præsentati ab ipsis sufficit † *iuxt. tex.in c.consultationibus vbi Abb.n.2. de Iurepatr. & in c.querelam cum ibi not. de elect.*

Et quod Benedictus, qui vna cum alijs suis Fratribus præsentauit Franciscum, descendat non solum à Benedicto fratre Gherardi, & patruo Lazari, qui præsentauerunt de anno 1433. & anno 1435. & 1460. sed etiam à Cagnolino Patre Ioannis, qui vnà cum Benedicto fundauit, & dotauit hoc beneficium, probatur
4 ex fide libri † Baptismalis, in quo Benedictus Iunior enunciatur filius Francisci; Franciscus Iosephi, Iosephus Nicolai, & Nicolaus Benedicti Senioris, quem postea mediante personas Ioannis, & Tomasini Patris, & Aui à Cagnolino patre Ioannem descendisse, probatur ex pluribus enunciatiuis antiquissimorum instrumentorum, quæ probatio iunctis præsertim testibus deponentibus de publica voce, & fama, & communi reputatione, cum alijs adminiculis sufficere videtur ad effectum, de
5 quo agitur *ad.not. per Hostien.in c. quid personale de verb. signif. glos. in c. 1. de præscript. lib.6. Aret. cons.37.in princ. Ruin.cons.51.n.18. vol.5.* & de libro Baptismi fuit dictum in vna *Regien. prioratus 29. Aprilis 1592.coram Illustriss. Cardinali Millino.*

Quamuis DD. visum fuerit, quod cum Franciscus agat aduersus prouisum ab Ordinario, satis sit fundata ipsius intentio in sola præsentatione Rectoris, cum Ius præsentandi apud quemlibet Compatronorum in solidum resi-
6 deat † *Iuxta glos.* communiter receptam *in c. 1. in verb. diuidi, & ibi Abb. numer. 7. de Iure patronatus.*

Vnde etiam ex hoc capite circumscripta probatione descendentiæ instituendum esse censuerunt, &c.

BONONIEN PECVNIARIA

Luna 30. Martij 1615.

DECISIO XXXV.

Impressa in Recent.decis. 671. p. 2. vbi sub Titulo Bononien. de Scappis.

BONONIEN EXECVTIONIS LAVDI.

Luna 30. Martij 1615.

ARGVMENTVM

Pensio est diminuenda pro rata damnorum, quæ conductor ex combustione rei locatæ ex Fulgure prouenienti, & ex eiusdem euictione est passus.

SVMMARIO.

Non indiget.

DECISIO XXXVI.

DVbitaueram, An laudum inter DD. de Blanchettis, & Ferrarios latum esset exequendum, & cum tunc nullitates, quæ contra scriptum laudum opponebantur, visæ fuissent DD. valdè turbidæ, in eam venerunt sententiam, vt videretur de bono Iure etiam intra terminos Arbitratoris: Quo dubio per me hodie iuxta mentem DD. proposito resolutum fuit, Ferrarijs tantum Informantibus, constare de bono Iure ipsorum, quoad damnum ex incendio, & defectu mensuræ terrarum ipsis locatarum passum.

Nam quod in ipso principio locationis stabulum, seu vt vulgariter in illis partibus dicunt, Capsina, in quo armenta, gregesque in

dictis terris pasci solita custodiebantur, fulgure consumptum, nec non tornaturæ 402. terrarum locatarum à Guastaullanis occupatæ, & euictæ fuerint, non tantum ex planta, & relationibus Peritorum, sed etiam propria confessione Dominorum de Blanchettis, & pluribus aliis ab informantibus pro Ferrarijs deductis satis, superq; probari videbatur.

Nec inter DD. dubium erat, quod ex dicta Stabuli combustione, & terrarum occupatione Ferrarij nedum magnum damnum senserint, sed quod vsus etiam rei locatæ in non modica parte ipsis impeditus fuerit. Vnde iure merito, pensionem pro rata præiudicij

1 diminuendam fore censebant † *ad tex. in c. propter sterilitatem de locato, & in l. ex conducto §. 1. & 2. & in l. si quis domum §. vlt. ff. eodem Rom. consf. 369. n. 31. & seq.*

Cæterum, quia non satis constabat de quantitate damnorum. Ideo Domini mandarunt particulariter de ea videri, & interim in vlteriori exactione pensionum supersederi, &c.

VRBEVETANA IVRISPATRONATVS.

Vener. 3. Aprilis 1615.

ARGVMENTVM

Iuspatronatus probatur per Instrumentum reædificationis Ecclesiæ, & ex interpositione decreti pro reseruatione Iuspatronatus à Vicario facta.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus acquiritur non solum per constructionem Ecclesiæ, sed per dirutæ reædificationem cum augumento dotis.*

2 *Instrumentum publicum facit probationem probatum.*

3 *Iuspatronatus ex reædificatione probatur ex assertione Vicarij pro ea interponentis decretum.*

4 *Decretum præsumitur interpositum ex vera, & iusta causa.*

5 *Possessio probatur per Testes.*

DECISIO XXXVII.

QVÆSITVM coram me fuit, An constet, Ecclesiam parochialem Sanctæ Catherinę, & Sanctæ Mariæ Castri Vicardi, vna cum annexis esse de Iurepatronatus Illustriss. DD. de Verallis, & quia Iuspatronatus non tantum per primæuam Ecclesiæ constructionem, sed & dirutæ reædificationem addito præsertim

1 dotis augumento, acquiritur † *Hostien. in summ. tit. de Iurepatronatus §. ex quibus vers. si reædificauit Lamber. in suo tract. q. 6. art. 3. prim. part. prim. libri num. 11. & fuit dictum in vna Senen. beneficij 17. Iunij 1588. coram 60. mem. Orano.* Ideo DD. in primis firmarunt, constare, dictam Ecclesiam antea pœnitus dirutam fuisse ab Auctoribus dict. Illustriss. de Verallis à fundamentis reædificatum, & etiam dotatam per publicum instrumentum vsque de anno 1525. celebratum,

2 quod facit probationem probatam *l. cum precibus C. de probat. Bald. in l. Imperator numer. 8. ff. de stat. hom.*

Neque visum fuit obstare, quod per dictum instrumentum aliter non probetur dirutio dictæ Ecclesiæ, & eiusdem reædificatio, nisi ex assertione Vicarij authoritatem, & decretum pro reseruatione Iurispatronatus interponentis cũ tamen aliũde probãda videatur *ad l. si forte ff. de Castr. pecul.* quia dicebatur, quod cum Vicario expositum fuerit, dictam Ecclesiam antea penitus dirutam, fuisse à fundamentis reædificatam, & ipse asserat, habuisse dictæ reædificationis plenam notitiam per oculatam fidem, & multorum Testium attestationem, ideoque auctoritatem suam interposuerit, sta-

3 tur ipsius assertioni † *glos. in c. pastoralis in verb. exonerare de offic. Deleg.* & præsumitur decretum

4 interpositum ex vera, & iusta causa † *ad not. per Felin. in c. quoniam contra n. 37. vers. 7. conclusio de probat.* & fuit in terminis dictum *in Bononien. Iurispatronatus, quæ est inter impress. diuers. decis. 598. par. 1.*

Minus etiam controuerti posse videbatur, quod non constet, dotem in eodem instrumento dictæ Ecclesiæ assignatam, fuisse ipsi effectualiter traditam, cum omne dubium penitus sit sublatum per Testes nouiter examinatos, qui clarè deponunt, etiam nunc Rectorem dictæ Ecclesiæ, domum, † & vineam, de quibus in dicto instrumento possidere.

Voluerunt autem DD. vt particulariter videatur, An reædificatio vt supra vnà cum dotis augumento facta sufficiens sit ad effectum acquisitionis Iurispatronatus, & alia ad hoc requisita concurrant.

ROMANA FIDEICOMISS. DE STEPHANELLIS.

Lunæ 24. Aprilis 1615.

DECISIO XXXVIII.

Impressa post Merlin. de Legitim. decis. 93.

VERCELLEN CANONICATVS

Lunæ 4. Maij 1615.

ARGVMENTVM

Gratia est plene iustificanda, maxime ad effectum priuationis, nec attenditur probatio æquiuoca.

SVMMARIVM.

1 *Gratiæ fundamentum est plenè, & concludenter probandum.*

2 *Argumentum de præsenti ad præteritum non concludit.*

3 *Testis vnicus nec contra inducentem plenè probat.*

4 *Testes non concludentes non attenduntur.*

5 *Probatio in materia obiectiua ad effectum priuationis debet*

nis debet esse luce meridiana clarior.
6 *Probatio æquiuoca non attenditur.*

DECISIO XXXIX.

CONclusum fuit, Gratiam Io: Petri non es-
se iustificatam: Nam missis, quæ circa
alia narrata in dicta gratia deduci possent, non
videbatur aliquo modo probari, quod Io: An-
tonius tempore, quo de Canonicatu prouisus
fuit, possideret beneficium *B.* Virginis Mariæ
de Bonhomio, vt vocant, quod tamen ple-
nè, & concludenter probandum fuisset, cum
1 in ea gratia principaliter fundetur † *ad not. per*
Bart. & alios in l. in illa ff. de verb. oblig. Alex. cons.
109. *num.* 5. *& cons.* 146. *num.* 2. *lib.* 7. *Aym. cons.* 112.
numer. 6.

Neque enim hæc probatio desumi potest
ex eo, quod Io: Antonius dictum beneficium
de mense Ottobris obtineret, quia cum de
Canonicatu prouisus fuisset de mense Ianuarij
antecedentis, argumentum quod fit de præsen-
2 ti ad præteritum non concludit † ex multis
alleg. *per Alciat. de præsumpt. reg.* 2. *præsumpt.* 21.
n. 15. *Menoch. eodem tract. lib.* 6. *præsumpt.* 65.

Minus etiam ad hunc effectum fundamen-
tum fieri potest in dicto testis pro parte Io:
Antonij inducti, quia præterquam quod vni-
3 cus est, † & propterea neque etiam contra
indecentem iuxta opinionem, quam Rota
seruat, plenè probat, nihil concludit, siue di-
ctum ipsum, siuè etiam rationem dicti inspi-
ciamus; nam dum ait se scire, quod Io: An-
tonius dictum beneficium possideat, non per-
cutit tempus prouisionis, dum verò rationem
sui dicti ex eo reddit, quod ipse soluerit tres
terminos census ab ipso eidem Ecclesiæ debiti
etiam quod dicti termini tempus prouisionis
4 † amplecti videantur, non pernecesse inde se-
quitur, quod Antonius dicto tempore bene-
ficium possederit, cum potuerit nomine Pe-
trini sui fratris, qui tunc temporis possedisse
dicitur, census prædictos recepisse, & in om-
nem euentum ista probatio non videbatur ta-
lis, qualis in proposito requiritur; præsertim
cum materia sapiat obiectum, & agatur ad
effectum priuationis, quo casu iuxta no-
torias huius Sacri Tribunalis regulas, necesse
est probationes luce meridiana clariores affer-
5 ri † *ad not. in l. sciant cuncti C. de probat. Bisignett.*
decis. 2. *de probat.*

Non obstat, quod depositio dicti Testis vi-
detur adminiculata per apocam, in qua Io:
Antonius fatetur, recepisse terminos præd.
census de anno 1613. decursos, quia obiectum
eadem responsione, vt supra tollitur, quod
scilicet Io: Antonius in dicta apoca non expli-
cat, quo nomine illos receperit; Vltra quod
possunt stare insimul, quod receperit fructus
dicti census in terminis S. Io: Baptistæ, & festo
Natalis D. N. dicti anni 1613. maturatos, & ni-
hilominus beneficium 7. Ianuarij eiusdem an-
ni, quo tempore, vt dixi, de Canonicatu proui-
6 sus fuit, non possederit, † atque ideò hæc pro-
batio tanquam æquiuoca merito visa non fuit
aliqua consideratione digna ex supra alle-
gatis.

VERCELLEN CANONICATVS SVPER IMMISSIONE.

Lunæ 4. Maij 1615.

ARGVMENTVM

Patet ex summario.

SVMMARIVM.

1 *Canonicatum habere annexum ordinem, vel quid si-*
mile est probandum à Prouiso ad effectum Manu-
tentionis.
2 *Annexio est quid facti, & non præsumitur.*
3 *In Ecclesia Vercellensi adsunt membra à Canonica-*
tibus distincta, & separata, & de Consuetudine
Optandi ibidem, & num. 16.
4 *Manutentio non datur contra possidentem iusto titu-*
lo, sed prius est agendum de illius validitate.
5 *Testes deponentes de eorum credulitate, & indicio*
non probant.

DECISIO XL.

VAcante Canonicatu, & Præbenda, de
quibus agitur per mortem q. Dominici
de Aduocatis, obtinuit Io: Antonius de illis,
vti de reseruatis à S. D. N. sibi prouideri, &
exhibitis coram Vicario Vercellen suæ proui-
sionis litteris, mandatum de immittendo in
possessionem dicti Canonicatus, illique anne-
xis decerni impetrauit. Verum quia Capitu-
lum, & Canonici prætendentes ordinem Sa-
cerdotalem, nec non prædium Bazzole, quod
secundum membrum vocant, vt à Canoni-
catu ordinario separata, & distincta antiquio-
ribus Canonicis ex inueterata Ecclesiæ con-
suetudine, optandi Ius fuisse, atque in eorum-
dem possessione vigore optionis, statim sequu-
ta dicti Dominici morte, factæ, Cæsarem Ro-
nasendam, & Michaelem Belletiam existere,
dicto mandato respectu ordinis, & membri
obtemperare recusabant; ideò causa mihi
commissa, Dubitaui, An Io: Antonio dan-
da esset immissio, & Domini quoad ordi-
nem, & prædium à dd. Cæsare, & Michaele
possessa negatiue responderunt duplici ratione
moti.

Primo quia Antonius non solum non pro-
bauit, dictum ordinem, & membrum esse
Canonicatui annexum, prout probare tene-
1 batur † *c. quia sæpè de prab. in* 6. cum præsertim
2 annexio sit quid facti, † nec præsumatur *l. in*
bello §. facta ff. de capt. & postlim. reuers.

Sed imò potius contrarium apparet tam ex
Testibus datis in Summario Capituli n. 4. qui
de inueterata Ecclesiæ Vercellen consuetudi-
ne deponunt, optandi Ordines, Sacerdotales,
Diaconales, & Subdiaconales, ex quo argui-
tur illos esse distinctos, & separatos à Canoni-
catu, cum alioquin non ordines, sed Cano-
nicatus optarentur, quàm ex pluribus aliis re-
solutionibus in hoc Sacro Auditorio factis, &
præser-

præsertim in simili *Vercellen Canonicatus 4. Maij 1698. coram Penia, & in alia Vercellen 28. Iunij 1610. coram Rpd. Caualerio*, quod scilicet in di-
5 cta Ecclesia extarent membra à Canonicatibus distincta, & separata.

Secundo quia visum fuit, quod cum agatur contra possidentes dictum ordinem, & membrum iusto Optionis titulo *ad decis. 6. in fin. de consuet. in nou.* In primis de validitate di-
4 ctæ optionis agendum sit † *iuxta not. per Bart. in l. fin. n. 21. vers. si autem aliquis C. de edict. diu. toll. cum alijs relat. per Menoch. de adipisc. remed. 4. num. 588.*

Nec facit quod Dominicus dicitur obijsse in possessione dicti ordinis, & membri, quia præterquam quod Testes deponunt de eorum iudicio, & credulitate, ac propterea non pro-
5 bant † *Bald. in l. siue possidetis n. 14. C. de probat. Cæsar de Graff. decis. 7. n. 2. de testib.* non inde sequitur, quod dictus ordo, & membrum sint Can-
6 onicatui annexa, † vt fuit dictum *in allegata Vercellen Canonic. 4. Maij coram 60. me: Penia.*

ANCONITANA BONORVM

Vener. 15. Maij 1615.

DECISIO XLI.

Impressa in Recent. Decis. 690. par. 2.

BONONIEN. OLEORVM

Lunæ 18. Maij 1615.

ARGVMENTVM

Patet ex Summatio.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ missiuæ, in quibus habetur transmissio rei ad aliquem, an probent identitatem.*
Probatio non concludens per necessè non attenditur num. 1.
2 *Ratio reddita alicui de aliqua re, concludit pernecesse rem illam ad eum spectare.*
3 *Libri Gabellariorum respectu Tertij an probent dominium rerum, pro quibus est soluta Gabella.*

DECISIO XLII.

Domini dixerunt, firma remanere fundamenta Decisionis ad fauorem Bartholomei in hac causa factæ, non obstantibus, quæ modo pro parte Angelæ in contrarium deducuntur: Nam quod dolia 35. ad Paulum spectassent, nullo modo videbatur probari ex partita Scutum 500. *in Summario dictæ Angelæ nu. 1.* data, ne dum quia in ea non fit aliqua mentio dd. doliorum 35. sed apparet sub iisdem verbis; quibus posita fuit ad debitum Pauli, ad eiusdem etiam creditum descripta; Vnde potius verisimilius redditur, dictum Paulum nudum nomen huic negotio accomodasse, vt sæpius in hac causa firmatum fuit, & dicta dolia verè ad Iulium Cæsarem spectasse.

Eadem quoque responsione tolluntur deducta circa alias partitas ad creditum Pauli positas, de quibus in eodem *Summario num. 3.* quia scilicet; cum totum hoc negotium sub nudo Pauli nomine gestum fuisset, mirum non est, si huiusmodi partitę, quæ hodie à Bartholomeo non controuertuntur, ad dicti Pauli creditum descriptæ reperiantur.

Minus etiam respectu aliorum doliorum 23. obstant litteræ missiuæ, in quibus eodem *Summario n. 6.* legitur, plura oleorum dolia fuisse Paulo Ferrariæ transmissa, quia inde non sequitur, quod illa eadem, quæ fuerunt Paulo transmissa, sint ista, quæ fuerunt in Magazeno Giptij posita, & de quibus nunc agitur, & consequenter vti probatio irreleuans, &
1 quæ pernecessè non concludit, reijcienda † est *ad not. in c. in præsentia de probat. cũ alijs in alia decis. alleg.* Prout & eadem ratione attendenda non sunt omnia alia iura pro parte Angelæ deducta, quæ solum tendunt ad probandum, fuisse quamplurima dolia ex alijs partibus Bononiã Paulo adducta, cum, vt dixi, possit stare in simul, quod quamplurima dolia fuerint Paulo adducta, & nihilominus ista, de quibus agitur, vere ad Iulium Cesarem, & non ad Paulum spectent.

Nec aliquid facit confessio Giptij, & ratio Paulo reddita, quia cum, vt iam sæpè dictum fuit tàm ex propria confessione ipsius Pauli, & etiam Angelæ, quàm pluribus alijs in alijs decisionibus ponderatis, manifeste constet, negotium hoc oleorum sub nudo Pauli nomine gestum fuisse; nihil repugnat, quominus ratio Paulo reddi potuerit, & nihilominus olea
2 verè ad Iulium Cęsarem spectauerint †.

Ad prætensas Conductorum extraiudiciales attestationes fuit iam satis in alia Decisione responsum; Nec subsistit, quod in libris Gabellæ non adnotantur nomina illorum, ad quos olea spectant, sed tantum conductoris, & proinde cessat ratio, ex qua dictum fuit dict. attestationes de falso conuinci, quia fides Officialium Doghanæ ad hoc probandum adducta,
3 vltra quod fidem non facit, † non excludit, quod præter nomen Conductoris, non aduoterur etiam nomen illius, cui oleum aduehitur, prout ita fieri apparet ex partitis in alio Summario Bartholomei datis, quibus magis credendum, quam fidei prædictæ.

Reliqua, quæ percutiunt Ius Bartholomei sunt extra præsentem disputationem, vltra quod fuerunt iam in alijs decisionibus sublata; prout fuit etiam sufficienter alias demonstratum, confessionem Pauli esse probatam per quatuor Testes fide dignos, & contestes, quæ nunc quoque Dominis placuerunt, & præsertim, quia eadem confessio comprobatur etiam positionibus Angelæ, partitis librorum, & alijs adminiculis, de quibus in decisionibus.

TERRA-

TERRACINEN SEPARATIONIS THORI.

Lunæ 25. Maij 1615.

ARGVMENTVM

Adulterium Viri, ac illius sæuitia, nec non Odium capitale erga vxorem, ac Inimicitia cum ipsius Consanguineis sunt iustæ causæ separationis Thori, exclusa omni cautione.

SVMMARIVM.

1 *Separationis Thori materia plurimum pendet à Iudicis arbitrio tam ratione subiectæ materiæ, quam iusti metus* & num. 2.

3 *Adulterium Viri probat iustam causam separationis Thori.*

4 *Sæuitia Viri in mulierem est iusta causa separationis Thori.*

5 *Adulterium probatur per Testes de eo cum circumstantijs deponentibus.*

6 *Inimicitia cum Vxore orta ex querela Criminali erga illius Consanguineos à Marito data, est iusta causa separationis Thori.*

7 *Vxor non est restituenda Marito cum cautione, quando constat de Seuitia, & iustis causis separationis.*

DECISIO XLIII.

1 CVm materia hæc separationis plurimum pendeat à Iudicis arbitrio, tam ratione subiectæ materiæ *Abb. in c. litteras n. 7. in fin. de rest. spoliat. Bald. conf. 176. lib. 1. Aym. conf. 31. num. 5.*
2 quam ratione iusti metus † *l. metus autem caus. ff. ex quibus caus. maior. glos. in l. interposita in verb. cruciatum C. de transact. Abb. in c. cum virum num. 8. de Regular. Paris. conf. 35. n. 60. cum ibi alleg.* Domini arbitrati sunt, adesse in proposito iustas causas separationis Thori, eo quod ex Testibus pro parte Simphorianæ adductis non solum visum fuit satis probari adulteria Viri, quę sola iustam causam separationis præberent
3 † *ad tex. in c. significasti, & c. ex litteris vbi DD. de diuort. Abb. Imol. & alij in c. 1. vt lit. non contest. cum alijs per Couar. de sponsal. par. 2. cap. 7. §. 5. nu. 8. Sanchez de matrim lib. 10. disput. 3. nu. 6. & fuit firmatum in vna Bisuntina separationis Thori 11. Februarij 1598. coram 60. me: Cardinali Pamph. & in alia Cæsaraugustana separationis 26. Ian. 1596. coram 60. me. Orano,* sed etiam eiusdem viri in dictam
4 Simphorianam nimiam seuitiam † *c. ex transmissa, & c. litteras de rest. spol. cum alijs per Couar. S. num. 1. & Sanchez d. tract. de matrimonio lib. 10. disput. 28. & fuit etiam in dd. Bisuntina, & Cæsaraugustana decisum.*

Nec obstare putabant, quod adulteria plenè, & concludenter probata non sint. & Simphroniana verisimiliter ansam viro præbuerit acrius in ipsam sæuiendi: obiectum enim cessare videbatur ex pluribus circumstantijs à testibus relatis, ex quibus non solum sufficien-
5 ter probautur adulteria commissa † *ad not. in c. præterea de testibus c. dixit 32. q. 1. & c. 4. de adulter.* sed satis etiam manifestè constat, quod vir capitali potius odio, quam iusta ira concitatus in ipsam vltra omnem modum inseuierit. Vnde ex his, & alijs simul iunctis DD. censuerunt
6 omne cautionis † remedium excludi ad deducta *in dd. Bisuntina, & Cæsaraugustana Thori,* & consequenter iustam, vt dixi, separationis causam adesse.

VLIXBONEN CANONICATVS

Lunæ 1. Iunij 1615.

DECISIO XLIV.

Impressa in Recent. decis. 710. par. 2. & post Murgam Quæst. Pastoral. de Potestate Ecclesiarum Vnitar. decis. 9.

ROMANA LITTERARVM CAMBII.

Lunæ 1. Iunij 1615.

DECISIO XLV.

Impressa in Recent. decis. 679. par. 1. & post Turri de Cambijs decis. 26. pag. 524.

VITERBIEN BONORVM

Mercur. 10. Iunij 1615.

DECISIO XLVI.

Impressa in Recent. decis. 714. par. 2.

CIVITATIS CASTELLI, SEV PERVSINA BONORVM.

Veneris 12. Iunij 1615.

DECISIO XLVII.

Impressa post Gilian. ad Statut. Perusin. Decis. 126

PLACENTINA DOTIS, ET ANTEPHATI.

Vener. 12. Iunij 1615.

DECISIO XLVIII.

Impressa in Recent. decis. 680. par. 3.



CALA

CALAGVRITANA BENEFICII de Cuaui

Lunæ 15. Iunij 1615.

ARGVMENTVM.

Constitutio pœnalis strictè est interpretanda, & pœna excluditur per quamcumque actus interpretationem.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio pœnalis requirit, vt illius contrauentio plenè & concludenter probetur.*
2 *Possessio præsumitur potius attentatum, quàm vera possessio ad excludendam pœnam.*
3 *Probatio redditur æquiuoca, quando potest allegari alius titulus ad effectum euitandi pœnam.*
4 *Possessio nemini quæritur sine mandato.*
5 *Remissoria calumniosè petita est deneganda.*
6 *Litteræ Apostolicæ ostenſe extraiudicialiter cum exhibitione supplicationis ex benignitate Rotæ, & ex pragmatica Diœcesis Calaguritanæ probant.*

DECISIO XLIX.

CVm alias Rota censuisset, beneficium, dequo agitur, Michaeli adiudicari debere, nec aliquid contra dictam decisionē postea opponeretur, DD. dixerunt, causam esse expediendam, non obstante etiā noua impetratione per Martinum facta ex Constitutione Pauli Tertij in fauorem Officialium Cancellariæ edita, & responsio potissima fuit, quia Martinus non solum non probauit, Michaelem accepisse possessionem dicti beneficij, nonexpeditis litteris, & vigore supplicationis prout ex forma d. Con-
1 stitutionis probare tenebatur, & † quidem plenè, & concludenter, eum materia dictæ Constitutionis sit pœnalis *ad not. in l. sciant. C. de probat. & in l. in testamento ff. de condit. & demonstr. Vrsill. in annot. ad decis. Afflict. 135. num. 9.* Sed neque etiam vllo tempore iustificare poterit. Nam eum possessio d. beneficij sequestro subiaceat elapsis annis de mandato Rotæ apposito, non potuit aliquo modo Michaeli quæri, sed qualibet fructuum perceptio per Michaelem facta, quatenus vnquā probaretur, resolueretur in simplex potius attentatum, quam veram & actua-
2 lem possessionem, † qualis ad effectum, vt dictæ Constitutioni locus esse possit, requiritur.

Præterea, quatēus etiā dici posset capta possessio, adhuc deficeret probatio alterius requisiti, quod scilicèt, vigore supplicationis capta sit, quę videtur propemodū impossibilis, cū potiùs dicendum esset, Michaelem dictā possessionem apprehendisse vigore oppositionis, & approbationis de ipso factæ, & in omnem euentum sa-
3 tis est, † quod possit allegari alius titulus, atq; inde pretensa probatio reddi æquiuoca ad hoc, vt euitetur pœna dictæ Constitutionis iuxta *not. in c. in præsentia de probat.*

Ex quibus etiā patet, quod nulla ratione subsistit fundamentū, quod informantes pro Martino in depositionibus testium ab ipso conductorum faciunt, tum quia ex eo, quod fructus de ordine Sequestratarij Fratri Michaelis consignati fuerunt, non probatur possessio Michaelis, sed potius attentatum, vt dixi, vel collusio inter ipsum Michaelem, & Sequestrarium, tum quia etiam tum apparet, quod dicti fructus fuerunt consignati Fratri Michaelis de ipsius mādato, sine quo Michaeli non potuisset quæri
4 possessio.

Nec minus visum fuit, expeditionē causæ retardari debere sub prætextu Remissoriæ à Martino petitę, vel quod litteræ impetrationis Michaelis non sint in actis, quia ex supradd. clarè apparet, remissoriam calumniosè peti, † atque
5 ideò merito esse denegandam *ad decis. Cassad. 3. sub num. 1. vers. qua remissio de dilat. cum ibi allegat.* & quoad litteras sufficit ex benignitate Rotæ, quod in actis fuerit exhibita supplicatio manu Sanctissimi signata, vt litteræ mihi extraiudi-
6 cialiter † ostensæ propter pragmaticam, quæ in Diœcesi Calaguritana viget, vt fuit *d. in alia Calag. beneficij de Ariola 25. Octobris 1592. coram bo. me. Gipsio.*

ROMANA DONATIONIS PROPTER nuptias.

Lunæ 22. Iunij 1615.

ARGVMENTVM.

Saluianum non datur in bonis alienari prohibitis. Prohibitio alienationis non extenditur ad debita prohibentis.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum facit probationem probatam.*
2 *Hypotheca non datur in bonis prohibitis alienari.*
Limita pro debitis ipsius prohibentis nu. 3. 4. & 5.
6 *Dos est detrahenda ex fideicommisso, tamquam æs alienum.*
7 *Donatio propter nuptias habet eadem priuilegia dotis.*
8 *Immissio vigore Saluiani concurrentibus requisitis est concedenda.*
9 *Lucrum dotis si in Instrumento non sit expresse prohibitum vigore statuti censetur appositum, & stipulatum.*

DECISIO L.

DVbitaui, an sit danda immissio D. Marchionissæ in possessionem bonorum per q. Ioan. Baptistam eius virum possessorum pro consequenda donatione propter nuptias; Et quia non videbatur controuerti posse creditū D. Marchionissę respectu dictæ donationis, cum de eo appareat per publicum *Instrumentum*,
1 quod facit probationem probatam† *Bart. in l. 1. num. 8. & Iason. nu. 11. ff. de nou. oper. nunc.* nec minus dicti D. Io. Baptistæ dum viueret, & modo D. Federici possessio. Sed informantes pro negatiua in eo solum insistebant, quod in instrumento donationis à fratribus de Montoriis sibi inuicem factæ, prohibitam esse, dicebant quam-

quamcunq; bonorum donatorum alienationem, & quod consequenter in ijs non potue-
2 rit cadere Hypotheca, atque ità deficiat vnum ex requisitis ad probandum primum extremũ pro immissione in vim vtilis Saluiani necessarium *Ang. in §. item Seruiana in fin. Instit. de act. Rol. cons. 14. numer. 13. vol. 1. cum alijs adductis in vna Romana Saluiani prima Iulij 1613. coram Reueren. D. meo Damasceno, & 15. Decembris 1614. coram Rpd. meo Pamphilio*. Domini dixerunt, dandam esse immissionem respectu portionis, quam Io. Baptista in dictis bonis ante donationem habebat, reseruato, vt de altjs portionibus à fratribus ei donatis, quatenus opus esset, particulariter, videretur.

Nam quidquid sit de illa quæstione, vtrum prohibitio alienandi facta in contractu intelligenda sit, quatenus alia bona extent, vel etiam quatenus non extent, ità quod tunc locus non sit *Auth. res quæ C. commun. de leg.* quæ quam controuersa inter DD. sit, apparet ex relatis per *bo. mem. Card. Seraphin. decis. 374. & in vna Romana 7. 6. Iunij 1605. coram bo. mem. Iusto*, & admisso etiam pro nunc, quod in dicta donatione prohibita sit alienatio bonorum donatorum etiã ex causa dotis, & quod illa personam quoque Io. Baptistæ comprehendat, quod tamen per multas rationes fuit ab informantibus pro D. Marchionissa acriter impugnatum, & poterit de eo suo loco, videri. Quoad portionem Ioa. Baptistæ, quã ipse eius filio primogenito masculo, & in ipsius defectum D. Federico cum eadem prohibitione, vt prætenditur, donauit,
3 cessat difficultas, † tum quia dicta prohibitio expresse legitur directa donatarijs, nec propterea ipsum donantem afficit *l. Lutius ff. de leg. 3. l. 4. §. quoties*, & ibi *Bart. ff. de dam. infect. & in l. peto §. fratre numer. 3. ff. de leg. 2. Bero. cons. 84. numer. 38. lib. 2.*
4 Tum etiam quia prohibitio † quantumuis generalis nunquã extenditur ad casum, in quo prohibens reperitur obligatus *l. peto §. prædictum*
5 *Bart. & alij ff. de leg. 2.* Sed non obstante huiusmodi prohibitione possunt semper etiam bona restitutioni subiecta pro debitis ipsis vinculantis alienari *leg. cum fidei heredis ff. de fideicom. libert. Bald. in c. quoniam frequenter §. in alijs num. 5. vt lit. non contest. cum alijs per Surd. decis. 62. num. 20. & seqq.* & magis ad propositum nostrum facit
6 *tex. in l. à filia ff. ad Trebell.* vbi datur, † quod si expromissione dotis aliquid debitum sit, æris alieni loco habendũ est, & à fideicommisso detrahi debet; Vnde cũ ex promissione Io. Baptist. debita sit D. Marchionisæ donatio propter nu-
7 ptias, † quæ paripassu cum ipsa dote ambulat, ità quod quidquid de dote disponitur, censcatur etiam donatione dispositum *Auth. res quæ, vbi Castr. & alij C. comm. de leg. Dec. cons. 519. num. 2. latè Crauett.* in terminis donationis vigore Statuti debitæ, & à fideicõmisso detrahendæ *cons. 176. ferè per totum*, cessat quoad dictam donationem effectus prædictæ prohibitionis, & consequenter concurrunt quoad portionem Io. Baptistæ
8 omnia requisita vtilis Saluiani † interdicti, adeo vt D. Marchionisæ non possit in eam denegari immissio ex allegatis.

Neq; dicatur, quod non constat de promissione Io. Baptistæ respectu dict. donationis, quia vltra quod illa expressis verbis legitur in instru mento, quod datur *num. 1.* dum in eo promisit, dotem restituere, & lucrari iuxta formam statutorum Vrbis sub obligatione omnium bonorum suorum, in omnem euentum satis esset, quod lucrum dictæ donationis non reperitur in dicto instrumento prohibitum; nam co
9 ipso, quod expresse prohibitum non fuit, censetur vigore *Statuti Vrbis cap. 138. lib. 1.* appositum, & stipulatum.

Atq; ex his fuit ità pro immissione conclusum dummodo anterius creditum D. Federici, quod prætenditur, non obstet, &c.

INTERAMNEN. AQVARVM.

Lunæ 22. Iunij 1615.

DECISIO LI.

Impressa in Recent. decis. 734. par. 2.

LVNEN. SARZANEN. IVRIS PATRONATVS.

Lunæ 22. Iunij 1615.

DECISIO LII.

Impressa in Recent. decis. 691. part. 3.

VRBEVETANA IVRIS PATRONATVS

Veneris 26. Iunij 1615.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus adhoc vt acquiratur, requiritur consensus Ordinarij, & qualiter hoc intelligatur. spatio octuaginta annorum, & per præsentationes effectuatas omnia necessaria præsumuntur interuenisse.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus non potest acquiri absque consensu Ordinarij.*
2 *Amplia, quod nec potest per Vicarium absque speciali mandato suppleri.*
3 *Declara id procedere in translatione tantum; secus in reseruatione, quia supposita fundatione, & dotatione omnino consentire tenetur, & sufficit consensus Vicarij etiam absque speciali mandato.*
4 *In Iuris patronatus reseruatione cursus octuaginta annorum facit præsumere consensum Episcopi, & omnia solemnia.*
5 *Item per plures præsentationes effectuatas.*
6 *In Iuris patronatus reseruatione sufficit consensus tacitus Episcopi.*

D E

DECISIO LIII.

CVm præsuppoſita deciſione in hac cauſa facta,quæſituſſe, an conſtaret de legitima Iuriſpatronatus reſeruatione DD. difficultatē ad id reduxerunt,quod videbatur conſenſuOr-
1 dinarij † qui ad effectum acquiſitionis Iuriſpatronatus requiritur. *Rot deciſ.11.numer.3. verſ.in oppoſitum de Iurepatronatus in antiq.Lambert. eodem tract.lib.1.part.1.quæſt.2.artic.* 3. per Vicarium
2 abſque ſpeciali † mandato ſuppleri non potuiſſe.

Et quamuis concluſionē in ſe quidē veram crederetur, vti ſæpiſſimè à Rota firmatam per *not. in capit.fin.de Off.Vicar.Calder.conſ.1. eodem tit. Rebuff.in forma Vicar. num.* 184. nihilominus dixerunt,illam in caſu propoſito non applicari,
3 nedum,quia † procedere videbatur in tranſlatione Iuriſpatronatus, non autem in eiuſdem reſeruatione,cum tranſlationem poſſit quidem Ordinarius admittere, vel non admittere pro libitu, reſeruationi verò ſuppoſita fundatione, & dotatione omnino conſentire teneatur *Lambert. dict.tract.par.1.p.lib. 2.quæſt principalis art.* 16. & ſub generali mandato Vicarij veniant omnia ea, quæ neceſſitatis ſunt ad tradita per eundem *Lambert.ar.5,par.quæſt.principalis 3.par.2.lib.*

Verū etiam quia,cū à die reſeruationis inter-
4 ceſſerint pluſquam 80.anni,† præſumitur omnia neceſſaria,& ſolemnitates extrinſecas, atq; ità etiam mandatum ſufficiens interueniſſe *Barbat.conſ.33.numer.1.& ſeq lib.2. Soccin.conſ.15, numer.54.vol.1.cum alijs allegat.per Gabr.conſ.200. num.6.lib.1.Lambert.d.tract.lib.1.par.1.q.2. artic.7. num.3.& 7.*

Idque eò magis,quod apparet, dictam reſeruationē fuiſſe per plures præſentationes,& inſtitutiones ſubſecutas,præſertim de anno 1581
5 effectuatas;hoc † n.caſu præſumitur conſenſus Epiſcopi interueniſſe, vel in ipſa reſeruatione vel poſtea,quod ſufficit *Calder.conſ.6. de Iuriſpatronat. Rocch.eodem tract in verſ. pro eo quæſt.4.nu.9. Lambert.lib.1.par. 2.quæſt.1.art.16. num.5.* † præ-
6 ſertim cum non requiratur conſenſus expreſſus,ſed ſatis ſit tacitus *Rocch. vbi 5.quæſtion.8.numer.* 20.

Quibus ſtantibus pro legitima Iuriſpatronatus reſeruatione concluſum fuit,prout ex iiſdē rationibus Rota reſoluit in vna *firmana Altaris. 11.Maij 1601.coram bo.me Penia,& in alia Britinorien.Iuriſpatronatus 7.Maij 1612. coram Rpd. meo Vbaldo.*

SPOLETANA BONORVM.

Mercur. 1. Iulij 1615.

DECISIO LIV.

Impreſſa poſt Pacific.de Saluiano interd.deciſ.226.

TROPIEN. BENEFICII.

Ven. 20. Nouembris 1615.

ARGVMENTVM.

Patet ex.

SVMMARIO.

1 *Acta non eſſe integra ille probare debet, qui id excipit.*
2 *Poſſeſſio capta,pendente termino ad appellandum, eſt nulla,declara,& limita vt num.3.*
4 *Poſſeſſio ſufficit probari in Iudicio Summariſſimo retinendæ.*
5 *Poſſeſſor quilibet pendente lite eſt manutenendus.*

DECISIO LV.

DOmini non obſtantibus in contrarium nunc adductis, ſteterunt in deciſis ſub die 9.Ianuarij præteriti Alexandro ſcilicet,dandum eſſe mandatum de manutenen. in poſſeſſione beneficij, de quo agitur.

Nam quod acta nō fuerint integrè tranſportata, & conſequenter ipſi concedi non poſſit manutentio iuxta deducta in *Cremonen. penſionis 24. Martij 1608.coram Reuerendiſſimo Attrebaten*, ceſſare videbatur ex facto, cum nulla fuerit in partibus lis agitata,ſed Alexāder,habita notitia Inſtitutionis Caroli,ſtatim ab ea appellauerit.

Vnde quatenus Carolus prætendat, adeſſe alia acta inter ipſum, & Alexandrum in partibus geſta præter dict. inſtitutionem, & appella-
1 tionem iam tranſportatam, illud probare tenētur,cum † ſit fundamentū ſuæ exceptionis,in qua ipſe eſt actor *l.1.ff.de except.l. in exceptionibus ff.de probat.*

Neque ſubſiſtit,quod poſſeſſio Alexandri ſit
2 nulla,vt pote pendente termino ad appellandū captam,atq; ideo non manutenibilis ad *deciſ. Caſar.de Graff.2. de appell.* quæ paſſim in hoc pro-
3 poſito allegari ſolet,quia † obſtaculum procederet, ſi eo tempore adfuiſſet legitimus Contradictor,cum quo Iudicialiter agi debuiſſet; nam tunc poſſeſſio intra terminum ad appellandum à iure præfixum capta redderetur nulla, ſecus vero eſt vbi immiſſio facta fuit nullo alio exiſtente in poſſeſſione, & extra formam Iudicij.

Minus etiā facit,quod dicitur,gratiam Ale-
4 xandri non fuiſſe iuſtificatam,† quia in hoc Iudicio Summariſſimo retinendæ attenditur ſola probatio poſſeſſionis, etiamquod non cōſtaret
5 de alio titulo, cum † quiuis poſſeſſor ſit in ſua poſſeſſione pendente lite manutenendus, vt in ſimili dictum fuit *coram bo.me.Card Seraph. deciſ. inter impreſſ.717.& paſſim ſeruatur,&c.*



ROMA-

ROMANA LITTERARVM CAMBII

Ven. 27. Nouembris 1615.

ARGVMENTVM.

Retensio non datur in Credito illiquido. Secuta
acceptatione litterarum Cambij non datur re-
gressus ad scribentes, nisi facta protestatione
contra Acceptantes, & an & quando sit locus
pœnitentiæ.

SVMMARIVM.

1 *Confessio propria est maxima omnium probatio.*
2 *Retensio non datur pro credito illiquido.*
3 *Litteris Cambij acceptatis non datur regressus contra Scribentem, nisi facta protestatione contra acceptantes.*
4 *Acceptans litteras cambij efficitur debitor illius, ad cuius fauorem sunt factæ, nec tenentur alteri soluere amplia vt num. 5.*
6 *Pœnitentiæ non est locus in contractu cambij.*
7 *Solutio si non potest fieri, illis, cui est facienda, est cedenda mandanti.*

DECISIO LVI.

DOmini steterunt in resolutis sub die 1. Iu-
nij præteriti, prætensæ scilicet ex parte
D. Io. Rotuli retentioni locum non esse, & ra-
tio potissima fuit, quia Io. Rotuli debitum ap-
paret liquidum etiam per propriam ipsius con-
1 fessionem, qua nulla maior probatio *leg. gene-
raliter C. non num. pecun. l. cum te. C. de transact. leg. 1.
C. de confess. cum alijs per Surd. cons. 60. num. 1. & de-
cis. 326. num. 28.* & è conuerso illius creditum
adhuc controuertitur ex eo, quod, vt in deci-
sione dicebatur, DD. Herrera, & Costa conten-
dunt, ad prætensam pecuniarum restitutionem
compelli non posse, cum neque per ipsos, vti
qui litteras Cambij scripserunt, neque per Fur-
narios, quibus dictæ litteræ directæ fuerunt, ste-
terit, quominus reali numeratione completæ
2 sint, † vnde merito cessare videbatur retentio
*ad not. in l. fin. C. de compensat. Bald. cons. 93. numer. 1.
lib. 4. Gramat. decis. 58. num. 11. Rot. decis. 111. num. 1.
part. 1. diuers. cum alijs in dict. decis. allegat.*

Nec obstare visum fuit, quod dicitur, mediã-
te sequestri reuocatione, & cautione per Io. Ro
tulum Iudicatum soluendi præstita, sublatum
fuisse omne impedimentum, quominus Fur-
narij tuto pecunias numerare possint, atque
ita per ipsos stare, quod non sequatur solutio,
quia huic obiecto fuit multipliciter respon-
sum, & primo quod in facto non erat admo-
dum clarum, quod sublata essent omnia impe-
dimenta, cum potius contrarium apparere vi-
debatur ex iuribus datis *in Sum.* eiusdemet *Io.*
Rotoli *n. 9.*

3 Sed quod postquam † Furnarij acceptaue-
rant litteras Cambii, de quibus agitur, non da-
batur Io. Rotolo regressus contra illos, qui dd.
litteras scripserunt nisi factis prius per ipsum
contra dd. Furnarios ad vsum mercatorũ pro-
testationibus *Rot. Ianuen. decis. n. 19. & decis. 50. n. 1*

Tertio quod ad effectum, vt Furnarij securè
potuissent soluere, requirebatur vltra reuoca-
tionem sequestri mandatum, seu decretum *Iu-*
dicis de consignando, seù soluendo pecunias in
dd. litteris descriptas *Io.* Rotulo: nam cum vi-
gore dd. litterarum solutio esset facienda Mi-
chaeli, & Laurentio del herede, non potuerunt
Furnarij tuto dd. pecunias absque Iudicis de-
claratione *Io.* Rotulo soluere, cum præsertim
4 per litterarum acceptationem, Michaelis, &
Laurentij debitores effecti fuissent *Rota Ianuen.
decis. 168. num. 2.* nec certo ipsi constare posset,
quod pecuniæ ad Ioannem Rotulum pertine-
rent.

Quarto quod in omnem euentum mora
Furnariorum non debet cedere damno DD.
Herrera, & Costa, sed potius Io. Rotulo, qui si-
bimet imputet, quod pecuniarum solutioni a-
diecit personas in limine decoctionis positas,
cum quorum creditoribus de proprietatione
dd. pecuniarum contendendum est.

Non obstat, quod pecuniæ, de quibus agitur,
sint propriæ Io. Rotoli, & quod ipse re integra
potuit reuocare mandatum illis del herede ad
exigendum datum; quia quicquid sit, an pecu-
niæ verè ad Rotolum, siuè potius ad illos del
herede spectent, quod non videtur præsentis
indaginis, adhuc locus reuocationi mandati es-
se non potest, ex quo non versamur intermi-
nis simplicis mandati, sed in contractu cambij,
5 in † quo non est locus pœnitentiæ ad *tex. in leg.
in commodato §. sicut autem ff. commod. Bald. cons. 348
num. 4. & 5. lib. 1.* vbi quod ille, qui adijcit, vel
detrahit aliquid contractui, nouum contractũ
efficere videtur, quod non est licitum, nisi de
voluntate contrahentium, eoque magis, quia
dicta reuocatio tenderet in præiudicium DD.
6 Herrera, & Costa, † qui cum eo ipso, quod lit-
teræ à Furnarijs acceptatæ fuerunt, ipsis rema-
neant obligari, adeò quod neque etiam dd. lit-
teras, siue mandatum de soluendo in eis con-
tentum amplius reuocare possint *Rot. Ianuen. d.
decis. 168. num. 3.* non est conueniens, vt pro ea-
demmet summa etiam Io. Rotulo teneantur,
vt in specie ponderauit *Rota corã Puteo dec. 123.
num. 2. & seq. lib. 3.* prout eidem Io. Rotulo tene-
ri quoque non possunt Furnarij, qui stante dd.
litterarum acceptatione debitores, vt dixi, il-
lorum de herede effecti sunt.

Non obstat, quod cum solutio dd. pecunia-
rum illis de herede vti decoctis fieri non pos-
sit, restitui debẽt Io. Rotulo, ne aliás pęnes DD.
Herrera, & Costa, vel Furnarios absque causa
7 remaneant, quod † esset iniquum, & tradunt
per *Bald. dict. cons. 348. col. 2. vers. considera interdum
lib. 1.* quia Ioannes Rotulus huic iniquitati fa-
cile occurret, si impedimenta, de quibus supra
remouere curauerit, ex quo ijs sublatis Furna-
rij promptos se ad faciendam numerationem
offerunt, Interim autem cum DD. Herrera, &
Costa omnia pro parte ipsorum adimplenda
adimpleuerint, & mora potius culpa ipsiusmet
Io. Rotuli, vt dixi, proueniat, non poterit D. Io.
Rotulus prætensa retentione in eorum dem-
met Herrera, & Costa præiudicium vti, ex alle-
gatis.

SENOGALLIEN. AFFICTVS.

Ven. 27. Nouembris 1615.

ARGVMENTVM.

Obligatio conditionalis habet locum solum adimpleta conditione. Affictus præsumuntur solutæ ex fructibus ipsius Rei.

SVMMARIVM.

1 *Solutio est facienda eo tantum casu, quo est promissa.*
2 *Vna pars Instrumenti aliam declarat.*
3 *Interpretatio est facienda, vt omnia ad concordiam reducantur.*
4 *Pensiones præsumuntur solutæ de pecunijs retractis ex fructibus rei locatæ.*
5 *Actor tenetur probare concludenter suam intentionem, nec sufficit probatio præsumpta.*
6 *Negotium potius præsumitur lucrosum, quam damnosum.*
7 *Bilancium debet esse ritè, & rectè factum.*
8 *Soluens præsumitur soluisse de proprio.*
9 *Socij non possunt ab alio consocio conueniri pro Rebus Societatis, nisi dispunctis rationibus.*
10 *Cambia non debentur, nisi sint iustificata.*
11 *Illicitum non potest fieri licitum ex partium voluntate.*

DECISIO LVII.

CVM alias Vincentius Mazignus, & Leo Bettus à Vener, Germanorum Collegio bona Abbatiæ Auellanæ pro certa pensione conuenta conduxissent de anno 1508, medietatem dd. bonorum Hieronymo de Scaladiebus, & Marco Aurelio de Domo sublocarunt, pacto inter cætera adiecto, quod dd. Hieronymus, & Aurelius de omnibus lucris, & damnis ex dict. conductione quærendis pro rata dictæ medietatis participare deberent, & casu, quo pecuniæ ex fructibus dictæ Abbatiæ colligendæ non extarent, quibus eueniente die pensio soluenda sit, quilibet sociorum pro sua parte, & rata contribuere teneretur vsque ad integram summam, ita quod deficiente aliquo ex dd. Socijs, liceat reliquis accipere pecunias ad cambium, & recambium damno, & interesse deficientis.

Finita igitur locatione Vincentius Mazignus prætendens societatem in notabili damno remansisse, ipsumque pensiones eidem met Collegio pro tempore decursas de proprio soluisse, conuenit coram A.C. dd. Hieronymum, & Aurelium ad soluendum ratas ipsos tangẽtes, ac contra eosdem mandatum pro summa scut. 440. auri stamparum decerni, & relaxari impetrauit, vnde mihi causa commissa, dubitaui, an dictum mandatum esset confirmandum, vel infirmandum, & Domini infirmandũ censuerunt. Ratio autem decisionis potissima fuit, quod videbatur ex forma conuentionis supra relatæ, satis apparere nõ potuisse dd. Hieronymum, & Aurelium prius conueniri, quam vere constaret, quod pecuniæ in societate non
1 adessent, quibus pensio solui potuisset, † cum in eum tantũ casum de proprio contribuere promisisset *ad l. cedere diem ff. de verb. signific. l. qui heredi §. fin. ff. de condit. & demonstr. l. pecuniam ff. si cert. pet. cum simil.*

Nec subsistit, quod promissio soluendi ratam pensionis sit pura, & conditio defectus pecuniarum apposita tantũ ad effectum, vt pecuniæ pro solutione dictæ pensionis necessariæ ad cambium capi possent, quia ex ipsamet lectura Instrumenti manifestè contrarium apparet, quod scilicet, eadem conditio adiecta fuit etiam contributioni faciendæ, ibi, *che se mancheranno li denari, ciascheduno debba contribuire per la parte sua sino alla bastanza,* & quod ad hoc, vt pecuniæ ad cambium capi potuissent, requirebatur, nedum quod pecuniæ non adessent in societate, sed quod etiam socius in contributione deficeret.

Non obstat, quod in eodem Instrumento prius etiam partes conuenerint, *che tutti quattro li compagni siano obligati in equal portione pagare la pensione, cioè la quarta parte per ciascheduno,* idque sine adiectione alterius conditionis, quia fuit responsum, id actum fuisse ad ostendendum, quod sicut quilibet participabat pro quarta parte, ita etiam quilibet pro quarta parte contribuere teneretur, quod tamen intelligi debet, quatenus pecuniæ deficerent ex prouentibus Abbatiæ redigendæ iuxta conuentionem infe-
2 rius factam; † vna n. pars instrumenti aliam de-
3 clarat *l. qui filiabus ff. de l. 1.* † & interpretatio facienda est, per quam vtrique casui satisfiat, & omnia ad concordiam reducantur *cap. inter dilectos vers. iterum de fid. instrumen. Crauett. cons. 301. num. 4. Gabr. cons. 94. num. 6. lib. 2.* cum præsertim
4 verisimile † non sit, quod extantibus pecunijs ex fructibus Abbatiæ collectis, Socij de proprio pensiones soluere voluissent.

Neque dicatur, quod eo ipso, quod existentia pecuniarum non probatur, præsumitur defectus, & sic purificata videtur conditio, quia
5 vltra quod † non sufficit actori probatio præsumpta, sed tenetur plenè, & concludenter fundare intentionem suam, etiam quod consistat in negatiua *l. in illa stipulatione & ibi Ias. num. 13. ff. de verb. oblig. Surd. cons. 180. numer. 16. Cesar. de Graff. decis. 1. num. 17. qui fil. sint legit. Achill. decis. 1. de probat.* non potest etiam præsumi hoc casu
6 defectus, cum versemur in negotio, quod potius præsumitur lucrosum, quam damnosum *l. semper §. negotiatio ff. de iurimmunit. Soccin. cons. 24. num. 41. & seq. lib. 1. Rota Iannen. decis. 173. numer. 8. & seq.*

Minus quoque dici potest probatus defectus ex bilancio, quod datur, quia illud nihil con-
7 cludit, nec apparet fuisse ritè, & rectè † confectum ad deducta *in Roman. Laudi 28. Iunij 1613 coram Rpd. Buratto.*

Quin imo quatenus etiam non esset necessaria probatio dicti defectus, vel posset dici probatus, nihilominus cum non constet, quod creditum, quod in dicto bilancio reperitur Vincentio descriptum, proueniat ex solutione pensionum ab ipso, vt prætenditur Collegio facta, vel potius ex cambiis adhuc mandatum quod pro sorte principali tantum relaxatũ asseritur, non esset aliqua ratione ex dicto bilancio iustificatum.

Nec

Nec subsistit, quod saltem videatur iustifi-
catum ex eo, quod probatur pensiones fuisse
8 per Vincentium Collegio solutas, quia † de
proprio soluisse præsumitur *l. 2. & ibi Bart. &*
Bald. C. pro Soc. Alex. in l. certi conditio §. si nummos
propè fin ff. si cert. pet. Nam vltra quod ostenditur
peruenisse ad manus eiusdem Vincentij plures
pecuniarum summas societati debitas, & con-
sequenter non nisi facto calculo cõstare potest
in quo ipse creditor remaneat, visum etiam
9 fuit, quod † cũ prædicti Hieronymus, & Au-
relius non administrauerint, & pensiones, vt
dixi, de fructibus Abbatiæ soluendæ essent, prius
negotium hoc inter ipsum, & Bettum admini-
stratorem discuti debuisset, quam alij socij, qui
non administrarunt conueniri *l. actionis §. si*
communis ff. pro Soc. Glos. in l. creditor §. duobus in
vers. Solido ff. mand. Anchar. cons. 332. num. 6. Ro-
ta Ianuen decis. 46. num. 2.

Non obstat, quod Hieronymus, & Aurelius
promiserunt stare libris à Betto vti principali
administratore conficiendis, quia nec mandatũ
de cuius reuocatione agitur, fuit in dd. libris
fundatum, sed tantum in bilancio minus legi-
timè, vt dixi, confecto, nec dicta promissio
extendi potest ad cambia, vt dicitur in dd. li-
bris ad debitum Hieronymi, & Aurelij descri-
10 pta, cum † illa nullo iure debeantur, nisi sint
iustificata iuxta deducta *in Mediolanẽ pecuniaria*
27. Maij 1602. *coram bon. mem. Litta*, & in partiũ
11 potestate † non sit facere licitum quod alias
est illicitũ ad *not. per Bart. in l. si fortè ff. de Castr.*
pecul. præterquam quod mandatum dicitur re-
laxatum pro sorte principali tantũ, & re vera
nullibi probatum apparet, quod negotium, de
quo agitur remanserit, dempto cambiorum in-
teresse, in damno plusquam scutorum 8800. au-
ri Stamparum prout probari deberet ad hoc, vt
dictum mandatum posset substineri.

MACERATEN. PECVNIARIA

Veneris 4. Decembris 1615.

ARGVMENTVM.

Solutio facta Tutori liberat soluentem, & suffi-
cit, quod fiat ei, qui communiter talis repu-
tabatur. Confessio de recepto Tutoris non præ-
iudicat Pupillo. Versio probatur coniecturis.

SVMMARIVM.

1 *Soluens Tutori liberatur.*
2 *Confessio de recepto Tutoris non præiudicat Pupillo.*
3 *Numeratio probatur per publicum Instrumentum.*
4 *Versio pecunia probatur ex redemptione census ex illis facta.*
5 *Versio probatur ex coniecturis, & inditijs.*
6 *Solutio facta ei, qui communiter Tutor reputabatur, liberat soluentem, licet postea appareat minus legitimè.*
7 *Statutum non obligat si vsu non sit receptum.*
8 *Tutor se gerens publicè vti talis præsumitur omnia adimpleuisse, ad quæ tenetur.*
9 *Maximè si Pupillus factus maior gesta per Tutorem approbauerit.*

DECISIO LVIII.

CVm aliàs DD. censuissent, sententiam, qua
D. Antonius in partibus condemnatus fuit
ad soluendum Paulo Vlissi Scuta 1065.
tam ex cap. nullitatis quàm iniustitiæ esse re-
uocandam. Iterum à me super eisdem dubio
proposito, dixerunt, quod scuta 805. iam pri-
us per D. Antonium dicto Paulo, siue eiusdẽ
Pauli tutori soluta iniustitiam dictæ sententiæ
1 esse claram: nam † cum mediante dictæ sum-
mę solutione etiam Tutori facta extincta fuerit
omnis eius obligatio *l. Lutius la 2. §. tutela, & §.*
fin. ff. de admin. tut. l. Sancimus C. eodem. l. quod si
fortè §. quid ergo, vbi Bart. num. 4. ff de solut. non
potuit ad illam iterum soluendum condem-
nari.

Non obstat, quod de solutione dd. scuto-
rum 805. non constat, nisi per confessionem
2 de recepto Tutoris, quæ † Pupillo non præiu-
dicat iuxta magis comunẽ opinionẽ; de qua per
Bart. in d. l. Lucius §. tutela ff de adm. tut. Ias. in
l. 2. §. fin. num. 20. vers. ego puto ff. si cert. pet. Castr.
cons. 186. num. 1. lib. 1. cum alijs per *Tiraq. tract.*
de retract. conuent. Glos. 6. §. 4. num. 10. & seqq. &
fuit dictũ *in vna Romana residui 9. Decemb.* 1602.
coram bon: mem: Rubeo, quia imò quoad scuta
405. constat fuisse verè, & realiter numerata
3 per publicũ instrumentum, quod † facit pro-
bationẽ probatam *l. cum precibus. C. de probat.*
Bal. in l. Imperator number. 8. ff. de statu homin. quo
verò ad alia scuta 400. ne dum probatur nu-
meratio, sed etiam quod versa fuerint in vti-
litatem pupilli, ex quo apparet, mediantibus
4 illis, redemptum fuisse † censum super bonis
Pauli de anno 1588. à Bernardino impositum:
5 Et licet † in instrumento dictæ redemptio-
nis non exprimatur, quod pecuniæ, quibus
facta fuit redemptio, sint illæ met, quæ receptæ
fuerunt à D. Antonio, nihilominus id satis pro-
bari videbatur ex circumstantijs temporis, &
alijs, accedente præsertim propria attestatione
D. Venantij Ferri, qui dictas pecunias recepit,
& censum redemit, cum versio etiam per cõ-
iecturas, & indicia probetur *Bart. in l. Ciuitas*
num. 12. & seqq. ff. si cert. pet. Menoch. cons. 375.
num. 12. Ruin. cons. 142. num. 4. lib. 1. Natt. cons.
543. num. 20.

Non obstat, quod Tutor, cui dicitur facta
solutio inuentarium non confecit, atque ideò
ex dispositione statuti Ciuitatis Maceratensis
D. Antonius per solutionem ei factam non
censetur in præiudicium pupilli à debito libe-
ratus, quia vltra quod satis est, quod solutio
6 facta † sit ei, qui comuniter reputabatur tutor,
etiam si minus legitimus postea appareret *l. si*
quis Seruo l. quod Seruus, & l. cum quis §. 1. ff. de
solut. l. si procuratorem ff. de procurat. Rota decis.
7 *89. num. 9. par. 2. diuers.* † nec dictum statutum
probatur vsu receptum, prout requiritur, vt in
terminis statuti Maceratẽ fuit dictum *coram*
bo. me. Card. Seraph. decis. 1004. *num. 8. & 9. in-*
8 *ter impress.* in omnem etiam euentum eo † ipso,
quod pro tutore publicè se gessit, præsumitur

omnia adimpleuisse, ad quæ tàm de Iure communi, quàm vigore statuti tenebatur *Socc.cons. 153. vol. 2. Caputaq. decis. 323. num. 3. vol. 2. Boer. decis. 124. sub numer. 13. versic. & pro hac conclusione.*

9 Et præsertim, quia † vt in alia decisione
dictum fuit, idemmet Paulus maior factus gesta
per eundem tutorē approbauit *iux. not. in l. fin.
C. ad Maced. & in l. si Pupilli Sedem quaritur ff. de
neg. gest. Alex. cons. 127. sub num. 1. vol. 5. Dec. cons.
261. num. 6.*

MEDIOLANEN. LEGATI

Veneris 4. Decembris 1615.

ARGVMENTVM.

Accipias ex,

SVMMARIO.

1 *Res indicata nascitur ex non reditu pro Apostolis.*
2 *Et si causa non fuerit intra legitima tempora commissa.*
3 *Sententia dicuntur iusta, si transierunt in indicatum,*
4 *Possessio iusta est manutenibilis.*
5 *Possidens debet manuteneri, donec de validitate tituli discutitur.*
6 *Res indicata patet ex commissione, & citationibus requisitis.*
7 *Restitutio non datur in possessorio,*
8 *Nec datur sine iusta causa.*

DECISIO LIX.

DOmini dixerunt, constare de re Iudicata,
1 tàm ex † eo, quod non fuit in tempore
reditum pro Apostolis *c. ab eo qui de appell. in 6.
l. eos §. Apostolos C. de appell. Crescen. decis. 2. nu. 2.*
2 *eodem tit.* † quam quod causa non fuit intrà le-
gitima tempora commissa, *Alex. cons. 135. n. 6.
& cons. 136. num. 2. lib. 2. Rota decis. 41. de appell.
in non. Cassad. decis. 4. eodem tit.* illamque esse iu-
stam, & validam, & per consequens etiam exe-
cutioni demandandam.

Iustitiā colligebatur ex eo, quod sententiæ,
quæ in iudicatum transierunt in mero posses-
3 sorio manutentionis latæ sunt, & † de Gabrie-
lis Rectoris Sancti Gregorij Terræ Cremeni,
possessione tempore motæ litis, constat, ex
ipsomet decreto, quo ad Instantiam Commu-
nitatis, & hominum loci Modij mbebatur,
dictus Rector possessionem dimittere, cum nisi
dicta possessio pœnes ipsum existeret, vtique
eam dimittere non potuisset, vt sæpius ponde-
rauit *Rota*, & præsertim in vna *Anconitana bono-
rum 16. Februarij 1609 coram Reuerend. Bononien.
& in Alia Romana bonorum 20. Maij. 1611. coram
R. P. D. meo Pirouano,*

Et hæc possessio erat etiam eo magis manu-
4 tenibilis, quia apparet iusta, † tum quod con-
stat, terras, de quibus agitur, fuisse dicto Recto-
ri Terræ Cremeni à q. Ambrosio cum onere
celebrandi Sacra in Ecclesia S. Francisci Terræ
Modij legatas, tùm quia eæd emmet terræ fue-
runt etiam dicto Rectori in dismembratione
loci Modij à terra Cremeni vna cum Iure ce-
lebrandi in dicta Ecclesia Sancti Francisci reser-
uata.

Nec obstat alia dismembratio per prius facta,
quia illa non habuit effectum, & in omnem
5 euentum, † cum sententiæ, de quibus agitur, la-
tæ sint, vt dictum est in mero possessorio, &
Rector Terræ Cremeni etiam post dictam dis-
membrationem terras, de quibus agitur pos-
sederit, non poterat ei denegari manutentio,
donec de validitate dictæ dismembrationis co-
gnosceretur.

Præterea apparent etiam dd. Sententiæ, &
6 res iudicata validæ, † quia ex processu constat
de commissione, & citationibus ad hunc effe-
ctum requisitis *iuxt. decis. Caputaq. 260. par. 2.*

Nec potest illarum executio impediri sub
prætextu restitutionis in integrum, non solum
7 quia regulariter non datur restitutio in posses-
sorio *l. Scio ff. de restit. in integr. Put. decis. 36. n. 4.
& 5. Cæsar. de Grass. decis. 36. num. 14. de probat.
Card. Seraph. decis. 987. nu. 3.* verum etiam quia
ex prædictis constat, nullas adesse causas resti-
8 tutionis, sine † quibus illa non conceditur *l. 2.
& ibi Bald. num. 2. C. ex quibus caus. maior.* cum
alijs ab informantibus allegat.

BONONIEN. PECVNIARIA

Merc. 9. Decembris 1615.

ARGVMENTVM.

Dabit.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio Rotalis siue iusta, vel non est timenda,*
2 *Præsertim si Iudex à quo appellationi interposita non detulisset.*
3 *Et si sit facilis aditus ad Principem pro illa remouenda.*

DECISIO LX.

FVit dictum, gesta in partibus post appella-
tionē, & inhibitionē esse attentata, & con-
sequenter reuocanda, etiam non obstante Illu-
strissimi Cardinalis Iustiniani, tunc S. D. N. à
latere Bononiæ legati, constitutione, qua sen-
tētias, & lauda à Iudicibus vel Arbitris volun-
tariè à partibus electis lata, nulla appellatione
aut reclamatione suspendi posse decernitur,
quominus debitæ executioni demandentur;
Quia preterquam quod non erat modica apud
Dominos difficultas, an in proposito dictæ Cō-
stitutioni locus esset, fuit etiam dictum quod
1 inhibitio † Rotalis, siuè iusta, siuè iniusta ti-
menda, *Rota decis. 16. de appell. in antiq. Put decis.*
2 *395. lib. 2. Caputaq. decis. 93. par. 2.* cum † præ-
sertim ne dū Iudex a quo appellationi ab vtra-
que parte interpositæ detulisset, verum etiam
illa per signaturā quoq; admissa fuisset, & qua-
3 tenus

3 tenus prætendebatur ei locum non esse, facilis erat ad Principem aditus, nec interim vlterius aliquid innouari debebat *c. significante de appell. l. 1. §. 1. ff. de nou. oper. nunciat. cum vulg.*

SPOLETANA BONORVM.

Veneris 11. Decembris 1615.

ARGVMENTVM.

Reintegratio ad Bona sponte dimissa, & de proprio consensu distracta non datur.

SVMMARIVM.

1 *Reintegratio ad bona sponte dimissa non datur.*
2 *Consentiens venditioni bonorum, non potest illa vindicare.*
3 *Maximè si nullam adiecit protestationem, & commodum reportauit.*
4 *Oblatio facta post adiudicationem bonorum non retardat.*
5 *Sententia non citatis possessoribus est nulla.*

DECISIO LXI.

Domini recesserunt à resolutione in hac causa sub die prima Iulij præteriti solo Francisco Informante facta: dixerunt enim Instantiam D. Gubernatoris Spoleti, qua, vt dictum fuit, mandatur, Franciscum reintegrari debere ad bona in executione capta, tam ex capite iniustitiæ, quàm nullitatis esse reuocandam: & iniustitia quidem videbatur eo ipso reddi ineuitabilis, quod apparet Franciscum facto proprio, & spontanea voluntate possessionem dd. bonorum dimisisse, illamq; Communitati in satisfactione debiti Cosmi, cuius
1 ipse hæredem se fecerat, obtulisse: nam † hac dimissione stante, non potuit vlla ratione ad eadem bona reintegrari. *Innoc. Ant. de Butr. & alij in c. sæpè de restit. Spoliat. Soc. in l. rem quæ nobis num. 8. ff. de acquir. poss. Alex. cons. 92. num. 5. lib. 1. Rot. decis. 4. de renunciat. in nou. Cassad. decis. 4. num. 3. & 10. de restit. spoliat.*

Nec obstare visum fuit, quod vt in priori decisione dicebatur, dicta oblatio restricta fuit ad quantitatē Communitati debitam, & sic intelligenda sit pro iusta æstimatione, quæ propterea omnino præcedere debuisset, antequam dd. bonorum caperetur possessio, quia fuit responsum, obiectum cessare, ne dum quod probatur, interuenisse æstimationem ex eo, quod Iudex instante ipsomet Francisco mādauit infra quinque dies dicta bona æstimari, & casu quo dicto termino elapso æstimatio facta non
2 fuisset, æstimationi iam factæ stari; † verum etiam quia Franciscus consentit venditioni dd. bonorum iuxta æstimationem præfatam Rosato, & Aurelio factæ, dum insimul cum alijs, quo consilio ad huc effectum habito interfuerunt, approbauit fideiussionem per dictū Rosatum, & Aurelium præstitam absque alia
3 protestatione, & † quod plus est obtinuit contēplatione dictæ cessionis, & in solutū dationis ad omnia officia, & honores publicos reintegrari, quo ut vt prædicta omnia sic gesta, amplius impugnare non possit ad *regulam quod semel placuit cum vulgat.*

Nec repugnat, quod stante iudiciali oblatione debiti per Franciscum Communitati facta ad pignorum distractionē, procedi nō potuerit,
4 quia hoc † procederet si oblatio debiti, eiusq; reale depositum factum fuisset re integra; Verum quia priusquam prætensa oblatio fieret, bona alieri legitimè vendita reperiebantur, nō poterat quod Iure subsistit reuocari, vt inquit, *tex. in l. si priusq. & l. si cessante vbi DD. C. de distract. pign.*

Nullitas etiam dictæ sententiæ videbatur detegi ex eo, quod dictus Gubernator processit nō citata Communitate, & Cæcilio possessore bonorum, atque ita contra formam litterarum Sacr. Congregationis super bono regimine, ad quam propter partium recursum causa iam
5 erat deuoluta, quæ † tamen forma ad vnguem seruari debebat *c. cum dilecta, & ibi Felin. sub n. 6. vers. gesta contra formam de rescript.* & in terminis commissionis fuit dictum *coram bo: mem: Card. Seraph. inter impress. decis.* 1100. *num.* 3.

VITERBIEN. TERRÆ VETRALLÆ

Lunæ 14. Decembris 1615.

DECISIO LXII.

Impressa apud Posthium de manut. decis. 653.

ILCINEN. IVRISPATRONATVS

Veneris 18. Decembris 1615.

DECISIO LXIII.

Impressa in recent. decis. 697. par. 1. & apud Monach. decis. Florent. post decis. 72. sub num. 28. & Nota in hac decisione agi de duabus Familijs Piccolomineis altera nempe Senensæ, altera illi à Pio II. aggregata, de cuius materia vid. eundem Monach. dic. decis. Florent. 72. & anteced. decis. 71.

ILLERDEN. BONORVM

Lunæ 11. Ianuarij 1616.

ARGVMENTVM.

Capias ex.

SVMMARIO.

1 *Reintegratio competit agenti probata sua possessione, & illa detinentis.*
2 *Possessio probatur per testes, locationes alijs factas, & receptionem fructuum.*

3 *Et ex confessione Partis.*
4 *Possessio Rei probatur ex substentatione litis, & aliis leuioribus probationibus.*
5 *Dominium probatur ex confessionibus partium, & ex fama.*
6 *Confessio continens facta diuersa potest pro parte acceptari, pro parte reiici.*

DECISIO LXIV.

PEtente Francisco nomine Prioratus, & Ecclesiæ B. Virginis Mariæ de Calamera reintegrari ad bona Territorij Montis della Magnana, à Petro de Vallabriga vti prætendebatur, capta; Quæsiui, An Prioratus haberet intentionem fundatam, & quia dubium nō erat, quin probatis extremis, quod Scilicet, Ecclesia, vel ipsius nomine Rector possederit bo-
1 na, de quibus agitur, & eadem† ab Adriano detinerentur, competat dictæ Ecclesiæ, vel Rectori eius nomine Agenti reintegratio ad *not. per Innoc. in c. cum super num. 4. & ibi Abb. num. 21. de caus. poss. & propriet. Caputaq. decis. 170. & decis. 182. num. 7. par. 3. Domini*, dixerunt Prioratum habere intentionem fundatam.

Primum namque extremum videbatur probatum, nedum ex testibus deponentibus vidisse Rectores pro tempore dicta bona possidere,
2 illaq; aliis † locare, & pensiones, ac fructus inde percipere ad *trad. per Doct. in l. Titia ff. de solut. & in l. stipulatio ista §. hac quoq. vbi Glos. in verb. stipuletur, & ibi Bart. num 2. Alex. nu. 2. ff. de verb. oblig. Dec. cons. 56. num. 3. & seq. de rest. Spol.* ve-
3 rum etiam ex propria Petri † confessione, qua nulla maior probatio *Glos. fin. in c. vlt. de confess. l. 1. C. eodem tum vulgat.*

Secundum vero extremum pariter videbatur probatum ex eadēmet confessione, & etiā
4 litis † substentatione, idque eo magis quod ad hunc effectum sufficiunt leuiores probationes & semiplenæ *Rot. decis. 8. de rest. Spol. in nou. Caputaq. decis. 402. in manuscriptis lib. 1.*

Atque his accedebant plurima, tàm ex reiteratis Petri confessionibus, quàm ex fama, & supradictorū Testium assertione ab Informantibus ad probandum dictæ Ecclesiæ dominiū
5 deducta, † quæ etiam quod dicti Domini probatio in hoc Iudicio necessaria non sit, non parum tamen ad præsentem effectum conferunt.

Nec obstare dicebatur, quod Petrus nō financiter fassus est, bona, de quibus agitur ad Ecclesiam pertinere, sed subdidit vlterius illamet fuisse per Priores dictæ Ecclesiæ ipsi concessa, atque ideò eius confessio, vel in totum reijci, vel in totum acceptari debet. Quia fuit
6 responsum, quod † cum dicta confessio contineat facta diuersa, & separata nihil impedit, quominus in vno approbari, in altero vero reprobari possit, vt latè declarat *Bart. in l. Aurelius §. item quæsitū ff. de lib. leg.* vbi, quod vt dicatur facta diuersa continere sufficit, quod illa diuersis temporibus facta sint, atq; ita fuit solo Francisco Informante decisum, &c.

FIRMANA BENEFICII.

Veneris 15. Ianuar. 1616.

DECISIO LXV.

Impressa in Recent. decis. 374. par. 3.

PARMEN. PENSIONIS.

Veneris 15. Ianuarij 1616.

ARGVMENTVM.

Latè, & magistraliter firmatur, quod Pensio reseruata, non facta mentione alterius Pensionis antecedenter super eisdem fructibus reseruatæ sit nulla, etiamsi in secunda Reseruatione adsint Clausula; *Etiamsi super illis alia Pensiones annuæ aliis assignata existerent, & omnes Pensiones huiusmodi medietatem fructuum non excederent.* Et Clausula: *Ac quibuscumque fructibus, redditibus, & Prouentibus Ecclesiasticis loco Pensionum annuarū, ac priori primum, ac quibusuis aliis Pensionibus, fructibus sibi reseruatis, & reseruandis*: vbi quid istæ Clausulæ operentur, quandoque in secunda Gratia sit facienda mentio de prima, & quando non.

SVMMARIVM.

1 *Breue etiam quod sit emanatum Motu proprio corruit ex defectu Intentionis, & num. 26.*
2 *Pensionis reseruatio est nulla, si non sit facta mentio alterius Pensionis super eisdem fructibus reseruatæ, & num. 6. & 9.*
3 *Intentionis defectus resultat ex eo, quod quis gratiam vel difficilius, vel nullo modo concessisset.*
4 *Gratia secunda super eadem re corruit, non facta mentione prima, etiamsi eam Concedens de prima non recordetur.*
Amplia. etiamsi secunda sit compatibilis cum prima num. 22.
5 *Iurisdictio, vsus, vel simile si sint simpliciter secundo loco concessa, Gratia non substinetur, non facta mentione de Concessione limitata facta primo loco.*
7 *Dispensatio, vt Illegitimus obtineat plura beneficia, non facta mentione de priori Dispensatione, est nulla.*
8 *Priuilegium absolutè Abbati concessum recipiendi Sacramenta à quolibet Antistite, est nullum, non facta mentione prioris non ità ampli.*
10 *Gratia secunda corruit ex solo timore, an Papa recordatus fuisset de prima gratia integra.*
11 *In Dubio iudicandum, quod si Papa fuisset recordatus de prima Reseruatione Pensionis, secundam non concessisset.*
12 *Clausula in Litteris Reseruationis Pensionis apposita, quando videantur continere mentionem primæ Reseruationis, & quando non, & numer. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. & 20.*
19 *Mentio primæ Gratia non est facienda in secunda, si ista sit super diuersa re, secus si ambæ sint super eadem re vt num. 20.*
21 *Pensiones non faciunt Incompatibilitatem.*

23 Ex

23 *Ex Breuitate temporis inter Concessionem prima, & secunda Gratia, non benè infertur in Concedente memoria prioris Concessionis, dum de illa non fecit mentionem, & fecit de alijs.*

24 *Obliuio est verisimilis in Papa, stante multiplicitate negotiorum.*

25 Rot. in Policastren. Pensionis 27. Febr. 1587. coram Platto *declaratur.*

27 *Motus proprius tollit tantum subreptionem, non autē defectum Intentionis.*

28 *Ad effectum nullitatis Gratia nulla est differentia inter subreptionem, & defectum intentionis.*

DECISIO LXVI.

Domini dixerunt Breue reseruationis pensio-
nis duc. 1000. ad fauorem D. Abbatis non
esse exequendū etiam quod emanauerit motu
1 proprio, cum corruat ex defectu intentionis
*Doct. in c. si motu proprio vbi. Io. And. in princ. &
n. 1. de preb. in 6. Seraph. decis. 398. & 981. n. 6.* ex
quo Papa non fuit recordatus de prima reser-
uatione integra duc. 250. super eisdem fructi-
2 bus ad fauorem eiusdem Abbatis, quare se-
cunda gratia super eadem re est nulla *Cassad.
dec. 3. de pens.* & corruit ex defectu intentionis,
quia si Papa fuisset recordatus, vel non con-
3 cessisset, vel difficilius concessisset *Put. dec. 240.
n. 2. & 3. lib. 1. in nou.* & late comprobat *Sanchez
de matrim. l. 8. disp. 22. n. 4. & 5.* & est comunis sen-
tentia vt dicit *Couarr. in 4. decret. p. 2. c. 8. §. 8. num.
3. & Eman. Rodriq. de regular. tit. 1. q. 13. art. 17. in
princ.* sicuti simpliciter secunda gratia super ea-
dem re, non facta mentione primæ, vel si Pa-
4 pa de ea non recordetur corruit *c. 2. de fil. presb.
in 6. c. veniens de præscr. vbi Franch. n. 4. Io: Andr. nu.
14. & cæteri not.* quod si concedatur Iurisdictio,
visus, vel quid simile primo loco limitatè, &
5 deinde simpliciter, corruit secunda gratia, non
facta mentione primæ vt benè & idem *Io: And.
in addit. ad specul. in rub. de test. in princ.* & optimè
ad propositum *Socc. sen. cons. 260. n. 1. l. 2.* qui lo-
quitur in duplici reseruatione fructuum su-
6 per eodem beneficio, de quo *cons.* meminit *Fer-
rett. in cons. 188. n. 1. l. 2.* si enim Papa fuisset re-
cordatus de prima gratia, vel eius qualita-
tum, forte respondisset sufficit tibi gratia pri-
ma.

Quod autem Papa, si fuisset recordatus de
prima integra reseruatione, vel non conces-
sisset, vel difficilius concessisset, probatur ex
tex. in d. c. 2. de fil. presb. in 6. vbi dicitur subrepti-
tiam fore dispensationem, vt illegitimus
7 obtineat plura beneficia, si prius ad vnum di-
spensatum secum sit, nec in posteriori dispen-
satione mentionem fecit de prima vt *in d. c.
veniens de prescr.* vbi iudicatur subreptitium
priuilegium recipiendi Sacramenta à quouis
Antistite absolutè concessum cuidam Abbati
8 non facta mentione alterius priuilegij, prius
eidem Abbati concessi non ita amplè, ita in
proposito si Papa fuisset recordatus de integra
prima reseruatione, vtique verisimile est, quod
8 secundam non concessisset ex authoritate di-
9 ct. iurium, quæ loquuntur in simili casu, &
benè ad propositum *Sanchez de matrim. loc. supra
alleg. n. 6. vers.* tamdem dicit quod non est veri-
simile, quod si Papa recordatus fuisset de pri-
ma gratia secundam concessisset absque ma-
xima, & rationabili causa, imo ad effectum
inualiditatis secundæ gratiæ sufficit, quod sit
10 timendum; An si Papa recordatus fuisset de
prima gratia integra secundam concessisset
*Lud. Molin. de Iust. & Iur. tract. 2. disp. 650. nu. 4. ante
fin. vers. si enim*, & quod plus est in dubio iu-
dicandum est, quod si Papa recordatus fuisset
11 de prima integra, reseruationem secundam nō
concessisset idem *Ludou. eod. trat. 2. disp. 173. col. 9.
ante med. vers. quando coniectura sunt sufficientes fol.
mihi 986.* quem sequitur *Eman. Rodriq. quæst. re-
gul. tom. 1. quæst. 13. artic. 17. post med. vers. in dubio
autem.*

Non obstat clausula *etiam si super illis alia pen-
12 siones annua alijs assignata existerent, & omnes pen-
siones huiusmodi medietatem fructuum non excederent*
& clausula *Ac quibusuis fructibus, redditibus, &
13 prouentibus Ecclesiasticis loco pensionum annuarum, ac
priori primum ac quibusuis alijs pensionibus, fructi-
bus sibi reseruatis, & reseruandis*, ex quibus In-
formantes pro D. Abbate dicebant, constare
quod neque onus Ecclesiæ, neque reseruatio
aliarū pensionum eidem D. Abbati facta sum-
mum Pontificem à reseruatione dictæ pensio-
nis Scut. 1000. retraxisset.

Quia Domini constituebant tres casus, pri-
mū nempe quando Papa cogitauerit Ecclesiā
esse oneratam alijs pensionibus ad fauorem
14 diuersarum personarum, vt in verbis primæ
clausulæ ibi *alijs reseruata existerent* secundum
quod D. Abbas posset habere alias pentiones
15 super alijs Ecclesijs, vt in secunda clausula ibi
super similibus, & dissimilibus fructibus, & deinde
tertium, quod scilicet idem Abbas alias pen-
16 siones vltra expressam scut. 1500. haberet su-
per fructibus eiusdem Ecclesiæ, & firmarunt,
quod licet ex dictis clausulis colligatur, Papam
in genere cogitasse de primo, & secundo, quod
scilicet aliæ pensiones possent esse reseruatæ
super fructibus istius Ecclesiæ ad fauorem alia-
rum personarum, seu quod D. Abbas diuer-
17 sas alias pensiones haberet super fructibus alia-
rum Ecclesiarum, tamen non constabat, Pa-
pam cogitasse de tertio casu, qui erat, quod
Abbas haberet alias pensiones super fructibus
18 eiusdem Ecclesiæ, qui est casus noster. Est
enim maxima differentia, quod secunda gratia
sit super diuersa re, seu quod sit super eadem
re facta, quia in primo non est facienda men-
19 tio de prima, nisi quatenus sit incompatibilis
cum secunda *Abb. in c. veniens n. 17. Paris. num. 9.
Mol. n. 6. Io: de Anan. n. 5. Anchar. cons. 131. num. 1. &
seq. latè Sanchez de Matrim. loc. sæpe alleg. num. 5.*
At secus est in secundo, & tertio casu, quan-
do fit dicta gratia super eadem re, super qua
20 fuerat facta prima gratiā, vt benè per *Doct. in
d. c. veniens Paris. cons. 24. num. 26. vol. 4. Socc. d. cons.
260. num. 2.*

Non obstat, quod cum pensiones non gene-
21 rent incompatibilitatem etiam quod Papa nō
fuerit recordatus de integritate primæ, secun-
da non debeat corruere. Nam fuit responsum,
quod quādo, secunda gratia est super eadem re
prout in casu isto etiam quod sit compatibilis
22 cum prima gratia, nihilominus corruit non fa-
cta men-

da mentione primæ, vt patet *in d. c. 2. & c. veniens* quia ibi dispensationes erant incumpatibiles,& tamen secunda corruit, non facta mentione primæ.

Non obstat quod ex breuitate temporis inter confirmationem primæ reseruationis, & secundam reseruationem præsumitur, Papam habuisse perfectam scientiam primæ reseruationis, quia contrarium est verius, nam si de ea
23 integrè recordatus fuisset, ita expressisset integram Scut. 2500. sicut expressit non integram Scut. 1500. *c. non ne de præsum. c. ad audientiam de decim.* nec alia ratio considerari potest, quare expresserit potius Scut. 1500. quam Scut. 2500. nisi quod de integris Scut. 2500. non fuerit recordatus, & ista obliuio est verisimilis in Papa
24 stante multiplicitate negotiorum *Socc. Sen. conf. 260. n. 3. l. 2. Vitalin. in clem. 1. n. 67. de probat.* Vnde
25 cessat *decis. in causa Policastren. pensionis 27. Febr. 1587. coram Platto* tum quia ibi scientia fuerat probata per Testes, tum quia ibi non aderat certa expressio, prout hic.

Denique non obstat, quod prædicta procedant in dispositionibus factis ad suppositionem partis, quia nihilominus habent locum in quacumq; gratia *Rebuff. super concord. in form. mand. a post. super verbo dispensationum Rot. diu. dec. 91. n. 3. l. 3. p. 3. Sanchez de matrim. loc. cit. n. 6. vers. & Rota.* etiam in gratia facta motu proprio, cum motus proprius tollat tantum defectum
27 subreptionis, non autem intentionis, prout in casu isto, vt supra probatum est *Sanchez loc. cit. n. 8.* & merito quia ad effectum nullitatis gra-
28 tiæ non potest constitui differentia inter subreptionem, & defectum intentionis. *Egid. dec. 392. & 474. Rebuff. in for. mand. apost. in verb. motu proprio in 29. speciali in fin. Seraph. dec. 399. n. 1.* & in propriis terminis *Socc. Sen. d. conf. 260. num. 22.* Et ita &c.

BONONIEN EXECVTIONIS LAVDI.

Mercur. 27. Ianuarij 1616.

ARGVMENTVM.

Conductori est facienda remissio pensionis si bona illi fuerunt occupata; item si bona erant minoris mensuræ, quam fuissent expressa. In laudo non comprehenduntur prætensiones iam sopitæ, maxime si fuerit datum folium album, quia tunc non censetur certioratus subscribens de omnibus ibidem postea scriptis.

SVMMARIVM.

1 *Confessio propria superat omnem probationem.*
2 *Locatori est facienda remissio pensionis pro rata bonorum occupatorum.*
3 *Pensio censetur promissa habito respectu ad mensuram bonorum expressam, & si reperiatur minor, debetur remissio pensionis.*
4 *Locatio facta ad Corpus non admittit defectum in mensura.*
5 *Limita quando fuit facta relatiuè ad aliam, in qua mensura expressè adest, quia tunc mensura est præstanda, vel pensio minui.*
6 *In locatione mensura adiecta præsumitur, vt Conductor fit certus de quantitate, non autem demonstratiuè.*
7 *Interpretatio in dubio est facienda in damnum locatoris.*
8 *Remissionis mercedis ex pacto, vt sit locus, probari debent illius requisita.*
9 *Laudum non comprehendit prætensiones alias decisas.*
10 *Subscribens folium album, in quo postea fuit extensa scriptura, non dicitur de omnibus in eo contentis habere notitiam.*

DECISIO LXVIII.

Iterum proposito per me dubio sub die 30. Martij præteriti Ferrarijs tantum Informatibus resoluto, An constet de bono Iure ad effectum executionis Laudi, de quo agebatur; Domini dixerunt, quoad terras occupatas, & defectum mensuræ in instrumento locationis enunciatæ, constare de bono Iure, in reliquis vero pro Ferrarijs deductis non constare, quod enim dictæ terræ post factam locationem à Guastauillanis occupatæ fuerint, satis videbatur probari, ne dum ex plurium testium depositionibus, sed etiam ex propria DD. de
1 Blanchettis† confessione, qua nulla maior probatio *vulg. l. cum precib. de probat. cum simil.* & cum ex dicta occupatione vsus rei locatæ Ferrarijs impeditus fuerit, omni æquitate, & ratione
2 suadente fieri debet pro † rata præiuditij pensionis diminutio iuxt. *tex. in l. si fundus l. si quis domum §. 1. ff. locat. l. forma §. illam ff. de censibus Roman. conf. 369. n. 31. Natt. conf. 610. n. 8.*

Similiter constat etiam, mensuram rerum locatarum fuisse repertam longè minorem, quam in locationis instrumento enunciata sit, quo fit, vt cum Ferrarij pensionem promisisse censeantur, habito respectu ad mensuram ex-
3 pressam, alias tantum non promissuri, † fieri debebat pro rata defectus dictæ pensionis diminutio *glos. in l. qui fundum, & in l. qui libertatis §. vlt. in verb. portio ff. de euict. l. quod sæpè §. fin. ff. de contrahen. emp. Natt. conf. 569. n. 5.*

Non obstat, quod locatio facta fuerit ad
4 corpus, & sub vnico pretio, non autem † ad mensuram, & consequenter dictus defectus attendi non debet iuxta trad. *per Alex. conf. 127. vol. 2. oltrad. conf. 197. Corn. conf. 59. n. 2. & seqq. vol. 4.* quia etiam quod locatio incipiat à corporibus, nihilominus eo ipso, quod tam in prima locatione, quam in secunda facta de anno 1607. saltem relatiuè ad prima expressa fuit singulorum corporum certa mensura
5 DD. de Blanchettis illam sic expressam † præstare tenentur, vel pensionem pro rata defectus minuere *l. si ferrum §. 1. ff. de act. empt. Natt. d. conf. 569. n. 5.* cum pluribus latè congestis *per Sur. d. decis. 64. n. 15. & seqq.*

Nec dici potest, quod mensura expressa fuerit causa demonstrationis tantum quia imò a- dicta

6 dicta censetur, vt conductor certus esset † de quantitate rei locatæ *Gabr. cons.64. n.4. lib.2. & seq. Surd.d.decis.64. n.19.*

7 Et in dubio interpretatio † facienda esset in damnum locatoris ad deducta *per Paris. cons. 64 n.50. & seq.lib.1.*

Quo vero ad grandinem, & stabuli, siue capanæ, vt dicunt, combustionem, visum fuit de bono Iure non constare, tùm quia non probatur, quod damnum occasione dictæ

8 grandinis conductoribus illatum excedat † libras 2400. prout ad hoc vt remissioni mercedis ex pacto locus esset, probari debebat.

Tum etiam quia cum dictæ pensiones tàm per expressas renunciationes à Ferrarijs factas, quam etiam per Lauda à partibus approbata, fuissent iam prius sublatæ, & decisæ, non pos-

9 sunt aliqua ratione in compromisso, † vigore cuius laudum, de quo nunc agitur, emanauit, censeri comprehensæ ad trad. *per Bald. in l. si diuersa num.4. Bart & Alex. in l. si causa cognita C. de transact. Dec. cons.39.n.3.*

Non obstat, quod in dicto compromisso, expressè remissæ leguntur omnes partium prætensiones, non obstantibus etiam Sententijs, renunciationibus, ac laudis antea latis, quia cum ex Testibus probetur, quod à DD. de Blanchettis fuit subscriptum folium album, atq; in eo post dictam subscriptionem compromissum præinsertum, non possunt dici omnia in dicto compromisso contenta approbasse, & præsertim ea, quæ de sui natura, vt dixi, sub

10 compromisso non † veniunt, nisi præcisam notitiam illorum habuisse probentur, vt tradit *Ias. in l. si ita Stipulatus §. Grisogonus n.13. & ibi Ang. n.2. ff. de verb. oblig. Felin. in c. quoniam contra n.48. de probat.*

Cęterum, quia quantitas præiudicij à Ferrarijs ex causa dictæ occupationis terrarum, & defectus mensurę passi non satis liquida videbatur, ideò Domini, vt & in alia decisione dictum fuit, mandarunt de ea particulariter videri.

ARIMINEN FIDEICOMISSI

Veneris 29. Ianuar. 1616.

DECISIO LXIX.

Impressa post Cenciam de Censib. decis.472.

BRIXIEN FVNERALIVM

Lunæ 1. Februarij 1616.

ARGVMENTVM.

Ecclesia Parochialis non potest prætendere, nisi quartam funeraliū in Ecclesijs subiectis, quando illæ ex indulto habent ius funerandi.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia, vt dicatur Parochialis debet habere requisita, de quibus hic remissiuè.*

2 *Ordo S. Francisci habet ius funerandi in suis Ecclesijs ex speciali indulto.*

3 *Ecclesia Parochialis non potest prætendere, nisi quartam in Ecclesijs subiectis, quæ habent ius funerandi ex speciali indulto.*

4 *Ecclesia Parochialis habens ius præsentandi in Ecclesia subiecta, non hinc habet Ius Parochiale.*

DECISIO LXX.

Prætendentibus Canonicis Regularibus Monasterij S. Saluatoris, & Ecclesiæ S. Ioannis de foris ius Parochialitatis, & funeralium in Ecclesia S. Christophori, fuerunt duæ sententiæ ad ipsorum fauorem extra Rotam latæ, quæ licet transitum in iudicatum fecisse prætenderentur, quia tamen Rota exequi non solet sententias aliorum Iudicum, nisi constito de bono iure, dubitaui iuxta ordinem Dominorum, an de bono iure Canonicorum constet, & resolutum fuit non constare, nisi quoad Quartam funeralium. Nam præterquamquod visum fuit aliquibus ex Dominis non probari Ecclesiam S. Ioannis de Foris esse parochialem, cum Testes ad id probandum adducti non de-

1 ponant de singulis requisitis ad † constituendam Ecclesiam Parocchialem, de quibus *per Rotam decis.52. par.2. diuers.* & quod consequenter tota Canonicorum intentio, quæ in dicta parochialitate fundatur, corruat, fuerunt in hoc omnes concordes, quod dato, *quod dicta Ecclesia S. Ioannis sit Parochialis, & Ecclesia S. Christophori intra ipsius limites existat, ita quod Canonici, etiā quoad Ecclesiam S. Christophori fundatam de Iure intentionem habeant*, nihilominus ex quo *d. Ecclesia* à Monialibus Ordinis S. Francisci possidetur

2 & d. Ordini *speciali indulto Ius † funerandi in pro-*

3 *prijs Ecclesijs* concessum est, non possunt † *dicti Canonici, nisi quartam funeralium prætendere. Clem. dudum vers. huiusmodi quoque statuto de sepult. Old. cons. 287. per tot Federic. de Sen. cons. 253.*

Non obstat, quod Canonici prætendunt habere ius præsentandi ad dictam Ecclesiam,

4 quia ex hoc † non infertur ad ius parochiale, & funeralium, & præsertim, quia vt dicitur, dictum ius præsentandi restrictum est ad Capellam in dicta Ecclesia tantum, & in eo concurrunt etiam Laici, ad quos ius funerandi pertinere non potest.

VERCELLEN. CANONICATVS

Lunæ 1. Februarij 1616.

ARGVMENTVM

De optione Ordinum, & Membrorum Canonicatuum in Ecclesia Vercelleñ an sint connexa, vel distincta, & de statutis, & consuetudinibus illius Ecclesiæ, laté.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Bona possessa per Canonicum, vti Canonicum præsumuntur de præbenda Canonicatus.*
2 *Præbenda debet iudicari spiritualis, aut spiritualitati annexa.*
3 *Annexio tamquam quid facti non præsumitur, nisi probetur.*
4 *In Ecclesia Vercellensi adsunt membra distincta à titulis Canonicalibus, quæ non cadunt sub reseruatione reg. 8. tamquam temporalia.*
5 *Separatio Ordinis, & membri à Canonicatu probatur per illius optionem post possessionem Canonicatus, factam absque mutatione tituli.*
6 *Obtinens gratiam tenetur omnia in ea narrata iustificare.*
7 *Decisiones non fundantur in Statutis informibus, & non loquentibus de materia.*
8 *Status vltimus in beneficialibus attendendus.*
9 *Concil. Trident. sess. 24. cap. 12. quomodo loquatur, & quomodo intelligendum.*
10 *Factum Episcopi in aliqua Re Interuenisse, debet probari, & non præsumitur.*
11 *In Ecclesia Vercellen adsunt Statuta circa ordines & membra Canonicatuum, de quibus in decisione.*

DECISIO LXXI.

DOMINI steterunt in decisis sub die 4.
Maij præteriti, quod scilicet, Io: Anto-
nio non sit danda immissio quoad ordinem, &
prædium, quod secundum membrum vocant
à Cæsare, & Michaele, mediante optione sta-
tim secuta Dominici morte facta possessum:
fuit enim dictum, quod dato etiam, quod re-
gulariter impetrauit Canonicatum, & mem-
brum ei annexum sufficiat ad effectum ob-
tinendi immissionem in possessionem dicti
membri, probare, illud fuisse à Canonico de-
functo possessum absque alia iustificatione di-
1 ctæ annexionis, quia bona † quæ Canonicus
vti Canonicus possidet, præsumuntur de præ-
benda Canonicatus, quæ vt fuit in causa Hyp-
poregien præbendæ 23. Ianuarij 1608. coram
R.P.D. meo Manzanedo, resolutum, potius
2 Iudicari debet spiritualis, † aut spiritualitati
annexa, & non obstante quacumque opiandi
cōsuetudine sub *reseruatione regula* 8. cadit atq;
ita absolutè verum non sit, quod, vt in deci-
sione dicebatur, & fuit etiam in alia *Vercellen*
3 *4. Maij 1598. coram bo. me: Penia* firmatum, † an-
nexio, cum sit quid facti, non præsumitur, ni-
si probetur.
Tamen in casu isto possessio Dominici im-
mediatè antecessoris dicti Ioannis Antonij, nō
releuat, quoad dictum membrum, & ordi-
nem Io: Antonium ab onere probandi anne-
xionem, non solum quia ex testibus, & alijs
probationibus pro Capitulo adductis apparet
4 adesse in Ecclesia Vercellen. membra † distin-
cta, & pœnitus separata à titulis Canonicali-
bus, atque ideò merè temporalia, quæ pro-
pterea etiam sub reseruatione regulæ 8. nō cadunt, vt
sæpe etiam aliàs pro eodem Capitulo tentum
fuit, & præsertim in alleg. *Vercellen Canonicatus*
4. Maij 1598. coram bo. me. & Vercellen membrorum
31. Maij 1600. coram bo. me. Iusto, & Vercellen o-
ptionis 28. Iunij 1610. coram R.P.D. meo Caualerio,
& in alia Vercellen optionis 15. Maij 1602. coram
Illustriss. Cardinali Lancillotto, sed quia etiam in
specie probatur, quod dictus Dominicus plu-
ribus annis postquam adeptus fuit possessio-
5 nem † Canonicatus, optauit ordinem, & mē-
brum, de quo agitur, absque eo quod titulum
mutasset: nam his stantibus videbatur, quod,
vel separatio dicti membri, & ordinis conclu-
denter probata esset, vel quod saltem negari
non posset, quin præsumptio illa, quæ stat
pro annexione, & tot contrarijs probationi-
bus pœnitus elideretur, & consequenter dicto
Io: Antonio onus incumberet illam probandi,
cum præsertim sub expressa narratiua, quod
dictum membrum esset Canonicatui annexū,
gratiam prouisionis obtinuerit, & ipse tenea-
tur iustificare omnia † in dicta gratia narrata
iuxta not. per *Io: Andr. & alios in c. 1. de lit. con-*
test. cum simil.
Nec subsistit quod decisiones, in quibus vt
supra dictum est, firmatum fuit adesse in
dicta Ecclesia membra à titulis Canonicalibus
distincta, fundatæ sint in quodam statuto an-
tiquo, & de anno 1986. condito, quo dispo-
nitur, quod terræ, possessiones, fructus, &
redditus loci, & Territorij Gatij remaneant
in Capitulo indiuisa, quia præterquam quod
dictum statutum non est in forma probanti,
illud etiam non loquitur de membris, sed tan-
tum de fructibus, † & terris dicti loci Gatij,
atque ideò dici non potest, quod dictæ deci-
siones, quæ expressè de membris loquuntur
in dicto Statuto fundatæ sint, & maxime quia
decisio coram bo. me. Penia sub die 4. Maij 1598. in
specie loquitur de membris Mottæ, & Petia-
næ, & in omnem euentum ad effectum vt Io:
Antonius teneatur probare annexionem mē-
bri, & ordinis, de quo agitur, sufficit, quod
constet, fuisse per Dominicum immediatum
Io. Antonij Antecessorem mediante optione
acquisita: eo enim ipso præsumuntur à Cano-
nicatu separata, cum alias Canonicatus, non
vero dictum membrum, & ordo fuisset ab ip-
so optatus, vt fuit etiam in alia decisione fir-
8 matum, & Status iste † tanquam vltimus, donec
saltem probetur annexio, sit attendendus *Rota*
decis. 2. n. 2. de praben. in nou. Card. Seraph. decis. 1103.
n. 5. & 1141. n. 4.
Non obstat, quod esse non potest, quod
ordo sit à Canonicatu separatus, quia à *Sacr.*
9 *Trid.* † *Concil. decreto sess. 24. c. 12. vers. in omnibus,*
disponitur, quod omnes Canonicatus, & por-
tiones in Ecclesijs Cathedralibus habeant or-
dinem præsbiterij, Diaconatus, vel Subdiaco-
natus annexum: Nam omissis alijs responsio-
nibus ab Informantibus pro Capitulo huic de-
creto datis, placuit DD. illa, quod Concilium
non annectit ipso Iure ordines Sacros Canoni-
catibus, sed disponit tantummodo, quod an-
nexio fiat per Episcopum cum assensu Capi-
tuli, ac propterea cum ad dictum effectum re-
quiratur factum Episcopi, probari debet, il-
10 lud † interuenisse, quia non præsumitur *c. cum*
Intrepertus de offic. & potest. indic. deleg. l. in bello §.
facta

facta ff. de capt. & postlim. reuers. Et interim ex sola dispositione Concilij non potest dici probata annexio.

Non obstat, quod ex quodam instrumento transactionis siue concordiæ constare dicitur, ante annum 1585. ordines non fuisse optabiles, quia in facto hoc non subsistit, cum imo quod etiam ante dictam concordiam dicti ordines essent optabiles, clarè colligatur ex confirmatione dictæ concordiæ, quæ data fuit *Sum. Cap. num. 9.* in ea namque fit expressa mentio de statutis optionis ordinum, prout etiam de eadem optione fit mentio in alio statuto quod datur *dict. Summ. num. 8.*

Minus faciunt alia statuta pro Ioanne Antonio adducta, quia non sunt in forma probanti, & quod verum non sit, quod, vt in dd. Statu-

11 tis † dicitur, in Ecclesia Vercellen. sint tot membra, & tot Ordines Sacerdotales, quot sunt præbendæ, probatur manifestè ex authenticis Statutis de anno 1601. conditis: ex illis enim apparet, quod in dict. Ecclesia sunt viginti quatuor Canonicatus, & præbendæ, membra secunda in plano sexdecim, membra tertia in montibus quinque, ordines Sacerdotales duodecim, nouem tamen optabiles, Diaconales sex, & totidem Subdiaconales optabiles.

Non obstat, quod dicitur omnia membra habere suas inuocationes Sanctorum, & quod consequenter iudicari debeant spiritualia, non autem temporalia; quia quod habeant dd. inuocationes non probatur ex scripturis adhunc effectum exhibitis, non solum quia, vt de alijs statutis dictum fuit, non sunt in forma probanti, sed etiam quia continent manifestos errores, cum plures inuocationes Sanctorum præbendis adiacendæ, adiectæ sint membris, & plures præbendæ remaneant sine inuocationibus, ac etiam membris in montibus, quæ tantum sunt quinque, plures inuocationes repertiantur adscriptæ, &c.

ROMANA DE TORNIELLIS.

Vener. 4. Martij 1616.

DECISIO LXXII.

Impressa apud Postium de Manuten. decis. 135.

SPOLETANA SPOLII BONORVM.

Lunæ 14. Martij 1616.

ARGVMENTVM.

Capias ex.

SVMMARIO.

1 *Remedio reintegrandæ non est locus, quando quis iuste, & sponte fuit priuatus possessione.*

2 *In subhastatione bonorum pro Fiscalibus manu Regia facta solemnitas æstimationis potest omitti.*

3 *Aestimatio dicitur facta, quādo Iudex se referendo ad aliam æstimationem mandauit illam obseruari.*

4 *Decretum Iudicis, & omnia in eo contenta censetur approbare, qui ab illo non reclamauit.*

5 *Decretum remanet in suo robore, si non fuit reuocatum, licet Partes institerint pro illius reuocatione.*

6 *Aestimatio dicitur habuisse effectum, si ad bonum computum fuerit soluta certa summa.*

7 *Debitores Communitatum non possunt reintegrari ad officia, nisi soluto debito.*

8 *Dimittens bona conditionaliter, non censetur ab eo abdicata possessio non purificata conditione.*

9 *Limita si consecutus fuit honores, quos consecutus fuisset ex dimissione pura, quia tunc potius censetur pura.*

10 *Spolium est plenè, & concludenter probandum.*

11 *Maximè interueniente authoritate Iudicis, & dimissione possessionis Partis.*

DECISIO LXXIII.

Domini censuerunt, standum esse in postremo resolutis. Nam quod Francisco actio Spolij non competeret, & consequenter sententia D. Gubernatoris Spoleti esset iniusta, satis constare videbatur tam ex eo, quod fuit bonis, de quibus agitur in vim Litterarum Sac. Consultationis ritè, & rectè priuatus, quam quod idemmet facto proprio, ac spontanea volunta-

1 te à possessione dd. bonorum cecidit, † cum certum sit vtroq; casu remedio recuperandæ locum esse non posse *iuxt. not. per Innoc. & alios in c. sæpè de restit. Spoliat. Socc. in l. rem quæ nobis num. 8. ff. de acq. poss. Cephal. cons. 272. nu. 67. Surd.* qui plures cumulat *cons. 42. num. 2. & 3. Menoch. de recup. poss. ff. remed. 15. num. 95.*

Nec obstat, quod Franciscus non potuit dd. bonis non præmissa æstimatione priuari ex deductis in prioribus decisionibus in hac causa factis, quia huic motiuo fuit dupliciter responsum, & primo quod cum vigore litterarum dictæ Sac. Congreg. data fuisset facultas procedendi manu regia, & prout in Fiscalibus, & Cameralibus, in quibus notorium est ordinem

2 iudiciarium nō seruari, potuit solemnitas † dict. æstimationis absque vitio nullitatis omitti, vt in simili de clausula, sola facti veritate inspecta *trad. Dec. in cap. quoniam contra numer. 16. & seq. de probat. Ias. in l. iustitia numer. 8. ff. de Iust. & Iur. Menoch. cons. 180. num. 7. Pedem. decis. 1. num. 20.*

Secundo fuit dictum, quod quatenus dicta æstimatio necessaria fuisset, illa interuenit uir-

3 tute † relationis ad aliam æstimationem prius factam, cui Iudex stari mandauit ad *not. per Bald. in l. alia numer. 3. ff. de his quibus vt indign. & per Ias. in l. legata inutiliter nu. 16. & seq. ff. de leg. 1.*

Non obstat, quod dicta æstimatio prius facta Franciscum afficere non poterat, cum fuerit facta in alia causa, & inter diuersas personas, quia eo ipso quod à decreto, quo Iudex mandauit dictæ æstimationi stari, non re-

4 clamauit, † censetur illud, & omnia in eo contenta, atque ita etiam dictam æstimationem approbasse *cap. quoad consultationē de re Iudic. Abb. cons. 73. lib. 1.* adeo quod illam amplius impugnare non possit ad regulam quod semel placuit *de reg. Iur. in 6.*

Non

Non obstat, quod dictum decretum caruit effectu, ex quo Rosatus, & Aurelius institerunt pro noua æstimatione facienda, quia cum
5 nulla alia æstimatio postea† facta reperiatur, remansit in suo robore prima ab eodem Francesco vt dictum est, approbata.

Et quod re vera partes intellexerint dictæ æstimationi stare, atque ita per dictam venditionem habuerint pro perfecta, colligitur etiam
6 ex eo, quod ad computum† pretij fuerunt postea ab eodem Aurelio, & Rosato numerata scuta centum, & pro residuo data cautio, quæ fuit à Concilio, in quo & ipse Franciscus interrerat, approbata.

Et quia denique idemmet Franciscus facta dd. bonorum dimissione, obtinuit ad publicos honores, & offerta admitti, quod vtique fieri
7 non potuisset, nisi † soluto realiter debito, id prohibente Bulla super bono regimine edita.

Ex quibus etiam patet responsio ad id, quod dicitur dictam dimissionem fuisse conditionalem, & quod consequenter non potest censeri
8 dicta possessio à Francisco non purificata conditione abdicata ex *alleg. per Corn. conf. 110. nu. 18. lib. 2. & fuit dictum in vna Maceraten. hæred. 28. Ianuerij 1600. coram bo. me. Penia*. Quia vltra quod ex eo, quod, vt dictum est, Franciscus obtinuit ad honores, & publica officia admitti, potius
9 suaderi videtur, dictam † dimissionem fuisse puram, sibiq; ius agendi tantū ad residuum reseruasse, constat etiam ex prædictis æstimationem bonorum interuenisse, & sic conditionē fuisse adimpletam.

Quod, & eo magis admittendum videtur, quia agitur ad exclusionem Spolij, quod esset
10 plenè, & concludenter probandum ad late *trad. per Felin. post alios in c. dilectus n. 1. de Rescript. Dec. co' f. 449. nu. 30.* cum alijs per *Menoch. de recuper. remed. 8. num. 4. & seqq.* cum præsertim in-
11 terceßerit quoq; † aucthoritas Iudicis, ac propria ipsius Francisci, vt dictum est, possessionis dimissio.

Ad obiectum, quod stante Iudiciali oblatione non potuerit ad pignoris distractionē procedi, fuit in alia decisione responsum, &c.

FIRMANA BONORVM.

Ven. 15. Aprilis 1616.

ARGVMENTVM.

In Contractibus solemnitates loci contractus sunt seruandæ. Fideicommissum perpetuum ex prohibitione alienationis, quando inducatur. Clausula *Ad habendum* quomodo intelligenda.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum quoad legitimam extractionem si per duas instantias non fuit impugnatum nec potest impugnari in tertia.*
2 *Constitutio Marchiæ non seruatur in Ciuitate Mantuæ.*
3 *Solemnitates loci contractus sunt seruandæ.*
4 *Prohibitio alienationis non inducit fideicommissum perpetuum.*
5 *Declara id non procedere, si adsint verba, quod bona semper conseruentur per viam dispositionis.*
6 *Clausula* Ad habendum *facit censeri datam facultatem disponendi etiam adfauorem Extranei.*
7 *Limita quando ex dispositione superiori est restricta, quia tunc censetur in casum deficientiæ superioris dispositionis.*

DECISIO LXXIV.

Dvbitatum coram me fuerat, an sententia de partibus, in qua declaratum fuit, Albertum immittendum esse in possessionem bonorum in Ciuitate Firmi, & eius Comitatu existentium vigore donationis per q. Franciscum factæ, esset iusta. Et quia dicti dubij resolutio potissimum pendere videbatur à validitate, & interpretatione dictæ donationis, contra quam multa ab informantibus pro Hieronyma opponebantur, ideo in primis DD. firmarunt, donationem fuisse validam, illamque continere fideicommissum, de reliquis autem mandarunt particulariter videri.

Nam quoad dictæ donationis validitatem attinet, dictum fuit, quod dato etiam quod illa fuisset minus legitimè extracta, quia tamen in
1 duabus instantijs in partibus † agitatis nihil fuit contra eam oppositum, non potest nec etiam hodie amplius impugnari iuxta *trad. per Socc. in Auth. si quis in aliquo nu. 18. Dec. num. 27. C. de eden. Put. decis. 119. lib. 2.* & fuit dictū in vna *Cæsarag. pensionum 4. Iulij 1608. coram Rpd. Manzan.*

Nec etiam videbatur nulla, quod in ea adhibitæ non fuerint solemnitates in contractibus à Constitutione Marchiæ requisitæ, quia cum donatio in Ciuitate Mantuæ celebrata fuerit,
2 in qua dicta constitutio † non seruatur, & quo ad contractuum solemnitates attendatur locus
3 vbi contrahitur, omissio solemnitatum per dictam Constitutionem requisitarum illam non vitiat *Cæsar. de Graff. decis. 2. n19. de donat. Capniaq. decis. 283. par. 3. Card. Seraph. decis. 343. nu. 1. & 791 num. 3. & 1170. nnmer. 1.* & fuit dictum *in Romana pratensa donationis 29. Martij 1599. coram bo. me. Orano*, & interminis statuti Marchiæ *in Esina fideicommissi 14. Martij 1904. coram bo. me Penia.*

Quoad fideicommissum DD. dixerunt, quod illud perpetuum, & absolutum sit ex verbis donationis colligi, nam licet regulariter per alienationis prohibitionem fideicommissum
4 perpetuum † non inducatur, sed prohibitio à præcedenti fideicommisso tegulerur, vt pluribus ostendit *Dec. conf. 636. Menoch. conf. 327. nu. 7. & seq. Gabr. conf. 132. quæst. 3. num. 21. lib. 1.* hoc tamen in proposito applicari non potest, ex quo donator non contentus simplici prohibitione, vlterius etiam declarauit suæ mentis esse, quod bona donata semper remanere habeant, & debeant in proximioribus de familia de Fornio-
5 nis, idque non per modum † rationis, & ad vestiendam prohibitionē, sed per modum nouæ dispositionis, vnde dubitari non potest, quin per eam inductum sit fideicommissum perpetuum, & absolutum, vt multis probat *Gran. conf.*

conf. 130. *num.* 10. *Surd. conf.* 96. *numer.* 13. *Curt. Iun. conf.* 146. *num.* 10. vbi dicit, nullam in hoc esse controuersiam inter DD. cum aliis latè adductis *in vna Carpentoraten. fideicom.* 13. *Iunij* 1607. *coram Rpd. Manzanedo, & in vna Florentina de Dectis* 7. *Februarij* 1607. *coram bo. me. Penia.*

Nec obstat clausula *ad habendum*, & quicquid placuerit faciendum, per quam censeatur data
6 facultas disponendi etiam ad fauorem extranei iuxta deducta per *Surd. conf.* 96. *nu.* 26. & fuit pluries decisum, quia cum donator iam supra dispofuerit, quod bona, vt dictũ est semper in
7 familia † de Formonis remaneant, non potest censeri dicta facultas alienandi in præiudicium vocatorũ concessa, sed tum demũ quando vel non adessent personæ vocatæ, vel consensus omnium vocatorum concurreret, ne alias dicta clausula destructionem superius dispositorum operetur, & in continenti inducatur correctio, vt latè ponderauit *Rota in vna Camerinen. Domus* 4. *Iunij* 1593. *coram bo. me. Gipsio*, & nupertimè in vna *Bononien. fideicommissi de Catanels* 4. *Martij coram Rpd. meo Pironano.*

PLACENTINA FRVCTVVM.

Vener. 15. *Aprilis* 1616.

DECISIO LXXV.

Impressa apud Spadam post conf. 90. *lib.* 2.

LEODIEN. DOMVS CLAVSTRALIS.

Lunæ 18. *Aprilis* 1616.

ARGVMENTVM.

Res Iudicata est exequenda. Statutum prohibens appellationem à sententia, intelligitur à sententia iusta. Successio simultanea, seu ordine successiuo quando admittenda.

SVMMARIVM.

1 *Sententia nulla appellatione suspensa, transit in Iudicatum, & est exequenda.*
2 *Sententia validitas patet ex reuolutione actorum.*
3 *Statutum prohibens appellationem à sententia, debet intelligi de sententia iusta, & valida.*
4 *Res iudicata detecta iniusta non est considerabilis.*
5 *Successioni Simultanea, vel ordine successiuo ex quibus, & quando sit locus, & num.* 6.
7 *Hæres in solidum, vel pro parte non repugnat quod patiatur diminutionem suæ portionis ex postfacto.*
8 *Dispositio loquens in numero plurali plures sæpius comprahendit.*

DECISIO LXXVI.

Dictum fuit constare de re iudicata ad fauorem Christophori, quia sententia pro
1 ipso lata, nulla fuit appellatione suspensa *c. cum dilectus in fin. de elect. Auth. hodie C. de appell. Felin. in cap. lator num.* 11. *de re iudic.* illamque esse validam, & iustam, ac propterea exequendam.

2 Quod sit valida apparet ex reuolutione Processus, in quo adsunt omnia adhuc esse deum requisita, de quibus *per Caputaq. decis.* 262. *par.* 2.

Non obstat, quod Christophorus dicitur in admissione ad Canonicatum iurasse obseruare statuta Ecclesiæ Leodieñ. & cum inter dicta statuta, adsit statutum de stando sententiæ Capitulari, non potuit absque incursu periurij ab eadem sententia appellare, & consequenter etiam sententia *Rpd. mei Canalerij* tanquam ad fauorem periurij lata est nulla, quia præterquã quod non fuit de periurio sufficienter oppositum, dictum etiam fuit, quod dictum statutum
3 intelligi † debet de sententia iusta & valida *ad tex. cum ibi not. in l.* 4. §. *condemnatum ff. de re iudic. Gonzal. super reg.* 8. *Cancell. glos.* 57. *numer.* 20. *Alex. conf.* 106. *numer.* 27. *lib.* 3. *Bald. conf.* 141. *numer.* 7. & *seq.*

Minus faciunt, quæ de non integra transportatione actorũ, & lapsu fataliũ dicebantur, quia vltrà quod in facto non subsistunt, præsensares iudicata, quæ ex lapsu fatalium resultaret,
4 non esset considerabilis, cum iam sit detecta illius iniustitia per sententiam Rotalem iuxta *not. per Innoc. in cap. cum Bertoldus num.* 4. *de re indic. Felin. in cap. inter cæteras num.* 10. *eodem tit. Cæsar. de Graff. decis.* 3. *num.* 3. *de reb. Eccl. non alien.*

Iustitia probatur ex *decis. coram Rpd. meo Canalerio sub die* 23. *Martij anni præteriti facta*, in qua firmatum fuit, quod cum in dict. Christophorõ concurrant qualitates à Testatore requisitæ, ille admitti debeat in simul cum Henrico ad legatum per Michaelem filio, vel filijs natis ex suis sororibus, vel nepotibus Ioanne, & Laurentio relictum, ex quo omnes dict. filii censen-
5 tur vocati insimul, non autem ordine successiuo, non solum quia vocatio facta legitur sub nomine appellatiuo, non autem collectiuo, sed etiam quia nec ex parte Testatoris aderat necessitas illos vocandi, nec inter vocatos cadit ordo charitatis, quibus concurrentibus locus est successioni Simultaneę iuxtà latè *trad. per Doct. in l gallus* §. *quidem recte ff. de liber. & posthum.* & fuit multis authoritatibus & rationibus *in dict. Rpd. mei Canalerij* decisione comprobatum.

Quibus visum fuit Dominis addi posse, quod in casu, de quo agitur, dicta voluntas Testatoris, quod scilicet, omnes insimul succederent expressius etiam ex eo colligitur, quod disposuit, quod si vocati diuersis temporibus ad Ecclesiam Leodieñ. promouerẽtur, prior promo-
6 tus posteriorem promotum non excluderet; hac enim dispositione stante, cessare videtur omnis ambiguitas ad *not. in l. illa aut ille* §. *cum in verbis ff. de leg.* 3. *Socc. Iun. conf.* 172. *numer.* 11. *in fin.* & *seq. lib.* 2.

Neque dicatur, quod dicta dispositio ità interpretari debet, vt tum demum locum habeat, quando tempore vacantis successionis plures ad dictam Ecclesiam promoti concurrunt, secus autem in casu, quo, prior promotus fuit semel admissus, & alius postea superuenit: tunc enim non potest ius quæsitum ab eo, qui prius fuit admissus per alios qualificatos postea superue-

peruenientis anelli, quia dicta interpretatio nec ex verbis Testamenti colligitur, nec iure probatur, cum imo in iure absurdum non sit, vt qui
7 fuit hæres in solidum, vel pro parte patiatur diminutionem suæ portionis ex post facto iuxta *not. in l. si duobus in princ. & §. fin. ff. de leg. 1. Bart. in si pluribus §. coniunctim n. 2. & eadem Surd. post Castr. & alios cons. 125. num. 35. & seq. lib. 2.*

Non obstat statutum Ecclesiæ Leodien. quo permitti] dicitur, quod Canonicus de Domo Claustrali disponat pro Consanguineo futuro, atque ita pro vno tantum, non autem pro pluribus, quia licet loquatur in numero singulari,
8 nō tamen est restringendum ad vnum, sed etiā plures comprehendit *leg. in vsu ff. de verb. signific. Cephal. cons. 149. num. 21. lib. 1. Menoch. cons. 329. numer. 2. lib. 4.*

Et doctrinæ in contrarium allegatæ procedunt, quando dispositio fit per verba pluralitatem importantia, vel ex coniecturis apparet, disponentem de vno tantum sensisse, quod cessat in casu dicti statuti.

Ad alia fuit responsum in *dict. decis. coram Rod. meo Canalerio* facta, cum qua Domini transierunt, &c.

SIGNINA CASTRORVM.

Lunæ 2. Maij 1616.

DECISIO LXXVII.

Impressa apud Spadam post cons. 191. lib. 2.

MEDIOLANEN, SEV ROMANA PENSIONIS.

Mercurij 4. Maij 1616.

ARGVMENTVM

Translatio pensionis facta per verbum *Volo* non est valida.

SVMMARIVM

1 *Translatio pensionis concepta per verbum* Volo *non substinetur, & num. 5.*

2 *Translatio pensionis, vt substineatur qua requirantur.*

3 *Verbum* Volo *iniunctum verbo infiniti temporis in vltimis voluntatibus perfectam dispositionem importat. Declara vt num. 4.*

6 *Priuilegia Iulij III. quod Secretarij possint transferre pensiones in mortis articulo sunt reuocata per aliam Constitutionem Pij V. & num. 8.*

7 *Translatio pensionis facta à priuilegiato non requirit solemnitates, intellige vt ibi nu. 8.*

DECISIO LXXVIII.

Domini resoluerunt, standum esse in decisis, dispositionem scilicet, seu potius declarationem Episcopi, quod volebat transferre suas pensiones, non importare validam dd. pensionum translationem; moti autem sunt, tum, quia verba velle transferre, quibus dicta declaratio concepta legitur, initium potius actus, &
1 sic voluntatem † quandam transferendi denotat, non autem perfectam dispositionem inducunt *iux. glos. & Doct. in l. Serui electione ff. de leg. 1. Ruin. cons. 9. numer. 8. lib. 3. Menoch. de arbitr. cas. 496. numer. 22. cum alijs in alia decis. alleg.* tum etiam, quia dato, quod per dicta verba perfecta dispositio inducta fuisset, illa corrueret ex eo, quod seruata non fuit forma in translationibus pensionum seruari solita, nec coram persona in Ecclesiastica dignitate constituta facultas trans-
2 ferendi præsentata, prout ad effectū † vt translatio validè fiat, requiritur *Ferrett. cons. 85. per tot. Rota diuers. decis. 69. par. 1.*
3 Non obstat, quod verbum volo † iniunctum etiam verbo infiniti temporis in vltimis voluntatibus perfectam dispositionem importat *ad trad. per Castr. cons. 450. num. 2. lib. 1.* quia dictum fuit, hoc procedere si vel probatum fuit ad par-
4 tis interrogationem, vel appositum actui, † qui pendet in futurum, secus autem si actus ille in continenti expediri debet, vt declarat *Bart. in l. serui electione num. 4. de leg. 1.* Vnde cum versemur in actu, qui in continenti expediri debebat, non fuit per dicta verba vera dispositio inducta, sed potius spes transferendi data, quæ si-
5 ne noua † dispositione non sufficit ad inducendam perfectam translationem iuxta latè *trad. per Menoch. de arbitr. d. cas. 496. num. 22. vers. si quoq. & num. 24. & seq.*

Minus obstat, quod Episcopus in vim pri-
6 uilegiorum † quæ à Iulio Tertio Secretarijs concessa fuerunt, facultatem habebat transferendi pensiones etiam in mortis articulo, & coram Notario, quo casu non requiritur certa
7 forma, † nec quod facultas coram persona in Ecclesiastica dignitate constituta præsentetur *Put. decis. 334. lib. 3.* cum alijs ab informantibus pro lo. Carolo alleg.

Quia fuit responsum, quod quicquid dicendum esset, cum Episcopus fuerit vsus facultatibus potius ipsi specialiter à Clem. VIII. concessis, quam dd. priuilegijs Collegio Secretariorum datis, difficultas tollitur ex eo, quod d. priuilegia quoad facultatem transferendi pen-
8 siones, fuerunt † expressè *per aliam Constitution. Pij V.* Quæ incipit, *Sacrosanctum Ecclesiæ statum, &c.* reuocata, ac propterea suffragari non possunt ad effectum, vt validè dici possit translata pensio, &c.

ROMANA PECVNIARIA

Lunæ 9. Maij 1616.

DECISIO LXXIX.

Impressa post Mangilium de subhastat. decis. 72.

CALA-

CALAGVRITANA IVRISPATRONATVS DE VIANA.

Luna 9. Maij 1616.

ARGVMENTVM,

Vniuersitas, & Parochiani sunt de personis suspectis de vsurpatione Iurispatronatus; ideoque debet constare vel de dotatione, & fundatione, vel de præsentationibus effectuatis spatio 50. annorum.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas, & Parochiani sunt de personis suspectis de vsurpatione Iurispatronatus*.
2 *Iuspatronatus à personis suspectis de vsurpatione debet probari ex dotatione, & fundatione, aut ex præsentationibus spatio 50. annorum effectuatis, & numer. 5.*
3 *Amplia vt præsentationes debent probari per publica documenta, & Instrumenta, nec suppletur per aquipollens vt num. 6.*
3 *Testes habentes interesse non probant*.
4 *Immemorabilis debet habere requisita, de quibus per* glos. in cap. 1. verbo memoria de præscript. in 6.

DECISIO LXXX.

EX trita illa, & in Rota sæpius canonizata conclusione, quod Vniuersitas, & Paro-
1 chiani † sunt de personis, in quibus cadit præsumptio vsurpationis iurispatronatus, vt fuit in specie *in vna Cremonen. Cappellæ 11. Aprilis 1601. coram Reuerendissimo Domino meo Decano*, & pluribus alijs ab informantibus allegatis, decitum, Resoluerunt Domini, non constare de Iurepatronatus Vniuersitatis, & Incolarum loci de Viana; neque enim exhibent instrumentum fundationis, & dotationis, aut constructionis Ecclesiæ, de qua agitur, & minus probarunt per authenticas scripturas continuatas præsen-
2 tationes per spatium † 50. annorum effectum sortitas, & immemorabilem, prout ad probandum Iuspatronatus personarum, in quibus capit præsumptio vsurpationis ex dispositione *Sac. Cong. Trid. sess. 25. capit. 9.* requiritur, & fuit *in hac eadem causa 1. Iulij 1615. coram Rpd. meo Dunozetto resolutum*.

Nec obstant Testes ad probandum dictam immemorabilē adducti, quia vltra quod pro-
3 pter † interesse, quod habent in hac causa modicam, vel nullam omninò fidem merentur ad *l. nullus ff. de testibus l. omnibus C. eodem tit. Felin. in cap. insuper num. 6. de testibus*, & in terminis Iurispatronatus *Lambert. de Iurepatronatu 2. par. 2. lib. quæst. 10. art. 12. numer. 7. Caputaq. decis. 204. part. 3.* & vt ex eorum lectura apparet, non deponunt
4 de omnibus requisitis ad probandam immemorabilem, de quibus per *glos. in cap. 1. in verb. memoria de præscript. in 6.* in omnem etiam euētum adhuc deficeret alterum requisitum ad probandum Iuspatronatus necessarium, præsen-
5 tationes scilicet, † per spatium 50. annorum effectum sortitæ, de quibus debet per publica, & authentica documenta constare, nec talis
6 probatio potest † per æquipollens suppleri latè *Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 9. nu. 5. Rot. decis. 409. num. 2. par. 1. & decis. 199. nu. 4. par. 2.*

Et ita fuit solo D. Episcopo informante resolutum, &c.

ANCONITANA RESTITVTIONIS DOTIS.

Merc. 18. Maij 1616.

ARGVMENTVM.

Statutum Anconæ rubr. 47. defert lucrum marito superstiti tertiæ partis dotiū, & de illius declaratione. Interusuria dotalia debentur viro substinenti onera matrimonij; Maritus tenetur ad impensas funeris pro parte lucri dotalis.

SVMMARIVM.

1 *Maritus ex dispositione statuti Ancona lucratur tertiam partem dotis, si superuiuat vxori*.
2 *Intellige si maritus sit Ciuis, districtualis, aut continuus habitator Ancona*.
3 *Dotis restitutio est facienda ad formam statuti, ad quod fuit habita relatio in Capitulis matrimonialibus*.
4 *Statutum de restituenda dote dicitur idem ac illud de lucranda, quando disponit idem, licet diuersis casibus*.
5 *Relatio habita ad statuta loquentia de restitutione dotis intelligitur etiam de statuto loquente de lucro, quando ambo eandem materiam amplectuntur*.
6 *Interusuria dotis debentur pro oneribus matrimonij tamquam alimenta*.
7 *Amplia etiam si dos consistat in pecunia*.
8 *Decisiō Perusina executionis 3. Decembris 1599. coram Penia declaratur*.
9 *Negligentia communis mutuo compensari debet*.
10 *Expensæ funeris pro rata lucri spectant ad maritum, in reliquis ad hæredem*.
11 *Vsuræ cessant, cessante onere matrimonij*.

DECISIO LXXXI.

PEr sententiam in partibus latam declaratum fuit, Iosephum teneri restituere hæredibus q. Lucretiæ dicti Iosephi vxoris duas ex tribus partibus dotis Lucretiæ, detractis tamen, & compensatis tam interusuriis à dd. hæredibus Iosepho debitis occasione dotis pro mille; & non solutæ à die contracti matrimonij vsque ad diem 31. Augusti computandis, quam etiam funeris expensis pro dicta duarum ex tribus partibus rata. Quæ sententia cum postea extra Romam confirmata fuisset, & tandem causa mihi deuoluta, dubitaui, an dictæ sententiæ essent confirmandæ, vel infirmandæ, & Domini censuerunt esse te firmandas quoad interusuria post mortem Lucretiæ, in reliquis confirmandas.

Nam, quod Iosephus non teneretur vltr

 duas,

duas ex tribus partibus dictis hæredibus resti-
1 tuere, benè iustificauit per Statutum Ciuitatis
Anconæ, in quo sub rubrica † 47. expressè, dis-
positum legitur, quod si Vxorem Marito præ-
mori contigerit, tertia pars dotium, ac mobi-
lium penes Maritum liberè remaneat, ita quod
ad restitutionem dictæ tertiæ partis nullatenus
teneatur.

Nec obstat, quod in fine dicti Statuti caueri
dicitur, quod locum habeat, quando Maritus
est Ciuis, vel districtualis, aut continuus habi-
2 tator †Anconæ, & cum Iosephus hac qualita-
te careat, dispositione dicti Statuti iuuari non
potest *ad not. per Bart. in l. 1. §. quod autem ait præ-
tor ff. ne quid in flum. pub. Becc, conf. 53. numer.* 9.
quia obiectum cessat ex speciali pacto, quo par-
tes in apoca Matrimoniali expresè conuenisse
3 legitur, quod restitutio dotium iuxta disposi-
tionem Statutorum Ciuitatis Anconæ facien-
da esset.

Minus facit, quod conuentio prædicta restri-
cta sit ad statuta, *che parlano nel caso della restitutio-
ne di dote*, & statutum sub rubrica 47. in quo
Iosephus se fundat, non loquitur de restitutio-
ne dotium, sed de parte dotium lucranda, & in
statuto sub rubrica 46. in quo de restitutione
dotium agitur, nihil de lucranda dote, siue eius
4 parte disponitur, quia respondetur, quod † licèt
sint duo capita statuti diuersa, ambo tamen,
vt ex lectura apparet, loquuntur de restitutione
dotis, primum scilicet, quod est *sub rubr.* 46. in
in casu, quo vir decedat ante mulierem, secun-
dū verò, quod est *sub rubr.* 47. in casu quo Mu-
lier præmoriatur viro, & quod etiam in hoc se-
cundo capite de dotis restitutione agatur, sua-
det non solum ipsa materia, quia agitur de lu-
cro dotis, quod propriè ad materiam restitutio-
nis pertinet, sed etiam declarant verba ibi, *præ-
sertim, & ad restitutionem dictæ tertiæ partis
nullatenus teneatur* &c. & inferius ibi residuum
verò ducator. dotium restituatur, & restitui de-
beat, vnde cum pactum, de quo in dicta apoca
non sit restrictum ad vnum magis, quam ad
aliud statutum, sed continet generalem relatio-
5 nem ad omnia statuta † loquentia de casu re-
stitutionis, procul dubio amplectitur etiam sta-
tutum *sub rubr* 47. cum & ipsum materiam re-
stitutionis, vt dixi, contineat.

Quod autem ex dd. duabus ex tribus parti-
bus detrahenda sint interusuria occasione dotis
non solutæ debita, pariter videbatur clarum;
6 posteaquam enim Iosephus onera † Matrimo-
nij substinuit, debentur ei dicta Interusuria tan-
quam alimenta *iuxt. tex. expressum in c. Salubriter,
& ibi Doct. de vsur. Cag. in l. curabit numer.* 41. *&
seq. C. de act. empt. Ias. conf.* 92. *num.* 12. *vers.* 2. &
fortius *lib.* 1. vbi dicit, hanc esse communem opi-
nionem Canonistarum, & Legistarum, cum alijs
latè cumulatis *per Surd. in tract. de aliment. titul.*
42. vbi *sub n.* 11. subdit hoc procedere, & quod
dos consistat in pecunia.

Nec obstat exceptio non implementi Iose-
pho opposita *ad decis. in vna Perusina exequutionis*
8 *3. Decembris* † 1599. *coram bo. me. Penia*, quia
adimplementum in casu dictæ decisionis fieri
debebat per Maritum, & propterea iure merito
dictum fuit, quod non poterat agere ex con-
tractu per eum non impleto, quod secus est in
proposito, quia implementum totum ad vxo-
rem spectabat, cum fuerit conuentum, quod
ipsa renunciaret paternæ, & maternæ succes-
sioni, vnde eius negligentia marito obesse
non debet.

Aut saltem, quia iuxta formam dictæ con-
uentionis fieri debebat in instrumento, in quo
etiam Parisij se obligare tenebantur, & facere
9 obligare sorores, † negligentia fuit comunis, &
propterea mutuo compensari debet *ad l. si am-
bo, vbi Bald. Salic. & alij ff. de compensat.*

Fuerunt etiam dictæ sententiæ visæ instæ quo
ad funeris expensas, cum illæ pro rata lucri, &
sic pro vna † ex tribus partibus ad Maritum
spectarent, & pro reliquis ad hæredem *iux. tex.
in l. si pro ratu, & ibi Doct. ff. de relig. & Sumpt. fun.
Bald. in l. licet num.* 1. *C. de Iur. dot.*

Quia tamen sententiæ condemnant hæredes
Lucretiæ ad interesse dotis non solutę ne dum
pro tempore constantis Matrimonij, quod fuit
dissolutum per mortem Lucretiæ *sub die 26. Iu-
ly* 1608. sed etiam vsq; ad diem 31. *Augusti* 1610
Domini dixerunt esse in hac parte reformādas,
ex quo cessante onere matrimonij, cessant etiā
vsuræ, † vt declarant *Doct. in d. c. Salubriter. de
vsur. cum supra alleg. &c.*

ROMANA MERCIVM, SEV' DEPOSITI.

Veneris 20. Maij 1616.

ARGVMENTVM.

Societas finitur per mortem Socij. Solidatio Lu-
crorum non probat finem Societatis.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio per solutionem tollitur.*
2 *Societas finitur per mortem socij.*
3 *Societas non dicitur finita per solidationem Lucro-
rum.*
4 *Societas finitur per restitutionem capitalis.*
5 *Vltima derogant prioribus.*

DECISIO LXXXII.

PRæsupposita decisione in hac causa coram R.P.D. meo Dunozetto facta, quod de Interesse Io. Amigatij constat respectu scutorum mille, & aliorum duorum millium, ex scutis 13. mille positis in Societate pro portione Bosij, cuius dictus Amigatius est cessionarius, dubitaui, an sententia absolutoria ad fauorem Francisci, & Dominici extra Rotam lata esset confirmanda, vel infirmanda, & Domini dixerunt, esse confirmandam, dummodo pecuniæ de ordine Amigatij a DD. Francesco & Dominico solutę versę fuerint in extinctionē debiti dicti Amigatij tantum, de quo quatenus opus erit, particulariter videri poterit: constat enim per Instrumentum venditionis Mercium dictæ Societatis fuisse dicta scuta 13. milla capitalis ad scuta 8506. redacta, ex qui-

bus

bus pro portione Bosio debita, quæ est, vt dictum fuit duarum partium ex tresdecim scutorum 1377. ad Amigatium pertinen, & si illis addantur scuta mille, de quibus in dicta decisione R. P. D. mei Dunozetti, in totum creditũ ipsius Amigatij; & interesse, quod habet ascendere apparebit ad scuta 2377. tantum, vnde cum ex partitis, quæ dantur probetur, DD. Franciscum & Dominicum de ordine dicti Amigatij prædictam summam, ac etiã maiorẽ soluisse, fuit quoad ipsos debitores su-
1 blata † omnis obligatio *l. nihil interest l. nulla C, de solut.* & consequenter bene fuerunt etiam per dictam sententiam absoluti.

Non obstat, quod dicitur, dictum Io: Amigatium esse etiam creditorẽ aliorum scutorum mille, prout apparet ex quadam apoca, quæ datur, quia in ista apoca non est nominatus Ioannes Amigatius, sed Aurelius Frater Ioannis, & Aurelij nomine facta legitur solutio, nec etiam fuit in alio Iudicio ista apoca producta, nec vigore illius actum, ac propterea benè fecit Iudex declarando Io: Amigatum esse satisfactũ, & quatenus Aurelius voluerit dictũ eius creditum consequi, poterit aduersus Masentium agere, nec ei dicta sententia præiudicat.

Non obstat, quod dicitur, Masentium habuisse à Ioanne Amigatio scuta duo milla pro ineunda Societate, quia in facto hoc non subsistit, cum habuerit tantum scuta mille, vt patet ex apoca, quæ datur *Summario* Francisci, & Dominici *numer. secundo* prout etiam nõ subsistit, quod Societas inter Masentium, & alios inita finem habuerit *sub die 7. Maij 1612*,
2 quia fuit finita per mortem † Masentij de mense Septembris eiusdem anni. Nec solida-
3 tio lucrorum † de anno 1611. & 1612. vt prætenditur facta probat fuisse dictam Societatem finitam, cum sæpè etiam huiusmodi solidationes, durante adhuc societate, fiant, & tunc dica-
4 tur finita, † quando capitale restituitur, non autem quando fit lucrorum solidatio.

Non obstat quod Franciscus, & Dominicus tenebantur pretium Mercium in Monte pietatis deponere, ac propterea illud soluendo alijs, non fuerunt ab eorũ obligatione liberati, quia tàm dictus Io: Amigatius, quàm etiam Rongallus creditores pretij mandarunt postea ipsis per particulares ordines, quod illud certis personis soluerent, non obstante etiam pacto in instrumento venditionis apposito, quod dictum pretium deponere tenerentur, ac propterea cũ ipsi dictum ordinem adimpleuerint, meritò fuerunt per sententiam à petitione Adt[illegible]orũ
5 absoluti, vltima enim prioribus † derogant *vulg. l. diui §. licet ff. de Iure codic.*

Minus subsistit, quod dictus Franciscus, & Dominicus ordinẽ Ioannis Amigatij nõ adimpleuerunt, ex quo scilicet, vt prætenditur, non exegerunt cautionem ab illis, quibus facta fuit solutio, de restituendo prioribus, quia ex summario quod datur, apparet de contrario, quod sæpè ab omnibus fuit exacta dicta cautio preter quam respectu summæ scut. 237. quæ de ordine Io: Amigatij fuit soluta diuersis Creditoribus absque alia cautione, & alterius scutor. 300. solutæ vigore mandati executiui ab A. C. relaxati Io: Stephano Bizozero.

Non obstant etiam alia pro Io: Amigatio deducta, quia non pereuntiunt Iustitiam sententiæ, de quo agitur, & quid quid sit de illis, sententia satis remanet ex eo iustificata, quod DD. Franciscus, & Dominicus emptores Mercium docuerunt soluisse pretium dd. Mercium iuxta ordinem ipsis a venditoribus datum, hoc enim stante, rectè fuerunt à petitis, quod dictũ pretium deponere cogerentur, absoluti, &c.

MELITEN. HABITVS

Merc. 25. Martij 1616.

ARGVMENTVM.

Nobilitas probatur ex fama, & ex alijs in decisione.

SVMMARIVM.

1 *Nobilitas probatur ex comuni reputatione, & ex admissione ad honores nobiles.*

2 *Item ex Instrumentis antiquis, in quibus illi de familia vocentur nobiles.*

3 *Nobilitas non excluditur ex testibus deponentibus ad fuisse multos de illo cognomine populares, quia est præsumendum, esse alios non de illa familia.*

4 *Maximè si testes non percutiant tempus, quo vigebat linea controuersa.*

5 *Nobilitas non excluditur ex eo quod in Instrumentis descendentes vocentur* Magistri *quia hoc nomen conuenit etiam scientiarum professoribus, & est argumentum æquiuocum.*

DECISIO LXXXIII.

Resolutum fuit, sententiam Magni Magistri in ea parte, quæ respicit probationes factas pro patre familiæ de Pirro, à qua D. Marcus per lineam maternam descendit, esse infirmandam.

Quod enim dicta familia nobilitate gaudeat, benè probant quam plures testes, qui non solũ deponunt in genere, quod vniuersa Familia de Pirro sit nobilis, sed concludunt etiam in specie nobilitatem Angelæ, ex qua Marcus descendit, & Antonini, ac Thomei Patris, & Aui respectiuè dictæ Angelæ, idque optimis rationibus, quia videlicet, fuerunt communiter ab omnibus reputati, & habiti nobiles, & vti tales ad omnes honores solis nobilibus concedi solitos admissi: Nam ex his circumstantijs, &
1 præsertim, ex communi reputatione † probatur nobilitas, cum aliter probari vix possit, *Socc. cons. 240. numer. 3. lib. 2. Tiraq. in tract. de nobilit. c. 10. per totum Bonaccursi. eodem tract. in 6. par. & fuit in alia Meliteñ habitus 10. Iunij 1609. coram R. P. D. meo Caualerio resolutum.*

Et cum dd. testibus concurrunt quoque instrumenta antiquissima, in quibus Progenitores dicti Marci honorabiles, nobiles, & magni-
2 fici denominantur, quod non † leue est nobilitatis signum, & multum confert ad eam probandam

bandam iuxta deducta, *per bo. me. Card. Seraph. decis. 207. num. 4.*

Non obstant testes in contrariũ adducti, quia licet deponant ipsos cognouisse homines, qui vtebantur cognomine familiæ de Pirro, illosq; fuisse populares, & non nobiles, non tamen coarctant negatiuam, quod scilicet non potuerint esse alij eiusdem cognominis nobiles ab ipsis non noti, & quia nouum non est, quod sępe inter eos, qui eodem viuntur cognomine, alij nobiles siut, alij vero populares, dictum il-
3 lorum intelligendum erit † de alijs potius, quã de ijs, à quibus Marcus descendit, vt in pũcto consuluit *Socc. dicto cons. 246. sub numer. 3. lib. 2.* cum præsertim etiam dd. testes non percutiant
4 tempus Ascendentium † Marcinee minus poterant percutere, ex quo linea Antonij vsque de anno 1532. remanserat extincta.

Minus obstat Instrumentum, in quo Thomeus Antonini pater *Magister* denominari dicitur, quia cum sæpè etiam hoc nomine vo-
5 cẽtur scientiarum Professores, † nec propterea semper ignobilitatis signum sit, nulla inde desumi potest concludens probatio *c. in præsentia de probat. c. 1. de except. in 6. cum similibus* quinimò, quod dictum magistri nomẽ in ea potius significatione, quæ viro etiam nobili congruit accipi debeat, colligitur non tantum ex supra deductis, sed ex eo etiam quod idemmet Thomeus in eius Testamento nobilis vocatur, quod nomen homini populari non conuenit

---

LEODIEN. CAPELLAE.

Luna 30. Maij 1616.

ARGVMENTVM.

Manutentio debetur possidenti Beneficium, cuius possessio fuit capta nomine Cameræ, & postea eidem cessa Sententia nulla, & iniusta nõ priuat possessione: etiam si lata fuerit vigore clausulę *Appellatione remota.* Iurisdictio data cum clausula, *Post quam paruerit*, est conditionalis, & non potest exerceri, conditione non adimpleta, & quando dicatur sufficienter impleta, vel non.

SVMMARIVM.

1 *Beneficij possessio capta nomine Cameræ ad fauorem alterius, & illi cessa eidem suffragatur ad effectum manutentionis.*

2 *Sententia nulla non priuat possessione.*

Amplia etiam si processerit cum clausula Appellatione remota *vt num. 4.*

3 *Possessor, qui non habuit se pro spoliato est manutenendus.*

5 *Iurisdictio data in Commissione cum clausula* post quam paruerit *est conditionalis, & non potest Iudex, nisi conditione ad impleta, iurisdictionem exercere, & num. 6.*

7 *Paritio non dicitur facta ex verbali oblatione sed debent etiam restitui fructus.*

8 *Beneficium possidens præsumitur fructus percepisse.*

9 *Beneficia excedentia ducata 24. non possunt à Nuntijs conferri, sed ante collationem debet illis cõstare de non excessu, alias collatio non valet.*

DECISIO LXXXIV.

Dictum fuit, Gherardo dandum esse mandatũ de manutenendo, quia constat, possessionẽ beneficij, de quo agitur, fuisse in ipsius commodum nomine Cameræ captam, & postea dicto Gherardo cessam, hac enim apprehensione, & cessione stante fuit verus possessor constitutus,
1 † non aliter, ac si ipse met dictam possessionem à principio apprehendisset ita quod manutentio eidem omnino debeatur, vt fuit sæpius dictum, & signanter in *vna Leodien beneficiorum 4. Decembris 1609. coram R. P. D. meo Pamph. & in alijs relatis per Modern. super reg. 8. Glos. 34. numer. 118.*

Non obstat, quod Gauconus fuerit postea in eamdem possessionem immissus ab officiali Coloniẽ vigore Rescripti Sãctiss. cum clausula *Appellatione remota*, quia cum dictus officialis
2 nulliter processerit, neque eius sententia † ex actis iustificetur, Gherardus non fuit per dict. immissionem sua possessione priuatus *l. fin. vbi Glos. & Doct. C si per vim, &c. Ang. in l. clam possidere §. qui ad Nundinas num. 2. in fin. ff. de acquir. poss. Bald. cons. 149. in fin. lib. 3. Rota decis. 802. num. 7. vers. quia pro responsione p. 1. diuers. Seraph. decis. 732. num. 1.* & eo ipso quod non constat, se
3 habuisse † pro spoliato, debet in dicta anteriori possessione manuteneri, *Put. decis. 419. in fin. lib. 2. Card. Seraph. decis. 1041. num. 3. & 180. nu. 2.*
4 etiam non obstante *Clausula appellatione remota*, cum illa hoc casu nihil operetur *Glos. penult. in c. ex conquestione vbi Bald. num. 5. Abb. in 5. notab. de restit. Spol. Put. decis. 414. num. 2. lib. 3. Cæsar. de Graff. decis. 2. de solut. num. 8.*

Quod autem Officialis nulliter processerit ex eo apparet, quod processit contra formam suæ commissionis, non paritis scilicet litteris Apostolicis, cum tamen in dicta commissione adesset clausula, *postquam paruerit*, quæ tribuit iu-
5 risdictionem conditionalem, † ita quod Iudex non posset aliquo pacto in casu procedere, nisi doctus prius de paritione *Put. decis. 21. de pens. & decis. 182. lib. 2.* in nouiter *impress. Rota diuers. decis. 816. lib. 3. par. 3. Seraph. decis. 68.* iurisdictio enim data sub conditione non potest vtiliter
6 conditione † non purificata exerceri *Glos. in Clem. vnic. in verb. repererint de offic. deleg. Card. in Clem. 1. num. 8. de concess. præben. Dec. cons. 603. num. 9. & seqq.*

Non obstat, quod dicitur sufficienter fuisse paritum per possessionis dimissionem, & clauiũ restitutionem, quia vltra quod apparet ex quodam instrumento dato in *Summario Gherardi numer. 9.* Gauconum de facto dictam possessionẽ retinuisse, adhoc, vt sit purificata conditio, necesse erat, quod fructus etiam restitueret, & quidem cum effectu, cum stante dict. rescripto
7 verbalis oblatio † non sufficiat, vt benè declarat *Card. Seraph. decis. 655.* vbi notat differentiã esse inter restitutionem fructuum, quæ fit in in purgatione Spolij, & attentatorum vel pro satisfacien-

satisfaciendo clausulæ pariter Breui.

Non obstat, quod non probatur, Gauconū aliquos fructus percepisse, quia cum vt in *dicto summario Gherardi num.* 10. ipsemet fassus fuerit, se beneficium, de quo agitur, vitra annum pos-
8 sedisse, † præsumitur etiam, quod fructus perceperit, nec alia indiget probatione, *Rota decis. 25. de praben. in nou. Egid. decis. 703. & fuit dictum in causa Toletana Capella* 15. *Decembris* 1610. *coram R.P.D. meo Pamphilio*.

Quod sententia ex actis non iustificetur, pariter videtur clarum, quia dicta Sententia declarat, prouisionem Nuntij esse validam, cum tamen nullibi per Gauconum probatum appareat, beneficium, de quo agitur, summam ducatorum 24. non excedere, prout ad prædictū
9 effectum † probandū erat, cum facultates Nūtij sint restrictæ ad beneficia 24. non excedentia *Rota decis. 10. de probat. in nou. Put. decis. 322. in fin. lib. 3. &* quod plus est ex forma dd. facultatum requiratur, quod antequam beneficium conferat, ipsi constet per testes fide dignos, illud 24. non excedere, alias collatio ab eo facta tanquam actus contra formam gestus corruit etiā si beneficium realiter 24. non excedat, vt fuit latè firmatum *in causa Abulen. præstimoniorum*. 15. *Februarij* 1610. *coram R. R.D. meo Manzanedo*. &c.

FIRMANA PECVNIARIA

Luna 30. *Martij* 1616.

ARGVMENTVM.

Emptor potest agere aduersus venditorem pro traditione rei venditæ liberæ, & excipere in petitione pretij, quod res tradita non sit libera.

SVMMARIVM.

1 *Instrumenta publica faciunt probationem probatam.*
2 *Venditor tenetur de euictione rei vendita, etiamsi non obligetur.*
3 *Emptor cui fuit promissa traditio rei libera, non adimpleta conditione, non potest compelli ad solutionem pretij.*
4 *Exceptio, qua ex eodem contractu, vel ex natura actus oritur pot. st opponi.*
5 *Emptor si rem non habuit, vel non liberam potest agere actione ex empto ad illius liberationem, & excipere venditori agenti ad pretium de non implemento.*
6. *Emptor habet retentionem pretij constito de molestijs super re empta.*
7 *Retentio facilius datur, quàm petitio.*
8 *Mandati validitas debet esse ex ijsdem actis, non autem ex nouiter deductis.*
9 *Emptori dicitur cautum pro pretio ex illius Inuestimento.*
10 *Non autem est tutus de alijs damnis, & interesse.*
11 *Emptori non tollitur exceptio rei non libera tradita quando apparet rem esse obligatam.*

DECISIO LXXXV.

Iuxta reseruationem alias *coram R.P.D. Dunozetto* factam in hac causa, dubium proposui, an Latinis venditoribus bonorum, de quibus agitur, obstet exceptio census, ita quod mandatum ab A.C. contra Lucium emptorem relaxatum, reuocari debeat, & Domini affirmatiuè responderunt: nam cum de impositione dicti census sub obligatione omnium bonorū Boncontis, ad quem prædium tempore dictæ impositionis, & obligationis spectabat, constet
1 per publica † instrumenta, quæ faciunt probationem probatam *l. cum precibus C. de probat. Fel. in c. licet numer.* 10. *eodem tit. Bald. in l. Imperator nu.* 8. *ff. de stat. hom.* & propterea etiam appareat ex Iuribus *in summario Lutij num.* 3. datis, quod Lutius occasione prædicti census, ne dum fuit iudicialiter super dd. bonis molestatus, sed eorum etiā possessione priuatus, sumus in claris, quod dicta bona non fuerunt libera tradita, & quod consequenter neque etiam ex parte La-
2 tini, † qui tàm vigore expressæ conuentionis, quam etiam tacitæ iuxtà tradita per *Bald. in l. ex ijs prædijs C. de euic. Dec. consil.* 483. *num.* 15. cum alijs latè adductis per *Tiraq. de retract. consang. §. 1. glos. 9. nu. 7.* bona ab omni onere libera tradere tenebatur, contractus dictæ venditionis non
3 fuit adimpletus, vnde non potuit Lutius aliqua ratione ad solutionem pretij dictorum bonorum compelli ad *l. Iulianus §. offerri ff. de act. empt. l. cum proponas C. de transact.* & fuit in his propriis terminis resolutum *in vna Lauretana prædij* 5. *Aprilis* 1593. *coram bo. me. Oipsio*, vbi dicebatur, quod in omni iudicio semper admitti debet illa exceptio, quæ vel ex eodem contra-
4 ctu oritur, † vel venit ex natura actus *Fel. in cap. ex parte il 2. in* 10. *limit. num.* 12. *Dec. num.* 57. *de offic. deleg.*

Et in emptione regulare est, quod quoties cumque apparet, rem vel non traditam, vel non libere traditam fuisse, potest emptor actione ex empto agere, vt res liberetur, & qua-
5 tenus agatur ad pretium, † exceptione rei non liberæ traditæ se tueri iuxtà *tex. in l. ex ijs prædijs iuncta glos. C. de euic. glos. in l. qui rem C. eodem Surd. cons.* 13. *num.* 23. *vol.* 1. *Pedem. decis.* 24. *nu.* 4. *cum alijs deductis in vna Asculana fideicommissi*. x. *Martij* 1611 *coram Rpd. meo Pirouano*, in qua etiam dictum fuit, quod emptor potest vtroque remedio eodem tempore vti ex *ibi alleg.*

Non obstat, quod dicitur, censum fuisse nullum, quia præterquam quod allegata nullitas non subsistit in facto, cum fuerit ad vnguē seruata forma mandati Boncontis, & stante intimatione litis venditoribus facta, ipsi tenebantur prætensas nullitates deducere, nec propterea aliquid emptori imputare possunt, in omnem etiam casum ex quo in præsenti non agitur de euictione, sed Lutius excipit contra agentes ex contractu venditionis de non implemento ad effectum retinendi pretium, donec à molestijs liberetur; & res libera tradatur,
6 satis est, quod constet † de molestijs adhoc vt ipsi competat dicta retentio iuxtà tradita per *Surd. decis.* 253. *n.* 10. *& seq.* vbi quod facilius da-
7 tur retentio, quā petitio *Seraph. decis.* 724. *nu.* 12.

Non

Non obstat, quod dicitur, censum iam esse
extinctum, quia vltra quod id non probatur,
debebat etiam ante relaxationem mandati in
actis A. C. de dicta extinctione constare, alias
enim d. mandatum substineri non potest, cum
ad hunc effectum necesse sit, quod iustificetur
8 ex iisdem actis † non autem ex nouiter dedu-
ctis *Couar. var. resol. cap. 1. num. 9. lib. 1. Rota*
decis. 445 num. 8. part. 1. diuers.

Minus releuat, quod satis cautum fuisse præ-
tenditur emptori per inuestimentum facien-
9 dum † atque ideo eius exceptio attendi non
debet *Bald. in l. ex his prædiis num. 4. C. de euict.*
cum alijs ab informãtibus *alleg.* tum quia me-
diante d. inuestimento reddebatur quidem
10 emptor securus de pretio † non autem de
aliis damnis, & interesse *Seraph. d. decis. 724.*
num. 12. tum quia per dictum inuestimentum
11 non tollitur † exceptio rei non liberæ traditæ,
quando apparet rem esse obligatam, quidquid
dicendũ foret, si non apparet rem esse obliga-
tam *Alex in l. Iulianus §. qui fundum num. 2. in*
fin. de verb. oblig. Seraph. decis. 321. num. 10. &c.

PERVSINA CENSVVM.

Mercurij 1. Iunij 1616.

ARGVMENTVM.

Solutio facta illi, cum quo contractus est cele-
bratus liberat, licet ille non sit verus Credi-
tor.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio facta per Notarium pro absente illi acqui-*
rit ius etiam ante ratificationem, & ita declaran-
tur Doctores contrarij.
2 *Solutio potest fieri illi, cum quo contractus fuit ce-*
lebratus, & n. 5.
3 *Soluens alijs, quam vero Creditori non liberatur.*
4 *Etiam si sit persona coniuncta.*
5 *Limita vt non procedat, quando contractus est cele-*
bratus cum eo, cui fit solutio.
6 *Amplia etiam si contractum celebrauerit nomine al-*
terius n. 7.
7 *Præpositus ad contrahendum videtur præpositus ad*
recipiendam solutionem.
8 *Census impositio est valida, licet fuerit facta ex pe-*
cunia alterius.
9 *Et soluens illius fructus liberatur.*
10 *Obseruantia est optima cuiuscumque dispositionis in-*
terpres.

DECISIO LXXXVI.

Domini quoad solutiones Vincẽtio factas
recesserunt à *decisis die 13. Februarij 1615.* &
de aliis solutionibus hæredibus d. Vincentij
factis mandarunt particulariter videri.

Nam admisso, etiã quod filiabus Marci An-
tonij, vt in alia decisione dicebatur, fuerit
per stipulationem Notarij ipsis absentibus ius
quæsitum absque alia cessione, & ratificatio-
ne, quod saltem ad effectum, vt contractus
1 ante † ratificationem reuocari non potuerit,
indubitãter procedere videtur, vt *idemmet Ceph.*
qui pro contraria opinione, quod scilicet an-
te cessionem, & ratificationem per stipulatio-
nem Notarij nullum ius absentibus acquira-
tur allegari solet, declarat *cons. 40. num. 41. &*
seqq. Surd. cons. 60. num. 16. circa med. vers. non
dico, nihilominus cum contractus census, de
quo agitur, fuerit cum ipso Vincentio cele-
2 bratus, rectè potuerunt † fructus d. census ei-
dem Vincentio solui; regula enim illa, quod
3 soluens alijs † quam vero creditori non libe-
ratur *l. si ego ff. de neg. gest. l. eius qui in principio*
vbi Glos. & Bart. ff si cert. pet. l. cum quis §. 1. ff.
4 *de solut.* etiã soluendo † coniunctæ personæ *Glos.*
in l. vero priori, & ibi Bart. & alij ff. de solut. l. qui
aliena negotia §. quamquam ff. de neg. gest. Alex.
cons. 4. nu. 3. vers. tamen quia coniuncta, vbi te-
statur de communi *lib. 2.* limitatur vt non
5 procedat, quando † contractus fuit cum per-
sona, cui facta est solutio, celebratus *l. filius*
& ibi Bart. & Alex. Dec. Ias. & alij C. de pact. Bart.
in l. quod seruus, & in l. filia ff. de solut. cum alijs
per Surd. decis. 229. num. 8. & seqq. qui enim
præpositus est ad contrahendum, videtur
6 etiam præpositus ad recipiendam solutionem,
vt inquit *Bart. in d. l. quod seruus ff. de solut.* vbi
subdit, hoc esse menti tenendum.

Nec obstat, quod tunc demum hoc locum
sibi vindicet, quando verba stipulationis in
solum contrahentem directa fuerunt, secus
autem si etiam in absentem, pro quo Notarius
sub debitoris iuramento stipulatus fuit, quia
obiectum, vltra quod in iure non subsistit,
7 cum idem sit † quamuis contractus nomine
alterius sit factus *Surdus post alios* per eum ci-
tatus *d. decis. 229. num. 12.* tollitur etiam ex
facto; quo enim ad duo posteriora instrumen-
ta census de anno 1592. celebrata in altero
eorum nulla legitur stipulatio Notarij, sed tã-
tum Vincẽtij, in alio vero licet stipulatio
Notarij pro absentibus adsit, tamen postea ex-
presè debitor census promittit soluere fru-
ctus Vincẽtio tantum, & quoad censum con-
stitutum de anno 1584. idem Vincẽtius in ca-
su extinctionis census stipulatus fuit sibi sor-
tem principalem vna cum fructibus vsque
tunc decursis restitui, quæ stipulationes fue-
runt validæ, licet pecuniæ, ex quibus empti
8 † fuerunt census, non essent stipulantis *l. huius-*
modi in princip. & ibi Glos. ff. de leg. 1. Abb. cons.
86. num. & lib. 2. Natt. cons. 162. num. 15. & de-
bitor soluendo fructus Vincentio iuxta for-
9 mam stipulationis † indubitanter fuit à debito
liberatus *Dec. in l. certi conditio §. si nummos nu.*
13. & ibidem Alex. ff. si cert. pet. cum alijs per Bec.
cons. 19. num. 8. & 10.

Quæ, & eo magis procedere videbantur, quia
quod re vera mens, & intentio contrahentium
fuerit, vt fructus Vincẽtio soluerẽtur ad vtili-
tatem tamen etiã filiarũ Marci Antonij, visum
fuit apertè colligi, nedum ex eo quod Vin-
centius, eiusque hæredes, ac dictæ filiæ vsque
quo præsens iudicium motum fuit, semper in
communi vixerunt, & pro indiuiso, & cre-
ditum dd. censuum possederunt, sed etiam
quia

quia per plures annos dicti fructus fuerunt eidem Vincentio soluti, scientibus etiam, & patientibus mulieribus, quatenus enim hæc ad inducendum tacitum mandatum non sufficiāt,
40 saltem inde resultat obseruantia † quæ optima cuiuscumque dispositionis interpres est *c. cum dilectus de consuetud. l. si de interpret. ff. de legib. l. quadam ff. de reb. dub. cum cum simil. &c.*

In proposito autem tantum abest, quod de d. causa constet, vt etiam illa pœnitus excludatur ex eo, quod probatur, redditus dd. Ec-
4 clesiarum esse † adeo tenues, vt augeri potius, quā diminui debuissent, vt fuit ponderatū in *d. Salernitana Parochorū corā Reuerendiss. Bononien. &c.*

SALERNITANA PAROCHORVM.

Lunæ 6. Iunij 1616.

A R G V M E N T V M.

Capias ex

S V M M A R I O.

1 *Parochialitas probatur ex requisitis, de quibus hic.*
2 *Item probatur ex collatione talis Ecclesiæ vti Parochialis, & ex perceptione Decimæ.*
3 *In dismembratione debent interuenire omnes solemnitates, quæ in alienatione.*
4 *Redditus Ecclesiæ debent potius augeri, quam minui.*

DECISIO LXXXVII

FVit tentum pro informante quoad vtranque dubij partem constare, scilicet, Ecclesias, de quibus agitur, esse patrochiales, & illarum fructuum dismembrationem non probari.

Nam quod dd. Ecclesiæ Parrochiales sint, probatur per testes, qui bene deponunt de omnibus requisitis, quæ ad constituendam
1 Ecclesiam Parochialem † concurrere debent de potestate videlicet fori pœnitentialis, illiusque exercitio per Rectorem nomine proprio, de loco certis confinibus constituto, in quo populus degit, & quod ei per vnicum, & proprium Curatum Sacramenta administrentur iuxta relata in *decis. 52. num. 14. par. 2. diuers.* & fuit in puncto in alia *Salernitana Parochorum 1. Iunij 1611. coram Reuerendissimo Bononien. resolutum.*

His etiam accedunt plures prouisiones de dd. Ecclesijs, tamquam de Curatis factæ, & quod Rectores dd. Ecclesiarum Decimas per-
2 cipiunt, quæ multum conferunt † ad probandum, quod dictæ Ecclesiæ Parochiales sint, vt fuit dictum in vna *Salernitana dimidiæ portionis 28. Maij 1586. coram bo: me: Orano, & in allegata Salernitana coram Reuerendissimo Bononien.*

Quo vero ad dismembrationem fructuum dd. Ecclesiarum dictum fuit, de ea non constare, non solum quia nec probatur in genere,
3 sed & quia in omnem † euentum probari deberet, quod iusta causa, & consensus Rectorum, atque aliæ solemnitates in alienatione rerum Ecclesiæ requisitæ, de quibus *in c. fine except. 12. quæst. 2. & in c. dudum de rebus Ecclesiarum non alien. in 6.* interuenerint. *Rota decis. vnic. de reb. Eccles. non alien. in nou. Achil. decis. vnic. eodem tit.* & fuit dictum in vna *Aquilana Cappellania 20. Februarii 1587. coram bon: mem: Orano.*

VLIXBONEN. VICARIÆ, seu Concursus.

Lunæ 6. Iunij 1616.

A R G V M E N T V M.

Subrogationi ad hoc vt sit locus, lis debet esse super titulo Beneficij.

S V M M A R I V M.

1 *Subrogatio in beneficio constito de lite, & obitu litigantis est danda superstiti.*
2 *Declara quod lis debet esse super titulo beneficij & num. 3.*
4 *Nec sufficit ad inducendam litem citatio ad dicendum contra commissionem.*
5 *Clausula* quam & quas *non comprehendit ius ad speciem non deductum.*
6 *Subrogatio petita post finitam litem non est concedenda in præiudicium prouisi.*
7 *Prouisio sub falsa causa est nulla.*

DECISIO LXXXVIII.

PEndente coram me lite inter Ordinarium Vlixbonen̄ & Canonicū d. Ecclesiæ super iure conferendi Vicariam, de qua agebatur, Io. Correas ad eandem Vicariā a d. Canonico nominatus, adita Signatura obtinuit sub expressione, quod sua intersit Canonico nominato pro suo interesse adhærere, seu aliàs omni meliori modo in causa existere, & ius prosequi, ad dictam causam admitti, & procuratorē Gasparis, cui tamquam ab Ordinario per concursum approbato prædicta Vicaria collata fuerat, citare fecit ad dicendum contra commissionem, quare D. Io. vita functo, dubitari contigit, an Gaspari danda esset subrogatio, & licet regula videretur pro ipso, quod scili-
1 cet constito de lite, & obitu † colligantis superstiti danda subrogatio *Put. decis. 495. lib. 2. Mohed. decis. 11. vt lit. pend.* contrarium nihilominus resolutum fuit: nam ad hoc, vt locus sit subrogationi non sufficit quælibet lis, sed
2 necesse est † quod lis sit super titulo beneficij *Mandos. super reg. de subrog. quæst. 13. num. 4.* & fuit dictum in *Calagurritana beneficii 29. Octobris 1603. coram Illustrissimo Cardinali Lantellotto*; sicuti autem in proposito lis, quæ vertebatur inter Ordinarium, & Canonicum, vt dictum est, non erat super titulo beneficij ita quod
3 per illam † beneficium fuisset factum litigiosum *Vitalin. in Clem. 1. nu. 43. vt lit. pend. Bald. in auth. litigiosa C. de litigios. Rebuff. in prax. super reg. de subrog. glos. 2.* & fuit dictum in vna *Albertumina Archipresb. 30. Martii 1607. coram Reueren-*

rendissimo Bononien. nec commissio admissionis ad illam obtenta, & citatio vigore dictæ commissionis inter prouisos pro eorum interesse,
4 executa potuit † efficere dictum beneficium litigiosum, ac propterea cessat causa dictæ subrogationis, cum illa requirat litem, quæ sit super titulo beneficii, sicuti requirit piscis aquā vt dicunt Doctores allegati.

Non obstat *clausula, quam & quas* in d. commissione admissionis apposita, quæ apta est comprehendere quodcunque ius in iudicio
5 deducendum † quia illa non operatur quoad ius ad speciem non deductum *Coputaq. decis. 125. nu. 2. par. 3. Card. Seraph. decis. 1013. nu. 3.* Vnde cum in iudicio nihil fuerit deductum propter quod Vicaria facta fuerit litigiosa, d. clausula non suffragatur ex *alleg.*

His accedit, quod subrogatio petita fuit post finitam litem inter dictum Ordinarium,
6 & † Canonicum ad fauorem d. Canonici, & consequenter post decretum non ius Gasparis per concursum prouisi, vnde tanto minus ei concedenda videbatur subrogatio, præsertim in præiudicium validè nominati à d. Canonico vigore *Const. Pii V. 48. adnot. per Couar. pract. quæst. cap. 36. num. 7. vers. 4.*

Non obstat prouisio Apostolica à Gaspare
7 obtenta, quia est nulla, cum sit fundata † in falsa causa, vt in puncto fuit resolutum in *Vrgellen. de Ostega 16. Decembris 1605. coram Reuerendissimo Lugdonen. & in Iacen. Vicaria 29. Ianuarii 1615. coram R.P.D. meo Buratto, &c.*

ROMANA DE CINCIIS.

Merc. 10. Iunii 1616.

ARGVMENTO.

nec Summario indiget.

DECISIO LXXXIX.

PRo dubii principalis resolutione, an vlterius confessio Bernardi sit suggestiua, placuit Dominis, vt strictè videretur, an vltra Iudicis interrogatoria & examen Iacobi ipsi Bernardo lectum, illa aliquid plus contineat, & viso processu, ac omnibus benè discussis, responsum fuit, d. confessionem aliquid plus continere in decisione exprimendum, hoc autem, vt clarius appareat, libet hic totam Bernardi confessionem in decem distinctam capita inserere.

Primo igitur Bernardus dicit, *vi dico, che quello che dice il Sig. Giacomo qui presente è la verità, tanto quello, che dice della venuta di Olimpio à Roma alcuni giorni innanzi la morte del Sig. Francesco nostro Padre, & del raggionamento fatto dal d. Olimpio con detto Sig. Giacomo, e con Paolo mia fratello.*

Hæc autem omnia leguntur in depositione Iacobi *process. fol. 850. par. 2. & fol. 850. à ter. 851. & 856. & in interrogatorio 6. constituti Bernardi process. fol. 855.*

Secundo ait, *doue ci disse come, che voleua ammazzare il detto Francesco nostro Padre, perche l'haueua cacciato dalla Rocca.*

Et in hoc concordat eadem Iacobi depositio *fol. 850. à terg. 851. & fol. 856. & legitur in d. interrogator. 6. constituti fol. 885.*

Tertio dicit, *quanto auco, che Beatrice nostra sorella restaua mal sodisfatta di nostro Padre, che la teneua ristretta, & che non voleue star più a quella vita, & che perciò lei si era deliberata di farlo morire, e che voleua, che esso Olimpio facesse detto effetto.*

Hoc ipsum asserit Iacobus in d. depositione *fol. 852. à tergo & 853. à tergo & fol. 860. & continetur etiam in dicto interrogatorio fol. 885. & 886*

Quarto fatetur, *che detta Beatrice voleua, che si fosse fatto con consenso nostro, cioè di detto Giacomo, Paolo, e me, e ciò voleuà, che noi lo sapessimo prima che si facesse, e che fossimo ben contenti.*

Cum quo concordat Iacobus in d. depositione *fol. 856. à tergo, & fol. 857. & legitur in d. interrogatoria 6. constituti.*

Quinto inquit, *e che però lui era venuto à Roma ad intender la volontà nostra, e detto Sig. Giacomo, Paolo, & io gli dicessima, che facesse quello, che li pareua, come hà detto Sig Giacomo.*

Idem dicit Iacobus in sua depositione *fol. 851. à tergo fol. 856. à tergo & fol. 857. & in eod. Interrogatorio d. 6. consti tuti.*

Sexto Bernardus asserit, *e così anche è vera, che doppo la morte di detto nostro Padre, Lucretia, Olimpio, e Beatrice hanno detto à me, & al detto Sig. Giacomo in presenza mia, che d. Olimpio haueua ammazzato il Sig. Francesco nostro Padre nel modo, che hà detto il Sig. Giacomo.*

Quod habetur etiam in dicta Iacobi depositione *fol. 854. 855. 859. à tergo 860. à tergo 861. à tergo, & 864. & legitur in interrogatoria 6. constituti fol. 882. & 883.*

Septimo fatetur, *& hò anco intesa dopo il detto fatto dal detto Olimpio, che lui, e Martio haueua ammazzato il detto nostro Padre, e che dopo l'haueuano buttato a basso, e che l'haueuano ammazzato in letta.*

Quod etiam affirmat Iacobus in sua depositione *fol. 855. 861. à tergo & 864. à tergo, & legitur in interrogatorio prædicti 6. constituti fol. 886. & 889.*

Octauo dicit, *& questo me lo disse d. Olimpio, quando venne da Zagarola à Roma dopò che esso Olimpio si era partita da noi alla Mentana quando ritornassimo dalla Petrella, & era andato à Zagarola, e poi venne à Roma.*

Quæ verba non videntur legi nec in dicta Iacobi depositione, nec in aliquo interrogatorio.

Nono inquit Bernardus, *& mi raccontò il d. fatto, che lui haueua ammazzato nostro Padre assieme con Martio, e buttatolo dal Mignano.*

Quæ conueniunt cum dicta Iacobi depositione *fol. 863. à tergo,* vbi hæc verba leguntur, *volsi sapere come Olimpio haueua ammazzato detto mio Padre, e mi dissero, che Olimpio insieme con vn altro, che non me lo nominorno, qual diceuano, che era vn' Asinaro, ò vn Pecoraro, e che tutti due erano entrati alla Camera di mio Padre la mattina, e l'ammazzorono à letto, e che doppo, che l' hebbero am-*

ma-

*mazzato Olimpio, & quel' altro lo buttorono per quel Mignano, & fol.*864.*à tergo* vbi leguntur hæc verba; *io veramente hò saputo, che è stato quel Martio Catalano doppo, che siamo stati prigione, & questo l'hò scoperto dall'essamine, che subito m'imaginai, che fusse stato il detto Martio Catalano, & ex Interogatorio presenti* 6. *constituti fol.* 886. *&* 889. vbi Iudex suggerit nomen Martij Catalani, & *fol.* 833.

Decitato Bernardus inquit, *nel resto mi rimetto à quello, che hà detto il Sig. Giacomo mio fratello circa quello, che haueuo passato là alla Petrella prima questo fatto, & questa è la verità.*

Quod per extensum narratur à Iacobo in sua depositione *fol.*852.

Ex quibus omnibus sequitur, confessionem Bernardi id tantummodo plus continere, quod ipse mentionem fecit de itinere Olimpij ab oppido *Zagarolæ* ad Vrbem, & quod insimul omnes à Castro Petrellæ recesserant, sed Olimpius se ab illis disiunxit propè Nomentum versus dictum oppidum Zagharoli, notitia vero Parricidij, quam ab eodem Olimpio Bernardus fatetur accepisse concordat cũ Iacobi depositione, & interogatorijs Iudicis super relatis.

ILCINEN. IVRISPATRONATVS

Mercur. 22. Iunij 1616.

DECISIO XC.

*Impressa in Recent.decis.*314.*par.*4.*& apud Monach. decis.Florent.post decis.*72. *sub num.* 39.*pag.*136. *& Vid.Notat.infra ad decis.*

NVLLIVS LOCATIONIS

Luna 27. Iunij 1616.

ARGVMENTVM

Narratiua Papæ quando probet.

SVMMARIVM.

1 *Narratiua Papa, in qua principaliter fundatur dispositio plenè probat, & num.*5.
2 *Amplia vt hoc procedat, siue sit de facto proprio, siue de alieno.*
3 *Secus est in narratiua ad suggestionem partis.*
4 *Vel quando gratia in illa principaliter non fundatur etiam si sit facta motu proprio.*
6 *Clausula* sicut accepimus *posita in gratia facit præsumi attestationem potius partis, quam Papa.*
7 *Limita in motu proprio Decisio* Mohedan 4.*&* 16 *de restit. Spoliat. Crescent.*6. *de prob.& alia relata in Tullen Monasterij* 22. *Maij* 1609. *coram Damasceno procedunt in criminalibus, & materia Tertio valdè præiudiciali.*

DECISIO XCI.

DVbitatum coram me fuerat, vtrum Abbates, & Monaci Sacri Montis Cassini possint locare exercitium Iurisdictionis temporalis Terræ Citrariæ, & quia informantes pro negatiua inter alia fundamentum faciebant in legato à q. Sciel. Gail. Ducis Roberti Guiscardini coniuge de dicta Terra prædicto Monasterio facto, vnde duæ difficultates oriri videbantur, prima scilicet, vtrum dictum legatum probetur, secunda vero an per prohibitionem in legato contentam de non oppignorando, aut quouis modo alienando dictam terram, prohibita etiam censeatur locatio, Domini dixerunt, legatum probari, de reliquis autem mandarunt particulariter videri.

Quo enim ad legatum illud sufficienter pro-
bari videbatur ex narratiua in litteris *motus pro-
prij Pij V*. Nam cum dictæ litteræ, vt potè, quæ
ad confirmationem dicti legati, & prohibi-
tionis in eo contentæ emanarunt, particulari-
ter in præscripta narratiua fundatæ sint, illa ha-
1 betur † pro veritate, donec contrarium probe-
tur iuxta *trad. per Cardin. in Clem.* 1. *in X. quæst.
Anchar.n.*1.*Imol.& alios de probat. Alex. cons.* 112.
*vol.*7.*vbi testatur de communi Socc.cons.*256.*num* 27.
2 *vers.sed tamen.*, vbi quod hoc † procedit siue
narratiua sit de facto proprio, *siue alieno Rebuff.
in concord.sub rubr.de sublat.Clem.litt.vers.tamen ex
narratis.Put.decis.*123.*& decis.*335.*lib.*3.

Nec obstare putabant in contrarium allega-
ta, quia vel procedunt in terminis narratiuæ
ad suggestionem partis, non *autem motu proprio
3 factæ*; † nam tunc tali narratiuæ non statur, quid
quid dicat *glos.in d.Clem.*1.*cum in verb.fecisse nar-
ramus de probat.* quæ vt inquit *Caput. decis.* 241.
*par.*2. communiter reprobatur, & contrarium
Curia seruat.

Vel quando gratia motu proprio concessa
in illa narratiua peculialiter non fundatur, ve-
4 luti † *sunt denominationes in principio gratię factæ*:
illæ enim etiam ex certa scientia non faciunt
nominatum talem, nec quidquam ei nouum
tribuunt, vt latè fuit deductum in *causa Sego-
bien pens.* 22. *Martij* 1604. *coram Reuerendissimo
Attrebat.*

Vnde cum in proposito agatur de *narratiua
5 motu proprio emanata*, & in qua gratia † prin-
cipaliter fundatur, videtur ei standum, donec
probetur contrarium *ex supra allegatis.*

Nec obstat, quod cum dicta narratiua posi-
6 ta sit sub clausula *sicut accepimus*, † censenda
potius sit assertio partis, quam Papæ, vel sim-
plex quædam relatio, quod Pontifex ita acce-
perit, non autem eiusdem attestatio, quod ita
sit, & consequenter non probat *ex alleg.per Ga-
br.conclus.*2.*n.*40.*de probat.* & fuit dictum *coram
bo.me.Card.Seraph.decis.*1336.*n.*4. quia prædicta
7 locum non † habent in motu proprio, in quo
licet Papa narret, se accepisse, præsumitur
tamen, quod per veram, & realem informa-
tionem, non autem ventosam acceperit, &
propterea non ideò minus eius narratiuæ sta-
tur; vt reiecta opinione *Bonif.de Vitalinis in Clem.
1.de probat.tenuit Rota coram Put.decis.inter nouiter
impress.*

impress. 100.*lib.* 3 *Achil.decis.* 10.*de probat*,vbi quod distinctio, quæ fit inter verba à partibus suggesta, vel non suggesta procedit in gratia ad partium supplicationem facta, & fuit dictum in *vna Meten Monasterij* 21. *Februarij* 1600. *coram bo.mem. Litta*.

8 *Ad decis Mohed.* 4. *&* 16.† *de rest.spol.Cresc.*6.*de probat.*cum alijs alleg.*in vna Tullen Monasterij* 22 *Maij* 1609.*coram Reuerendiss. D. meo Damasceno*, fuit responsum, quod vel procedunt in criminalibus tantum, & materia valde præiudiciali Tertio, vel non loquuntur in terminis motus proprij, vt ex eorum lectura apparet, vnde ad propositum applicari non possunt.

VRBEVETANA IVRISPATRONATVS.

Luna 27. *Iunij* 1616.

ARGVMENTVM

Habes ex.

SVMMARIO.

1 *Iuspatronatus acquiritur per Ecclesia diruta readificationem accedente consensu Ordinarij*.
2 *Maximè accedente dotatione*.
3 *Iuspatronatus probatur ex obseruantia*.
4 *Iuspatronatus acquiritur ex sola restauratione Ecclesia, & dotis augumento*.

DECISIO XCII.

IVXTA reseruationem in priori huius causæ decisione à Dominis factam, dubitaui, an per reædificationem, & dotationem Ecclesiæ, de qua agitur, fuerit Iurispatronatus Illustriss. DD. de Verallis acquisitum.

Et Domini viso instrumento, in quo Vicarius facta attestatione, quod dicta Ecclesia antea pœnitus diruta, fuit à fundamentis ab Auctoribus DD. Illustriss. de Verallis reædificata, ac etiam dotata, eisdem Iuspatronatus reseruauit, censuerunt absque vlla difficultate fuisse dictũ Iuspatronatus acquisitum: nam cum vt in alia decisione dictum fuit, etiam per solam Ecclesiæ dirutæ reædificationem accedente Ordi-
1 narij consensu † Iuspatronatus acquiratur *c. quoniam vbi glos. in verb. fundatores*, & *ibi Abb.n.*11. *Anch. n.*6. *de Iurepatr. Hostien. in Summ. eodem tit.*§.*ex quibus vers.quod si readificauit Rocch. de Iur.patr.in verbo construxit n.*12. *cum alijs in alia decis.alleg.* illud multo magis in proposito quæsitum fuisse dicendum erit, ex quo præter reæ-
2 dificationem accessit quoque ipsius † Ecclesiæ dotatio ad latè *trad.per Lambert.de Iur.patr.in* 1.*art.*3.*quæst. principalis* 1.*lib.* & præterea constat etiam de obseruantia Iurispatronatus, & vltimo statu per instrumentum præsentationis q. Hieronymi, per cuius obitum vltimo loco va-
3 cauit Ecclesia, quam obseruantiam † in similibus terminis ponderauit *Rota coram bo. me. Card.Seraph.decis.inter impres.*907.*ante n.*2.
4 Et in fortiori casu, quo scilicet, Ecclesiam non fuit à fundamentis reædificata, sed restaurata cum dotis augumento fuit dictum Iuspatronatus fuisse restauranti acquisitum in *vna Senen beneficij* 17.*Iunij* 1588. *coram bo. me. Orano*, vbi quod in hac materia multum tribuitur Iudicio Ordinarij qui Iuspatronatus concessit.

LEODIEN CENSVRARVM

Luna 7. *Nouembris* 1616.

DECISIO XCIII.

Impressa in Recent. decis. 480. *par.* 4. *tom.* 2.

ALGAREN. DISMEMBRATIONIS

Luna 14.*Nouembris* 1616.

DECISIO XCIV.

*Impressa in Recent.decis.*332. *par.*4.

ROMANA S. THOMÆ

Luna 14. *Nouembris* 1616.

ARGVMENTVM

Spoliatio dicitur si fuerit denegata possessio finita locatione. Clausula *Prout de Iure* limitat rescriptum. Responsio positionibus facta per verbum *non credit vt ponitur*, *& ad effectum ad quem ponitur* approbatur à Rota.

SVMMARIVM.

1 *Domino antiquo si finita locatione denegetur possessio per secundum Dominum, dicitur spoliatus à secundo*.
2 *Spoliasse dicitur secundus possessor, qui fuit immissus sine praiudicia primi, & illi denegas rem*.
3 *Possessio tradita sine præiudicio dicitur tradita sub conditione*.
4 *Et quotiescumque apparet de alterius praiudicio nihil ponit in esse*.
5 *Clausula* Prout de Iure *posita in fine motus proprij illum limitat, & restringit*.
6 *Restitutio non datur Capitulo ad Ecclesiam regularem, nisi docto de titulo*.
7 *Titulus in possessorio dicitur probatus per longeuam rei possessionem*.
*Et per verisimilitudinem vt res ita sit n.*9.
8 *Calumnia Suspicio excluditur ex longeua possessione*.
10 *Reintegratio non competit spoliato, si spoliator probauerit dominium*.
11 *Declara, quod de Dominia debet constare, vel per confessionem partis, vel rem iudicatam*.
12 *Responsio positionibus facta per verbum*; non credit, vt

dit, vt ponitur, & ad effectum ad quem ponitur *à Rota est approbata*.
13 *Ista responsio potius negat, quàm affirmet*.
14 *Negatio facit rem dubiam*.
15 *Manutentio concedi solet etiam spoliatori*.
16 *Sententia lata in possessorio non suffragatur ad probandum dominium*.
17 *Spoliator tenetur prius rem restituere, quam de proprietate obijcere*.

DECISIO XCV.

DOMINI absque difficultate tenuerunt, sententias Rotales, de quibus agitur, esse confirmandas: Quod enim sint validæ constat ex processu, in quo apparet fuisse seruata omnia de Iure seruanda, de quibus *per Caputaq; decis. 262. par. 2.*

Iustitia verò probatur ex decisionibus tàm *coram bo. me. Cardin. Seraph. & Reuerendiss. D. meo Decano*, quam etiam *R. P. D. meo Caualerio* factis, in quibus per multas rationes firmatum fuit, quod non solum constat de primo extremo antiquiori, videlicet possessione Capituli, sed quod etiam eo ipso, quod Fratres Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, qui Ecclesiam, atque eius habitationem, de quibus
1 agitur, durante locatione à Capitulo † Petro Vertez facta *vigore motus proprij Pij V.* occuparunt, redeuntes Canonicos finita dicta locatione ad ipsorum primæuam possessionem, non admiserunt, dicuntur illos spoliasse.

Non obstat, quod ex quo, vt alias dicebatur, dd. Fratres authore Prætore possident, non datur contra eos actio spolij, quia cum fuerint à Iudice in dictam possessionem immissi sine
2 præiudicio Iurium † Capituli, atque ita mediante dicta immissione successerint in locum Petri Vertez tantum, non potuit dd. Fratribus illa suffragari ad hoc, vt resoluto Iure Petri restitutionem dd. possessionis Capitulo absq; vitio spolij denegare potuerint, vt multis fuit demonstratum *sub. die 4. Martij præteriti coram R. P. D. meo Caualerio*.

Et benè ad propositum facit, quod posses-
3 sio tradita sine præiudicio alicuius, dicitur† sub conditione tradita iuxta *tex. in l. testamento centurio § 1. ff. de manum. testam.* & propterea quo-
4 tiescumque de alterius † præiudicio apparet nihil ponit in esse *cap. olim il primo iuncta glos. in verb. traditam de rest. spol. l. qui absenti §. 1. ff. de acq. vel amitt. poss. cum ibi not.*

Nec releuant, quę in alijs positionibus circa motum proprium Pij V. deducebantur, quia cum vt sæpè alias fuit responsum, in fine dicti motus proprij apposita legatur clausula,
5 *prout de Iure*, censetur † per eam limitatum, & restrictum totum rescriptum *Abb. in c. 2. requiris n. 10. de appell. Surd. decis. 322. n. 59. cum alijs per Modern. de clausf. concl. 9. n. 1.* & consequenter non potuit vigore dicti motus proprij Capitulum ipso non citato, sua possessione priuari.

Minus subsistit, quod dicebatur, Ecclesiam, de qua agitur, esse regularem, ac propterea
6 Capitulo † restitutionem ad illam non competere non docto prius de legitimo titulo *ad tex. in c. 2. de rest spol. in 6.* quia præterquam quod assumptum, quod dicta Ecclesia sit regularis non probatur, cum etiam in hoc Iudicio sufficiat minor probatio, quàm si ad declarationem tituli in Iudicio petitorio peculiariter ageretur, satis dicitur titulus ad hunc effectum probatus ex eo, quod constat, Capitulum di-
7 ctam Ecclesiam ab anno 1597. vsque ad † moderna tempora possedisse: ex hac enim tam
8 diuturna possessione, † excluditur omnis Calumniæ suspicio iuxt. dedncta *per Egid.*
9 *decis. 445.* vbi quod pro coloratione tituli † sufficit antiqua possessio, & ostendere, quod verisimile sit Iuri communi locum non fore, vt fuit in hac *causa 26. Iunij 1607. coram Reuerendiss. D. meo Decano decisum*.

Nec denique applicatur, quod probato do-
10 minio † per spoliatorem non datur reintegratio spoliato, quia cum ad hunc effectum re-
11 quiratur, quod constet de dominio † spoliatoris per confessionem partis, vel rem iudicatam, vt fuit in decisionibus huius causæ firmatum, & quotidiè Rota seruat, non potest dici de dominio Fratrum sufficienter constare.

Nam licèt ad eruendam dictam confessionem datę fuerint pro parte Fratrum positiones; quia tamen à Capitulo illis fuit responsum per
12 verbum *non credit, vt ponitur, † & ad effectum ad quem ponitur*, quæ responsio fuit semper à Rota approbata vt in *causa Ianuen pecuniaria 28. Maij 1599. coram bo. me. Corduba*, & alias sæpè, non potest prætendi, quod de dicto dominio constet per confessionem, cum imo potius
13 appareat per dictam responsionem negatum;
14 negatio † autem facit rem dubiam *l. post rem vb glos. ff. de trans. Bard. in l. 1. n. 12. C. de procur.*

Nec etiam allegari potest ad hoc, vt dicatur de dicto dominio constare per rem iudicatam Sententię Vicegerentis, quia illa fuit lata in Iudicio merè possessorio, & Summarijssimo ma-
15 nutentionis, † quæ concedi solet etiam spoliatori *Castr. in l. Aquilius regulus n. 5. ff. de don. Rot. di-*
16 *uer. decis. 641. n. 8.* & propt. ad dictum effectum non suffragatur.

Et minus potest concedi noua dilatio ad probandum à Fratribus articulata, quia tenen-
17 tur † prius Ecclesiam, atque eius habitationem restituere, quam de proprietate obijcere iuxta terminos *l. si quis conductionis C. locat. Cassad. decis. 2. de dilat.*

TIBVRTINA IVRIS MOLENDI

Sabbati 26. Nouembris 1616.

ARGVMENTVM.

Testes subditi, contrarij, & ęquiuoci non probant. Prohibitio molendi ad hoc vt noceat Communitati debet esse facta per Bannum legitimè promulgatum, & constare de acquiescentia: & actus particularium Communitati non nocent.

E SVM-

SVMMARIVM.

1 *Manutentio in Iure molendi ad hoc vt detur requiritur prohibitio, & acquiescentia.*
2 *Testi subdito deponenti pro domino detrahitur aliquid de fide.*
3 *Testis sibi contrarius de auditu, æquiuocus non probat.*
4 *Prohibitio Iuris molendi, vt præiudicet Communitati debet esse facta per affixionem Edictorum in locis publicis, & cum sono Tubæ ad hoc vt ad eius notitiam perueniat.*
5 *Prohibitio aliter facta suffragatur solum contra illos, qui scientiam habuerunt.*
6 *Assertiones factæ in supplicationibus, nisi de illis constet Tertio non præiudicant.*
7 *Communitatis Iuri tamquam diuerso à Iure particularium non præiudicatur per actus particularium, & numer. 8.*
8 *Auximi Ciuitas habet immunitatem non soluendi vectigalia in Territorio Recanati.*
9 *Acquiescientia Communitatis dicitur probata eo ipso, quod prohibitioni se non opposuit.*
10 *Declara, quod ista conclusio non est tuta, saltem quoad præiudicialia Communitati.*
11 *Animus in præteritum colligitur ex postea gestis.*
12 *Communitas si prohibitioni Domini statim se non opposuit, censetur id fecisse ex timore, & id non constituit aliquem in quasi possessione Iuris prætensi.*
13 *Quasi Possessio acquiritur per Bannum etiam non probato, quod fuerit paritum.*
14 *Declara id procedere, quando constat de legitimo titulo, & Iurisdictione Publicantis.*
15 *Secus est quando non constat de titulo, quia tunc requiritur patientia, quæ est loco tituli.*
16 *Ius prohibendi, ne homines Terræ accedant ad aliud molendinum soli Principi supremo non recognoscenti superiorem competit.*

DECISIO XCVI.

FVIT dictum, standum esse in decisis, scilicet, non esse dandam D. Duci manutentionem; versamur enim in materia, in qua ad
1 effectum etiam manutentionis † requiritur
prohibitio, & acquiscientia diuturna, aliter enim per actus etiam longissimo tempore continuatos non constituitur quis in quasi possessione, vt latè fuit in alia decisione deductum; & nihilominus in casu illo nec dicta prohibitio, nec etiam acquiescentia Communitatis fuit legitimo modo probata.

Nam quoad prohibitionem illa non potest dici probata, neque ex testibus qui dantur, neque ex supplicationibus, quia misso quod om-
2 nes prædicti testes † sunt subditi D. Ducis, quo
casu detrahitur aliquid de eorum fide *Alber. in l. idonei in principio ff. de test. cum alijs in alia decis. alleg.* primus etiam est sibimet ipsi contrarius, dum iuxta 14. dicit, nunquam vidisse affixum aliquod bannum in dicto loco, & audiuisse solum illa publicari in voce, nescire autem de quo tempore audiuerit, & quid continerent, cuius tamen totum contrarium
3 dicit † super 2. Alij etiam vel eodem vi-
tio laborant, vel fatentur nihil scire, vel deponunt de auditu tantum, & licet vnus dicat vidisse vnica vice talia bannimenta publicari, tamen non deponit de quo tempore, itaut possit sciri, an viderit ante motam litem, & vt apparet ex depositis super Interogatorijs, nescit quid contineant illa bannimenta, & propterea nullo modo probat.

Quod præsertim dicendum videbatur, quia non sufficeret etiam simplex probatio, quod dd. edicta fuerint promulgata, sed necesse es-
4 set probare, promulgationem † esse factam
seruatis seruan., cum sono, scilicet, tubæ, & in pluribus, & magis frequentatis partibus Terræ Montis Cælij, quia alias cessaret illa præsumptio, quod dicta prohibitio ad notitiã Communitatis peruenerit ad not. *per Prepos. in c. fin. 16. quæst. Gramm. decis. 36. n. 22.* & cõsequẽter non posset etiam dicta prohibitio D. Duci aduersus Communitatem suffragari, sed in præ-
5 iudicium † tantum illorum, qui dictæ prohibi-
tionis scientiam habuerunt *Butr. in c. significante de appell. num. 11. Bal. in §. item lapilli 3. col. ff. de rer. diuis. Capic. decis. 209. n. 26. & seq.*

Et ex his patet etiam responsio ad supplicationes, nam licet in illis fiat mentio bannimen-
6 torum † tamen non apparet, nec vbi, nec
quando, nec quomodo fuerint publicata, adeò quod nulla ratione possit dici inde probata prohibitio, quæ Comunitatem afficiat.

Minus dici potest probata acquiescentia, quia vltra quod supplicationes à tribus particularibus personis porrectæ, ex quibus Informantes pro D. Duce conantur elicere dictam acquiescentiã, non sunt in forma probanti, nec constat, à quibus fuerint porrectæ, non potest in omnem euentũ inde colligi aliqua acquiescentia respectu Comunitatis, contra quam petitur à D. Duce manutentio, sed tantum in præiudicium illorum trium particularium,
7 quia Ius Comunitatis † est diuersum à Iure sin-
gulorum, nec actus particularium possunt præiudicare Comunitati, vt pulcrè explicat *Abb. cons. 18. n. 4. vol. 2.* vbi quod licet aliqui homines Ciuitatis Auximi, quæ habet immu-
8 nitatem † non soluendi vectigalia per Territo-
rium Recanati, soluissent vectigal in transitu illius Territorij, non sufficeret hoc ad præiudicandum Communitati, nisi probetur, quod saltem maior pars populi Auximi soluerit, quem refert, & sequitur *Capic. d. decis. 209. n. 29.* cum ibi alleg. & fuit dictum in *vna Anconitana florum. 18. Aprilis 1616. coram Reuerend. D. meo Damasceno.*

Nec obstat, quod acquiescentia dicitur probata eo ipso, quod Communitas prohibitioni
9 † factæ se non opposuit *Thes. decis. 16. n. 7. in fin.*
10 quia vltra quod ista † conclusio non est tuta,
saltem in ijs, quæ sunt præiudicialia Communitati, cessat etiam difficultas ex eo, quod constat, Communitatem vsque de anno 1589. caussam super ista possessione D. Ducis commisisse, & dato etiam quod facta fuerit prohibitio ante dictum tempus, quod tamen non probatur; nihilominus ex postea gestis colligitur
11 qualis animus fuerit † Communitatis in præ-
teritum *Corn. con. 296. nu. 5. in fin. vers. præterea lib. 4.* adeo quod si Communitas statim se dictæ prohi-

prohibitioni non opposuit, censendum est fe-
cisse, vel timoris causa, vel animo deliberan-
di, quid esset agendum; non autem obediendi,
12 & consequenter non fuit D. Dux † per istam
taciturnitatem constitutus in quasi possessione
Iuris ab ipso prætensi *glos. in c. olim in verb. timo-
re, & ibi Innoc. n. 2. de rest. Spol. Put. decis. 281. nu. 2
lib. 2. Rota decis. 70. n. 14. & seq. part. 2. diuers.*

13 Non obstat, quod per bannum † acquiritur
quasi possessio etiam non probato, quod fue-
rit paritum *Capic. decis. 27. n. 30.* quia præterquã
quod non constat de aliquo banno saltem le-
gitimè publicato, vt supra dictum est, con-
14 clusio † procedit quando constat de sufficienti
Iurisdictione, & legitimo titulo illius, qui pro-
mulgauit Bannum, vt fuit dictum in *Burgen
seruitij 28. Februarij* 1598. *coram bo. me. Litta*, secus
15 † vbi de titulo, & causa præcedenti non con-
stat, quia tunc requiritur patientia, quæ habe-
tur loco tituli *Abb. in c. cum Eccl. Sutrina n. 43. &
ibidem Rip. n. 50. de caus. poss. & propriet. Capic. d. de-
cis. 209. n. 29.* ac propterea cum non constet de
aliquo sufficienti titulo D. Ducis arctandi ho-
mines dictæ Terræ ad molendum in suo Mo-
16 lendino, quia Ius † hoc nemini alteri, quam
supremo Principi, & qui non recognoscit aliũ
Superiorem competit, vt latè post alios probat
Surd. cons. 127. n. 54. merito dicendum est, non
fuisse ipsi quæsitam aliquam possessionem ex
sola prohibitione etiam quatenus illa probare-
tur, sed vlterius probare debere, Communi-
tatem dictæ prohibitioni acquieuisse, ex su-
pra alleg.

AMERINA SVPPLEMENTI LEGITIMÆ.

Sabbati 29. Nouembris 1616.

ARGVMENTVM.

Filia femina exclusa vigore statuti, stantibus ma-
sculis ab intestato, censetur etiam exclusa ex
Testamento.

SVMMARIVM:

1 *Exclusus à successione ab intestato est exclusus à pe-
titione Legitimæ.*
2 *Filia exclusa à petitione legitimæ ab intestato, cen-
setur etiam ex Testamento.*
3 *Fæmina censentur exclusæ à statuto etiam ex Testa-
mento, si illud impugnent.*
4 *Statutum mandans fæminas esse contentas eo, quod
illis relinquitur, dicitur etiam comprehendere ca-
sum Testamenti.*
5 *Statutum mandans, simpliciter extantibus masculis
fæminas non succedere, excludit etiam fæminas in-
dotatas.*
6 *Fæminæ à Patre dotatæ non debent dotari in bonis
eorum, quibus prætendunt succedere.*
7 *Statutum quando non requirat dotationem in bonis
de cuius successione agitur.*
8 *Statutum tunc dicitur complecti fæminas de linea
masculina, quando filiam à successione Patris ex-
cludit.*
9 *Verba* per lineam fœmininam &c. *quando di-
cantur stare ampliatiuè.*

DECISIO XCVII.

DOmini dixerunt, supplementum legitimæ
D. Petro non deberi in bonis, & hæredi-
tate q. Helenæ: ratio fuit, quia Neptes, ex
quarum persona supplementum petitur, erant
extantibus masculis ab hæreditate d. Helenæ
per statutum Ciuitatis Ameriæ exclusæ, vnde
non poterant neque legitimam, neque minus
eius supplementum in d. hæreditate prætende-
re; Ius enim petendi legitimam regulatur à
1 successione ab intestato † ità quod quicumq;
ad successionem ab intestato non admittitur, à
petitione quoque legitimæ exclusus esse cen-
seatur *Alex. in l. gallus §. & quid si tantum nu. 16.
ff. de liber. & posthum. & cons. 3. n. 10. & seq. lib. 7
Dec. cons. 269. num. 2. & cons. 525. num. 4. Socc.
cons. 39. & cons. 127. lib. 4. Surd. decis. 167. nu. 7.*
cum alijs relatis in *vna Balneoregien. bonorum 9.
Maij* 1588. *coram bo. me. Orano.*

Non obstat quod dicitur, Helenam decessis-
se condito Testamento, ac propterea iura, quæ
de successione ab intestato loquuntur in pro-
posito applicari non posse, quia fuit respon-
sum, quod eadem ratione, qua filia excludi-
2 tur à † petitione legitimæ ab intestato, cense-
tur etiam exclusa, facto testamento, quoties-
cumque testamentum Patris impugnat, ne
aliàs filia veniens contra voluntatem Patris
sit melioris conditionis, quam veniens præ-
ter voluntatem contra *tex. in l. maximum vitium
C. de liber. præter. vt inquit Rota decis. 355. num. 8.
par. 1. diuers.* vbi dicit, hanc esse communem
omnium Doctorum opinionem *in d. l. gallus
ff. de liber. & posthum.*

Et pari quoque ratione tollitur, quod dici-
tur per statutum d. Ciuitatis excludi fæminas
à successione ab intestato tantum, non autem
facto testamento, quia vt non sequatur incon-
ueniens, quod dictum est, censentur etiam à
3 statuto exclusæ, quotiescumque † testamen-
tum impugnant *Alex. & alij in d. l. gallus §. &
quid si tamen num. 16. & cons. 131. num. 2. vers.
vnde propter hoc lib. 1. Corn. cons. 116. num. 3. lib. 1.
Rota diuers. d. decis. 355. num. 8. par. 1. Cæsar de
Grass. decis. 2. de constit. & decis. 4. num. 14. qui
fil. sint leg.* Vltra quod ex eiusdem etiam Statuti
lectura apparet, illud casum quoque facti te-
4 stamenti comprehendere † ex quo mandat,
quod filiæ contentæ esse debeant de illo,
quod illis relictũ fuit, idq; in dotem imputari.

Minus subsistit, quod Statutum excludere
dicitur fæminas dotatas tantũ, ac propterea in
casu isto, in quo Neptes non fuerunt in bonis
Auiæ dotatæ, non procedere, quia statutum
disponit simpliciter, quod fæminæ extantibus
5 masculis non succedant † vnde censentur
quocumque casu exclusæ etiam si dotatę non
essent, vt post alios *trad. Paul. de Castr. in l. Ti-
tio centum §. Titio genero num. 7. & num. 8. in fin.
vers. ego pluries consulens ff. de condit. & dem. Gabr.
qui. testatur de communi cons. 116. num. 4. lib. 1.*

Et quamuis subdat, quod si dictæ fæminæ
dotatæ non fuerint, debeant de bonis defuncti

dotari, quia tamen Neptes, de quibus agitur,
6 fuerunt † à Patre dotatæ, cessat causa, ex qua de bonis Helenæ eorum Auiæ dotari debeãt iuxta *trad. per Bald. in l.1. C. de legit. hered. & in l. neque Mater C. de iur. dot. Alex. cons.29. num. 6. & seq. lib.1. Rol. cons.24. num.10. & seq. lib.3. Put. decis. 277. lib.1.*

Et quod re vera Statutum non requirit, quod etiam in bonis, de cuius successione agitur, dotẽtur, in casu, quo aliunde dotatę fuerint, colligitur etiam ex eo, quod mandat, vt mulieres
7 dote recepta, nullum amplius † contra bona, & hæreditatem præmissarum personarum omnium, & cuiuslibet earum recursum habere possint.

Non obstat denique, quod statutum loquitur de fæminis per lineam fæmininam descendentibus, & propterea non excludit Neptes, quæ ab Helena per lineam masculinam descendunt, quia, vt ex illius lectura apparet, omnes etiam à masculis descendentes ample-
8 ctitur, † dum præsertim filiam à successione Patris excludit iuxta *trad. per Paulum de Castr. cons.190. numer.4. lib.2.* & verba illa, *nec aliqua persona cuiuscumque sexus, vel gradus existat, descendens ex tali defuncta persona † per lineam fæmininam*: visa fuerunt DD. intelligenda potius esse ampliatiuè, quàm restrictiuè ad excludendum, scilicet, omnes alios ex fæminis descendentes.

LAMACEN BENEFICII

Luna 28. Nouembris 1616.

ARGVMENTVM.

Idem est eum.

SVMMARIO.

1 *Possessio non manutenibilis de stylo Rota est sequestranda.*
2 *Possessio capta lite pendente est attentata.*
3 *Lis morte alterius Collitigantis non extinguitur.*
4 *Possessio capta nomine Cameræ nõ dicitur attentata.*
5 *Possessio capta nomine Cameræ absque mandato non suffragatur.*

DECISIO XCVIII.

Conclusum fuit, possessionem Cardosij nõ esse manutenibilem, ac propterea iuxta
1 solitum huius Sacri † Tribunalis stylum, de quo inter alios testantur *Cassad. decis.1. num.6. de rest. spol. Cæsar. de Graff. decis.2. de appell. Caputaq; decis.157. par.3.* apponen. esse sequestrum.

Nam quod dicta possessio non sit manutenibilis probari videbatur ex eo, quod vel capta fuit ab Antonio Gil nomine ipsius Cardo-
2 sij, & hoc casu erit attentata † vti capta lite
3 adhuc pendente, cum illa per mortem † alterius collitigantis non fuerit extincta *cap.1. & 2. vt lit. pend. in 6. Rota decis.10. eodem titulo in nou. Mohed. decis.14. de caus. poss. & propriet. Sarmen. supra reg. de annal. quæst.62. numer.4.* & fuit dictum in *vna Visen. Parochialis 27. Febr 1606. coram Reuerendissimo Lugdunen.* vel capta fuit ab eodem Antonio, tanquam Priore Cameræ à dicto Cardosio substituto in vim sententiæ vigore Breuis de capienda possessione nomine
4 Cameræ & tunc licet talis † possessio dici non possit attentata *Lancell. de attent. in præfat. lit. pend. num.455. cum seq. Gonzalez supra reg.8. glos. 9. in annot. num.246. cum ibi cumul.* nihilominus quia non constat de mandato Cameræ, siue eius Commissarij in personam Cardosij, nec minus de facultate dicti Cardosij substituendi Antonium, non potest dici, quod dicta pos-
5 sessio per Antonium capta fuerit † Cameræ quæsita, & consequenter neque cessio dictæ possessionis ab eadem Camera Cardosio, ei suffragari possit.

ROMANA SOCIETATIS OFFICII

Luna 5. Decembris 1616.

DECISIO XCIX.

Impressa in recent. decis.356. par.4. tom.2. & post Zacchiam de Societ. offic. decis.71.

FIRMANA PECVNIARIA

Veneris 9. Decembris 1616.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Venditor ex natura contractus tenetur tradere rem liberam.*
2 *Venditoris promissio de tradendo rem liberam, & ad omnia damna auget obligationem.*
3 *Et hoc casu est relaxandum mandatum, vt promissa impleat, vel præstet interesse.*
4 *Emptor, non est iustum, vt careat re empta, & fructibus, ac pretio.*
5 *Sors principalis succedit loco interesse, si contractus non adimpleatur.*

DECISIO C.

Fvit tentum pro Informãte, videlicet, quod cum vt in alia decisione huius causæ resolutum fuit, satis constet Lucium emptorem bonorum, de quibus agitur, fuisse occasione cuiusdam census non solum superdictis bonis molestatum, sed eorum etiam possessione priuatum, mandatum contra Latinos venditores relaxari debeat ad effectum, vt dicta bona, & emptores ab onere dicti census, & quibuscumque alijs molestijs liberent, & pro fructibus etiam, qui fuerunt occasione dicti census Iudicis mandato ab emptoribus ablati.

Nam

Nam quoad liberationem à dicto onere, & molestijs certum est, venditores non solum ex
1 † natura contractus teneri ad tradendam rem liberam *l. ex his prædijs iuncta gloss. C. de euict. l. Iulianus §. qui fundum ff. de verb. oblig. l. 2. §. fin. & ibi not. ff. de act. empt. Surd. conf. 36. numer. 23. Seraph. decis. 331. num. 8. & 9.* sed etiam ex pacto in instrumento venditionis, quo promiserunt rem liberam, & nullo oneri suppositam tradere, atque omnem litem in se suscipere, nec non omnia damna, & interesse præstare,
2 † quæ promissio auget obligationem *l. venditores ff. de verb. oblig. Cagn. in l. vnic. num. 13. C. de sent. quæ pro eo* & cum sit Camerali obligatione vallata, merito contra eos vigore dictæ obligationis relaxari debet mandatum ad hoc,
3 † vt vel promissa impleant, vel præstent interesse, vt fuit dictum in *vna Perusina dotis 5. Decembris 1607. coram Reuerendissimo Attrebaten.*

Quo vero ad fructus oblatos similiter res visa fuit clara: cum .n. Lucius emptor pretium bonorum soluerit, ac proinde æquum
4 non sit, quod eodem tempore fructibus † rei emptæ, & pretio careat ad not. *in l. emptorem ff. de act. empt.* tenentur venditores, qui vt dictum est, se obligarunt ad omnia damna, & interesse, ipsi illos refundere.

Nec obstat, quod mandatum relaxari non potest, non facta prius liquidatione, quia respectu fructuum ablatorum summa est certa, & de ea constat in actis, de reliquis, aut cum interesse emptoris sit clarum, succedit sors principalis loco damnorum, & interesse, vt
5 in simili quando † in contractu census non adimplentur promissa, petitur sors ipsa loco interesse *Rota decis. 741. numer. 1. in fin. par. 1. diuers. & fuit dictum in alleg. Perusina dotis coram Reuerendissimo Attrebaten.*

SIGNINA CASTRORVM.

Veneris 9. Decembris 1616.

DECISIO CI.

Impressa apud Spadam post conf. 191. lib. 2.

CESENATEN. SVPRA DOTIS

Lunæ 12. Decembris 1616.

DECISIO CII.

Impressa in recent. decis. 365. par. 4.

INTERAMNEN. AQVARVM.

Lunæ 12. Decembris 1616.

ARGVMENTVM.

Manutentio in quasi possessione vsus aquarum etiam priuatiuè quoad alios conceditur habenti possessionem exclusiuam cæterorum.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio datur possidenti de tempore motæ litis.*
2 *Possessio adminiculata præfertur alteri non adminiculata.*
3 *Possessio non est referenda ad facultatem, si quis re vsus fuit iure proprio.*
4 *Vel alijs vsum eiusdem rei prohibuit.*
5 *Manutentio priuatiua datur habenti possessionem exclusiuam aliorum.*
6 *Testium dicta sunt reducenda ad concordiam.*

DECISIO CIII.

Domini steterunt in vltimo loco decisis, quod scilicet mandatum de manutenendo in quasi possessione vsus aquarum, de quibus agitur dandum sit Angelo Portæ, & quidem etiam priuatiuè quoad DD. de Ciancherottis, quando Angelus vult dictis aquis vti.

De quasi enim possessione dicti Angeli constat ex quatuor præcipuè testibus, qui, vt in alia decisione dicebatur, non solum deponunt
1 de tempore motæ litis, quod solum sufficeret *§ hodie instit. de interd.* sed etiam multo ante, scientibus etiam, & patientibus DD. de
2 Ciancherottis, illaque etiam est multum adminiculata tàm ex confessione Auctoris de Rusticis, quam etiam ex pluribus alijs actibus benè per dictum Angelum probatis, ita quod iure merito possessioni DD. de Ciancherottis præferri debeat, vt pluribus fuit in dicta decisione ostensum.

Non obstat, quod dicta possessio restringenda sit ad vsum postquam eadem aqua vsi sunt Ciancherotti pro irrigandis eorum prædijs, quia inter plura alia pro responsione ab Informantibus pro Angelo adducta, placuit DD.
3 quod dicebatur dictam Angeli possessionem restrictionem istam non pati, non solum quia probatur, Angelum fuisse dictis aquis vsum iure proprio, & fenestra in quodam muro de quo in planta num. 9. existente, ac etiam fossato, quod in quodam Instrumento acquisitionis terrarum dicto fossato adiacentium ab ijsdem Ciancherottis facta dicitur ad Angelũ spectare; sed etiam quia tàm ex testibus, quàm etiam ex querelis, & sententijs absolutis ad fauorem Angeli latis apparet quod Angelus
4 quidem sæpius prohibuit Authoribus DD. de Ciancherottis vsum dictæ aquæ, & quod porrectis ex causa dictæ prohibitionis aduersus eundem Angelum querelis, & ipse fuit ab alijs absolutus, nullibi autem è conuerso pro-

batur, quod dicta prohibitio fuerit à DD. de
Cianchcrottis siuè illorum Authoribus dicto
Angelo facta; vnde merito restrictioni locus
5 non est ad not. per *Capic. decis. 27. nu. 30. & 31.*
& cum dicta possessio Angeli sit pœnitus ex-
clusiua possessionis DD. de Cianchcrottis ma-
nuteneri debet *Abb. in c. pastor. num. 7. vers. ad-
uerte tamen & ibi Fel. numer. 5. vers. & procedit de
offic. ordin. cum alijs adduct. in causa Reatina Barcha
25. Ianuarij 1617. coram R.P.D. Buratto.*

Non obstant Testes, & alia pro DD. de Cian-
cherottis deducta, quia vt omnia ad concor-
6 diam reducantur dicendum videtur, quod v-
sus dictæ aquæ ipsis competat, quando Ange-
lus ea non vtitur, cum præsertim nullus ex
Testibus dictorum de Cianchcrottis affirmet,
quod illa vnquam vsi sint contradicente An-
gelo, vel ipso ea vti volente, & Angelo etiam
faueat Statutum, quo disponitur, quod vnui-
quisque ducere possit aquam per alienum fun-
dum, & sententiæ absolutoriæ ad fauorem
ipsius latæ, quibus etiam Authores DD. de
Cianchcrottis acquieuerunt.

ROMANA LEGITIMÆ

Veneris 16. Decembris 1616.

ARGVMENTVM.

Dotis solutio non præsumitur, sed est pro-
banda, & aliquæ afferuntur coniecturæ ad
tollendam præsumptionem solutionis re-
sultantis ex diuturnitate temporis, & sub-
stentatione onerum Matrimonij.

SVMMARIVM.

1 *Solutio est quid facti.*
2 *Et probari debet ab allegante.*
3 *Matrimonium de iure stare potest sine dote.*
4 *Dos præsumitur soluta ex diuturnitate temporis, & substentatione Antrum Matrimonij.*
5 *Limita stantibus contrarijs fortioribus coniecturis.*
6 *Dos quod non fuerit soluta ex quibus arguatur.*
7 *Dos quod non fuerit soluta præsumitur quando mulier per plures annos viro superstes restitutionem non petyt.*
8 *Dos imputatur in legitimam.*
9 *Dotem, & legitimam cumulatiuè filia consequi non potest.*
10 *Filia, quæ recepit legitimam censetur etiam recepisse dotem in legitima comprehensam.*

DECISIO CIV.

IVxta reseruationem alias factam, dubium propositum an D. Dux teneatur imputare in legitimam ipsi in hæreditate quondam Fuluię debitam eiusdem Fuluiæ dotem, & DD. negatiuè responderunt, quia non probatur, quod dicta dos sit penes D. Ducem, sed vt ex infra dicendis apparebit, potius constat de contrario, quod scilicet penes Congregationem hæredem dictæ Fuluiæ existat, quod enim prætenditur, dictam dotem ad D. Ducem peruenisse ex eo quod ipse est hæres Marij Mariti dictæ Fuluiæ non subsistit, quia non probatur
quod vnquam fuerit dicto Mario soluta, quod
1 tamen concludenter probandum esset, ex quo
solutio est quid facti *l. consilio § fin. ff. de Curat.
furios.* ac propterea probari debet ab illo, qui
2 in ea se fundat *l. fin. C. de solut. l. quinquaginta ff.
de probat. & l. fin. C. eodem Aym. cons. 313. sub
num. 1. Bald. cons. 508. nu. 2. l. 5. Honded. cons. 39.
3 num. 41. vol. 2.* cum præsertim Matrimonium
de iure etiam sine dote stare possit *Couar. in
Epit. de spons. l. 1. cap. 5. num. 5.*

Nec obstat quod ex diuturnitate temporis,
& onerum Matrimonij substentatione, ac a-
4 lijs coniecturis ab informantibus pro Congre-
gatione adductis præsumitur dicta solutio,
quia fuit responsum, dictam præsumptionem
5 contrarijs fortioribus coniecturis elidi *iuxt. not.
in l. diuus ff. de in integ. restit. l. non solum ff. de rit.
nupt. Menoch. de præsumpt. l. 1. quæst. 30. num. 1.*

Inter plures autem alias visa fuit vrgentissi-
6 ma, quod in Capitulis matrimonialibus non
fuit simpliciter à Ioanne Baptista Patre dictæ
Fuluiæ promissa dos scut. 10. mil. sed conuen-
tum quod in euentum, quo Maritus ex dicta
Fuluia suscepisset filium, Io: Baptista teneretur illum adoptare, & hæredem vniuersalem omnium suorum bonorum instituere, vnde cum ex dicto Mario &, Fuluia Matre sit natus Federicus, qui fuit à Ioanne Baptista in filium adoptatus, vel dicta dos scuta 10. mil. non erat amplius debita, vel saltem verisimile est, quod stante dicta vniuersali institutione nunquam fuerit à Marito petita, atque ideò neque etiam soluta.

Et quod re vera soluta non fuerit, visum
7 fuit etiam eo magis ex eo suaderi, quod si Ma-
rio soluta fuisset procul dubio D. Fuluia, quæ dicto Mario per plures annos superuixit, illam sibi ab hæredibus dicti Marij restitui curasset, cum præsertim ex instrumento transactionis inter eam, & D. Ducem initam appareat ipsam fuisse diligentissimam in petendis, & prosequendis omnibus alijs suis iuribus, & in specie obtinuerit sibi dotem Lauiniæ Matris restitui, nec non legatum annuum in Testamento Marij ipsi relictum præstari, quod cum non fecerit sed in eadem transactione dictū D. Ducem amplissimè quietauerit, maxima inde insurgit præsumptio, quod dicta dos nunquam fuerit, vt dictum est, Mario soluta ad *not. per Afflict. decis. 13. num. 2. & seqq. Becc. cons. 103. n. 27.*

Neque dicatur quod licet Mario soluta non fuerit, nihilominus illam D. Dux tanquam adhuc ab ipso vti hærede Io: Baptista debitam in legitimam imputare tenetur, quia vltra quod eo ipso quod Io: Baptista filium Marij adoptauit, eundem hæredem vniuersalem instituit, non poterat, vt supr. dictum, esse amplius locus esse promissioni dotis scut. 10. mil. responsum etiam fuit, & hoc tollit omnem difficultatem, siuè dicta dos Mario soluta fuerit, siuè ei debita, quod Fuluia fuit integrè de dicta dote satisfacta eo ipso, quod occasione supradictæ transationis cum D. Duce initæ recepit quidquid pro eius legitima prætendere po-

8 re poterat, nam cum dos in legitimam imputetur *l. quoniam nouella l. omni modo § fin. C. de in off. testa. Ias. in Auth. nouiss. num. 46. & ibi Doct. C. eadem tit.* eo ipso quod legitimam habuit, censeri debet etiam dotem in dicta legitima comprehensam recepisse cum alias dicendum foret, quod dicta Fuluia, siuè hæredes ex ipsius persona potuissent, & legitimam, & dotem
9 cumulatiuè consequi, quod tamen à dictis hæredibus facilè prætendi non potest.

Ac propterea non obstat etiam quod dicitur non fuisse per Fuluiam in dicta transactione
10 doti renunciatum, quia non prætenditur, quod dictæ doti renunciauerit, sed quod eo ipso, quod legitimam recepit, integrè, vt dictum est de dote satisfacta fuerit, & quod consequenter illa non reperitur penes D. Ducem, sed apud illos, penes quos est hæreditas dictæ Fuluiæ, qui propterea non possunt prætendere, quod D. Dux illam sibi in legitimam ex eadem hæreditate debitam imputet.

BONONIEN. DE FORMAGLIARIS

Lunæ 19. Decembris 1616.

DECISIO CV.

Impressa in recent. decis. 370. par. 4.

FIRMANA BENEFICIORVM.

Vener. 13. Ianuarij 1617.

ARGVMENTVM.

Manutentio, & reintegratio non competunt spoliato auctoritate Iudicis nisi nullitas, seu iniustitia vndequaque patens sit, & notoria nullitas sententiæ: Quæ & quando sanari possit stante clausula *arbitrio* apposita in commissione.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio, & reintegratio non competunt spoliato auctoritate Iudicis.*
2 *Limita quando Iudex nulliter, vel iniustè processit.*
3 *Declara limitationem procedere dummodò nullitas, seu iniustitia sit patens.*
4 *Nullitas sanatur per commissionem signatam cum clausula* arbitrio.
5 *Nullitas admixta spolio non sanatur, sed spoliatus ante omnia restitui debet.*
6 *Declara id procedere quando nullitas est clara, & respicit defensionem de iure naturæ, secus si turbida, & proueniens ex iuris rigore.*
7 *Termini quatuor ad docendum de appellatione possunt omitti, quando clarè in actis constat de re iudicata.*
8 *Seruantur ex summo styli rigore.*
9 *Nullitas proueniens ob non seruationem quatuor terminorum ad docendum de appellatione ex æquitate sanatur stante clausula* arbitrio.
10 *Mandatum potest deuerni in sententia, relaxari tamen debet post decendium.*
11 *Subreptio non intrat vbi Pontifex non potuit in genere cogitare.*
12 *Sententia lata post desertionem causæ caret iurisdictione.*
13 *Sententia reuocatoria ferri potest non obstante desertione causæ appellationis, si in commissione adest causa nullitatis, & iniustitiæ.*

DECISIO CVI.

Fuit dictum, Ioannem Baptistam non esse, nec manutenendum, nec reintegrandum quia fuit Iudicis auctoritate sua possessione
1 priuatus *Ang. in l. clam possidere § qui ad nundinas num. 2. in fin. ff. de acquir. poss. Rot. decis. 62. nu. 3. par. 2. diuers.*

Nec limitatio, quæ ad hanc conclusionem
2 communiter afferri solet, vt scilicet non procedat, quando Iudex nulliter, vel iniustè processit *cap. conquerente vbi Doct. de rest. spol. Felin. in cap. cum Dilectus il 1. sub numer. 1. vers. fallit 2. de rescript.* huic casui applicatur, quia præter quam quod ad hoc effectum necesse est quod
3 nullitas, vel iniustitia sit ità patens, & notoria vt Iudex dici possit tanquam priuatus processisse, cum alias si ex causa cuiuscumque nullitatis, vel iniustitiæ actio spolij daretur remedium ordinarium dicendi de nullitate sententiarum, ac etiam appellationis esset frustatoriū, & iudiciorum ordo penitus confunderetur, vt latè fuit *in causa Romana de Bombellis 31. Maij 1613. coram Reu. D. meo Damasceno* deductum, in proposito etiam vel immissio Gabrieli concessa fuit omnino valida, vel quatenus potest
4 in ea considerari aliqua nullitas, illa fuit sanata per cōmissionem particularem cum clausula *arbitrio Rotæ* signatam, & consequenter ces-
5 sat omnis causa, ex qua petitæ manutentioni, vel reintegrationi locus esse potest.

Non obstat quod non sanatur nullitas, quando illa est ad mixta spolio, quia scilicet vigore mandati nulli prout in casu isto fuit capta possessio, sed tunc in primis, & ante omnia spoliatus ad suam possessionem restitui debet, vt fuit resolutum *in vna Mantuana bonorum 16. Decembris 1611. coram R.P.D. meo Vbaldo*, quia vt
6 Domini dicebant, obiectum hoc benè procedit in terminis dictæ decisionis, quando scilicet clarè de huiusmodi nullitate constat & illa est releuans, vt pote quia respicit defensionem de iure naturali parti competente, secus verò vbi ea, vel est turbida, vel ex mero iuris rigore prouenit, ac propterea cum in casu isto nullitas ex eo deducatur tātumodo, quod ante mandati relaxationem non fuerunt ser-
7 uati quatuor termini ad docendum de appellatione, illiusque legitima prosecutione seruari soliti, & dicti termini, stante, quod in actis clarè constabat de re iudicata, ob non interpositam appellationem, vel potuerunt om-
8 mitti *Rot. decis. 25. num. 3. vers. & si de hoc Iudex de appell. in nou. & decis. 300. num. 2. & 3. par. 2. diuers.* aut saltem non nisi ex summo iuris, vel styli rigore seruari debebāt, omnis equitas suggerere

gerere videbatur, quod vigore clausulę *arbitrio*
Rotæ, quæ Iudici facultatem tribuit proce-
9 dendi omisso iuris rigore prout æquitas sug-
gerit, aliquid de dicto rigore remitteretur vt
fuit *in hac causa coram Reu. D. meo Decano die* 15.
Ianuarij 1614. resolutum.

Non obstat, quod mandatum vigore cuius
fuit facta exequutio non solum fuit nullum
ob non seruationem dictorum quatuor termi-
norum, sed etiam attentatum ex eo, quod
in ipsa sententia, & pendente termino ad ap-
pellandum relaxatum fuit, quia obiectum
cessat ex facto, nam dictum mandatum quam-
10 uis in ipsa sententia iuxta stylum decretum
fuisset, non fuit tamen nisi post 18. dies, atque
ita postquam sententia transitum fecerat in
iudicatum, vigore particularis citationis rela-
xatum.

Eodem modo tollitur etiam, quod dicitur
commissionem sanatoriam Gabrieli non suf-
fragari, ex quo in ea narratum non fuit, pos-
sessionem esse attentatam, & spoliatiuam, quia
ex lectura dictæ commissionis apparet fuisse
in ea explicite narratum, quod mandatum
relaxatum fuit, non seruatis quatuor ter-
minis, & illius vigore capta possessio, quod
11 absque dubio ad euitandam subreptionem
sufficit, cum ad hunc effectum satis sit quod
Papa in genere cogitare potuerit de eo, quod
omissum fuit *Castren. cons.* 30. *in fin. l.* 1. *Aym.*
cons. 2. *num.* 15. *Cassad. decis.* 12. *num.* 6. *& seq. de*
prab. & decis. 1. *de priuil.* & sufficit præsumpti-
ua expressio, & quod virtualiter narrata sit in-
trusio *Caputaq. decis.* 217. *par.* 3.

12 Nec denique subsistit, quod sententia vigo-
re cuius data fuit commissio, lata est absque
iurisdictione cum essent lapsa fatalia, quia
13 præter quam quod eo ipso, quod Ioannes
Baptista in iudicio comparuit, neque de di-
cta re iudicata opposuit, censetur illi renun-
ciasse *Franch. in cap. Dilecto sub nu.* 94. *de appell.*
Put. decis. 120. *num.* 4. *l.* 1. quatenus etiam fuis-
set causa appellationis deserta, remansit causa
14 nullitatis, & iniustitiæ in eadem commissio-
ne principali commissa, cuius vigore potuit
ferri sententia reuocatoria, vt fuit dictum in
causa *Placentina Parochialis de Malpartida* 6. *No-*
uembris 1602. *&* 1. *Decembris* 1603. *coram bon.*
memor. Litta.

CATHANIEN. EXPENSARVM.

Lunæ 16. *Ianuarij* 1617.

ARGVMENTVM.

Appellatio conceditur ab excessiua tantum
taxatione expensarum. Taxatio præstatio-
nem iuramenti non exigit, & vbi agitur de
expensis illiquidis pendet ab arbitrio Iudicis,
ex vsu, & consuetudine regulando.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio ab excessiua tantum taxatione expensa-*
rum admittitur.
2 *Expensæ Instantiæ, in qua quis non interuenit, an de-*
beantur.
3 *Iuramentum partis requiritur in taxatione expensa-*
rum.
4 *Declara sufficere Notarium illud extendere in rege-*
stro absque alia præstatione.
5 *Expensarum illiquidarum taxatio pendet ab arbitrio*
Iudicis ex vsu, & consuetudine regulando.

DECISIO CVII.

MVlta fuerunt in disputatione dubij an
constet de excessiuitate taxationis ex-
pensarum pro parte affirmatiua deducta quæ
tamen omnia visa fuit Dominis vel punctum
non attingere, vel saltem non releuare. Quod
enim dicebatur de defectu mandati, & Iuris-
dictionis est extra dubium, quia non percutit
excessum, ratione cuius tantum datur à taxa-
tione appellatio *Franc. in cap. sæpè quæst.* 12. *nu.* 59.
cum seq. de appell. Bald. in leg. terminato numer. 6. *C. de*
1 *fruct. & lit. expens., Rot. decis.* 100. *numer.* 30. *part.* 1.
diuers.

Et in omnem euentum in facto etiam non
subsistit, cum de mandato constet per trāsum-
ptum publicum, contra quod nihil fuit à parte
oppositum, & iurisdictio probata remaneat ex
decisionibus coram Reuerendissimo D. meo
Damasceno factis.

Minus apparet verum, quod in taxatione
ad debitum D. Ioannæ fuerunt positæ integræ,
cum tamen pro medietate tantum poni debe-
rent, quia vt benè in facto ostenditur pro tem-
pore, quo ipsa sola substinuit litem, fuerunt ta-
xatæ integræ expensę, & pro tempore, quo in
simul cum ea coniunctus fuit Gaspar de Mon-
cata fuerunt diuisæ, & pro medietate tantum
dictæ D. Ioannæ adscriptæ.

2 Nec obstat, quod in sui præiudicium non
poterant taxari expensæ instantiarum, in qui-
bus illa non interuenit, quia huic obiecto fuit
alias satisfactū, dum scilicet decisum fuit quod
constabat de tribus conformibus eo quod Lau-
rentius Pater D. Ioannæ appellando à sententia
Ballioni illā fecerat suam; propterea ritè fue-
runt expensę etiam dictæ instantiæ taxatæ.

Non obstat, quod in dicta taxatione non
3 interuenit iuramentum partis, prout requiritur
glos. in cap. cum venissent in ver. restitueret de eo qui
mit. in poss. leg. properandum §. sin autem alterutra, &
4 ibi *Ias. num.* 25. *C. de iudic. cum alleg.* quia illud le-
gitur extensum in registro, quod sufficit cum
vt inquit *Vestr. in prax. l.* 8. *cap. vlt. num.* 15. hæc iu-
ramenta raro deferantur solemniter in Palatio,
sed Notarij causarum illud extendunt absque
alia præstatione.

Nec dici potest dicta taxatio, excessiua quo-
ad expensas illiquidas, quia cum illa Iudicis ar-
bitrio remittatur, & sufficiant etiam ad proban-
das huiusmodi expensas verisimilitudines ab
vsu, & consuetudine sumptæ *Card. in capit. vt per*
5 *tertia in* 11. *quæstion. de elect. Feder. de sen. cons.* 119.

non

non potest censeri taxatio scut. 161. pro toto tempore litis, quæ fuit ferè per spatium annorum agitara iniustè.

Quod dicitur, partē hanc potuisse ab expēsis excusari, prout pleraq; alia sunt extra dubiū, cū in eo quæratur de excessiuitate taxationis, non autem de iustitia condemnationis, &c.

MELITEN. ANTIANITATIS.

Luna 16. Ianuarij 1617.

ARGVMENTVM.

Quasi possessio Antianitatis sicuti cæterorum iurium, incorporalium acquiritur etiam per vnicum actum, quando causa respectu omnisū est vniformis, & vniuersalis, nec scientia illius contra quem possessio acquiritur est necessaria, vbi alij idem interesse habentes sciunt, & patiuntur, vel vbi possidens habet titulum.

SVMMARIVM.

1 *Quasi possessio vniuersalis respectu omnium actuum in vniuersalibus acquiritur per vnicum actum.*
2 *Declara id procedere, quando causa possidendi respectu omnium est vniformis, & vniuersalis.*
3 *Antianitatis species inter equites Hierosolymitanos duæ sunt.*
4 *Quasi possessio vniuersalis Antianitatis etiam per vnicum actum solis Antianis competentem acquiritur.*
5 *Testis vnicus sufficit in Iudicio Manutentionis.*
6 *Præsertim si sit adminiculatus.*
7 *Antianitatic coniectura resultat ex ordine nominationis.*
8 *Possessio contra aliquem non acquiritur, nisi probata illius scientia & patientia.*
9 *Limita concurrente scientia, & patientia aliorum idem interesse habentium.*
10 *Vel quando possidens habet titulum.*
11 *Possessio anterior etiam per momentum sufficit in Iudicio Manutentionis.*
12 *Possessionem non amittit legitime impeditus.*

DECISIO CVIII.

1 QVoniam regula illa, quod per vnicum
actum acquiritur in incorporalibus qua-
si possessio vniuersalis respectu omnium actuū
declarari, & limitari solet, vt tunc demum lo-
cum habeat, quando causa possidendi respectu
2 omnium est vniformis, & vniuuersalis, alias
ex aliquibus actibus non infertur ad alios actus
speciei *Salic. & alij in leg. 1. C. de emancip. liber. Bal. Castr. Ias. & alij in l. Imperium ff. de iurisd. omn. Iudic. Alex. cons. 108. num. 18. l. 2. Socc. cons. 11 r. num. 3. l. 1. cum alijs per Gabr. leg. 5. descript. conclus. 2. n. 21.*
ideò Comendatarius Sanctinellus prætendens
duas considerari inter Equites Religionis Hie-
3 rosolymitanę species Antianitatis, vnam scilicet
in ordine ad officia, & Comendas quarum æque sunt capaces Equites ex gratia recepti, ac Equites admissi per iustitiam, alteram vero in ordine ad dignitates quarum Equites recepti ex vigore stabilimentorum dictæ Religionis sunt incapaces contendebat quod licet Commendatarius Bossius prius fuisset ipse Religioni adscriptus ac etiam alios actus fecerit, ex quibus illi potuit quasi possessio antianitatis ante Commendatarium Sanctinellum quæri, dicta tamen quasi possessio, ei non suffragatur respectu antianitatis in ordine ad dignitates.

Vnde dubitari contigit, cui esset dandum mandatum de manutenendo in quasi possessione antianitatis etiā in ord. ad dignitates, & Domini hac etiam distinctione duplicis antianitatis admissa pro Commendatore Bossio responderunt. Nā quod ipse sit prior Cōmendatarius Sanctinello in quasi possessione exercendi actus etiam qui ab Equitibus tantum per iustitiam admissis geri vt prenditur consueuerunt satis concludenter probari videbatur per primū Testem *in summario dicti Bosij num. 4.* qui bene deponit, vidisse dictum Bosium tanquam Caput linguę Italiæ vices Admiralij gerere, & ante Commendatorem Sāctinellum sedere, nam cum caput alicuius linguæ repręsentare, & locum Admiralij tenere solis Equitibus per iustitiam admissis facultas sit, vt non videtur controuerti posse, fuit per dictum actum præsente Sanctinello à Bosio gestum vtique ipsi quasi possessio antianitatis quæsita, quoad omnes actus à dictis Equitibus Iustitiæ geri solitos quia magis attenditur causa vniuersalis, quam exercitium particulare *Bal. in l. 1. in 2. lec. nu. 24. C. de Emancip. lib. Fel. in c. auditis num. 19. de præscript. Rot. decis. 17. p. 2. diuers.*

5 Nec obstat quod iste Testis est vnicus, quia
cum versemur in iudicio summarijssimo ma-
nutentionis sufficit *ad trad. per Menoch. de retin. rem. vlt. num. 34. Rot. decis. 375. num. 1. p. 3. l. 3.*
6 Et præsertim, quia est omni Exceptione ma-
ior, & dictum eius plurimum adminiculatur
non solum per duos alios testes, quorum pri-
mus deponit de publica voce, & fama, secun-
dus vero de scientia, sed etiam ex libro linquæ
Italiæ, in quo vt ex copia quæ datur eodem
Sum. Bosij nu. 5. apparet notatum, legitur, quod
die 14. Augusti 1615. Comendatarius Bosius
præfuit Consilio, tanquam caput linguæ Ita-
liæ, & vices egit Admiralij, & ex concordia
quadam, & alijs scripturis, in quibus dictus Bo-
sius ante Carrafam, & Leonidam, qui vterque
sunt Sanctinello antiquiores nominantur, quod
7 est euidens signum Antianitatis Bosij respectu
Carrafæ, & Leonidæ, ac per consequens etiam
Sanctinelli *ad not. in cap. 1. de maioiri. & obed. leg. vt gradatim ff. de mun. & honor. Rot. decis. 4. de elect. in non.*
8 Non obstat, quod nō probatur scientia, & pa-
tientia Sanctinelli ac propterea non potuit Bo-
sius quasi possessionem antianitatis in ipsius
præiudicium acquisiuisse, quia vltra quod Bo-
sius præfuit linguæ Italię præsente ipso Sancti-
nello vt supradicti Testes deponunt sufficit e-
tiam ad hoc vt dicatur ipsi quæsita possessio
7 contra omnes, scientia Leonidæ, & aliorum idē
inter-

interesse habentium *Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina numer. 66. de caus. poss. & propriet. Card. Seraph. decis. 1213. nu. 6.* stante maxmè titulo dicti Bosij Breuis scilcet Gregorij XIII. quo dictus Bosius habilitatur etiam ad dignitates, nam quando
10 possidens habet titulum, tunc non requiritur
scientia, & patientia ad effectum requirendi possessionem *Cepoll. de seruint. Vrb. prad. cap. 20. sub num. 11. Card. Seraph. dict. decis. 1213. num. 6.*

Præterea ante motam litem Bosius præcessit Sanctinellum in petitione Prioratus Capuani, & idemet fuit ante Sanctinellum, auditus, imbussolatus, & vocatus, & consequenter per hos actus in quasi possessione antianitatis constitutus.

Non obstat protestatio facta in eodem Consilio per Sanctinellum, quia non fuit facta in actu votandi, ac propterea ei suffragari non po-
11 test cum sufficiat possessionem Bosij etiam per
momentum præcessisse *Cassad. dec. 20. ante nu. 2. de preb. Put. decis. 217. l. 2.*

Non obstat, quod pro parte Sanctinelli dicitur ipsum interuenisse in Consilio Magno pro lingua Italica, vti magis antianus omnibus alijs dictæ linguæ adscriptis, quia Bosius tunc
12 tempotis exercebat officium Vicecancellarij
ac propterea non mirum si cum Bosius dicto Consilio vti Vicecancellarius, & Consiliarius insimul interesse non posset, fuerit d. Sanctinellus eius loco in Consiliarium assumptus, neque per hoc fuit dicto Bosio aliquod præiudicium illatum, &c.

BONONIEN. EXEQVVTIONIS LAVDI.

Vener. 27. Ianuarij 1617.

ARGVMENTVM.

Ex Summario habebis.

SVMMARIVM.

1 *Conducens scienter rem malæ conditionis sibi imputare debet.*

2 *Compromissum non comprahendit differentias anteà sopitas.*

3 *Subscribens folium album non censetur approbare ea quæ alias non veniunt.*

4 *Pensionis diminutio fieri debet pro rata temporis, quo vsus rei locatæ impeditur.*

DECISIO CIX.

CVM vt alias dictum fuit, Ferrarij ad effectum docendi de bono iure ipsorum inter alia allegarent damnum, quod tam ex combustione stabuli seù capsine, vt dicunt quam etiam occasione grandinis passi fuerunt, & quod durante locatione non modicam terrarum ipsis locatarum quantitatem Guastauillani occuparunt, & denique quod eędem etiam terræ ipsis locatę non correspondent mensurę in Instrumento locationis expressæ.

Domini in hac positione quoad damnum ex dicta combustione, & grandine passum, steterunt in decisis quod scilicet respectu dictæ combustionis, & grandinis non constet de bono iure dictorum de Ferrarijs, & quoad damnum passum ex occupatione terrarum à Guastauillanis dixerunt, habendam esse dictæ occupationis, & damni inde secuti rationem, quo vero ad defectum mensuræ non fuerunt concordes.

Quo enim ad d. combustionem, & grandinem præter quod combustio pręcessit locatio-
1 nem, ac propterea conductor sibi imputare de-
bet, qui sciens statum, & conditionem rei conductæ illam simpliciter conduxit *ad leg. qui bona § de illa ff. de dam. infer. Afflic. decis. 365. num. 8. vbi Vrsell. in addit. num. 1.* & non probatur quod damnum occasione dictæ cõbustionis, & grandinis passum summam librarum 2400. excederet, prout stante pacto expresso in ipso locationis instrumento apposito, quod cõductor non possit petere remissionem, nisi damnum dictã summam excederet, probandum esset adhoc vt dici posset constare de bono iure ad prædictũ effectum. Placuit etiam DD. responsio in alia decisione data, quod scilicet iam prius hæ differentię circa combustionem, & grandinem fuissent per relationem tertij Periti quod dictũ damnum lib. 2400. non excedit nec non sententiam, & Laudum inde secutum & à partibus emologatum, ac etiam per plures alias renunciationes tam tacite, quam expresse à Fer-
2 rarijs factas sopitæ, non possunt censeri sub cõ-
promisso vigore cuius laudum de quo agitur latum fuit, comprehensæ *ad trad. per Bal. in leg. si diuersa numer. 4. C. de transact. cum alijs in alia decis. alleg.*

Nec obstant clausulæ amplissimę dicti compromissi; quia ex quo vt in alia dicebatur, fuit à DD. de Blanchettis subscriptum folium album non censetur per dictam subscriptionem ap-
3 probasse ea quæ de sui natura sub compromis-
so non veniunt, nisi probetur specificam illorũ mentionem habuisse *ex alleg. in d. decis.* quibus addi possunt *tex. cap. siquis presbiterorum vbi glos. in verbo subscripserit ante fin. de reb. Eccl. non alien. l. fin. C. plus valere quod agit vbi Bal. num. 1. & Salic. in princ. Castr. in leg. si ita stipulatus §. C. Grisoghonus num. 2. & ibi Alex. pariter num. 2. ff. de verb. oblig.*

Quoad terras occupatas visum fuit de dicta occupatione constare, ne dum ex pluribus attestationibus, & depositionibus in Summario illorum de Ferrarijs datis, sed etiam ex eo quod de consensu DD. de Blanchettis fuerunt dictæ terrę mensuratæ, vt apparet ex eodem *Summ. numer. 4.* ex quo etiam resultat saltem tacita DD. de Blanchettis confessio.

Non obstat quod dictæ Terræ nullum aut modicum fructum afferebant, quia vltra quod testes circa quantitatem dict. fructuum non conueniunt, dictum fuit habenda esse rationem quanticumque sint, ex quo semper quod vsus
4 rei locatæ impeditur, fieri debet pro rata præiu-
dicij pensionis diminutio *cap. propter sterilitatem de locat. cum alijs per Rom. cons. 369. num. 31. & seq. Surd. decis. 326. num. 14. Magon. decis. 67. num. 11.*

ROMA-

ROMANA SALVIANI.

Lunæ 30. Ianuarij 1617.

ARGVMENTVM.

Referuatio iurium ad sui fauorem facta à cædente, quomodo in telligatur. Cessio iurium reportata à soluente de pecunijs debitoris resoluitur in quietationem, & liberationem. Circuitus tunc solum est euitandus quando in totum esset inutilis.

SVMMARIVM.

1
2 *Instrumentum publicum facit probationem probatam.*
3 *Referuatio iurium ad sui fauorem facta à cedente quomodo intelligatur, & num. 4.*
5 *Cessio iurium per Creditorem facta soluenti de pecunijs debitoris, habet solum vim quietationis.*
6 *Declara id procedere dummodo soluens nullum patiatur damnum secus è contra, & num. 8.*
7 *Dominium transfertur ex venditione.*
9 *Circuitus inutilis semper est euitandus.*
10 *Circuitus euitandi exceptio non admittitur in iudicijs possessorijs.*
11 *Circuitus inutilis tunc solum est euitandus, quando in totum esset inutilis.*

DECISIO CX.

Dictum fuit, Constantiæ agenti vigore vtilis Saluiani aduersus Ioann. Antonium Narum dandam esse immissionem, nisi ei obstet præscriptio de qua Domini mandarunt particulariter videri.

Neque enim in controuersia erat primum extremum ad obtinen. in hoc iudicio necessarium possessio videlicet Tiberij debitoris.

Et minus dubitabatur de secundo extremo
cum præsertī, etiā ad illud probañ probationes
1 etiā semi plenę sufficiāt, & leuiores *Gabr. cons. 31
nu. 6. in fin. l. 1. Rot. dec. 8. de rest. Spol. in nou. Caputaq.
dec. 400. in manuscript. leg. 1.*

Creditum etiam Constantiæ ex persona
Hermetis, cuius ipsa est hæres probatur per pu-
blicum Instrumentum quod facit probationē
2 probatā *Bal. in l. Imper. sub n. 1. circa med. & in l. qui
semel. num. 25. C. quom. & quan. iud. Dec. cons. 423. nu-
mer. 10. Aym. cons. 317. num. 1.*

Et de hypoteca constat tam ex dicto Instrumento, quam etiam ex alijs iuribus ab vtraq; parte in Summario datis ex quibus apparet hypotecam quam Passerus occasione cuiusdam census in et super omnibus bonis Tiberij habebat mediantibus cessionibus prius ad Fabritium Cardellum deinde ad Buccamatium, & successiuè ad D. Hermetem per venisse, atque nunc penès Constantiam tanquam dicti Hermetis, vt dictum est, hæredem residere.

Non obstat quod hypoteca quæ competebat Cardello vigore cessionis ipsi factæ à Passero nō fuit translata in Buccamatium ex quo Cardellus in Instrumento concordiæ, quod datur *Sum. num. 6.* expresè sibi referuauit iura
hypotecæ antiquæ, & prioritatis, quia fuit re-
sponsum, quod cum Cardellus amplissimè ces-
3 serit iura, dicta referuatio ad euitañ contrarie-
tatem intelligi debet vel de iuribus proprijs, &
non de iuribus ipsi à Passero cessis, vel quod
saltem facta fuerit in euentum tantū, quo fuis-
set molestatus super officio, quod in solutum
4 à Buccamatio acceperat iuxta cautelam quam
passim tradunt ad effectum ne creditor secuta
euictione sibi in sua anterioritate præiudicet,
vnde non secuta euictione per inde ac si dicta
præseruatio facta non esset, atque hypoteca
simpliciter cessa.

Non obstat, quod cum in confesso sit apud
partes quod officium cuius tertiam partem
Buccamatius in solutum dedit Cardello spe-
ctauerit ad Tiberium Debitorem tempore fa-
ctæ per ipsum obligationis; D. Buccamatius di-
citur soluisse debitum de bonis ipsius debito-
ris, ac consequenter non potuit cessio per Car-
dellum Buccamatio facta operari translationē
5 iurium in cedentem, sed solum vim habuit
quietationis *glos. fin. l. Papinianus ff. ment. Bar. in l.
Modestinus num. 4. ff. de solut. Ruin. cons. 88. num. 6. l. 5
Peregr. de fideicom. art. 52. num. 34.* quia obiectum
procederet si dominium d. Officij tempore da-
tionis in solutum non fuisset penes Buccama-
tium, nam tunc benè dici posset quod dicta da-
tio non fuit de bonis Buccamatij facta, & quia
6 per consequens nullum fuisset ipse ex dicta da-
tione damnum passus, cessio ei facta habuisset
vim liberationis tantum vt ponderauit *Rot. in
vna Rom. releuationis indemnitatis 26. Ianuarij 1898.
coram bon. mem. Corduba* verum quia iam prius
dominium d. Officij fuerat in ipsum translatū
mediante venditione, ei ab Hermete facta ad
7 *l. conditio leg. nunquam C. de acquir rer. dom. Caputaq.
dec. 280. num. 2. par. 1.* remansit absque dubio ex
8 dic. datione vti de bonis proprijs facta in dam-
no, ac propterea etiam valide potuit iuribus ip-
si cessis vti eaque in Hermetem quoque à quo
pretium dicti Officij receperat transferrè.

Nec obstat, quod Buccamatius poterat agere de euictione aduersus dictum Hermetem venditorem, quia ex hoc nō sequitur quod nō potuerit etiam prout fecit ante secutam euictionem sponte solutionem Cardello offerre, ac ab eodem iurium cessionem reportare, illaque demum in Hermetem transferre.

Non obstat, quod si D. Io. Antonius cogeretur soluere dictum debitum Constantiæ, cadem teneretur ipsi iura sua cedere, quorum vi-
gore posset D. Io. Antonius super eodem Offi-
cio vti pro dicto debito hypotecato pecuniam
9 solutam consequi & sic daretur inutilis circui-
tus contra *tex. in leg. Dominus testamento ff. de cond.
Indeb.* quia vltra quod in iudicijs possessorijs
10 quale est istud, in quo versamur, non admitti-
tur hæc exceptio *Negus. in tract. de pig. in 2. memb.
4. par. num. 16. Osasch. decis. 133. nu. 9.* visum etiam
fuit Dominis non constare quod dictus circui-
11 tus esset in totum inutilis Constantiæ prout
requiritur *Osasch. d. dec. nu. 10.* cum vel ipsa non
teneatur ad integrum debitum, vel alia possit
se exceptione tueri.

ARIMI-

ARIMINEN. LIQVIDATIONIS FRVCTVVM.

Veneris 13. Februarij 1613.

ARGVMENTVM.

Liquidatio fructuum vtp tè difficilis probationis plurimùm pendet ab arbitrio Iudicis qui potest se fundare in coniecturis, alijsque imperfectis probationibus.

SVMMARIVM.

1 *Liquidatio fructuum vtpotè difficilis probationis fieri potest etiam per Coniecturas.*
2 *Eadem plurimum pendet ab arbitrio Iudicis.*
3 *Et admittit testes de credulitate, & singulares.*
4 *Et vnicum Testem deponentem de facto proprio.*
5 *Et Iuramentum in supplementum plenæ probationis.*
6 *Et testes deponentes de communi reputatione computato anno sterili cum fertili.*

DECISIO CXI.

DVbitatum fuit, ad quam summam sint liquidandi fructus in casu, de quo agitur, & quia materia liquidationis dicitur difficilis probationis, atque ideo non requirit probationem concludentem, sed sufficit leuior, & per
1 coniecturas *Bal. in l. 1. num. 22. C. de fruct. & lit. expens. & cons 323. num. 5. lib. 2. Surd. cons. 293. num. 31. & decis. 28:. num* 26. & per solitum *Acchil. decis. 22. de rest. Spol.*
Et plurimum remittitur Iudicis arbitrio *Natt. cons. 510. num. 7. l. 3.* qui potest admittere etiam
2 testes de credulitate, & singulares *Corn. cons. 301.*
3 *in fin. l. 2.* & stare dicto vnius testis deponentis
4 de facto proprio *Card. Seraph. decis.* 1132. & in supplementum impartiri debet parti iuramen-
5 tum *Bal. in l. si fundum in fin. C. de re vendic. Natt. cons. 536. num. 5. & fuit dictum in vna Romana liquidationis fructuum 26. Octobris* 1582. *coram bon. me. Orano, & alias sæpius.* Domini dixerunt fructus recollectos in prædio vulgariter nuncupato del Orsoleto, & alijs Terris sitis Inuocabulo S. Pauli quoad quantitatem frumenti quod alternis annis seri consueuit pro parte illorum de Færanis esse liquidandos ab anno 1580. vsq; ad annum 1614. ad rationem vnius starij cum dimidio pro qualibet tornatura iuxta dictum primi, sexti, & septimi testis quoad prædium Orsoleti *In summario dd. de faetanis nu. 3.* & quoad terras S. Pauli eodem *summario numer. 9.* qui omnes deponunt de communi reputatione computato anno sterili cum fertili quod sufficit *Alex. in l. pretia rer. num. 9. in fin vers. & ibi habes ff. ad l. Falcid. Gomes. in reg. de val. exprimen. quæst. fin. cum ibi alleg.*

Quoad quantitatem ordei, & leguminum ad rationem trium sextariorum pro qualitate anni iuxta ea quæ deponunt testes. *In dicto summario num. 5.*

Et quoad vinum quia ex iisdem etiam testibus, & præsertim 8. & 9. super 11. probatur in prædictis Terris sitis in vocabulo S. Pauli extabat Vinea tornaturarum quatuor cum dimidia, ex qua per annos decem percipiebantur Salmæ nouem pro qualibet tornatura computato anno fertili cum sterili dictum fuit, liquidationem esse faciendam ad d. rationem.

Pręterea visum etiam fuit habendã esse aliquam rationem in prædicta liquidatione fascium lignorum, & cannarum, quæ per plures annos ex dictis Terriis percipi consueuerũt vt deponunt testes *dicto summario num. 11. & 12.*

Et omnia supradd. calculanda ad rationem valoris de quo *in eodem summario num. 14. & 15.* quoad frumentum scilicet ad rationem scutortriũ pro qualibet salma; Ordeum, & legumina scutorum duorum pro quolibet sextario, & fasces scuti vnius pro centenario.

PLACENTINA FRVCTVVM

Veneris 17. Februarij 1617

DECISIO CXII.

Impressa in Recent. decis. 402. par. 4.

PERVSINA EXECVTIONIS

Lunæ 20. Februarij 1617.

ARGVMENTVM.

Iudex sequi potest æstimationem primi Periti quandò est media inter alias. Producens testes etiam nulliter examinatos, ità eorum dicta approbasse censetur, vt contrà ipsum plenè probent.

SVMMARIVM.

1 *Calculus fieri debet iuxtà ęstimationem Tertij, non autem primi Periti.*
2 *Periti primi æstimationem Iudex sequi potest quandò est media inter alias.*
3 *Testes licet ad alium finem examinati fidem faciunt inter easdem personas.*
4 *Testes licet nulliter examinati contrà producentem plenè probant.*
5 *Recollectio fructuum Mense Iulij, non solet esse perfecta, & num. 6.*
6 *Argumentum à Communiter accidentibus est in Iure validum saltem ad effectum transferendi onus probandi contrarium.*
7 *Actori incumbit onus probandi.*
8 *Pecunia etiam ex pacto inuestienda non parit fructus, nisi concurrant requisita Castrensis.*

DECISIO CXIII.

DVbium dedi, an esset standũ calculo, & secundũ quam ęstimationem; impugnabatur autem dictus Calculus ab informantibus pro D. Gratiano ex pluribus.

1 Et primo quod Peritus in calculando secutus

tus fuit æstimationē Primi periti electi pro parte eiusdem d. Gratiani, non autem Tertij prout de Iure tenebatur.

Verum hæc obiectio visa fuit DD. non relevare ex quo Calculator non solum secundum iudicium, & æstimationem primi Periti, sed etiam secundum æstimationem tertij Periti, & depositionem testium calculauit, vt patet in fine calculi ibi *il sudetto calculo*, &c. & in omnē euentum cum æstimatio primi Periti sit media
2 inter alias æstimationes, potest Iudex dictæ æstimationi stare ad *not. per Salic. in l. 2. num. 28. & seq. C. de rescind. vendit. Alex. cons. 64. num. 9. & 10. l. 2. Surd. cons. 472. num. 74.* cum præsertim dictus Peritus fuerit ab ipsomet Gratiano electus, & ipsius æstimatio multum coadiuuetur ex testibus.

Non obstat, quod dicti Testes fuerunt examinati ad alium finē, quia nihilominus fidem faci-
3 unt inter easdem personas *Abb. in cap. causam quæ il 1. num. 2. & seq. de testibus, & ibi Felin. num. 6. in 1. Fauent. & Hostien. num. 1. & seqq. Dec. cons. 96. num. 2.*

Nec minus dicti Testes impugnari possunt ex eo quod sint nulliter examinati, quia cum fuerunt per ipsum, & Gratianum producti, fides illis adhibetur contra producentē nam ex dicta productione videtur tacitè eorū testificata approbasse *Rom. cons. 104. num. 6. Crauet. cons. 201. num. 7. Verall. decis. 28. par. 3. cum pluribus relatis per Card. Seraph. decis. 295. num. 7.*

Secundo contra dictum Calculum opponitur quod Calculator duplicauit precium cuiusdem petij Terræ appellati *le schierle ouero à piede la piaggia*, credens illud fuisse æstimatum pro medietate tantum à Tertio Perito; sed ista oppositio cessat ex facto; quia re vera tunc fuit medietas tantummodo dictæ Terræ æstimata, vt probatur ex vltimo summario dato pro Lutio *num. 2.*

Minus visum fuit subsistere, quod tertio loco opponebatur, Calculatorem inter bona donata posuisse Siluam in loco vulgariter *fraqueto* nominato sitam, quæ non erat, inter bona donata compræhensa, sed expresse ab illis excepta, quia placuit responsio quod si fuit in debitum Gratiani scripta æstimatio dictæ Siluæ, fuit etiam ad eius creditum, posita solutio æris alieni, pro cuius satisfactione fuit reseruata in donatione dicta Silua, ac propterea quatenus Gratianus vult quod ex vno debito tollatur dicta æstimatio debet, similiter pati, quod ex credito auferantur totidem debita extincta.

Quarta oppositio, quod Gratianus fuit factus debitor integræ responsionis Ducatorum 550. pro anno 1601. cum tamen fructus dicti anni Hieronyma receperit, ex quo illa bonorum possessionem cæpit *die 12. Iulij* quo tempore
5 non solet fructuum recollectio esse perfecta, vt alias dictum fuit *in vna Anconitana Spolij 29. Nouembris 1610. coram Illustrissimo Card. Ludouisio,* & datur fides pro parte Gratiani, habuit apud DD. aliquam difficultatem, quia licet ex aduerso detur alia fides, nihilominus vltra quod vt fuit in dicta decisione Illustrissimi Cardinalis Ludouisij dictum ex comuniter euidentibus fructus non solent esse perfecte de dicto tempore collecti, & argumentum à Communiter euidentibus est in iure validum saltem ad effectū reyciendi onus probandi contrarium in *Aduersarium Euerard. in sua centuria,* in loco à communiter euidentibus; ista etiam fides Lucij non concludit, quod de tempore, quo fuit capta possessio per Hieronymam, esset facta recollectio, cum in ea dicatur, quod de Mense Iunij frumenta secantur, ità quod de Mense Iulij, omnia remaneant secata; ex hoc enim non sequitur quod *die 12. Mense Iulij*, dicta frumenta censentur collecta.

Quinta etiam oppositio, quod Gratianus nō potuit creari debitor fructuum anni 1663. quia super iisdem bonis fuit ad instantiam Lucij facta exequutio, visa fuit cōsiderabilis, quia quod dicitur factam fuisse executionem in pecunia & non in bonis non videbatur satis iustificari.

Sexta oppositio circa vinum positum in vltima partita ad creditum Gratiani, non videbatur attendenda, quia non probatur, quod vinum habitū à Hieronyma de anno 1601. plus valeret, quam fuit positum ad creditum Gratiani,

Ad septimam oppositionem placuit DD. respōsio, quod si dictus Gratianus prętēdit Scut. 96. de quibus fuit factus creditor non cōstituere verum, & integrum pretium fructuum per subhastationem anno 1600. vēditorum, id probare tenetur *l. ei Incumbit ff. de probat. l. auctor C. eod. cum alijs per Rolan. cons. 10. numer. 8. & cons. 31. num. 2. lib. 4.*

Eodem modo fuit sublata etiam octaua oppositio, quod in respōsione ratæ bonorum per Hieronymam Vrsinam euictorum erratum fuerit, quia in facto non iustificatur, cum fuerūt in calculo ad Gratiani creditum posita scuta 5750. ab eo soluta pro dote Hieronymæ, & cēsus ab eo extincti, & sic in totum scut. 6030. quibus detractis à valore bonorum pro rata residui valoris eorumdem Gratianus fuit creatus debitor dictæ responsionis; prout non iustificatur, quod nono loco dicebatur, fuisse erratū circa debitū Gratiani pro vino anni 1612. quin imo error excluditur ex eo, quod nihilominus penitus fuit pro dicto vino ad eius debitū descriptum; sed dictum *dourà dar conto del vino dell'anno 1612,*

Decima demum oppositio, quod Gratianus fuit factus creditor de anno 1609. fructuum locorum montium, cum tamen debuisset ei dare creditum vsque de anno 1606. quia de eo tempore Lucius habuit pecunias ad effectum illas inuestiendi, videbatur tolli, ex eo, quod dictæ pecuniæ antequam essent] inuestitæ, non poterant aliquos fructus producere, cum præsertim Lutius non fuerit in mora illas inuestiendi, sed paulo post terminum illi ad faciendū inuestimentum præfixum dicta loca montium
8 emerit, & ad summum posset teneri ad interesse lucri cessantis, quatenus tamē probaretur quod habuerit parata loca montium ad emēdum *iuxta Doctrinam Castr. in l. 3. §. fin. ff. de eo, quod cer. loc.* sæpius canonizatam quod hucusq; factum non est.

VITERBIEN. TERRÆ. VETRALLÆ.

Veneris 20. Februarij 1617.

ARGVMENTVM

Attentatum vnius ex litis consortibus alteri etiam præiudicat, quo minus causam prosequi possit, donec purgatum remanserit.

SVMMARIVM.

1 *Attentata commissa à Procuratore habente solum generale mandatum, non sunt purganda per principalem.*
2 *Pater, & filius censentur vna, & eadem persona.*
3 *Attentatum à Patre commissum nocet etiam Filio.*
4 *Attentatum vnius ex litis consortibus alteri etiam praiudicat.*
5 *Procuratoris facultas etiam vti Domini litis effecti expirat. per existentiam hæredum principalis.*
6 *Filius non potest constituere Procuratorem super bonis aduentitijs absque Patris auctoritate.*

DECISIO. CXIV.

LAta fuit extra Rotam ad fauorem Filiarū, & hæredum q. Virginiæ, ac Io: Petri earum Patris,& legitimi Administratoris sententia, & non obstante appellatione ab ea interposita, dictus Io: Petrus possessionem bonorū controuersorum cæpit,& aliasmultipliciter attentauit. Quarè volente D. Scarincio nomine Nouatiæ vnius ex dictis filiabus, ac etiam vti Procurator Dominis litis effectus per mortem Virginiæ, cuius nomine dictum iudicium cæptum fuerat, causam prosequi, dubitari contingit,an ei obstet exceptio purgationis attētatorum à D. Io. Petro commissorum, & quid dicendum esset ad effectum vt teneatur D. Scarincius nomine dictarum Filiarum realiter, & cum effectu dicta attentata purgare; quo casu procedere fortassis possent ab informantibus pro Nouaria deducta, quod scilicet non possūt dictæ Filiæ ad purgationem dictorum attentatorum condemnari, quia non constat, quod dicta attentata de ipsarum Filiarum mandato fuerint commissa; cum tamen in hac materia vtpotè quæ sapit delictum; necesse sit probare mandatum speciale interuenisse, ex quo sub mandato generali facultas delinquendi non censetur comprahensa; vt fuit sæpè decisum,& præsertim *In vna Penoñ Canonicatus* 18. *Aprilis* 1608. *coram Illustrissimo D. meo Damasceno* pro dicta Nouatia allegata.

Domini censuerunt ad effectum denegandi audientiam, donec dicta attentata purgentur, prædictam exceptionem etiam D. Scarincio obstare, non solum quia Pater,& Filius censen-
2 tur præsumptione Iuris eadem persona, ac propterea attentatum à Patre commissum nocet etiam Filio qui litem substinet *Lancell. de attentat. à tertio c.3. num.*50. *& seq. cum ibi allegat.* sed
3 etiam quia constat de duplici D. Io. Petri interesse in hac causa rationem, scilicet vsusfructus quem habet in istis bonis,& quia ipse Elisabettæ Filiæ ab Intestato defunctæ successit; Nam hoc stante subintrare videbantur omnes illæ rationes alias pro attētatis deductæ in causa *Parmen. status* 1. *Iunij* 1615. *coram Illustrissimo Card. Ludouisio,&* 17. *Nouembris* 1617. *coram Reuerendissimo D. meo Damasceno*, quod scilicet æquum non est, quod delictum vnius ex litis
4 consortibus alteri patrocinetur,& vnus se confoueat in possessione, alter verò causam prosequatur, atque ita occasio inter ipsos collusionibus detur, quod vnus scilicet attentet,& alter obtineat expeditionem etiam ipsi attentanti proficuam.

Præterea mouit etiam DD. quod D. Scarincius non potest in hoc iudicio cōparere, nec vti Dominus litis per mortem Virginiæ effectus; quia facultas ipsius per instantiam heredū dictæ Virginiæ expirauit *Card. Seraph. decis.* 1151
5 nec vti Procurator Nouariæ, quia cum illa in Patris potestate sit, & agatur de bonis ex successione materna prætēus non potest procuratorem ad agendum sine Patris auctoritate cō-
6 stituere; cum vsusfructus dictorum bonorum, & exercitium actionum ex dicta successione filiæ quæsitarum ad Patrem spectent, *l. cum non solum* §. *vbi autem C. de bon. quæ lib. l. si longius* §. *si Filius ff. de iud. l.* 1. *C. de bon. mater. Specul. l.* 1. *tit. de actore num.* 24. *vers. aduertendum autem est,& tit. de procuratore* §. *ratione quoque constituentis numer. pri. &c.*

ANCONITANA RESTITVTIONIS DOTIS.

Lunæ 27. *Februarij* 1617.

DECISIO CXV.

*Impressa in Recent. decis.*419. *par.*4. *tom.*1.

ROMANA LEGITIMAE

Veneris 3. *Martij* 1617.

DECISIO CXVI.

*Impressa in Recent. decis.*420. *par.*4

PERVSINA MELIORAMENTORVM

Vener. 3. *Martij* 1617.

DECISIO CXVII.

Impressa apud Spadam post Cons. 269. *lib.* 2.

ROMANA

ROMANA FIDEICOMISSI DE IACOBATIIS.

Luna 10. Aprilis 1617.

DECISIO CXVIII.

Impressa apud Spadam post conf. 379. lib. 2.

BONONIEN. DE FORMAGLIARIIS

Veneris 14. Aprilis 1617.

ARGVMENTVM.

Sententia habet præsumptionem Iuris pro se, & omnia de iure seruanda pro illius validitate seruata censentur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia vt sabstineatur, omnia præsumuntur seruata de iure seruanda.*
2 *Liquidationis materia est valdè arbitraria Iudici.*
3 *Argumentum valoris rei an adscribendum sit melioramentis seu potius temporis beneficio, & num. 4.*
5 *Calculus factus à Perito à parte Electo absque Iudicis auctoritate non attenditur.*

DECISIO CXIX.

Domini non recesserunt à decisis *die 29. Nouembris præterti* placuit enim inter alia fundamenta illud potissimum, quod daro etiã quod probaretur fuisse aliquid in liquidatione facta omissum, quod ad fauorẽ illorum de Lilijs debuisset apponi, vel censendum est illud fuisse ab eodem Iudice compensatum cum plu-
1 ribus alijs, quæ ad fauorem illorum de Formagliarijs apponi debebant, vel modo compẽsanda esse ad substinendam sententiam, cum præsertim vt etiam in alia decisione firmatũ fuit apponenda ad fauorẽ illorum de Formagliarijs multo plus importent, quam non importent omissa in diminutione crediti illorũ de Lilijs.

Non obstat, quod non potest dici fuisse factam à Iudice dictam compensationem, cum tunc temporis non essent ad huc æstimata fundamenta Molendini, neq; propter ea sciri posset illorum valor, quia vltra quod DD. satis inuerisimile uisum fuit quod per Peritos, qui in præsentia partium, & Iudicis subdelegati dicti Molendinum etiam in minimis eius partibus æstimarent, dictorum fundamentorum estimatio omissa fuerit, dixerunt etiam quod eo ipso censetur facta, quod Lilij ante sententiam de omissione dictæ æstimationis opposuerunt, & Iudex illa nõ obstante ad vlteriora processit, potuit enim has prætensiones cum alijs prætensionibus illorum de Formagliarijs arbitrio suo compensari, & etiam per medium diuidere, quia ista materia liquidationis est multum
2 Iudici arbitraria *Natt. conf. 510. num. 7. l. 3. Caf. de Graf. dec. 10. de probat.*

Et in omnem euentum posset etiam nunc ad substinendam sententiam fieri dicta compensatio cum præsertim valor dictorum fundamentorum insimul cum fructibus eo[rum] vix ascendant ad summam scut. 360. & a[p]ponenda ad fauorem illorum de Formagliari[js] importent scut. plus quam 2000. ac propter[e]a quatenus dicta liquidatio esset in aliqua [su]i parte iniusta, illa potius censeri deberet iniust[a] in præiudicium illorum de Formagliarijs qu[am] de Lilijs, & consequenter ad illorum etiam f[a]uorem reformanda.

Non obstat quod fructus melioramentorum Molendini æstimari debebant ab anno 1557. c[um] ab illo tẽpore citra Formagliarij dictum Molendinum possederint, quia etiam quod hæc prætensio in facto iustificaretur, non enim sententiam infringeret, cum in illa habita fuerit ratio fructuum hinc inde ab anno 1570. & postea quam per duas sententias declaratum fuerat bona esset restituenda perceptorum, & quatenus ad fauorem illorum de Lilijs fructus dictorum melioramentorum ab anno 1557. computare voluisset, debebat quoque fructus bonorum à Lactantio alienatorum ad fauorem illorum de Formagliarijs computare, & præterit. bubularum quoque 11. terrarum quas vt fuit *coram bo. me. Litta decisum* dictus Lactãtius, à quo Lilij causam habent vltra suam legitimam alienauerat, rationem habere.

Non obstat, quod cum Molendinum de anno 1535. fuerit æstimatum in libris 12000 & de tempore restitutionis bonorum in libri[s] 28000. erat pro rata melioramentorum habenda ratio de illo augumento ad fauorem illorum de Lilijs, quia præterquã quod ex relationibus Peritorum apparet, dicta melioramẽta fuisse pro maiori parte facta post mortem Lactantij à q. Hieronymo, & eiusdem Hieronymi filijs non constat etiam quod augumentũ prouenerit ex dictis melioramentis, cum imò
4 potiùs temporis beneficio adscribenda videantur, eo maximè quod Lactantius vt Informãtes pro Lilijs fatentur, obijt de anno 1577. quo tempore melioramẽta facta, vt prætenditur de anno 1535. verisimile est fuisse consumpta.

Non obstat, quod æstimatio fructuum non fuit facta iuxtà pretium domus Bladorum vt dicunt idque probari prætenditur ex calculo pro parte illorum de Lilijs dato, quia obiectum hoc in facto non subsistit, cum ex pluribus decisionibus in hac causa factis constet de contrario, & calculo nunc exhibito standum non sit,
5 quia fuit factus à Perito absque Iudicis auctoritate ab ipsamet parte electo.

SENOGALLIEN. BONORVM.

Veneris 14. Aprilis 1617.

ARGVMENTVM.

Manutentio concedenda est anteriori possessori contra factum Iudicis appellatione pendente vel post inhibitionẽ Rotalem nulliter, & attentatè ad executionem procedentis.

S V M M A R I V M.

1 *Possessio probatur ex Confessione Aduersarij petentis Immissionem.*
2 *Probatio maior dari non potest Confessione Aduersarij.*
3 *Iudex nulliter procedens non priuat possessione saltem ciuili.*
4 *Appellatione pendente nihil est innouandum.*
5 *Aegidiana non intrat, quandò sententia est expresse reuocatoria alterius.*
6 *Executio facta post inhibitionem Rotalem siue iustā siue iniustam est nulla.*
7 *Inhibitio Rotalis siue iusta sit siue iniusta semper est timenda.*
8 *Gesta post inhibitionem Rotalem sunt attentata, & statim reuocantur.*
9 *Commissio posterior censetur potius concessa in ampliationem, quam derogationem prioris, nisi expresse de contrario constet.*
10 *Rescripta Principis interpretari debent pro vt de Iure.*
11 *Petitorium cumulari non debet cum Possessorio manutentionis.*
12 *Clausula* sine præiudicio executionis *preseruat quidem facultatem Iudicis, à quo ad effectum exequendi, sed non impedit, quo minus Iudex ad quem posset executionem reuocare, & manutentionem concedere.*

DECISIO CXX.

RESolutum fuit, Martiano dandum esse
mandatum de manutenendo; nam de
illius possessione constat eo ipso quod An-
1 tonius petijt se immitti in possessionem bo-
norum, de quibus agitur, ac sententiam
super dicta immissione cum condemnatione
etiam Martiani ad restituendum ei dicta bona
obtinuit. Ex hoc enim resultat multiplex eius-
dem Antonij confessio possessionis dicti Mar-
2 tiani, qua nulla maior probatio *vulg. l. General. C. de non num. pec.* & in terminis manutentionis.
Rot. decis. 802. par. 1, diuers. & in Rom, domus 5. May 1613. coram Illustrissimo Card. Ludouisio, &
sæpe alias.

Non obstat, quod dicitur Antonium fuisse
immissum Iudicis auctoritate; quia cum Iudex
nulliter ad dictam immissionem processerit,
non priuauit Martianum sua possessione saltē
ciuili *iuxta Doctor. Arg. in l. clam possidere §. qui ad nundinas sub num. 2. ff. de acquir. poss. Abb. in c. conquerente num. 8. de rest. spoliat.* & fuit sæpissimè dictum.

Quod autem Iudex nulliter processerit ap-
paret, quia non solum processit ad executionē
appellatione pendente contra vulgarem re-
gulam, quod pendente appellatione nihil est
4 innouandum *toto tit. vt lit. pend.* sed etiam post
inhibitionem.

Non obstat, quod à dicta sententia uti lata
in mero possessorio vigore constitutionis Ae-
gidianæ non dabatur appellatio, tum quia Ae-
gidianæ locus non erat ex quo dicta sententia
5 reuocat expresse aliam sententiam ad fauorem
Martiani latam, quo casu dicitur continere
mixturam, & non intrat dicta constitutio, vt
fuit dictum *coram Caputaq. & Rubeo in decisionib. relatis, per Moder. de Salu. interd. decis. 149. & 180.*

Tum etiam quia stante inhibitione Rotali
6 executio in possessorio post dictam inhibitio-
nem facta, emanet nulla *iux. trad. per Lancell. de attent. appell. pend. par. 2. cap. 12. limit. 1. nu. 108. & seqq. & de attent. post inhibit. p. 2. c. 20. ampliat. pri. num. 19. & 20.* Multi enim possunt dari ca-
sus, in quibus etiam in possessorio admittitur
appellatio ad effectum suspensiuum, nec debet
inferior Iudex inhibitus de validitate, & iusti-
tia inhibitionis cognoscere, cum alias ipsis ansa
7 præberetur eludēdi inhibitiones Rotales, ideo-
que siue illa iusta sit siuè iniusta semper est ti-
menda, *Rot. decis. 26. de appell. in antiq. Verall. decis. 91. par. 2. Put. decis. 395. l. 2.* & pars quæ
sentit se dicta inhibitione grauata, recurrere de-
bet ad Signaturam vel ad Rotā pro ipsius mo-
deratione.

Et quatenus interim aliquid innouare aude-
at, statim omnia vti attentata reuocantur etiam
8 non cognito, an inhibitio emanata fuerit Cano-
nica, *Acchil. dec. 7. de attent. in manuscript. Accorāb. decis. 53. l. pri. cum alijs relatis In vna Rom. Salu. interd. 14. Decembris 1598. coram Illustrissimo Card. Lancelloto.*

Non obstat, quod dicitur non adesse iuris-
dictionem sufficientem ad effectum conceden-
di manutētionem dicto Martiano, ex quo cau-
sa mihi commissa reperitur in petitorio sine
præiudicio possessorii, & illius executionis
quia placuit DD. responsio scilicet quod cū in
prima commissione fuerit commissum etiam
possessorium; licet postea in secunda com-
missione exaduerso obtenta committatur cau-
sa in petitorio; non tamen censetur, per hoc ad-
empta cognitio etiam super possessorio, quia
regula est, quod omnia in prima commissione
inclusa censentur in sequentibus repetita, nisi
9 expresse de contrario constet, *Rot. decis 321. n. 1. p. 1. diuers.* cum allegat. *per Madern. super reg. 8. glos. 6. num. 176. & seq.* quod præsertim in ca-
su isto dicendum videtur, quia rescripta inter-
10 pretari debent prout de iure *Dec. cons. 33. nu. 4. In fin. Crescent. dec. 1. de rescript.* & de iure est vt
11 ante omnia ille manuteneatur, qui habet pos-
sessionem magis manutenibilem; nec petitoriū
cum possessorio manutentionis vnquam cu-
muletur *Rot. decis. 99. num. 6. p. 1. diuers. Cas. de Graff. decis. 7. num. 2. de sent. & re iudic.*

Et clausula *sine præiudicio possessionis, & il-*
12 *lius executionis* operatur quidem vt Iudex à
quo non obstante commissione in Rota possit
ad executionem possessorij procedere; non ta-
men impedit, quominus Iudex ad quem possit,
si dicta executio nulliter, vel iniustè facta fuerit,
illam reuocare, & concordare manutentionem
parti, quę ante executionem erat in possessio-
ne, si illa se non habuit pro spoliata vt in ter-
minis clausulæ sine *præiudicio executionis literarū Apostolicarum* fuit resolutum, *in vna Hispalen. & Cauriēn permutationis 11. Martij 1596. coram bo. me. Gypsio, & in vna Verdunēn Vicaria 1. Iuny 1616. coram R.P.D. meo Buratto*, & sepæ in alijs, in di-
ctis decisionibus relatis, *& coram Greg. decis. 51. num. 11. ibid. Addas num. 15.*

ROMANA

ROMANA DOTIS.

Lunæ 17. Aprilis 1617.

ARGVMENTVM.

Mandatum executiuum contra Tertium in Instrumento non nominatum relaxari non potest,& si ex causa in eo expressa corruit, ex alia substineri non potest. Confessio dotis receptæ facta constante matrimonio, an & quando tertio præiudicet, & animo donandi, seu potiùs sub spe futuræ remunerationis facta præsumatur.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum non datur absque læsione.*
2 *Mandatum executiuum contra Tertium in Instrumento non nominatum relaxari non potest.*
3 *Instrumenta dotalia vigore statuti executioni demandantur etiam contra Tertios possessores.*
4 *Mandatum si non substinetur ex causa in eo expressa, ex alia substineri non potest.*
5 *Confessio dotis receptæ facta constante matrimonio non præiudicat Tertio.*
6 *Limita quando lapsum est tempus ad opponendam exceptionem non numeratæ dotis.*
7 *Declara limitationem procedere, quando confessio facta est sub spe futuræ numerationis, secus si animo donandi.*
8 *Confessio dotis receptæ an præsumatur facta sub spe futuræ numerationis, vel potius animo donandi quæstio est inter Doctores.*
9 *Præsumitur facta animo donandi, quando fuit renunciatum exceptioni non numeratæ pecuniæ.*
10 *Præiudicat Tertio, quando præcessit promissio, vel aliæ concurrunt coniecturæ.*

DECISIO CXXI.

INtrodncto in foro Capitolii ex parte Lauræ pro recuperatione suæ dotis executiuo iudicio contra Marghanitam tanquam possessitricem domus pro dicta dote vt prætendebatur hypotecatæ obtinuit Laura aduersus dictam Margaritam decerni, & relaxari mandatum cum expressa declaratione, quod Dominus in vim obligationis Cameralis ita mandauit, verum quia dictum decretum, & mandatũ fuit postea cũ omnibus inde secutis per sententiam Capitanei appellationis reuocatum, & dictam sententiam ob non interpositam appellationem in iudicatum transiit, ideo dubitari coram me contigit, an Lauræ competat aduersus dictam sententiam, & rem iudicatam in integrum restitutio & Domini negatiuè responderunt, quia non constat de
1 læsione, sine qua non datur restitutio *l. si ex causa in princip. ff. de minor Innoc. in c. cum ex literis num. 7. de restit. in integ. c. 1. & ibi Abb. nu. 2. eodem eit. Salic. in l. 1. num. 6. & 9. C. si aduersus rem iudicatam Bero. cons. 121. num. 12. lib. 3.*

Recte enim per dictam sententiam fuit dictum mandatum reuocatum; cum illlud minimè potuerit contra Tertium, & instrumen-
2 tum non nominatum, qualis erat dicta Margarita relaxari *Bal. in l. 1. num. 6. vers. secus si igitur C. comm. de leg. Bero cons. 47. num. 6. lib. 1.* & in terminis obligationis Cameralis fuit dictum *in vna Romana Computorũ 18. Martii 1598 coram illustrissimo Cardinali Millino relata per Modern. de obligat. Camerali decis. 47.*

Nec obstat, quod vigore *Statuti Vrbis c. 85. l. 1*
3 instrumenta dotalia possunt etiam cõtra Tertios possessores executioni demandari, quia ex lectura ipsius decreti apparet, illud fuisse in vim obligationis Cameralis, non autem vigore *Statuti Vrbis* relaxatum, ac propter ea sub-
4 stineri non potest, vt simili obiectioni alias respondit *Rota in vna Romana relaxationis à molestiis in Ian. 1601. coram Illustrissimo Card. Lancellotto relata per dictum Moder. d. tratt. de oblig. Camerali dec. 24.*

Præterea Domini dicebant, quod dictum decretum fuit etiam iniustum, quia non satis sufficienter probatum erat prætensum creditum Lauræ, nam sola confessio Mariti dotis receptæ constante matrimonio facta in Tertij
5 præiudicium veram numerationem non probat *Glos. in l. assiduis C. qui pot. in pig. Gab. Alex. cons. 142. num. 1. & seq. l. 5. Natt. cons. 147. n. 3. & seq. l. 1. Ceph. cons. 191. num. 12. Menoch. cons. 81. num. 15. & seqq. Surd. cons. 489. num. 1. & 2. lib. 4.*

Neque obstat quod statur dictæ confessioni etiam in præiudicium, quando vt in proposito
6 lapsa sunt tempora opponendi exceptionem non numeratæ dotis *Bar. & alij in d. l. assiduus numer. 11. C. qui pot. in pig. hab. Gozad. cons. 42. sub numer. 13. Socc. cons. 82. num. 1. l. 3. Rot. Dec. 102. n. 16. par. 2. diu.* quia hoc procedit, quando confessio
7 facta est sub spe futuræ numerationis, secus vero si animo donandi, vel simulandi, tunc enim lapsus temporis præsumptionem simulationis, vel donationis non purgat *Soc. in leg. an. contractibus §. 1. in fin. C. de non numer. pec. Alex. d. cons. 142. nu. 3. & seq. leg. 5. Anchar. cons. 307. sub num. 1.*

Et licet magna inter DD. quęstio sit, vtrũ in
8 dubio præsumatur talis confessio sub spe futuræ numerationis, vel animo donandi facta, in casu tamen isto cessare videtur omnis difficultas, quia dicta confessio facta est nedum constante matrimonio, sed etiam cum expressa renunciatione exceptioni non numeratæ pecu-
9 niæ, quo casu censetur animo simulandi, vel donandi facta, non vero sub spe futuræ numerationis, quia stante tali renunciatione non potest de dicta nõ numeratione excipi, vt pulcre post alios per eum citatos consuluit *Gabr. cons. 163. per tot. & præsertim num. 40. & seq. l. 2.*

Non obstat, quod dicta cõfessio Tertio præiudicat, quando vel præcessit promissio, vel a-
10 liæ coniecturæ verę numerationis concurrũt *Gozad. cons. 42. nu. 13. vers. quarto Instrumentum cum alijs per Crauett. cons. 40. num. 4.* quia coniecturæ in proposito adductæ non videbãtur sufficientes ad excluden. præsumptionem fraudis, & præsertim quia dicta confessio redditur eo magis suspecta, quod, vt in instrumento dict. confessionis legitur *Maritus* fatetur tempore consũmati matrimonij dotem recepisse; cum tamen ex deductis in facto constet, matrimoniũ

fuisse multo post dictam confessionem contractum.

Nec aliquid facit instrumentum promissionis dotis,quia illud quoq; auget potius suspicionem simulationis dictæ confessionis, cum non sit confessioni conformis,quia promissio est de scut.150 confessio vero de scut. 250. ad *leg.1.§.dolum malum ff. de dolo malo cum simil.&c.*

ANCONITANA DOTIS.

Vener. 21. Aprilis 1617.

DECISIO CXXII.

*Impress.post Zacch.de oblig.Cameral.decis.*235.

ROMANA DE CINCIIS.

Vener. 21. Aprilis 1617.

ARGVMENTVM.

Nonnulla adducuntur addenda alijs decisionibus,vt facti vera notitia in hac causa habeatur,& confessiones in ea factæ intelligantur.

SVMMARIO.

Non indiget.

DECISIO CXXIII.

Contendentibus extensa decisione in hac causa, filijs q. Iacobi, confessionem Bernardi continere etiam vltra expressum in dicta decisione aliquid plus quam Iacobi, & Iudicis intertogatoria consului DD. an aliquid dictæ decisioni esset addendum, & post trinam propositionem venerunt tandem in sententiam posse aliquid dictæ decisioni addi ex infra dicendis apparebit.

Nam missis alijs diuersitatibus prætensis ab Informantibus pro dictis filiis,quæ vel in facto non subsistunt,vel ad infradicenda capita reducuntur,consideratione dignum videbatur primo quod dicebant, confessionem Bernardi in eo discrepare à confessione Iacobi, quod Bernardus fatetur se audiuisse mortem Patris à Lucretia,Beatrice, & Olimpio vt in eius confessione *num.*6.cum tamen Iacobus dicat illam audiuisse à Lucretia, & Beatrice absq; eo quod Olimpium nominet,vt in eius confessione *numer.* 41. *&* 43.

Nam licet pro parte Bernardi diceretur,quod Iacobus in eadem sua confessione sub *num.*33. nominat Olimpium in illis verbis *se non quello,che s'e fatto,s'e fatto per mezzo di Olimpio,che Olimpio, l'hà detto à me, & alli miei fratelli*, & sic Iacobi confessio in effectu idem cõtinet;quod confessio Bernardi, quia in ea mentio fit de auditu ab Olimpio, & possibile est,quod codẽ tempore adfuerit Lucretia, & Beatrix cũ dicta confessio hoc non excludat, videbatur tamen quod quia modo agitur desirmando nudo facto non attento aliquo effectu,dici potest,confessionem Bernardi differre quoad expressionem dicti Olimpij à confessione Iacobi.

Secundo Animadnetterunt etiam Domini saltem aliquam diuersitatem ex eo colligi posse,quod Iacobus sub *num.*41. refert se audiuisse Patrem suum fuisse occisum ab Olimpio, & ab vno Asinario, seu Pecudario,& quod in carcere audiuit nomen Martij, & coniecit esse illum,quem sibi nominarunt Asinatium, seu Pecudarium,Bernardus vero sub *numer.*7. *&* 8. dicit audiuisse ante carcerationem fuisse occisum ab Olimpio,& à Martio. Nam quamuis re vera negari non possit,fuisse Bernardo sæpius à Iudice suggestum nomen Martij,& præsertim dum pridie ante ipsius confessionem Iudex ipsi mandauit legi confessionem d. Martij vt constat ex illis verbis,tunc D.mandauit sibi legi depositionem dicti Martij Cathalani, qua lecta per ipsum constitutum, & vt asseruit benè audita respondit *Io hò inteso quest' essamine, che V.S.m'ha fatto leggere ch'è l'essamine di Martio Cathalano,&c.* & dum processf.fol.876.idem Iudex interrogauit Bernardum per hæc verba an aliquo modo dici audiuerit dictum Martium Interuenisse vna cum Olimpio ad occidendum Franciscum eius Patrem,&c. & fæpè alibi,tamen remanet adhuc diuersitas confessionis Bernardi à confessione Iacobi in eo quod Iacobus dicit audiuisse nomen Martij,dum existeret in carceribus,Bernardus vero refert dict. nomen audiuisse ante ipsius carcerationem.

Nec placuit DD. admittere responsionem pro parte Bernardi datam,quod scilicet cum Bernardo fuerit ante ipsius confessionem toties suggestum nomen Martij,& in specie quod ipse vna cum Olimpio occidit Franciscum eius Patrem;potuit ipse facile conycere,quod socius ille Olimpij, quem ante carcerationem sibi nominarunt Asinarium, vocabatur Martius ita,vt postea in referendis verbis de morte Patris ante carcerationem auditis expresserit in carcereverum nomem socij dict. Olimpij,omissa illa descriptione Asinarij, & Pecudarij cum sępè accidat,quod qui nunc narrat factũ multo ante patratũ, referat nomina,& circumstantias facti postea cognitas, quas antea non nouerat;perinde ac si illorum ab initio notitiam habuisset.

Nam quamuis ista etiam responsio corroboraretur ex verbis ab eodem Bernardo in ratificatione suæ confessionis probatis, dum interrogatus,an dictus Olimpius dixerit ipsi, quod interuenit etiam Martius ad dictum homicidium respondit, *non mi disse Olimpio altrimente che ci fosse interuenuto Martio Cathalano assieme con lui à detto homicidio mà vn Somararo,ò Pecoraro come hò detto*, quia dicta verba satis declarant, quod verba dictæ confessionis non referenda sunt ad tempus,quo audiuit Olimpium narrare mortem Patris, sed ad tempus,quo ipsi fuit dictum nomen Martij suggestum.

Tamen fuit dictum,quod hæc omnia Bernardus poterit deducere, quando dubium disputa-

ſputabitur, an iſta diuerſitas ei obſtat ità quod confeſſio ipſius dici non poſſit ſuggeſtiua; interim vero cum, vt dictum eſt agatur de nudo facto negari non poteſt, quin adſit inter confeſſionem Iacobi, & ſuam dicta diſcrepantia.

Quod dicebatur, adeſſe etiam alias diuerſitates inter dictas confeſſionės ſaltem in dicto, licet in ſubſtantia conueniant, non viſum fuit attendendum, quia ſi cortex tantum, & ſonus verborum non autem ſubſtantia conſiderari deberet, eſſet procul dubio tota confeſſio Bernardi diuerſa à confeſſione Iacobi judicanda, &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE STEPHANELLIS.

Lunæ 24. Aprilis 1617.

DECISIO CXXIV.

Impreſſa in Recent. decis. 462. part. 4.

ROMANA DONATIONIS

Mercurij 10. Maij. 1617.

ARGVMENTVM

Donatio non ſex eo quod in prohæmio faciat mentionem mortis, talis cenſenda eſt ſi ſubſtantia contractus repugnet, ſeu ex alijs conſtet eſſe inter viuos. Cauſæ Cognitio à Statuto Vrbis requiſita facta ſemper præſumitur à Iudice interponente decretum, & ſi de ea non appareat ex actis.

SVMMARIVM.

1 *Prohemium declarat intentionem contrahentium.*
2 *Donatio corruit ex defectu conſenſus.*
3 *Donatio non ex quo in prohæmio faciat mentionem mortis talis cenſenda eſt.*
4 *Donatio an inter viuos vel mortis cauſa fuerit ſpectanda, eſt ſubſtantia contractus potiùs quam verbalis denominatio.*
5 *Donatio quando ex alijs conſtat eſſe inter viuos, mentio mortis cenſetur facta ad alios effectus.*
6 *Donatio cenſetur inter viuos, quando proceſſit ex cauſa meritorum.*
7 *Item quando facta fuit irreuocabiliter.*
8 *Donatio quæ non valet in vim donationis inter viuos ſubſiſteri poteſt in vim donationis cauſa mortis.*
9 *Curator cenſetur datus iuxta requiſitionem contrahentis.*
10 *Cauſæ cognitio à Statuto Vrbis requiſita habita cenſetur à Iudice interponente decretum.*
11 *Idque præſumitur non obſtante breuitate temporis.*
12 *Eadem non eſt neceſſe quod appareat ex actis.*
13 *Et ſufficit Iudicem potuiſſe ſe extraiudicialiter ab intereſſentibus informare.*
14 *Solemnitates non requiruntur in donatione ex cauſa meritorum, vel facta à muliere mulieri.*

DECISIO CXXV.

PRÆTENDEBATVR ex duplici capite donationem Mariæ factam fuiſſe nullam, ex defectu ſcilicet conſenſus Damianæ Donatricis, & ſolemnitatum Statuti Vrbis. Defe-
1 ctus autem conſenſus ex eo deducebatur, quod ex prohemio potiſſimum Inſtrumenti colligitur, Intentionem Damianæ Donatricis fuiſſe donationem cauſa mortis facere, & nihilominus Inſtrumentum continet donationem Inter viuos, vt ex lectura ipſius Inſtrumenti ap-
2 paret, vnde neceſſe eſt dicere, donationi, de qua in dicto Inſtrumento conſenſum dictæ Damianæ non acceſſiſſe, ac conſequenter donationem corruere *l. ſi per errorem vbi gloſ. in verb. error ff. de iuriſd. omnium Iud. Bero. conſ. 175. n. 56. & ſeq. l. 2. Crauett. conſ. 144. n. 16. & conſ. 129. n. 6.*

Verum his non obſtantibus, cenſuerunt Domini, dictam Donationem fuiſse validam, atque ideo primam ſententiam ad fauorem Mariæ extra Rotam latam eſſe confirmandam; ſecundam verò, quæ dictam priorem reuocat, infirmandam.

Nam quamnis prædictum Inſtrumentum
3 donationē Inter viuos contineat, non tamen ex eo quod in ipſius prohemio mortis mentio facta fuit, argui poteſt, Donatricem noluiſſe inter viuos, & irreuocabiliter donare, non ſolum quia voluntas contrahentium magis ex ſubſtantia contractus, quam ex verbali ipſius denominatione colligitur, cum verba quidem
4 menti, non autem è contra mens verbis inſeruire debeat *Rip. in l. ſi vnquam. n. 19. C. de reuoc. donat. Ang. in l. illud §. tractari ff. de iure Codicill.* vbi quod ſi in ſcriptura legitur inſtitutio hæredis dicitur teſtamentum, licet ibi dicatur talis volens facere codicillos, & ſequitur *Alex. conſ. 141 circa fin. vol. 1. Surd. conſ. 450. num. 34. Card. Ser. aph. deciſ. 1362. n. 5. & 1379. n. 4.* verum etiam quia
5 cenſeri debet, quod dicta mortis mentio facta fuerit vel ad oſtendendam cauſam donationis, vel ad demonſtrandum tempus, in quo donatio effectum fortiri debebat iuxta *tex. expreſſum In l. vbi ita donatur ff. de donat. cauſa mortis Bal. in l. 2. n. 6. C. de iu. dot.* & in puncto donationis in cuius in prohemio mortis mentio facta fuit *Natt. conſ. 104. num. 12. & ſeq. Rol. conſ. 61. n. 50. l. 2 Franch. deciſ. 213, n. 8.*

Quæ omnia eo magis in caſu iſto procedūt, quia quod re vera Damiana Inter viuos donare voluerit, licet verbis dixerit donationē cauſa mortis facere, clare deprçhenditur tum ex eo quod donauit ex cauſa meritorum, quo caſu cenſetur facta donatio inter viuos *l. ſi Pater §. 1. ff. de donat. Rip. in l. ſi vnquam n. 29. & ibid. Tirag. in v. donatione largitus num. 53. C. de reuoc. donat. Rol. d. conſ. 61. n. 41.* tum etiam quia expreſsè declarauit donare pura, mera, valida, ſimplici,
7 & irreuocabili donatione, quæ cauſa mortis dicitur, nam ex hoc apparet, quod errau it circa denominationem contractus, non autem circa eius ſubſtantiam; quia reuera purè, & irreuocabiliter donare intellexit.

Præpte-

Præterea vnus etiam ex DD. dicebat, quod
8 dato quod dicta donatio in vim donationis inter viuos non valeret, valet tamen in vim donationis causa mortis, vtile enim per inutile non vitiatur *Surd.cons.450. n.56.* ac propterea cum dicta donatio fuerit morte Damianæ confirmata, benè fuerunt per sententiam vigore Donationis bona Mariæ assignata.

Non obstat, quod non interuenerunt in dicta donatione solemnitates *à Statuto c. 151. l.1.* requisitæ, quia contrarium ex ipsius lectura apparet.

Nec subsistit, quod Curator Damianæ da-
9 tus, fuerit datus ad effectum authorizandi donationem causa mortis tantum, quia censetur datus iuxta requisitionem, & voluntatem Damianæ; atque ita ad effectum authorizandi donationem, quã ipsa fecit, cum præsertim idemmet Iudex qui Curatorem deputauit, donationi interuenerit, ac decretum, & authoritatem suam interposuerit.

Non obstat, quod dicitur, decretũ fuisse interpositum absque cognitione causæ, quia præsumitur pro decreto, & quod causa fuerit iusti-
10 ficata, ac omnia solemniter gesta *l. ab ea parte in fin. ff. de probat. l. & si præses C. de prædijs minorum Imol.cons.98. n.8. & seq. & cons.99.n.6. Surd.decis. 156.n.9 Card. Seraph.decis.737.n.6.*

Et argumentum, quod ex breuitate temporis ad probandum contrarium deducitur,
11 non concludit, stante consuetudine interponendi decreta in continenti. *Acebil. decis. 199. alias 3. de præsumpt. Rot. diuers. decis. 155.n.2.p.1. &*
12 *decis.957. p.3. l.3.* & quia necesse non est quod de huiusmodi causæ cognitione ex actis appareat; ac propterea sufficit, quod Iudex ante decreti interpositionem à propinquis, Curatore, vel alijs de veritate causæ, & alijs ipsi narratis
13 se extraiudicialiter informare potuerit ad effectum, vt decretum postea interpositum substineatur *Imol.d.cons.48.num.12. Gabr. de sententijs conclus.5.n.34. in fin. Rot. decis.458.nu.2.p.1. diuers. cum alijs relatis in vna Amerina Domus 26. Nouembris 1616. coram R.P.D. meo Pamphilio.*

Et cessare videtur difficultas, quia dicta do-
12 natio fuit facta ex causa meritorum, & à muliere in mulierem, quo casu substinetur etiam absque solemnitatibus *Rota diuers. decis. 558. par. 1.*

ROMANA FIDEICOMISSI DE BISCAGLIS

Vener. 12. Maij 1617.

ARGVMENTVM.

Ægidiana non intrat stante nullitate, vel notoria iniustitia sententiæ. Transactionis vigore possessionem dimittens, ad illam amplius reintegrari non potest, etiamsi transactio esset nulla, vel rescindenda.

SVMMARIVM.

1 *Aegidiana constitutio ligat etiam in Curia.*
2 *Aegidiana non habet locum, quando sententia est nulla, vel notoriè iniusta.*
3 *Transactio operatur, vt dimittens possessionem ad eam restitui non possit, & si sit nulla, vel rescindenda.*
4 *Confessio in Cõmissione plenè probat contra confitentem.*
5 *Reintegratio competit iniustè spoliato.*
6 *Iuramentum à quo fuit petita, & obtenta absolutio, non tollit exercitium actionis.*

DECISIO CXXVI.

Dictum fuit, locum esse Egidianæ, quia sententia lata est in mero possessorio, fuit enim per eam restituta Sibilla ad possessionem Domus, in qua antea reperiebatur; & certum
1 est, quod dicta Constitutio ligat etiam in Curia eo quod fuit à Sede Apostolica confirmata *Rot. decis. 120. num.2. par. 1. diuers.*

Non obstat, quod dicta Constitutio non in-
2 trat, quando sententia est nulla, vel notoriè iniusta *Gabr. cons. 36. in princ. leg. 2.* quia neutrum verificatur in facto. Nam quod dicitur, quod Sibilla recedit à possessione Domus mediante transactione, ac propterea non potest ad eam restitui etiam quod transactio esset
3 vel nulla, vel rescindenda *Surd. cons. 49. numer. 4. & 5.* non applicatur, quia Magdalena noluit vigore dictæ transactionis possidere, sed statim vt constat ex propria eius confessione in commis-
4 sione, quæ datur *Sum. nu. 5.* & plenè contra eam probat *vulg. leg. cum prætu. C. de lib. caus.* mutauit sibi causam possessionis possidendo ex iuribus Andreæ de Biscaglis, qui sententiam contra eam, & Sibillam obtinuerat, Vndè cum per decisiones, & sententiam Rotalem cognitum fuerit, nullum ius dicto Andreæ competere, merito fuit data reintegratio Sibillæ à
5 dicta Magdalena prætextu iurium Andreæ tota Domo spoliati.

Non obstat, quod Hercules primo loco institutus Pelegrinæ super vixisse dicitur, quia fuit per binas decisiones coram R. P. D. meo Pirouano resolutum id non iustificari in facto, sed probari etiam pro parte Sibillæ contrarium, quod scilicet dicta Pelegrina post Herculem de anno 1599. decessit.

Nec obstat depositio Testis vltimo loco examinati, quia præterquam quod plures defectus patitur, nec sufficienter concludit circa mortẽ dicti Herculis, visa fuit in omnem euentum probatio contraria depositioni huius Testis, & alijs pro Magdalena adductis præualere.

6 Non obstat, iuramentum à Sibilla in transactione præstitum, quia ab eo fuit absoluta, vt constat ex fide, quæ datur.

Alijs etiam fuit per decisiones Rpd. mei Pirouani satisfactum, quæ DD. placuerunt.

ASCV-

ASCVLANA LEGATI.

Veneris 12. Maij 1617.

ARGVMENTVM.

Statutum Ciuitatis Asculi dans facultatem filiæ familias disponendi de sua dote, ac si esset Mater familias, substinetur, & habet locum, etiam si fuerit in instrumento dotali conuentum, quod filia sine filijs decedente dos restitueretur cui de iure, quia promissio intelligitur quatenus aliter de dote non disponat.

SVMMARIVM.

1 *Filia constituta in potestate Patris de dote testari non valet.*
2 *Et per consequens nec etiam legare.*
3 Statutum Ciuitatis Asculi *facultatem concedit filia familias disponendi de sua dote.*
4 *Statutum potest factionem Testamenti concedere filio familias, qui de Iure est intestabilis.*
5 *Dos à Patre profecta Patri est restituenda.*
6 *Promissio restituendi dotem, cui de Iure facta à filia per statutum habilitata ad testandum, intelligitur quatenus illa aliter non disponeret.*
7 *Contrahentes ad dum magis cum Statuto se conformare, quam ab eo recedere voluisse præsumuntur.*
8 *Capitula matrimonialia attendenda sunt magis, quam Instrumentum.*
9 Statutum Ciuitatis Asculi, *ad hoc vt filia familias testari possit, requirit, vt illi detur licentia in Instrumento dotali.*
Declara dictum statutum hanc licentiam requirere quo ad alia bona, non autem quoad dotem, vt num. 12.
10 *Et talis licentia data censetur, quando in Instrumento conuenta fuit restitutio iuxta formam Statuti.*
11 *Filia, cui dos fuit constituta cum pacto nil amplius petendi in bonis paternis, potest de ea ad sui libitum etiam viuente Patre disponere.*
13 Statutum Ciuitatis Asculi *est in forma probanti, & à Sede Apostolica approbatum.*

DECISIO CXXVII.

DICTVM fuit, legatum deberi non quidem ex Iuris communis dispositione, quia de iure communi non potest filia in
1 Patris potestate constituta de dote testari *l. qui in potestate l. filias familias ff. de* Testam. *Bal. in l.2. num.22. C. de heredit. act. Alex. in l. seruum num.3. C. qui testam. fac. poss. & cons.17. in princ. l.2. Honded. cons.32. numer.79. & seqq. l.1.* ac per conse-
2 quens, nec etiam legare, cui enim facultas legandi interdicitur, censetur etiam potestas fideicommittendi, legandi, ac codicillandi ablata *l.2. ff. de leg.1. Ias. in dict. l. seruum num.8. C. qui testam. fac. poss. Rol. cons.68. num.9. l.4, Thesau. decis. 150. num.12.*
Sed vigore Statuti Ciuitatis Asculi, quo da-
3 tur facultas etiam filiæ familias de sua dote disponere non secus, ac si esset Mater familias, nam certum est, quod qui ratione patriæ pote-
4 statis est ad testandum inhabilis; potest per Statutum sui Iuris effici, & ad testandum habilitari *Bar. in l. si quæramus num.5. ff. de testam. Rol. d. cons.68. num.12. vol.4. Crass. in § testam. quæst. 23. in fin. Boer. decis.197. post secundum numerum,* & in terminis filiæ familias, cui per statutum permissum erat de sua dote testari *Anch. cons. 213. numer.1. Bolognet. in addit. ad Annam cons.36. Necun cons.95. num.13.*
Non obstat, quod dicitur dicto Statuto in præsenti locum esse non posse, quia partes in Instrumento traditionis dotis expresse conuenerunt, quod decedente filia sine liberis dos restitueretur, cui vel quibus de iure; cum enim vigore dictæ conuentionis restitutio facienda
5 esset Patri, à quo dos fuit data *l. dos à Patre C. sol. matrim.* non potuit de ea filia in alterius fauorem disponere.
6 Quia, vt dicebant Domini, dicta promissio restituendi dotem, cui de iure intelligi debet rebus sic stantibus; quatenus scilicet filia iuxta facultatem, quam à Statuto habebat aliter de dicta dote non disponeret *Cagnol. in l. fin. numer. 102. in fi. vers. nec obstat C. de pact. Surd. cons.113. num.32. & fuit dictum in vna Asculana dotis 18. Aprilis anni præteriti coram Reuerendissimo D. meo Decano* non quod per eam contrahentes adimere voluerint filiæ dictam facultatem disponendi de dote, cum præsertim dicti contrahentes, nedum præsumantur magis cum Statuto se con-
7 formare, quàm ab eo recedere voluisse iuxta not. per DD. in *l. heredes mei § cum ita ff. ad Trebell. Honded. cons.57. num.71. lib.1, Modern. de fideicomm. art.25. numer.53.* sed etiam in Capitulis matrimonialibus conuenerint, quod restitutio esset facienda iuxta Statuta, & reformationes,
8 quæ tunc erunt, quæ Capitula magis, quàm Instrumentum superdictis capitulis confectum attendi debet *ex cumul. per Surd. decis.71. per tot.*
9 Non obstat, quod Statutum dicitur requirere ad hoc, vt filia familias de sua dote testari possit, quod illi detur licentia de ea disponendi in Instrumento dotali, quia præter quam
10 quod dici posset, quod in casu proposito eo ipso censetur data facultas filiæ de dote disponendi, quod partes, vt dictum est conuenerunt, vt dos iuxta formam Statutorum restitueretur, eoque magis, quia pactum etiam adie-
11 ctum fuit, quod dicta filia staret tacita, & contenta, & nihil amplius petere posset in bonis Paternis, & Maternis; quo casu dicitur dos pleno iure filiæ acquisita, ità quod de ea ad sui libitum etiam viuente Patre disponere possit *Castr. cons.373. num.4. vol.1. Craaet. cons.84. num. 5. & cons.543. num.1.* cessat etiam difficultas; quia dictum Statutum requirit dictam licen-
12 tiam, quoad alia bona tantum; non autem quoad dotem, de qua facultatem filiæ tribuit liberè disponendi, vt fuit in puncto huius Statuti firmatum *in dicta Asculana dotis coram Reuerendiss. D. meo Decano.*
Non obstat, quod dicitur dictum Statutum
13 non esse in forma probanti, nec à Sede Apostolica confirmatum; quia omnia cessant ex facto & fuit etiam dictum Statutum alias à Rota approbatum *vt in dicta Asculana dotis coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

ROMA-

ROMANA PECVNIARIA.

Mercurij 18. Maij 1617.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Aegidiana habet locum in iudicijs merè possessorijs.*
2 *Saluianum interdictum habet locum concurrentibus requisitis.*
3 *Aegidiana vt non sit locus, iniustitia sententiæ debet esse clara, & ex eisdem actis.*
4 *Executio quando est cepta difficilius retardatur.*
5 *Saluianum non competit contra Creditorem anteriorem possidentem.*
6 *Soluens proprium debitum non potest reportare cessionem.*
0 *Accollatio habet vim solutionis, & per eam omnis actio, & obligatio tollitur.*
8 *Obligatus ad factum liberatur illud præstando.*
9 *Accollatio nouationem inducit.*
10 *Creditor, qui bona debitoris administrauit, sibi satisfecisse præsumitur.*
11 *Exceptiones requirentes altiorem indaginem non admittuntur in Iudicio Saluiani.*

DECISIO CXXVIII.

DICTVM fuit, locum esse Constitutioni
Ægidianæ, quia sententia de qua agitur
1 lata est in saluiano, & sic in iudicio mere posses-
sorio; nec de Iniustitia redargui potest, con-
currunt enim dicta ad obtinen in Saluiano re-
2 quisita, de quibus per *Aut. in §. etiam Seruiana n. 9. Instit. de act. Roll. cons. 14. n. 13. l. 1. Honded. cons. 17. n. 6. & seq. vol. 2. Card. Seraph. decis. 1415. cum alijs deduc. in Bononien census Vener. 10. Iunij 1611. coram Illustriss. Lancellotto in Rom. Saluiani 1. Iulij 1613. coram Reuerendiss. D. meo Damasceno, & in alia Rom. Saluiani 15. Nouembris 1614. coram R. P. D. meo Pamphilio.*

Vltra quod ad effectum, de quo agitur, ne-
3 cesse esset, quod Iniustitia ex quibusdam actis
resultaret, & sententia lata esset contra cla-
rum ius partis *Corn. cons. 10. col. 2. vers. & si forte l. 4. Gabr. cons. 36. l. 2. Put. decis. 4. de Aegidiana.*

Idque eo magis, quia ante appellationem in-
4 terpositam fuit cæpta executio, quo casu dif-
ficilius retardari solet *Paris. cons. 108. n. 23. vol. 1. Lancell de attent. p. 2. c. 11. nu. 33. & c. 12. limit. 25. n. 1. & 33.*

Non obstat, quod D. Federicus est Creditor
anterior Io: Baptistæ, & contra Creditorem an-
5 teriorem possidentem non datur immissio,
quia dictum creditum non probatur.

Quo enim ad debitum scut. 900. vt prætenditur à D. Federico anterioribus Creditoribus Io: Baptistæ solutum, præter quam quod non fuit ab ipsomet Io: Baptista contractum, sed ab ipsius maioribus, atque ideò cum Federicus illud extinxerit, dum in possessione bonorum primo genituræ, quæ erant pro dicto de-
bito obligata existeret, censetur proprium de-
6 bitum soluisse, nec potuit validam cessionem
aduersus Ioannem Baptistam reportare *l. nulla C. de solut. Rom. cons. 462. num. 2. vers. in proposito cum alijs allegat.*

Cessat etiam difficultas ex eo, quod orta
inter dictos Federicum, & Ioannem Baptistam
lite super rescissione donationis, fuit inter ip-
sos conuentum, quod Ioannes Baptista pro
debitis à Federico solutis totidem debita D. Fe-
derici accollaret, vnde cum dicta accollatio ef-
fectum sortita fuerit, censetur per eam hinc in-
7 de sublata omnis actio, & obligatio *Instit. quibus modis tollitur obligatio in princip. l. inter causas §. 1. ff. mandati, & in terminis accollationis Natt. cons. 496. nu. 21. Ruin. cons. 151. nu. 5. & seq. l. 5. Surd. decis. 187. n. 8. & decis. 246. n. 21.*

Non obstat, quod Ionnes Baptista non sol-
uit debita, quæ accollauit, quia quoad Fede-
ricum non erat obligatus, nisi ad factum scili-
cet ad accollandũ debita, ac propterea præstã-
8 do factum, fuit liberatus *Instit. d. tit. quibus mod. toll. oblig. Ruin. cons. 157.* vbi quod de hoc dubi-
tandum non est.

Pari quoque ratione tollitur quod dicitur
de obligatione facta per Ioannem Baptistam
extinguendi censum *Sc. 3. mill.* & inuestiendi
Sc. 2. m. quia per dictam accollationem fuerunt
omnes hinc inde obligationes adæquatæ, &
etiam nouatæ *ad l. fin. C. de nouat.* vltra quod nec
de obligatione inuestiendi dicta *Sc. 2. mill.* suffi-
cienter constat, vt probatur quod census *Sc. 3. mill.* fuerit à Federico extinctus; Et tandem
prædictis omnibus accedit, quod Federicus du-
rante donatione ex fructibus bonorum dona-
torum vltra *Sc. 25. mill.* percepit, ex quibus præ-
10 sumitur sibimet ipsi satisfecisse *l. debitor meus iunct. glos. in verbo retecturum ff. de neg. gest. Aym. cons. 129. n. 8. Rom. cons. 187. n. 5. Menoch. de presumpt. l. 3. presumpt. 135. n. 12. Afflic. decis. 13. n. 13.* Ita quod
in omnem euentum saltem negari non possit,
quin dictum prætensum creditum sit turbidũ
11 ac propterea immissionem ex saluiano retar-
dare non valeat, cum in hoc iudicio exceptio-
nes altiorem indaginem requirentes non ad-
mittantur *Rip. in rub. de pig. nu. 19. Menoch. de adipis. rem. 3. n. 180. Rot. diu. decis. 34. num. 23. p. 2.* & in
terminis Creditoris fuit dictum *In Rom. legatorum de Columna coram Reuerendiss. D. meo Dasceno 27. Iunij 1614.*

ROMANA DE TORNIELLIS

Lunæ 27. Febr. & Merc. 17. Maij 1617.

DECISIO CXXIX.

Impress. apud Postium de Manuten. decis. 136.

ROMA-

ROMANA SPOLII.

Lunæ 22. Maij 1616.

ARGVMENTVM.

Possessio continuatur in hæredem, & ex quibus probetur. Reintegratio competit etiam hæredi, cui denegetur. Citatio an requiratur stante pacto capiendi propria authoritate in casu caducitatis, & caducitas quomodo probanda, & quomodo excusetur.

SVMMARIVM.

1 *Possessio bonorum defuncti ex Statuto Vrbis continuatur etiam in filias.*
2 *Appellatione suorum hæredum veniunt etiam filiæ.*
3 *Possessio probatur ex locationibus.*
4 *Reintegratio competit etiam hæredibus ex persona defuncti.*
5 *Possessio Aduersarij probatur ex substentatione litis.*
6 *Reintegratio non competit spoliato authoritate Iudicis.*
7 *Limita quando Iudex nulliter, & non seruato iuris ordine processit.*
8 *Processus factus contra minores, non citata persona legitima, est nullus.*
9 *Citatio an requiratur etiam stante pacto capiendi possessionem propria authoritate, & absque Iudicis decreto in casu caducitatis quæstio est inter DD.*
10 *Eligens viam iudicialem, censetur renunciasse extra iudiciali.*
11 *Caducitas ad effectum exercendi pactum capiendi possessionem propria auctoritate, plenè constare debet.*
12 *Possessio nulliter capta an ex superuenientia noui tituli retineri possit.*
13 *Spoliatus ante omnia restitui debet, nec admittitur exceptio non iuris spoliati*, & num.20.
14 *Infans à caducitate incursa ob non solutionem Canonis excusatur ex capite verisimilis ignorantia.*
15 *Aut saltem gaudet beneficio restitutionis in integrum ex eodem capite.*
16 *Et Dominus directus tali casu caducitatem prætendens scientiam Infantis probare tenetur.*
17 *Caducitas non declarata in vita defuncti non potest contra hæredem declarari.*
18 *A caducitate excusat qualibet causa, & error non solum facti, sed etiam iuris.*
19 *Rusticus facilius excusatur à caducitate incursa propter ignorantiam iuris.*

DECISIO CXXX.

DOmini steterunt in decisis die 13. Februar.
1615. coram R.P.D. meo Dunozeto, primum enim extremum visum fuit probari, nedum ex eo, quod possessio, quæ indubitanter
erat penès Herculem, fuit vigore statuti Vrbis,
1 etiam in filias continuata, cum & ipsæ sub ap-
2 pellatione suorum hæredum veniant *§. sui instit. de hæred. qualit. diff. l. 1. §. suos ff. de suis & legit. cum simil.* sed quia etiam de vera & reali Annæ, & Vincentiæ post mortem dicti Herculis possessione sufficienter testes deponunt, dum dicũt viddisse dictas Annam, & Vincentiam, possidere
3 domum, de qua agitur, illamque locare *Cas. de Grass. decis. 8. & 10. de caus. poss. & propriet.* & quia in omnem euentum dictis Annæ, & Vincentiæ competit ex persona Christophori, cuius ipsæ
4 sunt hæredes, restitutio; *Specul. in tit. de petit. poss. & spol. §. 1. sub n. 11. & seq. vers. quid si matrimonio cum ibi adden. Pontan. de spolio l. 1. n. 130. Cresc. decis. 3. de rest. spol.*

Secundum extremum probatur ex instrumẽto adeptæ possessionis per Ioannem, illa enim præsumitur continuata in D. Euandrum dicti
5 Ioannis hæredem, & etiam ex litis substentatione *Cas. de Grass. decis. 4. n. 2. de rest. spol. Caputaq. dec. 372 nu. 1. p. 2. cum alijs cumul. in causa Perusina spolq domus 1. Febr. 1608. coram bo. me. Penia.*

6 Non obstat, quod prætenditur, locum reintegrationi non esse ex eo, quod dictæ mulieres fuerunt Iudicis authoritate sua possessione priuatæ *l. iustè possidet ff. de acquir. poss.* quia regula ista, vt sæpè dictum fuit, fallit, quando Iudex
7 nulliter, & non seruato iuris ordine processit *c. conquerente de rest. spol. Fel. in c. dilectus il primo sub num. 1. vers. fallit 2. de rescript. Oldr. cons. 227. sub num. 1.*

Quod autem in casu isto Iudex nulliter processerit patet, vt in alia decisione coram R.P.D. meo Dunozet. dicebatur ex eo, maximè quod
8 actum, fuit non citata legitima persona, & contra minores indefensas *l. cum, & minores cum ibi not. C. si aduersus rem iudic. Surd. decis. 108. num. 16. Cresc. decis. 9. num. 3. de sent. & re indic. Rot. diuers. decis. 329. par. 2. num. 1.*

Nec subsistit, quod dicitur, non fuisse necessariam citationem eo, quod vigore pacti in
9 Instrumento concessionis appositi potuisset dictus Ioannes possessionem domus etiam propria authoritate, & absque Iudicis decreto capere, quia præter quam quod magna est circa hanc conclusionem inter Doctores controuersia, & quatenus in casu caducitatis procederet,
10 posset censeri dictum Ioannem eligendo viam iudicialem sibi quoad dictam facultatem capiendi possessionem extrà iudicialiter præiudicasse, cessat etiam in casu isto ex alio capite; quia scilicet de prætensa caducitate, vt infra dicetur, nullo modo constat; cum tamen de
11 ea ad effectum capiendi possessionem propria auctoritate plenè constare debeat *Aym. cons. 18. num. 7. Clar. in § Emphiteusis quæst. 11. Corbul. de caus. priuat ob non solut. Canon. 9. 13. num. 1.*

Eadem ratione tollitur quoque aliud obie-
12 ctũ, quod videlicet D. Euander potest possessionem etiam nulliter captam propter superuenientiam noui tituli incursæ nempè caducitatis retinere; quia vltra quod in contrarium est regula, quod spoliatus ante omnia restitui de-
13 bet, nec admittitur in hoc iudicio exceptio, non iuris spoliati ad retardandam restitutionẽ *Rot. decis. 2. de rest. spol. in antiq. cum alys citatis per Moder. de rest. spol. concl. 1. num. 45.* visum etiam fuit DD. quod vel ista prætensa caducitas non sit probata, vel saltem dictæ mulieres ab ea excusari debeant.

Quo enim ad illam, quæ prætenditur fuisse ob non solutum canonem incursam; placuerunt responsiones tam in *dicta decisione coram R.P.D. meo Donuzetto* quam etiam ab Informã-

tibus

tibus datæ, & præsertim quod cum dictæ mu-
14 lieres tempore quo prætenditur incursa caducitas, fuerint infantes & consequenter etiam verisimiliter ignorauerint, domum esse Emphiteoticam, non potuerunt ob non solutionem iure suo priuari, aut saltem competit ipsis ex
15 hoc capite restitutio, vt multis authoritatibus & rationibus probat post alios per eum citatos *Corbul. de caus. priuat. ob non solut Canon. de limit.* 20. vbi quod in hærede, & multo magis in infante præsumitur ignorantia, & Dominus dire-
16 ctus prætendens rem deuolutam ob non solutum Canonem probare tenetur eius scientiam.

Minus etiam videbantur alia capita deuolutionis, quæ tam ex impositione census ab Hercule facta, quam etiam ex eo, quod ide mmet Hercules in quodam instrumento *de ann.* 1588 asseruit, quod domus pleno iure vtilis, & directi dominij, ad ipsum spectabat, deducebantur, subsistere; tum quia caducitas non decla-
17 rata contra Herculem non potest, eo mortuo, contra filias declarari *Abb. conf. 3. num. 1. l. 2. Clar. in §. Emphiteusis q. 8. num. 9. vers. prosequendo Gabr. de malefic. concl. 35. num. 7. Boer. decis. 338. num. 7. propè fin.* Eoque magis, quia vt in decisione coram R. P. D. meo Dunozetto diceba- tur, dictus census iam erat tempore factæ declarationis extinctus, tum etiam quia in omnem euentum posset etiam dictus Hercules, si viueret, à dicta caducitate excusari, cum ad hunc effectum sufficiat quælibet causa, & non
18 solum error facti, sed etiam iuris *Ceph. conf. 407. num. 32. vol. 3. Cresc. decis. 10. num. 15. de dolo & contum. Card. Serafin. decis. 794. numer. 19. & fuit dictum in vna Pisana caducitatis 25. Iunij 1610. coram R. D. meo Damasceno*, & Hercules, qui erat
19 rusticus, & persona admodum simplex verisimiliter censeri possit, ignorasse, quod per dictam assertionem, & impositionem census pænam caducitatis esset incursurus, tantoque magis, quod dicta assertio non fuit cum ipso Domino, sed cum extraneo facta, nec ista etiam pæna caducitatis in instrumento expressa, vt latè fuit in dicta decisione coram R. P. D. meo Dunozetto deductum, quæ saltem ad effectum, de quo agitur, indubitanter procedere videntur, cum, vt supra dictum est, in hoc iudicio, vel omnino non admittatur exceptio
20 non iuris spoliati, vel saltem, vt impediatur restitutio, manifestè de prætensa caducitate constare necesse sit.

BONONIEN. DE GOZZADINIS.

Mercurij 24. Maij 1617.

ARGVMENTVM.

De effectu clausulæ Constituti. Fructus hæreditatis, & res ex eis computatæ an & quando ad hæredem pertineant. Appellatio, an detur ab executione, & alia de quibus in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Datio in solutum cum clausula constituti, & precarij transfert dominium, & possessionem.*
2 *Conductor finita locatione rem conductam locatori restituere tenetur.*
3 *Associatio vigore clausulæ constituti conceditur etiam contrà singulares successores.*
4 *Idemque disponit statutum Bononiæ.*
5 *Et competit etiam Donatario, & Cessionario.*
Ius capiendi possessionem propria authoritate, & obtinendi associationem in vim clausulæ constituti, & precarij cadi potest ibid.
6 *Res comparata ex fructibus hæreditatis spectat ad hæredem, non ad hæreditatem limita vt nu. 8.*
7 *Fructus percepti post aditam hæreditatem non dicuntur hæreditarij, sed cadunt lucro hæredis.*
8 *Limita quando hæres fuit expressè in dictis fructibus grauatus.*
9 *Acquisitiones, quæ ex præcepto Testatoris sunt faciendæ pro fideicommisso fideicommissaria censentur absque alia declaratione.*
10 *Maximè si adsit declaratio.*
11 *Viam ordinariam eligens executiua renunciasse censetur.*
12 *Appellatio non datur ab executione, nec à sententia de exequendo.*
13 *Appellatio signata cum clausula* siquid exequendum *non immutat naturam Iudicij executiui.*

DECISIO CXXXI.

FVIT dictum, mandatum de associando ad tornaturas, de quibus agitur, in sententijs de partibus ad fauorem Brandilisij relaxatum, esse exequendum. De illius namque iustitia satis ex eo constat, quod per publicum Instrumentum probatur, dictas tornaturas fuisse à fratribus de Gozzadinis, Vlissi iuniori cum clausula etiam constituti, & præcarij In solutum datas, & per eosdem à dicto Vlixe cum dictis clausulis & pacto infra quinquennium francandi iuxta illius regionis consuetudinem conductas; hoc enim stante, fuit ne dum per dictam dationem cum præfatis clausulis tam dominium, quam possessio dictarum tornatu-
1 rarum in Vlissem translata *l. quod meo ff. de acq. possess. Rot. decis. 549. num. 1. part. 1. diu.* Sed vigore etiam dictæ locationis compelli pote-
2 rant, finita locatione, dicti conductores, rem conductam locatori restituere *l. conductores vbi not. & l. si quis conductionis & l. ne cui liceat C. locati Menoch. conf. 13. num. 1. l. 1.* Et sicuti dictus Vlisses potuisset in vim dictarum clausarum possessionem propria auctoritate capere, & multo magis associationem obtinere etiam contra
3 singulares, & modernos dictorum bonorum possessores, tam ex dispositione iuris communis. *Bart. l. 3. sub num. 25. vers. sed pone quod debitor C. de pign. Rui. conf. 127. num. 1. l. 5. Tiraq. de iu. constit. poss. par. 1. num. 43. Menoch. de adipisc. remed. 5. num. 140. Put. decis. 444. num. 6. l. 2.*
4 quam ex forma statuti Bononien. *Grat. respons. 37. num. 12. l. 1. Bero. conf. 42. num. 20. & seq. l. 3. & fuit in terminis dicti statuti in alia Bononien. de Gozadinis 26. Iunij 1613. coram R. P. D. meo Manzanedo* resolutum ita, & eodem modo potest di-

dictum Ius, & pacta Brandilisius vigore dona-
tionis, & amplissimæ cessionis ab eodem Vlis-
5 se ipsi factæ exercere ; cum certum sit, tale
ius cedi posse. *Bart. in l. 1. §. vlt. num. 2. Ias. qui de communi testatur num. 4. de nou. oper. nunc. & fuit dictum in vna Bouonien. de Zanaleis 4. Iulij 1612. coram R.P.D. meo Vbaldo.*

Non obstat, quod dicta donatio Brandilisio facta,
restricta dicitur ad bona hæreditaria Vlissis se-
nioris ; atque ideo dictæ tornaturæ, quæ tan-
quam ex fructibus hæreditatis acquisitæ non
6 ad hæreditatem, sed ad hæredem spectabant.
l. si quis bonorum ff. de leg. 1. & l. quod his verbis de leg. 8. Peregr. de fideicom. art. 49. num. 20. non
possunt dici sub dicta donatione comprehensæ.

Quia fuit responsum, quod licet regulariter
fructus post aditam hæreditatem percepti non
dicantur hæreditarij, sed cedant lucro hæredis
l. in fideicom. & ibi DD. ff. ad Trebell. & dicta l. quod his verbis de leg. 30. hoc tamen *vt dicta l. in fideicomiss.* dicitur, fallit, quando hæres fuit ex-
presse in dictis fructibus grauatus, tunc enim
8 præcepto Testatoris standum est *§. disponat in auth. de nupt.* Vnde cum in casu isto expresse
per Vlissem seniorem dispositum reperiatur,
quod vsque quo hæres ab eo Institutus ætatem
annorum 20. compleret, fructus hæreditatis
suæ in emptionem bonorum stabilium con-
uerterentur; Indeque ipsius hæreditas augere-
tur, atque omnia bona sic acquisita in restitu-
tione hæreditatis venirent ; meritò censeri de-
bent tam dicti fructus medio illo tempore per-
cepti, quam etiam tornaturæ ex illis emptæ
9 hæreditariæ, ac vna cum alijs bonis restitutio-
ni subiectæ *vt est tex. in l. si ità relictum §. Pegasus ibi cum incremento ff. de leg. 2. l. mulier §. si hæres ff. ad Trebell. cum alijs per Peregr. de fideicom. art. 49. num. 29. & seq. Menoch. de arbitr. iud. cas. 256. num. 13. vers. declaratur 1.* cum præsertim
etiam, vt ex lectura Instrumenti, quod da-
tur apparet, expresse fuerit acquisitio dicta-
rum tornaturarum ad fauorem hæredum, &
10 successorum iuxta formam, & dispositionem
testamenti dicti Vlissis senioris facta latè *Peregr. in trat. de fideicom. art. 44. num. 28.*

11 Quod dicitur, Brandilisium elegisse viam
ordinariam, ac propterea quoad executionem
sibi præiudicasse, in facto non subsistit, quia
ex sententijs in partibus latis apparet, fuisse
vsque ab initio iudicium executiuè cœptum,
neque illud postea per incidentes partium ap-
pellationes mutatum fuit, quia non datur,
neque ab executione, neque etiam à senten-
12 tia de exequendo appellatio iuxta magis com
munem opinionem, de qua post plures alios
per eum citatos testatur *Lancellot. de attentat. c. 12. limitat. 53. num. 16. & seq.* ac propterea cum
neq; etiam Signatura dictas appellationes sim-
13 pliciter admiserit ; sed mihi cum clausula *si quid exequendum* rescripserit dictum iudicium,
etiam nunc remanet executiuum, nec fuit vn-
quam effectum ordinarium &c.

SALAMANTINA FRVCTVVM.

Veneris 2. Iunij 1617.

ARGVMENTVM.

Impeditus residere facto Capituli, vel ab illo eie-
ctus facto Iudicis incompetentis nequit distri-
butionibus priuari, nec illæ a Capitulo inter se
diuidi, sed omnes beneficiato debentur.

SVMMARIVM

1 *Restitutio in integrum non datur absque læsione, quæ post lapsum biennij, & multo magis quatriennij a die latæ sententia deberet esse enormissima.*
2 *Distributiones possunt bona fide per Capitulum diuidi non residente principali.*
3 *Intellige dummodo Capitulum fuerit paratum possessionem tradere, nec in aliqua fuerit culpa, quin ille resideat, alias secus & num. 7.*
Oldrad. cons. 56. *declaratur ibidem.*
4 *Capitulum eyciens aliquem à possessione ministerio Iudicis incompetentis non potest illum priuare distributionibus.*
5 *Distributiones absenti cum licentia, vel legitimè non debentur nisi concurrat licentia Ordinarij.*
6 *Intellige de eo, qui se absentauit voluntariè, non autem de impedito facto Capituli.*
8 *Actor tenetur probare suam intentionem.*
9 *Liquidatio fructuum vti difficilis probationis potest fieri etiam leuioribus probationibus etiam à solito.*

DECISIO CXXXII.

RESOLVTVM fuit, non constare de
causis restitutionis in integrum, quia
non probatur læsio, sine qua non datur resti-
tutio, & stante lapsu ne dum biennij, sed e-
tiam quatriennij à die latæ sententiæ deberet
1 esse enormissima *c. 1. & ibi Abb. de restit. in integ. num. 6. Rot. decis. 1. eod. tit. in nou.* sed potius ap-
paret de iustitia sententiarum, quia certum est,
quod potuit Melchior tam vigore Indulti à
Sede Apostolica ipsi concessi, quam etiam ex
dispositione Iuris communis fructus, & distri-
butiones portionis, de qua agitur à die eie-
ctionis à possessione, à Capitulo, & alijs qui-
buscumque repetere.

Non obstat, quod tenebatur pro dictis fructi-
bus aduersus Egam Vanegas agere, non autem
aduersus Capitulum, quia totum contrarium
dictum Indultum determinat, cum imò in eo
excipiantur fructus a dicto Ega percepti, quos
Papa non voluit posse à dicto Melchiore re-
peti.

Non obstat, quod Melchior non resedit, ac
propterea Capitulum potuit bona fide distri-
2 butiones inter Canonicos diuidere iuxta *cons. Oldr. 56. & fuit dictum in causa Carthaginen. sequestri 20. Decembris 1599. coram Illustriss. Card. Lancellotto* ; quia dictum *cons. Oldr. & alleg. decisio*
procedit, vt in dicta decisione dicitur, quando
3 Capitulum fuit paratum possessionem tradere
petenti distributiones, nec fuit aliquo modo
in culpa, quominus ille resideret, secus vero
quando, qui non resedit, fuit impeditus, &

impedimentum prouenit ex facto, & culpa Capituli, tunc enim debentur distributiones, etiam non facta residentia *Calder. conf. 17. de preben. Nauarr. conf. 11. de cleric. non resid. Put. decis. 313. in fin. l. 1 iuxt. nou. impress. & fuit dictum in causa Salamantina Censurar. 1. Iunij 1594. coram Corduba.*

Vnde cum Melchior non resederit culpa, & facto Capituli, ex quo Capitulum vigore Regiæ prouisionis, atque ita Iudicis omnino incompetentis de facto dictum Melchiorem à possessione, quam antea ipsi tradiderat, eie-
4 cit, atque omnia antea per ipsum gesta reuocauit, merito debentur ei dictæ distributiones *ex supra alleg.*

Non obstat, quod ad effectum, vt debeantur distributiones absenti, non sufficit impedimentum, & iusta causa non interessendi, nisi
5 concurrat quoque licentia Ordinarij *c. relatum vbi glos. in verbo Prælatorum de cleric. non resid. fuit dictum in causa Clerien. fructuum 21. Aprilis 1630. coram bo. me. Card. Pamphilio*; quia dicta iura, &
6 decisiones locum habent in eo, qui se absentauit voluntariè pro defensione sui beneficij, non autem in eo, qui fuit Impeditus residere facto Capituli, hoc enim casu tunc est conueniens, quod Capitulum ex impedimento per ipsum indebitè præstito lucrum capiat. *Put. dicta decis. 313. l. 1. & fuit dictum in causa Placentina fructuum 26. Maij 1571. coram Cotta.*

Eadem responsione tollitur, quod dicitur de non facta prima residentia, & non emissa fidei
7 professione, quia non procedunt, quando prouisus fuit impeditus facto Capituli, quo minus possessionem assequi, & residere potuerit.

Non obst; quod saltem erat facienda liquidatio fructuum, quos Egas percepit, quia Melchior habet fundatam intentionem in eiectione, vt scilicet ab inde citra fructus illi debeantur, & quatenus Capitulum prætendat, se partem dictorum fructuum soluisse dicto Egæ, tenetur id probare, quia concernit suam
8 exceptionem, in qua Capitulum dicitur actor *vulg. l. 1. ff. de except. l. 2. ff. de probat.*

Non potest liquidatio facta de excessiuitate redargui, quia vt fuit in decisione R. P. D. mei Manzanedi firmatum, liquidatio fuit facta in longe minori summa, quam reuera erat debita; & in ista materia, quæ est difficilis proba-
9 tionis, sufficiunt leuiores pobationes, etiam à solito *Acrbil. decis. 22. de rest. spol. & fuit dictum in Ariminen. liquidationis fructuum Veneris 17. Febr. præteriti coram me &c.*

ALGAREN DISMEMBRATIONIS,

Lunæ 5. Iunij 1617.

ARGVMENTVM.

Patet ex summario.

SVMMARIVM.

1 *Acta præsumuntur integra.*
2 *Intellige quando illa fuerunt à Notario actuario tradita, vel à successore in officio, secus vero si ab alio fuerint tradita.*
3 *Amplia vt nec etiam præsumantur integra ex attestatione Vicarij, quod alia acta in Archiuio non adsint cum possint esse extra Archiuium & penes actuarium,*
4 *Vicarius non potest testari de his, quæ pertinent ad actuarium.*

DECISIO CXXXIII.

FVIT in hac causa *die 14. Nouembris præteriti* iudicatum, obstare moderno Rectori concordiam, quia illa facta fuit ex causa recessus à lite, & à Sede Apostolica confirmata, nec de læsione, quæ ad illam infringendam plenè, & concludenter probanda erat, constare poterat, quia non fuerunt transportata acta Iudicij, quod tempore dictæ transactionis pendebat, sine quibus impossibile est, læsionem considerare; cum ad hunc effectum necesse sit merita causæ perpendere, & dubium litis euentum æstimare, vt pluribus fuit in dicta decisione deductum.

Vnde exhibitis pro parte dicti Rectoris post dictam decisionem aliquibus scripturis denuò dubitari contigit, an constet de integra transportatione actorum, ita vt sit recedendū à decisis, Domini censuerunt, non constare, ac propterea standum in decisis, quia licet regula
1 sit, quod acta præsumuntur integra, & qui contrarium dicit, id probare tenetur. *Bart. in rub de nou. op. nunciat. num. 8. & fuit dictum in Calagurritana beneficij de Ariola 17. Nouembris 1693. coram bo. me. Gipsio* hoc tamen procedit, quando illa fuerunt à Notario actuario tradita, secus, vero
2 vbi prout in casu isto illa fuerunt tradita ab alio, qui non est actuarius, nec illius successor in officio, tunc enim cessat illa præsumptio, cum imò hoc casu dici posset non constare de aliqua transportatione, & qui prætendit illa esse acta illius iudicij, & non extare alia, id probare debet iuxta regulam *tex. in l. 2. ff. de probation.*

Nec releuat attestatio Vicarij Curiæ Arboren. qui mandauit perquiri illa acta in Archiuio, & non fuit aliquid repertum, quia fuit responsum, quod dicta attestatio non concludit, cum possit esse, quod acta reperiantur ex-
3 tra Archiuium penes actuarium, vel etiam in alio loco, & quatenus concluderet negatiuam, quod alia acta non extent, non videtur ei standum, quia Vicarii officium est iudicare, non autem attestari, quod ad Notarium actuarium
4 & non ad alium pertinet *glos. in c. quoniam contra & ibi Innocent. num. 8. Abb. num. 26. de probat.*

Non obst; quod dicitur fuisse in illo iudicio præsentatas tantumodo literas delegationis, & à Iudice citationem cum inhibitione decretā, nec aliquid vlterius actum, quia infacto hoc non iustificatur, prout necesse esset, cum præsertim adsit præsumptio in contrarium ex eo,

quod

quod in Apostolica confirmatione dictæ concordiæ dicitur fuisse coram Archiepiscopo Arboren. ad nonnullos actus processum &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE CINCIIS

Luna 9. Iunij 1617.

ARGVMENTVM.

Prætendens se esse vocatum ad fideicommissum vigore Testamenti tenetur concludenter probare conditiones in eo appositas. Non est purificata conditio deficientiæ lineæ, si vltimus damnatus sit vltimo supplicio, dum adhuc pendet iudicium restitutionis in integrum à dicta condemnatione.

SVMMARIVM.

1 *Ex fideicommisso qui agit tenetur probare implementum dici, & conditionis, quod est de substantia probationis num. 2.*

3 *Probationes debent esse certa, & concludentes.*

4 *Iudicio restitutionis in integrum pendente sententiæ antecedentes remanent suspensæ.*

5 *in Iudicio restitutionis in integrum exceptio iuris Tertij non admittitur.*

6 *Impugnans ius alicuius in vno iudicio, non potest in alio illo vti.*

7 *In omnibus iudicijs etiam possessorijs opponi potest ius Tertij, quando oppositio respicit defectum possessorij ex parte agentis.*

DECISIO CXXXIV.

DOMINI dixerunt, non constare factum esse locum fideicommisso ad fauorem trium familiarum, & omissa discussione aliarum difficultatum in hac causa ab Informantibus excitatarum, eam tantummodo rationem amplexi sunt, quod cum dictæ tres familiæ ad istud fideicommissum agant vigore Testamēti Francisci, in quo vocatæ leguntur in defectum filiorum Testatoris, ac lineæ ipsius masculinæ legitimæ, & non naturalium legitimatorum ex ipsis descendentium, ac etiam fœminarum nuptarum, seu nubendarum in familia de Cinciis probare tenentur, omnes vocatos prædecessisse, atque ità dicto fideicommisso ad ipsorum fauorem per conditionis euentum locum
1 factum esse; nam qui agit ex fideicommisso probare debet implementum dici, & conditionis *l. qui heredes, §. Plautius, ff de cond. & demonstrat. l. si quidem, C. de except. Soccin. iun. consf. 122. num. 17. lib. 2. Cephal. consil. 631. num. 26. Menoch.*
2 *cons. 262. num. 1. Surd decis. 210. num. 5.* conditio enim est de substantia probationis *Bald. consil. 122. num. 2. lib. 3.* & probationes debent esse cer-
3 tæ, & concludentes quia reo, & possessori dicere hoc casu non loquitur substitutio locum non habet *Hippol. Rimin. cons. 42. num. 118. & seqq. lib. 1. Honded. cons. 16. num. 13. Crass. in §. fideicommissum quæst. 4. num. 9. cum alys per Peregr. de fideicomm. art. 11. num. 37. & seqq.* & negantis intentio fundata est in negatiua *Lauctor, C. de prob. Ruin. cons. 62. num 4 vol. 4.*

Et tantum abest, quod pro parte dictarum familiarum legitimè probatum fuerit dictæ conditionis implementum vt immò omnibus notum sit adhuc Bernardum filium Testatoris, & expressè in dicto fideicommisso vocatum existere.

Non obstat, quod dictus Bernardus Parricidij criminis reus factus, & condemnatus fuit etiam cum omnium bonorum suorum confiscatione, & consequenter vti indignus à dicto fideicōmisso exclusus, quia cum idem Bernardus postea obtinuit causam appellationis, seù restitutionis in integrum aduersus dictam condemnationem, & confiscationem in Rota committi, illaque adhuc indecisi coram me pendeat, non potest donec terminetur dici sufficienter de illius incapacitate, & exclusione
4 constare, pendente enim restitutionis in integrum iudicio, virtus sententiarum remanet suspensa in tantum, quod possessores cōtra quos huiusmodi sententiæ latæ reperiuntur, interim manuteneri debeant *Cassador. decis. 13. de rescript. Rota decis. 350. par. 1. diuers.*

Nec obstat, quod filij Iacobi saltem in hoc
5 iudicio, in quo exceptio iuris tertij non admittitur *Ruin. cons. 129. num. 9. lib. 2. Hypol Riminald. cons. 210. num. 20. lib. 2. cum alys per Peregr. de fideicomm. art. 48. n. 46.* non possunt dare de iure Ber-
6 nardi, & præsertim quia in alio iudicio illud impugnant *c. ex eo, de reg. iur. in 6. Felin. in c. capitulum sub num. 13. vers. secundo co. si cero, de rescrip. Bart. & aly in leg. post legatum sub num. 6. ff. de his quibus vt indign. Card. Seraph. decis. 974. num. 5.*

7 Quia fuit responsum quod, vltra quod in omnibus iudicijs etiam possessorijs opponi potest de iure tertij, dummodo oppositio respiciat defectum iudicij possessorij ex parte agentis, vt post alios benè declarat *Alexand. in l fin. num. 23. post med. vers. & isto casu quando per citationem, C. de edict. Din. Adr. toll.* cessat etiam difficultas ex eo, quod dicti filij non excipiunt de iure Bernardi, sed dicunt quod dictæ tres familiæ deficiunt in suis probationibus, quia non docent casum vocationis euenisse, quod scilicet vnus ex filijs Francisci Testatoris, vel ex alijs eius descendentibus supersit, & quod per consequens non constat factum esse locum fideicommisso ad dictarum familiarum fauorem &c.

FIRMANA BONORVM.

Luna 12. Iunij 1617.

ARGVMENTVM.

Protestationes quando, & quomodo fieri debent. Fideicommissum ex quibus verbis inducatur.

SVMMARIVM.

1 *Protestationes non facta in tempore, non releuant.*

2 *Protestationes factæ cum clausula, quod in vnoquoque actu censeantur repetita, non releuant si realiter in omnibus*

omn ibus actibus repetita non sint:

3 *Verba semper* remanere debeant in familia, *important fideicommissum, præsertim quando stant de per se.num.5.*

4 *Verbum* semper, *importat fideicommissum.*

6 *Clausula*, ad habendum, *quid operetur in vltimis dispositionibus.*

DECISIO CXXXV.

DOMINI steterunt in decisis 15. Aprilis 1616. Neque subuerti videbatur illud fundamentum, quod deductum fuit ad probandum, quod Instrumentum donationis de quo agitur, est in forma probanti ex protestationibus, vt prætendebatur in alijs iudicijs à
1 Procuratore Hieronymæ factis, † tum quia dictæ protestationes non fuerunt in tempore factæ, ac propterea nihil operantur *Dec.in auth. si quis in aliquo num.27. C.de eden.* tum quia post dictas protestationes diù fuit litigatum absque
2 eo quod illæ vnquam fuerint repetitæ † cum tamen in vnoquoque actu repeti debuissent etiam quod dictum fuisset, quod in vnoquoque actu censeantur repetitæ *iuxt. not. per Alex. in l.non solum, §. morte, ff. de nou.oper.nunc. Mohed. decis.44. Rota diuers. decis.599.par.1. Card.Seraph. decis.105.num.2. & 1169.num.7.*

Minus subsistunt ea, quæ aduersus fideicõcommissum adducuntur, quia præterquam quod donator non per modum rationis, sed per viam principalis dispositionis ordinauit,
3 quod bona semper remanere debeant in proximioribus de familia, ac propterea absque difficultate fuit per dictã dispositionem absolutum, & perpetuum fideicommissum inductum, vt in terminis similis dispositionis tenuit *Rota decis.121. num.2. & seq. part.2.diuersor.* vbi quod DD. hoc vno ore fatentur, nec inter eos vlla reperitur discrepantia, *& in Perusina fideicommissi de Bigazzinis* 14. *Nouembris* 1605. *coram bon. mem. Litta*, cum alijs in alia decisione
4 relatis,† stante præsertim dicta dictione *semper, Paris.cons.53.num.21. lib.3. Eugen. cons.81.nu.33. vbi de communi, & fuit dictum in vna Leodinen. fideicommissi* 1. *Decembris* 1608. *coram R. P. D. meo Caualerio*, decisiones etiam, & auctoritates in contrarium allegatæ tunc demum procedunt, quando fuit factum fideicommissum fauore aliquarum personarum; & in eodem contextu verborum Testator prohibuit alienationem, adiecta ratione, quia voluit &c. eo enim casu dicta probibitio, & si sit ratione vestita prout, & quæuis alia Testatoris declaratio restringitur ad vocatos, quia est consecutiua ad fideicommissum præcedens, ac propterea cessante dicto fideicommisso cessat etiam prohibitio, seù alia dispositio consecutiuè ad fideicommissum
5 apposita; † secus vero est, quando vt in proposito prohibitio, seu alia mentis Testatoris declaratio stat de per se, nec dependet ab alio fideicommisso, quia tunc per talem dispositionem inducitur simplex, & absolutum fideicommissum, iuxta opinionem *Bartol. in d. l. qui Romæ, §.coheredes num.3. ff.de verb.oblig. Curt.iun. cons.145.num.1[illegible] [illegible]obrand. cons.31. num.14. cum alijs latè cumul[illegible] Mant.de coniect.vlt.volunt. lib.6.tit.14. sub num.24.vers.sed contrariam opinionem*, & fuit sæpius resolutum, & signãter *in dicta Perusina fideicommissi de Bigazzinis coram bon. mem. Litta, & in Carpentoracten. fideicommissi 13. Iunij 1607. coram R.P.D.meo Manzanedo, & in Bononien. de Poetis 17. Iunij 1611. coram R. P. D. meo Vbaldo, & alias sæpissimè.*

6 Non obstat clausula, *ad habendum*, quia etiam quod dictam prohibitionem præcedat, non tamen operatur in præiudicium vocatorum, sed per subsequentem prohibitionem euacuatur, *Bald. cons.405. num.5. vol.5. Dec.cons.173.num.3. vers.4.& vlt. Curt iun.cons.130. num.6. & fuit dictum in Romana Domus 9. Martij 1609.coram R.P. D.meo Manzanedo &c.*

ROMANA SALVIANI INTERDICTI

Luna 19. Iunij 1617.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Hypothecam non habens illam transferre non potest.*

2 *In Saluiano necessario requiritur hypotheca.*

DECISIO CXXXVI.

DOmini steterunt in decisis die 30.Iannarij præteriti ad motiunm enim, in quo principaliter insistebant Informantes pro D. Ioan. Antonio, quod scilicet cum per cessionem Cardelli Buccamatio factam nulla fuerit trãslata in dictum Buccamatium hypotheca, quia Cardellus expresse sibi eam in dicta cessione
1 reseruauit, non potuit etiam à † Buccamatio dicta bypotheca in Hermetem transferri *ad regulam nemo potest plus iuris de reg. iur.in 6.* & consequenter Constantia, quæ iuribus dicti Her-
2 metis vtitur † in hoc vtili Saluiano interdicto, cuius necessarium requisitum byporheca est, *l.2. §.Saluianum, ff.de interdict. Rot.decis.44 nu.4. par.1. & decis.24.num.47.& seq.par.2.diuers.* obtinere non potest; placuerunt responsiones in dicta decisione datæ, & præsertim cum cessio Cardelli amplissimis verbis concepta sit, & propterea nõ solum iura personalia, sed etiam hypothecæ post dictam cessionem facta, necessario intelligi debet, quod facta sit ad effectum tantùm: ne in casu euictionis officij sibi in solutum dati bypothecam, & anterioritatem amitteret, & ita deceptus remaneret, *iuxta notat. per Cepoll.in caut.123. Surd. cons.145. num.23.* vel de iuribus, quæ ratione alterius portionis à Cardello solutæ ipsi aduersus principalem debitorem competebant, non autem de iuribus, quæ pro portione à Buccamatio recepta, etiam de iure dicto Buccamatio cedere tenebatur cum alias si dicta iura cedere noluisset, potuisset ab agendo repelli *l. Stichum, aut, Pamphilium 95. §.penultim. ff.de solut. l. si pupillus ff.de administr.& peric.tut.cum simil.*

Minus

Minus etiam obstant aliæ exceptiones, illa enim, quod Buccamatius non soluit de pecunijs propriis, & propterea cessio ipsi per Cardellum facta non potuit habuisse vim transactionis, sed quietationis tantum, fuit in dicta decisione sublata, quia scilicet in facto non subsistit, prout etiã nõ subsistit quod Hermes proprium debitum soluerit, quia soluit proprium debitum Tiberij, vti fideiussoris census.

Nec facit quod dicitur de inutili circuitu uitando, quia neque circuitus potest dici in hoc casu inutilis, nec ista exceptio in hoc iudicio admittitur, vt fuit in dicta decisione deductum, &c.

MACERATEN. PECVNIARIA.

Veneris 23. Iunij 1614.

ARGVMENTVM

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Sententia nulla parte opponente in totum reuocanda est.*

2 *Mandatum Procura non releuat etiam si sit confectum à Notario causa quotiescunque non fuit ad notitiam Iudicis, & Partis de eo opponentis deductum.*

DECISIO CXXXVII.

FVit in prima huius causæ positione resolutum, sententiam contra Dominum Antonium latam esse tam ex capite nullitatis, quam iniustitiæ reuocandam.

Quia vero ex eo, quod partibus super iisdem iterum auditis Domini dixerunt, iniustitiam dictæ sententię quoad scut. 805. esse claram, Informantes pro Paulo occasionem sumpserant prætendendi quod in eo quod sententia vltra dicta scut. 805. continet, illa sit confirmanda ideò denuo dubium proposui, an sit standum, vel recedendum à decisis, ità vt sententia confirmari, vel reuocari debeat, & fuit resolutum, standum esse in decisis, & sic dictam sententiã reuocandam.

Nam quidquid dicendum esset quoad debitum scut. 265. in quibus fuit Dominus Antonius vltra scut. 805. per dictam sententiam condemnatus, circa quod licet Dominis non displicuissent adducta pro Antonio, nihilominus tamen decernere voluerunt, ex quo illud fuit post sententiam à dicto Antonio solutum, & supposito etiã eo nunc pro vero, nihilominus sententia in totũ reuocari debet, quia quod dicitur, sententiam, quæ continet plus debito, non esse in totum reuocandam, sed potius ad debitum reformandam, non procedit, quando
1 talis sententia est nulla, quia tunc parte opponente in totum reuocatur, *Aym. cons. 270. in fin. vers. 5. posito Put. decis. 72. l. iux. nouam impress. Cas. de Grass. decis. 9. nu. 12. de caus. poss. & propriet. Card. Seraph. decis. 192.* ac propterea cum in casu isto sententia manifeste detegatur ex defectu mandati illius, qui sententiam obtinuit, nulla, vt fuit in dicta decisione firmatum, merito parte petente reuocari debet ex alleg.

Non obstat, quod dicitur de mandato constare per acta Notarij causæ, quæ stante protestatione sępius reiterata, quod nemo ex aduerso audiatur, nisi docto de mandato debebat dictum mandatum in actis causę repeti, atque ad notitiam Iudicis, & partis deduci, nec sufficit, quod ab eodem Notario confectum fuerit,
2 quia ex hoc non sequitur, quod Iudex, & pars notitiã, vt requiritur illius habuerit, quod absente vtroque gestum fuit *Felin. in capit. 3. causam quæ sub numer. 6. de testibus Federic. de Sen. cons. 160. incipit. casus talis est numer. 2. Marsilius Singul. 170. Couarr. var. resol. l. primo cap. 1. nu. 5. & fuit dictum in vna Romana pecuniaria. seu mercedis 15. Febr. 1599. coram bo. me. Orano, &c.*

PERVSINA PECVNIARIA.

Veneris 23. Iunij 1617.

DECISIO CXXXVIII.

Impressa in Recent. decis. 541. par. 4.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE STEPANELLIS.

ARGVMENTVM

Prætensio detractionum quando est turbida, non retardat immissionem, Alienationes regulariter censentur factæ ad computum detractionum, pro quibus detractionibus potest res fideicommissaria obligari.

SVMMARIVM.

1 *Prætensio detractionum vel non impedit immissionem quando est turbida, vel non iustifi. atur.*

2 *Legitima, & Trebellianica præsumuntur consumpta ex alienationibus.*

3 *In legitimam regulariter imputatur res alienata.*

4 *Res fideicommissaria potest obligari pro dote ratione, detractionum.*

5 *Immissio non retardatur in corpus censui suppositum sed transit cum illo onere.*

6 *Hæres non potest impugnare factum defuncti.*

DECISIO CXXXIX.

DOmini steterunt in decisis sub die 24. Aprilis præteriti, Bruto scilicet, & fratribus de Stephanellis dandam esse immissionem in bonis, de quibus agitur, constat enim de omnibus adhunc effectum requisitis, vt fuit in dicta decisione firmatum.

Non obstat, prætensio detractionum faciendarum, quia vel in facto non iustificatur, vel
1 est turbida vt immissioni obstare non queat

*Aym.conf.218.sub numer.6.in fin.& seq.Rol. conf.1.
num.37.leg.primo Dec.conf. 224.sub nu.19.cum alijs
per Peregr.de fideicom.art.40.sub num.65.* aut detra-
ctiones apparent iam factæ.

Nam quoad legitimam, & Trebellianicam
Hermetis, & Rutilij, dato quod dicta Trebel-
lianica esset debita, fuissent consumptę per alie-
2 nationem domus magnæ pro dote; Tarquiniæ
fideicommittentis hypotecatæ, cum, vt appa-
ret ex instrumento concordiæ sub die 7. De-
cembris 1607. Inter Rutilium, & Alexium ini-
tæ, etiam ex Testamento dicti Rutilij dictę legi-
tima, & Trebellianica sint scut.1200.in totum,
& dos Tarquiniæ scut.1500. atq; itá alienatio
excedat dict. detractiones scut.300.quæ in om-
nem casum pro impensis funeris, & alijs præ-
tensionibus, quatenus probarentur, deseruire
possent.

Non obstat, quod Rutilius non vendidit do-
mum, tanquam liberam, sed vti fideicommis-
so subiectam, quia ex hoc non sequitur, quod
ideò minus dicta alienatio debeat ipsi in dictā
Legitimam, & Trebellianicam imputari, cum
expressionem, quod domus fideicommisso
subiecta esset, fecisse potuerit ad maiorem sui
cautelam, & ne emptor contra ipsum venire
posset sub prætextu ignorantiæ fideicommissi
& regulariter res alienata semper imputatur
3 hæredi in legitima *leg.Marcellus §.res quæ, & ibi
Bar.& alij ff.ad Trebell.l. in quartam ff. ad l.Falcid.
Alex.conf.78.num.4.l.5.Roll.conf.78.num.19.& 20.
leg.1.Surd.conf.576.num.40.& seq.l.4.Socc.conf.36.
num.2.vers.& tunc etiam dando leg.3.Castr.conf.94.
num.2.vers.quantum ad id l.2.cum alijs per Peregr.d.
artic.40.num.2.& seq.*

Minus obst. quod domus vendicta sit subie-
4 cta fideicommisso Christophori, quia hoc quo
que supposito, inde non sequitur, quod non po-
tuerit obligari ab Octauio filio dicti Christo-
phori fideicommittentis pro dote ratione de-
tractionum ipsi Octauio competentium.

Quo autem ad censum scut. 500. visum fuit
DD. non probari, illum fuisse à Tarquinia fi-
deicommittente impositum, & in omnem
5 euentum non constat, dictum censum fuisse à
Rutilio extinctum, & quatenus adhuc extet,
non potest dictam immissionem retardare, sed
bona assignanda erunt cum suo onere.

Non obstat, quod solum, quod Tarquinia
fideicommisso subiecit, suppositum sit fidei-
commisso anteriori Christophori, quia huic
obiecto fuit in alia decisione satisfactum, etiam
negari te vera non potest, quin ista prætensio
respectu Portiæ, quæ prætendit, se in dicto fi-
deicommisso Christophori vocatam, non sit
multum turbida, cum Octauius filius d. Chri-
stophori expresè in suo testamento dictum so-
lum iure legati Tarquiniæ reliquerit, & hære-
des Octauij, & Tarquinię hac exceptione iuua-
6 ri non possunt, quia eis non licet impugnare
factum defuncti ex Deductis in alia decisione
quæ DD. Placuerunt.

NVLLIVS PAROCHIALIS.

Lunæ 26. Iunij 1617.

ARGVMENTVM.

Beneficium quando sit de Iure patronatu, & quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium quodlibet præsumitur liberum.*

2 *Iuspatronatus in Parochianis quomodo probetur, & num. 3.*

4 *Testes quales non admittantur ad probandum Iuspatronatus.*

5 *Iuspatronatus vsurpatio in priuatis non præsumitur.*

6 *Ad probandum Iuspatronatum insimul cum fama requiritur quasi possessio.*

7 *Iuspatronatus plenè, & concludenter probandum est quando Ordinarius est in causa, & agitur de probanda substantia Iurispatronatus.*

DECISIO CXL.

TEntum fuit pro Informante, quod scilicet
non constat de iurepatronatus Parochia-
1 norum, sed potius de libertate Beneficij, nam
quodlibet Beneficium præsumitur liberum,
*Cassad.decis.1.num.6. delat. Put.decis.192. numer.3.
leg.1.*

Et Iuspatronatus non probatur, prout requi-
ritur, quia necesse esset, quod cum versemur
2 in Parochianis, & vniuersitate, in qua cadit
præsumptio vsurpationis, illud probaretur vel
per instrumenta fundationis, & dotationis, seu
constructionis, vel per immemorabilem, &
continuatas præsentationes per spatium 50.an-
norum effectum sortitas, vt fuit dictum *in Bo-
nonien Iurispatronatus 20.Martij 1589.coram bo.me.
Gipsio, & in vna Cremonen.Cappellæ 11.Aprilis 1602
coram Reuerendissimo Domino meo Decano*, in qui-
bus etiam dictum fuit quod hoc procedit etiā
quod Parrochiani sint parui, & vniuersitas pa-
rua, & eandem opinionē secuta, quoque est sę-
pius Congregatio Illustriss. Sacri Concilij in-
terpretum.

Et tamen in proposito nec dicta instrumen-
3 ta fundationis exhibentur, nec probatur imme-
morabilis, cum Testes non solum non depo-
nant de requisitis ad probandam dictam im-
memorabilem, de quibus per *Glos.in c. in verbo
memoria de præscript. in 6.* sed omnes etiam sint
4 de ipsamet Vniuersitate Parochianorum, ac
propterea ad fauorem Parochiæ Iuspatrona-
tus probare non valeant *Verall. decis.136. par.2.*

Quinimo dato etiam, quod essemus in per-
5 sonis priuatis, & in quibus præsumptio vsur-
pationis non cadit, non tamen posset dici di-
ctum Ius patronatus sufficenter probatum, cū
denrut tandumodo præsentationes *ab an. 1568.*
6 citra, nec probetur fama cuius probatio in si-
mul cum diuturna quasi possessioue requiritur
*Cassad.decis.2.nu.4.de probat.Put. decis.60. in fin. &
decis.40.l.primo Acchil.decis.7.& 8.de iu.patr.*

Et præsertim, quia Ordinarius est in causa, &
7 agitur

7 agitur de probanda substantia Iurispatronatus,
quo casu Iuspatronatus plenè, & concludenter
probari debet *Cassad. decis. 1. de probat. &c.*

VLIXBONEN. VICARIÆ, SEU CONCVRSVS.

Luna 26. Iunij 1617.

ARGVMENTVM.

Regula de triennali tollitur per molestiam illatam tam de iure quam de facto, tam iudicialiter, quam extraiudicialiter.

SVMMARIVM.

1 *Regula de triennali non releuat quando possessor molestatus fuit vel de iure, vel de facto, in iudicio, vel extra, & num. 3.*

2 *Regula de triennali non iuuat possessori sponte sua venienti ad causam.*

4 *Triennalis non interrumpitur ex mala fide extraiudiciali, nisi concurrat aliquit actus positiuus, & executiuus, & num. 5.*

6 *Prouisio dicitur erronea, quando non est facta iuxta constitutionem Pianam.*

7 *Commissio super diuerso articulo non inducit defectum iurisdictionis.*

DECISIO CXLI.

DIctum fuit, causam esse expediendam aduersus Gasparem, concursus enim, & Apostolica prouisio inde secuta est nulla, vt fuit coram me. 6. Iunij 1616. resolutum.

Non obstat, quod dicitur, Gasparem tutum
esse regula de Triennali, quia cum ad effectum,
nequis possit dici pacificus possessor, & conse-
1 quenter, vt dictæ regulæ locus non sit, sufficiat,
quod possidenti controuersia mota fuerit de
iure, vel de facto in iudicio, vel extra *Cardin. in
Clem. gratia num. 8. de rescript. Fel. in cap. cum Ioannes
num. 33. vers. & adde de fide instrum. Cassad. decis. 9.
in princip. de caus. poss. & propriet.* & fuit dictum
*in vna Burgen. Abatia de Funzea 21. Iunij 1591. coram
bo. me. Gipsio*, non potest dictus Gaspar dicta
regula iuuari, non solum quia ipsemet sponte
2 sua venit ad causam, quæ coram me inter Ar-
chiepiscopum, & Canonicum super iure con-
ferendi Vicarium pendebat *Acchil. decis. 1. super
reg. de triennali Cassad. decis. 6. super dicta reg.* Sed e-
tiam quia fuit quoque extraiudicialiter mole-
3 status coram Reuerendissimo Datario, de cuius
mandato fuit etiam disputatum dubium in
Rota super prouisione ei facienda opponenti-
bus sese dictæ prouisioni tam Canonico, quã
etiam Præsentato ab ipso. Et contraria proce-
dunt solum quando non interuenit vllus actus
positiuus, & executiuus, sed solum extraiudi-
cialiter est Possessor in mala fide constitutus, quo
casu nulli dubium est, quod talis mala fides de
4 per se non sufficiat ad triennalem interrumpẽ-
dam iuxta *Cresc. decis. 1. de præscript.* Secus au-
tem si vltra malam fidem concurrat aliquis
actus positiuus vt in præsenti, quia cum tunc
tales actus contineant in se factum certum, &
5 indubitatum, Triennalis suffragari non poterit
vt declarat, *Idem Cresc. decis. 5. de Caus. poss. &
propriet.*

Non obstat, vltimus status Beneficij, quia
vt fuit in decisione sub *die prima Iunij* 1615. re-
sponsum, prouisio tunc facta manifestè detegi-
tur erronea, eo, quod fuit facta, vel de beneficio
6 Iuris patronatus Ecclesiastici, cum tamen esset
facienda ad formam Constitutionis Pij Quinti,
quæ continet etiam decretum irritans adeò,
quod dicta prouisio nullatenus ei suffragari
possit.

Non obstat, quod dicitur de defectu iurisdi-
ctionis sub prætextu pendentiæ causæ coram
Reuerendissimo Domino meo Decano, quia
lectura Commissionis dicto Reuerendiss. D.
meo Decano directæ apparet, illam continere
7 tantum causam restitutionis in integrum ad-
uersus sententiam à me contra D. Archiepisco-
pum super iure conferendi latam, nec vllibi in
ea Gasparem nominatum esse, sicque super di-
uerso articulo, & inter diuersas personas ema-
nasse, & consequenter causam istam non com-
præhendere, &c.

LEODIEN. BENEFICII.

Luna 3. Iulij 1617.

ARGVMENTVM.

Possessio Beneficij facta per tactum Anuli Portæ Ecclesiæ quando sit valida.

SVMMARIVM.

1 *Possessio beneficij probatur ex instrumento alio in possessione non existente.*

2 *Possessio capta per tactum anuli Ostij Ecclesiæ improbatur à iure, fallit, quando adest impedimentum intrandi in Ecclesiam num. 3.*

4 *Possessio Ecclesiæ potest capi per aspectum Ecclesiæ quando adest impedimentum approximandi ad Ecclesiam.*

5 *Notario attestanti de impedimento capiendi possessionem creditur, cum sit de respicientibus ad suum Officium.*

DECISIO CXLII.

REsolutum fuit pro Georgio informante,
ipsi scilicet dandum mandatum de ma-
nutenendo in possessione simplicis Beneficij,
de quo agebatur, quia de eius possessione con-
1 stat per publicum instrumentum, quod alio
non existente in possessione sufficit *leg. prædia ff.
de acqua poss. Caputaq. decis. 173. part. 3. Mohed. decis.
12. alias 149. de rest. spoliat.*

Nec obstat, quod in dicto Intrumento le-
gitur tradita possessio per tactum Ostij Eccle-
2 siæ, quia licet modus iste tradendi possessionẽ
sit improbatus à iure ad trad. *per Bart. in leg. 1.*

nu.

numer. 23. vers. sed quid si executor ff. de acquir. poss. tamen hoc fallit, quando prout in casu isto cõstat de impedimento, quominus caperetur pos
3 sessio intra Ecclesiam, tunc enim possessio potest tradi etiam extra eam per tactum Ostij, vel alium similem actum *Imol. in cap. cum aliquibus in fin. vers. fallit quando, & ibid. Fel. numer. 4. & 5. de sent. & re iudic. Rebuff. in prax. tit. de missione in poss. num. 34. & seq. Rot. decis. 5. de caus. poss. & propriet. in antiq.*

Et etiam per aspectum, *leg. cum vnus §. vltimo*
4 *cum leg. seq. ff. de bon. aut. Iud. poss. Bart. in l. prima*, & ibi *Alex. & Ias. ff de acquir. poss. & fuit dictum in vna Concordien. Concursus 18. Martij 1611. coram Rpd. meo Pironano.*

Non obstat, quod impedimentum non probatur, nisi per attestationem Notarij de dicto instrumento rogati, quia cum ad eius officium spectaret tradere actualem, & non verbalem
5 possessionem, statur eius attestationi etiam quoad actus, quibus fuit impeditus actualem possessionem tradere, cum fini de respicientibus dictum eius officium, vt fuit in puncto *in allegata Concordien. concursus coram R.P.D. meo Pironano* resolutum.

ROMANA FIDICOMMISSI.

Veneris 17. Nouembris 1617.

ARGVMENTVM.

Fidcicommissum fieri potest in contractu. Probatio existentiæ, & præmorientiæ filiorum cui incumbat, afferuntur plurimæ coniecturæ ex quibus receditur *à Consilio Oldradi 21.*

SVMMARIVM.

1 *Fidei commissum æqualiter fieri potest in Testamento, ac in contractu.*
2 *Probatio existentiæ, & præmorientiæ filiorum cui incumbat ad purificationem fideicommissi.*
4 A Consilio Oldradi 21. *receditur ex coniecturis, et quæ sint coniecturæ, n. 4. 5. 6. & 7.*
8 *Bona fideicommissi constituti in contractu possuns alienari, sed alienatio tenet solum durante vita alienantis num. 9.*

DECISIO CXLIII.

FVuit dubitatum, an constet de fideicommisso purificato ad fauorem Domini Comitis Ferdinandi respectu Vineæ, seu Viridarij, de quo agitur, & Domini reseruato, quod particulariter videtetur de identitate Vineæ, & facultate concessa alienandi, dixerunt, de fideicommisso ad fauorem dicti Domini Comitis purificato constare. Nam quoad fideicommissum illud probatur per publicum instrumentum, ex quo apparet, quod Io: Hieronymus tunc Episcopus Papieñ donauit de anno 1561. medietatem plurium bonorum suorum stabilium q. Sigismundo de Rubeis eius ex fratre Nepoti, & aliam medietatẽ Co: Ferdinando ex fratre Nepoti, hac expressa conditione adiecta, quod dd. bona sẽper in familia masculina legitima, & naturali permanerent, & ad masculos ordine successiuo, & perpetuo peruenirẽ, & si Sigismundus sine filijs, & descendentibus decederet, tunc & eo casu Comes Ferdinandus, eiusque filius, & descendentes in dictis bonis succederent, illaque extra familiam, & agnationem donatoris nunquam transire, nec in aliquam personam alienari possent, cum enim fideicommissum
1 etiam in contractu, non secus atque in Testamento fieri possit, *Honded. cons. 42. num. 1. l. 2. Surd. cons. 247. num. 3. Card. Seraph. decis. 828. nu. 2.* Et præsertim in contractu donationis, vt probat, *text. in l. vt hæredibus ff. de leg. 2. & in l. quoties C. de donat. quæ sub mod. Castren. cons. 345. n. 1. cap. 1. Menoch. cons. 325. n. 1. & seqq. & cons. 1154 num. 12. Couar. var. resol. lib. 1. cap. 14. num. 2.* dubium non est, quin fuerit per supradictam dispositionem fideicommissum inductum.

Quod autem fideicommissum ad fauorem D. Comitis Ferdinandi purificatum sit patet eo ipso, quod constat Sigismundum, eiusque filium Hieronymum decessisse. Quod enim Hieronymus absque filijs, & descendentibus
2 decesserit, atque ita substitutioni, D. Comitis Ferdinandi locus factus fuerit, alia probatione non indiget, sed dictus Dominus Comes Ferdinandus habet in hoc fundatam intentionem, donec ex aduerso probetur, dictum Hieronymum aliquando filios habuisse, quia tunc demum incumberet Comiti Ferdinando onus probandi illos decessisse, vt post alios benè declarat *Rip. in l. in illa num. 26 ff. de verb. oblig. & in l. ex facto §. Si quis autem num. 1. ff. ad Trebell. Ias. cons. 34. num. 1. vol. 1. Put. decis. 45. lib. 1.*

Non obstat, quod cum Sigismundus habuerit filium, atque eo superstite decesserit, expirauit fideicommissum ad *cons. Oldrad. 21. sæpius in Rota canonizat.* quia dictum *cons. Oldrad.* tum demum procedit, quando non adsunt coniecturæ, ex quibus constet Testatorem voluisse omni casu fideicommissum absolutum relinquere; secus vero vbi dictæ coniecturæ concurrunt; tunc enim dummodo coniecturæ sint tales, ex quibus voluntas Testatoris apparet, ab illo receditur *Dec. cons. 480. num. 5. Gabr. de fideicomm. concl. 7. num. 4. Crass. in §. fideicommissum quæst. 8. num. 2. vers. sed contrariam partem & q. 23. num. 6. vers. item scias Card. Seraph. decis. 237. num. 1.*

In casu autem isto, ne dum concurrunt generales coniecturæ, quas Doctores in hac materia ponderare solent, processus scilicet ad plu-
4 res gradus substitutionum *Soccin. cons. 250. nu. 4. lib. 2. Aym. cons. 98. num. 3. Grat. cons. 5. num. 18. l. 2. Menoch. cons 117. num. 9. & 10. lib. 2. & de præsumpt. præsumpt. 69. num. 13. lib. 4.*

Et verba, quæ habent tractum successiuum *Ruin. cons. 29. num. 5. & 8. & cons. 159. num. 22. l. 2. Aym. cons. 22. num. 7. Rot. diuers. decis. 579. num. 8.* cum alijs per *Menoch. de præsumpt. præsumpt. 31. num. 74. l. 4.* & importans perpetuitatem *Ruin. cons. 130.*

conf.130. num.4.vol.3. Socc. iun. conf.89. num.17. lib.3. Moder. de fideicom.art.13. sub num. 19.vers. & idem quoque indubitanter dicendum esset.

Sed adest quoque probatio alienandi bona
5 extra familiam *Dec.conf.637.num.5.Surd.conf.69 num.36.Gabr.de fideicom.cnncl.9.n.37.Put.dec.448. num.1.lib.2.*

Et expressa etiam dispositio, quod dicta bona semper in agnatione, & familia Donatoris permaneant, quo casu quia impossibile est, quod aliter bona in agnatione semper conseruentur, nisi de vno in alium transeant, censentur grauati gradatim omnes de agnatione, & fideicommissum absolutum inductum, *l.cum ità §. in fideicommisso, & ibi Castr. & l. peto*
5. *fratre ff. de leg.2. Paul.de Castr. in l.Gallus §. quidam rectè n9.prope fin. vers.quadam sunt dictiones de lib. & posthum. Parif. conf.37. num.30. & seqq.l.1. Ruin. conf.92.num.8. l.2.* latissimè *Surd.d.conf.96 num,14.* vbi ait, quod etiam, si nulla praecederet prohibitio alienandi, illa verba sola quia Testator vult bona in agnatione permanere, sufficerent ad inducendum fideicommissum *Rot.decis.568.num.1. & seqq.p.1.div.* ne enim voluntas Testatoris pereat, & tota fideicommissi agnatitij machina labatur interpretatione, & extentione iuuatur, & à *dicto conf.Oldrad.* receditur *Dec.conf. 477. num.2. & 3. Socc. conf. 250. num.4. lib. 2. Parif. conf.57. & conf. 63. num. 28.* cum alijs latè cumul. per *dictum Moder.de fideicom.art. 29. num. 30.& seqq.*

Et concurrit etiam, quod idem Donator
7 mandauit, quod in casu, quo Sigismundus, & Ferdinandus donatarij filios Masculos legitimos, & naturales, vel alios descendentes haberent, bona donata ad eos respectiuè ordine successiuo pertinerent, eodemque onere fideicommissi dicti filij, & descendentes masculi in infinitum absque vlla detractione Trebellianicæ, & falcidiæ tenerentur, adeo quod ex tota serie dispositionis, & ex omnibus saltem simul iunctis clara donatoris mens colligatur. quod absolutum, & purum fideicommissum inter vocatos relinquere voluerit,& quod conditio illa *si sine filijs* ad fauorem dicti Comitis Ferdinandi in filijs, in conditione positis repetita censeri debeat, vt in similibus ferè terminis resolutum fuit *cor.bo.mem.Card.Seraph.decis. inter impress.1373.*

Non obstat,quod cum dictum fideicommissum in contractu, non autem in vltima voluntate factum fuerit,potuerunt bona dicto fideicommisso obnoxia validè alienari, ex quo
8 tale fideicommissum non impedit dominij translationem, & substituto competit actio ad interesse tantum *l.si ita quis 135. §. ea lege & ibi Bart. & Castrens. de verb. oblig. Gabriel. conf.140. num.50.l.1.* cum aiijs allegatis, quia,vltra quod obiectum non procedit; quando post mortem alienantis alius est vocatus, cum enim eo casu alienans dominium ad suam vitam restrictum habeat, atque alteri post ipsius mortem de-
9 ferendum sit, alienatio vltra vitam alienantis non tenet *Merlin.de primogenit. Hyspan.lib.1.c.12. num 32.* fallit etiam in contractu donationis, in quo donatario substituto vtilis actio, ne dũ personalis. sed etiam realis acquiritur, *dictus Modern. defideicomm.51.nu.17. & 69.*cum ibi per eum cnmulatis.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE BISCAGLIS.

Luna 27.Nouembris 1617.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Sententia concedens possessionem probatis duobus extremis est iusta.*
2 *Exceptio respiciens petitorium non debet deduci in possessorio.*

DECISIO CXLIV.

Iterum proposui dubium 12.Maij præteriti resolutum. an iniret Ægidiana, & quia Informantes pro Magdalena prætendebant, sententiam Rotalem ex pluribus esse nullam, & in iustam,ac consequenter dictæ Ægidianæ locum esse non posse, ideo DD. missis pro nunc nullitatibus, & aliis ad exeludendam dictam Ægidianam deductis, dixerunt, dictam sententiam esse iustam, moti autem sunt,quia
1 per dictam sententiam fuit reintegrata Sibilla ad possessionem domus, de qua agitatur, probatis per eam sufficienter duobus extremis ad hunc effectum requisitis,quod scilicet ipsa possederit dictam Domum,& quod ea nunc à Magdalena detineatur *iuxt.not. per DD. in cap.cum ad sedem de rest. spol. & in cap.fin. eodem tit.in 6.Rolan. conf.50. num. l. 2.Alex. conf.6.num.3. l.3.Card.Seraph.dec.1055.n.2.*

Nec obstant obiecta aduersus dictam possessionem Sibillæ, quia vltra quod iam sæpius contrarium resolutum fuit, quod scilicet illa sit iusta, vnico etiam verbo responderi potest, quod dum obiecta respiciunt petitorium, atque ideò in hoc iudicio admitti non debent *Caputaq.dec.144. num.3. p.3. Card. Seraph. dec. 669. num.1.* cum alijs alleg. *in causa Casalen domus 18. Aprilis 1611. coram R.P.D.meo V baldo.*

Non obstat, quod Sibilla proprio eius facto à possessione saltem medietatis domus cecidisse dicitur,mediante transactione cum Magdalena inita, quia placuit DD. responsio in alia decisione data, qnod scilicet dicta transactio effectum non habuit, nec Magdalena illius vigore Sibillam possessione dictæ domus spoliauit, sed prætextu iurium Andreæ, quæ tamen nulla sunt vt fuit in causa *coram R. P. D. Pirouano* resolutum &c.



METEN.

METEN ADMINISTRATIONIS EPISCOPATVS.

Lunæ 27. Nouembris 1617.

ARGVMENTVM.

Collatio facta à Canonicis vigore administrationis concessæ à Capitulo de Archidiaconatu an sit valida,& an requiratur consensus omnium, an sufficiat maioris partis.

SVMMARIVM.

1 *In Breui quando sit electa industria personæ.*
2 *Episcopus potest conferre beneficia minora, non autẽ maiora sine capitulo, & num. 10.*
3 *Capitulum potest ius conferendi alteri delegare.*
4 *Delegatus conferens beneficia tanquam executor conferre censetur.*
5 *In electione, & prouisione tanquam in actu necessario sufficit consensus maioris partis.*
6 *In Collatione facta vigore facultatis tanquam in actu voluntario requiritur consensus omnium.*
7 *In concessione, in qua adest præiudicium iuris singulorum omnes consentire debent,*
8 *Concessio ad hoc vt sit valida requiritur copulatiuè quod sit facta à maiori, & saniori parte.*
9 Gloss. in C. cum in iure peritus de Electone *reycitur.*

DECISIO CXLV.

DVbitatum fuit, an constet de valida concessione administrationis Episcopatus
Metẽ quoad Spiritualia in casu,& ad effectũ,
de quo agebatur;effectus autem vt videretur,
an Collatio Archidiaconatus dictæ Ecclesiæ
facta per Canonicos, quibus dicta administratio
à Capitulo cõcessa fuit,substinearur,& Domini
negatiuè responderunt.

Nam quicquid dicendum esset, vtrum Decanus,
& Capitulum, quibus cura, & administratio
dictæ Ecclesiæ per literas S.D.N. in
forma Breuis cõmissa fuit, potuerint alios deputare,
quod visum fuit aliquibus ex Dominis
non carere difficultate,cum potius videatur in
1 dicto Breui electa industria Capituli, vt patet
ex illis verbis sic per uos sollicitè, fideliter, &
prudenter gerere, & exercere, quod Ecclesia
Gubernatori prouido, & fructuoso gaudeat se
commissam ad *not.per Io. Andr. in c.* 15. cui, &
ibi *Franch. Gemin. & alij de off. deleg. in 6.* non
potuit dicta collatio à dictis Canonicis fieri,
nec vigore primæ concessionis, nec vigore
secundæ,

Non primæ, quia illa fuit facta cum expressa
restrictiua, quod occurrente occasione tractandi
ardua Administratores illa Capitulo
communicarẽt, & dubium non est, quod prouisio
dignitatum Cathedralis Ecclesiæ, qualis
est Archidiaconatus, de quo agitur, sit de arduis,
quia Episcopus non potest de iure has dignitates
absque Capitulo conferre,cum tamen
2 possit beneficia inferiora prouidere,& quidem
ea ratione,quia Episcopus explicat ista minora
ex suo officio generali,quod secus est in maioribus,
& grauioribus,vt benè declarat *Abb.in c.
cum Ecclesia Vulturana num.8. post med. in fin.vers.
idem quod supra puto de elect.* maiora autem grauia,
& ardua eadem sunt *Menoch. de arbitr. l. 2.
cas. 205.num.3.* vbi etiam ait post *Io. Andr. Fel.
Dec.& alios per eum citatos*,quod est relinquendũ
Iudicis arbitrio, quæ nam ardua negocia sint.

Non etiam vigore secundæ concessionis potuit
fieri dicta collatio, nam quamuis per eam
detur facultas Deputatis administrandi etiam
3 ardua,& Capitulum possit Ius quoque conferendi
alteri delegare, quo casu delegatus, tan-
4 quam Executor Capituli conferre censetur, vt
fuit dictum in vna *Romana Beneficiatus 26. Aprilis*
1591. *coram Gipsio.* non potest tamen ista cõcessio
deputatis,quoad dictam saltem collationem
suffragari, quia cum non solum dictæ cõcessioni
omnes Canonici, quoad ius conferendi
non consenserint, sed duodecim etiam ex
triginta expresserespectu dicti Iuris reclamauerint,
fuit dicta concessio quoad ius collationis
inualida.

Non obstat, quod satis erat, quod adesset
consensus maioris partis, tum quia hoc pro-
5 cedit in actu necessario, prout est electio, &
prouisio,quæ propterea potest accedente consensu
maioris partis expediri *c. quia propter de
elect.* secus autem in actu voluntario, qualis est
6 concessio facultatis conferendi. In ea enim
quia nec necessitatem, nec vtilitatem Ecclesiæ
concernit, requiritur consensus omnium *Glos.
in c.cum omnes* in verbo *constitutum in fin. vers. in
alijs quæ ex necessitate, & ibid. Dec.numer.29.in pri.
Lectura Fel, num.18. in fin.vers.* 14.*fallit*,& alij de
constitutionibus.

Tum, quia in dicta concessione agebatur etiã
7 de præiudicio Iuris Singulorum, quod scilicet
ex concessione Pontificis habebant conferendi
Beneficia,quo casu necesse est, vt omnes consentiant,
quia vt inquit *Glos. in dicto c. quia propter*
in verbo *vice omnium de elect.* nemo debet
voce, quam habet in electione priuari, nec cõpelli
ius suum dare alteri, & sequitur *Archid. in
c. Episcopus.16. q.7. Abb. in c. constitutus numer.5.
post med.vers.aduerte de appellatius Dec.in dicto c.cum
omnes num.83.de constit.*

Præterea videbatur etiam aliquibus ex DD.
quod dato quod ad validitatem dictæ concessionis
non fuisset necessarius omnium consensus,
non potest dici dicta concessio facta à maiori,
aut saltem saniori parte, quod vtrumque
8 copulatiuè ad hoc,vt actus substineatur requiritur,
*c.quia propter de elect.Abb.in cap.1. num.3.de
his quæ fiunt à maior.parte & in c. cum in iure peritus
num 5. de elect.Dec. in c.cum omnes in 2.sect.num.49.
de constit.* Nã ex triginta Canonicis, duodecim
dictæ concessioni contradixerunt,& septem dederunt
votum ad eorum fauorem, quorũ pro-
9 pterea vel nulla habenda erit ratio. *Glos. in dicto
c. cum in iure peritus in verb.contineat in fin.* & ibi
*Host. num.1. Card. Zabarell. post num.3. circ. med.
vers. & sic dicatur de elect. c. per nostras de Iur. patr.*
vel saltem pars contradicentium iudicari debet
sanior, cum præsertim etiam nec ipse Episcopus
posset expedire negocia ardua sine consẽ-
su

su Capituli *toto tit. & præsertim in c. nouit. & c. seq. de his, quæ fiunt à Prel. sine Consilio Capituli*. Vnde minus conueniens esse videtur, vt talis potestas detur Canonicis loco Episcopi deputatis.

Quod dicebatur de consuetudine dictæ Ecclesiæ deputandi Administratorem cum facultate etiam absque Capitulo explicandi ardua, & quod Canonici, qui concessioni, de qua supra contradixerunt causam contradictionis non fuerunt prosecuti, in facto non subsistit, &c.

BONONIEN. ALIMENTORVM

Lunæ 4. Decembris 1617.

ARGVMENTVM.

Alimenta quando non censeantur data animo donandi.

SVMMARIVM.

1 *Sententia iusta executioni demandanda est.*
2 *Iustitia probatur ex propria confessione.*
3 *Alimenta in dubio præsumuntur data animo donandi, & hoc cognoscitur ex qualitate personarum num. 4.*
5 *Declaratio petendi alimenta præstita excludit animũ donandi.*
6 *Calculum super alimentis factum excludit animum donandi.*
7 *Compensatio non datur de illiquido ad liquidum.*

DECISIO CXLVI.

DOmini dixerunt, sententias, quibus in partibus declaratum fuit, Camillum esse creditorem hæredum Anibalis pro alimentis ab ipso Iuniparæ, & Dianoræ Filiabus dicti Annibalis ab anno 1582. usque ad annum 1594. præstitis ad rationem librarum 100. pro qualibet singulo anno, demptis tamen per eundem Ca-
1 millum à dicto Annibale habitis, esse iustas, & per consequens etiam executioni demandan-
2 das; Iustitia probatur, quia ex propria dictorum hæredum confessione apparet, fuisse à dicto Camillo toto illo tempore, quo supra dictum est prædictis filiabus Annibalis alimenta præstita, & taxatio ad rationem *lib.* 100. pro qualibet non potest aliquo modo diei excessiua cum libræ 100. iuste ad scut. 25. ascendant.

Non obstat, quod præsumitur dictà alimenta fuisse animo donandi præstita *ex alleg. per Surd. in tract. de aliment. tit. 6. q. 1. num. 21. & seqq.* quia præterquam quod præsumptio ista, quæ solum procedit in dubio, tollitur ex qualitate,
4 & conditione personarum, ex qua sumitur cuiuscumque dispositionis interpretatio, *Dec. in l. cum quid. num. 23.* & alij communiter *ff. si cert. pet.* quia scilicet Camillus erat pauper, Annibal vero diues, cessat etiam omnis dubitatio, ne dum ex eo, quod per Testes probatur dictum Camil-
5 lum sæpius declarasse dicta alimenta præstare animo illa repetendi, non autem donandi, sed quia etiã fuit inter partes alias super dictis ali-
6 mentis calculatum, mediante persona Ludouici, atque ità dictum debitum ab ijsdem hæredibus Annibalis agnitum.

Non obstat, quod creditum dicti Camilli cõpensari debet cum pensionibus domus ab eo inhabitatæ, quia tantum abest, quod constet, quod hę pensiones à dicto Camillo debeantur, vt imò fuerit ab illis per duas sententias absolutus, ac propterea non potest, nec dictæ compensationi locus esset, cum illa de illiquido ad
7 liquidum non detur *§. in bona fidei Instit. de act. l. fin. C. de compensat. Paris. cons. 121. num. 23. vol. pri. Roll. cons. 17. num. 18. vol. 1. & cons. 17. num. 4. vol. 4. Menoch. de arbitr. iud. cas. 14. num. 1.*

Quod dicitur, Brandilisium, & Vlissem habere meliora iura in bonis Annibalis, atque ideò in præiudicium ipsorum non posse dictas sententias super illis executioni demandari, nõ iustificatur; alia verò obiecta sunt extra dubium, &c.

ALGAREN. DISMEMBRATIONIS

Ven. 4. Decembris 1617.

ARGVMENTVM.

Acta in publicam Formam extracta à Notario Actuario sine alia solemnitate præsumuntur integra, & non indigent alia recognitione si veniunt de Longinquo, Creditur Notario, se esse talem qualem se facit.

SVMMARIVM.

1 *Acta extracta à Notario actuario præsumuntur integra donec probetur contrarium.*
2 *Notario creditur in spectantibus ad eius officium.*
3 *Acta in forma probanti habentur ac si essent originalia, licet in extractione nulla solemnitas intercesserit, nec citatio partis num. 9.*
4 *Diligentiæ Notarij facta non citata parte non præiudicant.*
5 *Notarius in faciendis diligentijs quando debeat citare partem.*
6 *Attestationi in qua deficit dies standum non est.*
7 *Legalitas facta lite pendente, per se sola non sufficit ad effectum legitimæ recognitionis.*
8 *Scripturæ allata de longi quo si sunt autenticæ de æquitate Rotæ non indigent recognitione.*
10 *Notario creditur se esse talem qualem se facit.*

DECISIO CXLVII.

FActis duabus decisionibus, in hac causa fuerunt denuo pro parte Rectoris de Nuero exhibitæ aliæ scripturæ, quibus præsuppositis dubitaui, an constet de integra transportatione Actorum, & Domini quoad acta vtriusque Iudicij, primi scilicet coram Ordinario Calaritano, & *secundi coram Ordinario Arboreñ* agitati affirmatiuè responderunt.

Nam quod in alia decisione dicebatur, quod non solum non constabat de integra transportatione actorum; sed nec etiam de aliquibus actis-

omnibus actibus repetita non sint:
3 *Verba semper* remanere debeant in familia, *important fideicommissum, praesertim quando stant de per se.num.5.*
4 *Verbum* semper, *importat fideicommissum.*
6 *Clausula*, ad habendum, *quid operetur in vltimis dispositionibus.*

DECISIO CXXXV.

DOMINI steterunt in decisis 15. Aprilis 1616. Neque subuerti videbatur illud fundamentum, quod deductum fuit ad probandum, quod Instrumentum donationis de quo agitur, est in forma probanti ex protestationibus, vt prætendebatur in alijs iudicijs à
1 Procuratore Hieronymæ factis, † tum quia dictæ protestationes non fuerunt in tempore factæ, ac propterea nihil operantur *Dec.in auth. si quis in aliquo num.27. C.de eden.* tum quia post dictas protestationes diù fuit litigatum absque
2 eo quod illæ vnquam fuerint repetitæ † cum tamen in vnoquoque actu repeti debuissent etiam quod dictum fuisset, quod in vnoquoque actu censeantur repetitæ *iuxt. not. per Alex. in l.non solum, §. morte, ff. de nou.oper.nunc. Mohed. decis.44. Rota diuers. decis.599.par.1. Card.Seraph. decis.105.num.2. & 1169.num.7.*

Minus subsistunt ea, quæ aduersus fideicommissum adducuntur, quia præterquam quod donator non per modum rationis, sed per viam principalis dispositionis ordinauit,
3 quod bona semper remanere debeant in proximioribus de familia, ac propterea absque difficultate fuit per dicta dispositionem absolutum, & perpetuum fideicommissum inductum, vt in terminis similis dispositionis tenuit *Rota decis.121. num.2. & seq. part.2. diuersor.* vbi quod DD. hoc vno ore fatentur, nec inter eos vlla reperitur discrepantia, *& in Perusina fideicommissi de Bigazzinis 14. Nouembris 1605. coram bon. mem. Litta*, cum alijs in alia decisione
4 relatis,† stante præsertim dicta dictione *semper, Paris.cons.53.num.21. lib.3. Eugen. cons.81.nu.33. vbi de communi, & fuit dictum in vna Leodiuen. fideicommissi 1. Decembris 1608. coram R. P. D. meo Caualerio*, decisiones etiam, & auctoritates in contrarium allegatæ tunc demum procedunt, quando fuit factum fideicommissum fauore aliquarum personarum; & in eodem contextu verborum Testator prohibuit alienationem, adiecta ratione, quia voluit &c. eo enim casu dicta prohibitio, & si sit ratione vestita prout,& quæuis alia Testatoris declaratio restringitur ad vocatos, quia est consecutiua ad fideicommissum præcedens, ac propterea cessante dicto fideicommisso cessat etiam prohibitio, seù alia dispositio consecutiuè ad fideicommissum
5 apposita; † secus vero est, quando vt in proposito prohibitio, seu alia mentis Testatoris declaratio stat de per se, nec dependet ab alio fideicommisso, quia tunc per talem dispositionem inducitur simplex, & absolutum fideicommissum, iuxta opinionem *Bartol. in d. l. qui Romæ, §.coheredes num.3. ff.de verb.oblig. Curt.iun. cons.145.num.10. Aldobrand. cons.31. num.14. cum alijs latè cumul. per Card.Mant.de coniect.vlt.volunt. lib.6.tit.14. sub num.24.vers.sed contrariam opinionem*, & fuit sępius resolutum, & signâter *in dicta Perusina fideicommissi de Bigazzinis coram bon. mem. Litta, & in Carpentoratien. fideicommissi 13. Iunij 1607. coram R.P.D.meo Manzanedo,& in Bononien. de Poetis 17.Iunij 1611.coram R. P. D. meo Vbaldo, & alias sæpissimè.*
6 Non obstat clausula, *ad habendum*, quia etiam quod dictam prohibitionem præcedat, non tamen operatur in præiudicium vocatorum, sed per subsequentem prohibitionem euacuatur, *Bald. cons.405. num.5. vol.5. Dec.cons.173.num.3. vers.4.& vlt. Curt iun.cons.130. num.6. & fuit dictum in Romana Domus 9. Martij 1609.coram R.P. D.meo Manzanedo &c.*

ROMANA SALVIANI INTERDICTI

Lunæ 19. Iunij 1617.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Hypothecam non habens illam transferre non potest.*
2 *In Saluiano necessario requiritur hypotheca.*

DECISIO CXXXVI.

DOmini steterunt in decisis die 30.Ianuarij præteriti ad motiuum enim,in quo principaliter insistebant Informantes pro D. Ioan. Antonio, quod scilicet cum per cessionem Cardelli Buccamatio factam nulla fuerit trâslata in dictum Buccamatium hypotheca, quia Cardellus expresse sibi eam in dicta cessione
1 reseruauit, non potuit etiam à † Buccamatio dicta hypotheca in Hermetem transferri *ad regulam nemo potest plus iuris de reg. iur.in 6.* & consequenter Constantia, quæ iuribus dicti Her-
2 metis vtitur † in hoc vtili Saluiano interdicto, cuius necessarium requisitum hypotheca est, *l.2. §.Saluianum, ff.de interdict. Rot.decis.44 nu.4. par.1. & decis.24.num.47.& seq.par.2.diuers.* obtinere non potest; placuerunt responsiones in dicta decisione datæ, & præsertim cum cessio Cardelli amplissimis verbis concepta sit, & propterea nô solum iura personalia, sed etiam hypothecæ post dictam cessionem facta, necessario intelligi debet, quod facta sit ad effectum tantùm; ne in casu euictionis officij sibi in solutum dati hypothecam, & anterioritatem amitteret, & ita deceptus remaneret, *iuxta notat. per Cepoll.in caut.123. Surd. cons.145. num.23.* vel de iuribus, quæ ratione alterius portionis à Cardello solutæ ipsi aduersus principalem debitorem competebant, non autem de iuribus, quæ pro portione à Buccamatio recepta, etiam de iure dicto Buccamatio cedere tenebatur cum alias si dicta iura cedere noluisset, potuisset ab agendo repelli *l. Stichum.aut, Pamphilum 95. §.penultim. ff.de solut. l. si pupillus ff.de administr.& peric.tut.cum simil.*

Minus

Minus etiam obstant aliæ exceptiones, illa enim, quod Buccamatius non soluit de pecunijs proprijs, & propterea cessio ipsi per Cardellum facta non potuit habuisse vim transactionis, sed quietationis tantum, fuit in dicta decisione sublata, quia scilicet in facto non subsistit, prout etiã nõ subsistit quod Hermes proprium debitum soluerit, quia soluit proprium debitum Tiberij, vti fideiussoris census.

Nec facit quod dicitur de inutili circuitu uitando, quia neque circuitus potest diei in hoc casu inutilis, nec ista exceptio in hoc iudicio admittitur, vt fuit in dicta decisione deductum, &c.

MACERATEN. PECVNIARIA.

Veneris 23. Iunij 1614.

ARGVMENTVM

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Sententia nulla parte opponente in totum reuocanda est.*

2 *Mandatum Procura non releuat etiam si sit confectum à Notario causa quotiescunque non fuit ad notitiam Iudicis, & Partis de eo opponentis deductum.*

DECISIO CXXXVII.

FVit in prima huius causæ positione resolutum, sententiam contra Dominum Antonium latam esse tam ex capite nullitatis, quam iniustitiæ reuocandam.

Quia vero ex eo, quod partibus super iisdem iterum auditis Domini dixerunt, iniustitiam dictæ sententię quoad scut. 805. esse claram, Informantes pro Paulo occasionem sumpserant prætendendi quod in eo quod sententia vltra dicta scut. 805. continet, illa sit confirmanda ideò denuo dubium proposui, an sit standum, vel recedendum à decisis, ità vt sententia confirmari, vel reuocari debeat, & fuit resolutum, standum esse in decisis, & sic dictam sententiã reuocandam.

Nam quidquid dicendum esset quoad debitum scut. 260. in quibus fuit Dominus Antonius vltra scut. 805. per dictam sententiam condemnatus, circa quod licet Dominis non displicuissent adducta pro Antonio, nihilominus tamen decernere voluerunt, ex quo illud fuit post sententiam à dicto Antonio solutum, & supposito etiã eo nunc pro vero, nihilominus sententia in totũ reuocari debet, quia quod dicitur, sententiam, quæ continet plus debito, non esse in totum reuocandam, sed potius ad debitum reformandam, non procedit, quando
1 talis sententia est nulla, quia tunc parte opponente in totum reuocatur, *Aym. conf. 270. in fin. vers. 5. posito Put. decis. 72. l. ijx. nonam impress. Cas. de Graff. decis. 9. nu. 12. de caus. poss. & propriet. Card. Seraph. decis. 192.* ac propterea cum in casu isto sententia manifeste detegatur ex defectu mandati illius, qui sententiam obtinuit, nulla, vt fuit in dicta decisione firmatum, merito parte petente reuocari debet ex alleg.

Non obstat, quod dicitur de mandato constare per acta Notarij causæ, quæ stante protestatione sępius reiterata, quod nemo ex aduerso audiatur, nisi docto de mandato debebat dictum mandatum in actis causę repeti, atque ad notitiam Iudicis, & partis deduci, nec sufficit, quod ab eodem Notario confectum fuerit,
2 quia ex hoc non sequitur, quod Iudex, & pars notitiã, vt requiritur illius habuerit, quod absente vtroque gestum fuit *Felin. in capit. 3. causam quæ sub numer. 6. de testibus Federic. de sen. conf. 160. incipit. casus talis est numer. 2. Marsilius Singul. 170. Couarr. var. resol. l. primo cap. 1. nu. 5. & fuit dictum in vna Romana pecuniaria. seu mercedis 15. Febr. 1599. coram bo. me. Orano, &c.*

PERVSINA PECVNIARIA.

Veneris 23. Iunij 1617.

DECISIO CXXXVIII.

Impressa in Recent. decis. 541. par. 4.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE STEPANELLIS.

ARGVMENTVM

Prætensio detractionum quando est turbida, non retardat immissionem, Alienationes regulariter censentur factæ ad computum detractionum, pro quibus detractionibus potest res fideicommissaria obligari.

SVMMARIVM.

1 *Prætensio detractionum vel non impedit immissionem quando est turbida, vel non iustifi atur.*

2 *Legitima, & Trebellianica præsumitur consumpta ex alienationibus.*

3 *In legitimam regulariter imputatur res alienata.*

4 *Res fideicommissaria potest obligari pro dote ratione detractionum.*

5 *Immissio non retardatur in corpus census suppositum sed transit cum illo onere.*

6 *Hæres non potest impugnare factum defuncti.*

DECISIO CXXXIX.

DOmini steterunt in decisis sub die 24. Aprilis præteriti, Bruto scilicet, & fratribus de Stephanellis dandam esse immissionem in bonis, de quibus agitur, constat enim de omnibus adhunc effectum requisitis, vt fuit in dicta decisione firmatum.

Non obstat, prætensio detractionum facien-
1 darum, quia vel in facto non iustificatur, vel est turbida vt immissioni obstare non queat

*Aym.conf.218.sub numer.6.in fin.& seq.Rol. conf.1. num.37.leg.primo Dec.conf. 224.sub.nu.19.cum alijs per Peregr.de fideicom.art.40.sub num.65.*aut detractiones apparent iam factæ.

Nam quoad legitimam, & Trebellianicam
Hermetis, & Rutilij, dato quod dicta Trebel-
lianica esset debita, fuissent consumptę per alie-
2 nationem domus magnæ pro dote, Tarquiniæ
fideicommittentis hypotecatæ, cum, vt appa-
ret ex instrumento concordiæ sub die 7. De-
cembris 1607. Inter Rutilium, & Alexium ini-
tæ, etiam ex Testamento dicti Rutilij dictę legi-
tima, & Trebellianica sint scut.1200. in totum,
& dos Tarquiniæ scut.1500. atq; ità alienatio
excedat dict. dettractiones scut.300. quæ in om-
nem casum pro impensis funeris, & alijs præ-
tensionibus, quatenus probarentur, deseruire
possent.

Non obstat, quod Rutilius non vendidit do-
mum, tanquam liberam, sed vti fideicommis-
so subiectam, quia ex hoc non sequitur, quod
ideò minus dicta alienatio debeat ipsi in dictā
Legitimam, & Trebellianicam imputari, cum
expressionem, quod domus fideicommisso
subiecta esset, fecisse potuerit ad maiorem sui
cautelam, & ne emptor contra ipsum venire
posset sub prætextu ignorantiæ fideicommissi
& regulariter res alienata semper imputatur
3 hæredi in legitima *leg.Marcellus §.res quæ, & ibi
Bar.& alij ff.ad Trebell.l. in quartam ff. ad l.Falcid.
Alex.conf.78.num.4.l.5.Roll.conf.78.num.19.& 20.
leg.1.Surd.conf.576.num.40.& seq.l.4..Socc.conf.36.
num.2.vers.& tunc etiam dando leg.3.Castr.conf.94.
num.2.vers.quantum ad id l.2.cum alijs per Peregr.d.
artic.40 num.2.& seq.*

Minus obst. quod domus vendicta sit subie-
4 cta fideicommisso Christophori, quia hoc quo
que supposito, inde non sequitur, quod non po-
tuerit obligari ab Octauio filio dicti Christo-
phori fideicommittentis pro dote ratione de-
tractionum ipsi Octauio competentium.

Quo autem ad censum scut. 500. visum fuit
DD. non probari, illum fuisse à Tarquinia fi-
deicommittente impositum, & in omnem
5 euentum non constat, dictum censum fuisse à
Rutilio extinctum, & quatenus adhuc extet,
non potest dictam inmissionem retardare, sed
bona assignanda erunt cum suo onere.

Non obstat, quod solum, quod Tarquinia
fideicommisso subiecit, suppositum sit fidei
commisso anteriori Christophori, quia huic
obiecto fuit in alia decisione satisfactum, etiam
negari re vera non potest, quin ista prætensio
respectu Portiæ, quæ prætendit, se in dicto fi-
deicommisso Christophori vocatam, non sit
multum turbida, cum Octauius filius d. Chri-
stophori expressè in suo testamento dictum so-
lum iure legati Tarquiniæ reliquerit, & hære-
des Octauij, & Tarquinię hac exceptione iuua-
6 ri non possunt, quia eis non licet impugnare
factum defuncti ex Deductis in alia decisione
quæ DD. Placuerunt.

NVLLIVS PAROCHIALIS.

Lunæ 26. Iunij 1617.

ARGVMENTVM.

Beneficium quando sit de Iure patronatu, & quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium quodlibet præsumitur liberum.*
2 *Iuspatronatus in Parochianis quomodo probetur, & num. 3.*
4 *Testes quales non admittantur ad probandum Iuspatronatus.*
5 *Iuspatronatus vsurpatio in priuatis non præsumitur.*
6 *Ad probandum Iuspatronatum insimul cum fama requiritur quasi possessio.*
7 *Iuspatronatus plenè, & concludenter probandum est quanda Ordinarius est in causa, & agitur de probanda substantia Iurispatronatus.*

DECISIO CXL.

TEntum fuit pro Informante, quod scilicet
non constat de iurepatronatus Parochia-
1 norum, sed potius de libertate Beneficij, nam
quodlibet Beneficium præsumitur liberum,
*Cassad.decis.1.num.6. dilat. Put.decis.192. numer.3.
leg.1.*

Et Iuspatronatus non probatur, prout requi-
ritur, quia necesse esset, quod cum versemur
2 in Parochianis, & vniuersitate, in qua cadit
præsumptio vsurpationis, illud probaretur vel
per instrumenta fundationis, & dotationis, seu
constructionis, vel per immemorabilem, &
continuatas præsentationes per spatium 50. an-
norum effectum sortitas, vt fuit dictum *in Bo-
nonien Iurispatronatus 20.Martij 1589.coram bo.me.
Gipsio,& in vna Cremonen.Cappellæ 11.Aprilis 1601
coram Reuerendissimo Domino meo Decano*, in qui-
bus etiam dictum fuit quod hoc procedit etiā
quod Parrochiani sint parui, & vniuersitas pa-
rua, & eandem opinionē secuta, quoque est sę-
pius Congregatio Illustriss. Sacri Concilij in-
terpretum.

Et tamen in proposito nec dicta instrumen-
3 ta fundationis exhibentur, nec probatur imme-
morabilis, cum Testes non solum non depo-
nant de requisitis ad probandam dictam im-
memorabilem, de quibus per *Glos.in c. in verbo
memoria de præscript. in 6.* sed omnes etiam sint
4 de ipsamet Vniuersitate Parochianorum, ac
propterea ad fauorem Parochiæ Iuspatrona-
tus probare non valeant *Varall. decis.136. par.2.*

Quinimo dato etiam, quod essemus in per-
5 sonis priuatis, & in quibus præsumptio vsur-
pationis non cadit, non tamen posset dici di-
ctum Ius patronatus sufficienter probatum, cū
deniui tandumodo præsentationes *ab an.* 1568.
6 citra, nec probetur fama cuius probatio in si-
mul cum diuturna quasi possessione requiritur
*Cassad.decis.2.nu.4.de probat.Put. decis.60. in fin. &
decis.40.l.primo Acchil.decis.7.& 8.de iu.patr.*

Et præsertim, quia Ordinarius est in causa, &

7 agitur de probanda substantia Iurispatronatus, quo casu Iuspatronatus plenè, & concludenter probari debet *Cassad. decis. 1. de probat. &c.*

VLIXBONEN. VICARIÆ, SEV CONCVRSVS.

Lunæ 26. Iunij 1617.

ARGVMENTVM.

Regula de triennali tollitur per molestiam illatam tam de iure quam de facto, tam iudicialiter, quam extraiudicialiter.

SVMMARIVM.

1 *Regula de triennali non relevat quando possessor molestatus fuit vel de iure, vel de facto, in iudicio, vel extra, & num. 3.*

2 *Regula de triennali non iuvat possessori sponte sua venienti ad causam.*

4 *Triennalis non interrumpitur ex mala fide extraiudiciali, nisi concurrat aliquis actus positiuus, & executiuus, & num. 5.*

6 *Prouisio dicitur erronea, quando non est facta iuxta constitutionem Pianam.*

7 *Commissio super diuerso articulo non inducit defectum iurisdictionis.*

DECISIO CXLI.

Dictum fuit, causam esse expediendam aduersus Gasparem, concursus enim, & Apostolica prouisio indè secuta est nulla, vt fuit coram me. 6. Iunij 1616. resolutum.

Non obstat, quod dicitur, Gasparem tutum esse regula de Triennali, quia cum ad effectum, nequis possit dici pacificus possessor, & conse-
1 quenter, vt dictæ regulæ locus non sit, sufficiat, quod possidenti controuersia mota fuerit de iure, vel de facto in iudicio, vel extra *Cardin. in Clem. gratia num. 8 de rescript. Fel. in cap. cum Ioannes num. 33. vers. & adde de fide instrum. Cassad. decis. 9. in princip. de caus. poss. & propriet.* & fuit dictum *in vna Burgen. Abatiæ de Funzea 21. Iunij 1591. coram bo. me. Gipsio*, non potest dictus Gaspar dicta regula iuuari, non solum quia ipsemet sponte
2 sua venit ad causam, quæ coram me inter Archiepiscopum, & Canonicum super iure conferendi Vicarium pendebat *Aeebil. decis. 1. super reg. de triennali Cassad. decis. 6. super dicta reg.* Sed etiam quia fuit quoque extraiudicialiter mole-
3 status coram Reuerendissimo Datario, de cuius mandato fuit etiam disputatum dubium in Rota super prouisione ei facienda opponentibus sese dictæ prouisioni tam Canonico, quã etiam Præsentato ab ipso. Et contraria procedunt solum quando non interuenit vllus actus positiuus, & executiuus, sed solum extraiudicialiter est Possessor in mala fide constitutus, quo casu nulli dubium est, quod talis mala fides de
4 per se non sufficiat ad triennalem interrumpẽdam iuxta *Crescen. decis. 1. de præscript.* Secus autem si vltra malam fidem concurrat aliquis actus positiuus vt in præsenti, quia cum tunc tales actus contineant in se factum certum, &
5 indubitatum, Triennalis suffragari non poterit vt declarat, *Idem Crescen. decis. 5. de Caus. poss. & propriet.*

Non obstat, vltimus status Beneficij, quia vt fuit in decisione sub *die prima Iunij* 1615. responsum, prouisio tunc facta manifestè detegitur erronea, eo, quod fuit facta, vti de beneficio
6 Iuris patronatus Ecclesiastici, cum tamen esset facienda ad formam Constitutionis Pij Quinti, quæ continet etiam decretum irritans adeò, quod dicta prouisio nullatenus ei suffragari possit.

Non obstat, quod dicitur de defectu iurisdictionis sub prætextu pendentiæ causæ coram Reuerendissimo Domino meo Decano, quia lectura Commissionis dicto Reuerendiss. D. meo Decano directæ apparet, illam continere
7 tantum causam restitutionis in integrum aduersus sententiam à me contra D. Archiepiscopum super iure conferendi latam, nec vllibi in ea Gasparem nominatum esse, sicque super diuerso articulo, & inter diuersas personas emanasse, & consequenter causam istam non comprehendere, &c.

LEODIEN. BENEFICII.

Lunæ 3. Iulij 1617.

ARGVMENTVM.

Possessio Beneficij facta per tactum Anuli Portæ Ecclesiæ quando sit valida.

SVMMARIVM.

1 *Possessio beneficij probatur ex instrumento alio in possessione non existente.*

2 *Possessio capta per tactum anuli Ostij Ecclesiæ improbatur à iure, fallit, quando adest impedimentum intrandi in Ecclesiam num. 3.*

4 *Possessio Ecclesiæ potest capi per aspectum Ecclesiæ quando adest impedimentum approximandi ad Ecclesiam.*

5 *Notario attestanti de impedimento capiendi possessionem creditur, cum sit de respicientibus ad suum Officium.*

DECISIO CXLII.

Resolutum fuit pro Georgio informante, ipsi scilicet dandum mandatum de manutenendo in possessione simplicis Beneficij, de quo agebatur, quia de eius possessione con-
1 stat per publicum instrumentum, quod alio non existente in possessione sufficit *leg. prædia ff. de acqua poss. Caputaq. decis. 173. part. 3. Mohed. decis. 12. alias 149. de rest. spoliat.*

Nec obstat, quod in dicto Intrumento legitur tradita possessio per tactum Ostij Eccle-
2 siæ, quia licet modus iste tradendi possessionẽ sit improbatus à iure ad trad. *per Bart. in leg. 1. na-*

numer,23.verſ.ſed quid ſi executor ff. de acquir poſſ.
tamen hoc fallit,quando prout in caſu iſto cō-
ſtat de impedimento,quominus caperetur poſ
3 ſeſſio intra Eccleſiam,tunc enim poſſeſſio po-
teſt tradi etiam extra eam per tactum Oſtij, vel
alium ſimilem actum *Imol. in cap. cum aliquibus*
in fin.verſ.fallit quando, & ibid.Fel.numer.4. & 5.de
ſent.& re indic.Rebuff.in prax.tit.de miſſione in poſſ.
num.34. & ſeq.Rot.deciſ.5.de cauſ. poſſ. & propriet.
in antiq.

Et etiam per aſpectum, *leg. cum vnus §.vltimo*
4 *cum leg.ſeq.ff.de bon.aut.Iud.poſſ.Bart.in l.prima* , &
ibi *Alex. & Iaſ.ff de acquir. poſſ. & fuit dictum in*
vna Concordien. Concurſus 18. Martij 1611, coram
Rpd.meo Pirouano .

Non obſtat, quod impedimentum non pro-
batur, niſi per atteſtationem Notarij de dicto
inſtrumento rogati,quia cum ad eius officium
ſpectaret tradere actualem , & non verbalem
5 poſſeſſionem, ſtatur eius atteſtationi etiam
quoad actus, quibus fuit impeditus actualem
poſſeſſionem tradere, cum ſint de reſpicien-
tibus dictum eius officium, vt fuit in puncto
in allegata Concordien. concurſus coram R.P.D.meo
Pirouano reſolutum.

ROMANA FIDICOMMISSI.

Veneris 17. Nouembris 1617.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſum fieri poteſt in contractu. Probatio exiſtentiæ, & præmorientiæ filiorum cui incumbat, afferuntur plurimæ coniecturæ ex quibus receditur *à Conſilio Oldradi 21.*

SVMMARIVM.

1 *Fidei commiſſum æqualiter fieri poteſt in Teſtamento, ac in contractu.*
2 *Probatio exiſtentiæ, & præmorientiæ filiorum cui incumbat ad purificationem fideicommiſſi.*
4 A Conſilio Oldradi 21.*receditur ex coniecturis, et quæ ſint coniecturæ, n.4. 5. 6. & 7.*
8 *Bona fideicommiſſi conſtituti in contractu poſſunt alienari, ſed alienatio tenet ſolum durante vita alienantis num.9.*

DECISIO CXLIII.

FVit dubitatum, an conſtet de fideicommiſſo purificato ad fauorem Domini Comitis Ferdinandi reſpectu Vineæ, ſeu Viridarij, de quo agitur, & Domini reſeruato, quod particulariter videretur de identitate Vineæ, & facultate conceſſa alienandi, dixerunt, de fideicommiſſo ad fauorem dicti Domini Comitis purificato conſtare. Nam quoad fideicommiſſum illud probatur per publicum inſtrumentum, ex quo apparet, quod Io: Hieronymus tunc Epiſcopus Papien̄ donauit de anno 1561. medietatem plurium bonorum ſuorum ſtabilium q. Sigiſmundo de Rubeis eius ex fratre Nepoti, & aliam medietatē Co: Ferdinando ex fratre Nepoti, hac expreſſa conditione adiecta, quod dd. bona sēper in familia maſculina legitima, & naturali permanerent, & ad maſculos ordine ſucceſſiuo, & perpetuo peruenirē, & ſi Sigiſmundus ſine filijs, & deſcendentibus decederet, tunc & eo caſu Comes Ferdinandus, eiuſque filius, & deſcendentes in dictis bonis ſuccederent, illaque extra familiam, & agnationem donatoris nunquam tranſire, nec in aliquam perſonam alienari poſſent, cum enim fideicommiſſum
1 etiam in contractu, non ſecus atque in Teſta-
mento fieri poſſit, *Honded. conſ. 42. num. 1. l.2.*
Surd.conſ.247.num.3. Card Seraph. deciſ.828.nu.2.
Et præſertim in contractu donationis, vt probat, *text. in l. vt hæredibus ff. de leg. 2. & in l. quoties C. de donat. quæ ſub mod. Caſtren.conſ.345. n.1. cap. 1.Menoch. conſ.325. n.1. & ſeqq.& conſ.1154 num.12.Couar. var.reſol. lib.1.cap.14. num. 2.* dubium non eſt, quin fuerit per ſupradictam diſpoſitionem fideicommiſſum inductum.

Quod autem fideicommiſſum ad fauorem D. Comitis Ferdinandi purificatum ſit patet eo ipſo, quod conſtat Sigiſmundum, eiuſque filium Hieronymum deceſſiſſe. Quod enim
Hieronymus abſque filijs, & deſcendentibus
2 deceſſerit, atque ita ſubſtitutioni, D. Comitis
Ferdinandi locus factus fuerit, alia probatione non indiget, ſed dictus Dominus Comes Ferdinandus habet in hoc fundatam intentionem, donec ex aduerſo probetur, dictum Hieronymum aliquando filios habuiſſe, quia tunc demum incumberet Comiti Ferdinando onus probandi illos deceſſiſſe, vt poſt alios benè declarat *Rip.in l. in illa num.26 ff.de verb.oblig. & in l. ex facto §. Si quis autem num. 1. ff. ad Trebell. Iaſ. conſ. 34. num. 1. vol. 1. Put. deciſ. 45. lib. 1.*

Non obſtat, quod cum Sigiſmundus habuerit filium, atque eo ſuperſtite deceſſerit, expirauit fideicommiſſum ad *conſ.Oldrad. 21. ſæpius in Rota canonizat.* quia dictum *conſ. Oldrad.* tum demum procedit, quando non adſunt coniecturæ, ex quibus conſtet Teſtatorem voluiſſe omni caſu fideicommiſſum abſolutum relinquere; ſecus vero vbi dictæ coniecturæ concurrunt; tunc enim dummodo coniecturæ ſint tales, ex quibus voluntas Teſtatoris appareat, ab illo receditur *Dec. conſ. 480. num.5. Gabr. de fideicomm. concl. 7. num. 4. Craſſ. in §. fideicommiſſum quæſt.8. num.2. verſ. ſed contrariam partem & q.23. num.6. verſ.item ſcias Card. Seraph. deciſ. 1373.num.1.*

In caſu autem iſto, ne dum concurrunt generales coniecturæ, quas Doctores in hac materia ponderare ſolent, proceſſus ſcilicet ad plu-
4 res gradus ſubſtitutionum *Soccin. conſ.250.nu.4.*
lib. 2. Aym. conſ. 98. num.3. Grat. conſ. 5. num. 18. l.2. Menoch. conſ 117.num. 9. & 10. lib.2. & de præſumpt. præſumpt.69. num.13.lib.4.

Et verba, quæ habent tractum ſucceſſiuum *Ruin.conſ.29. num.5. & 8. & conſ.159.num.22.l.2. Aym. conſ.22. num.7. Rot.diuerſ. deciſ.579. num.8.* cum alijs per *Menoch. de præſumpt. præſumpt. 31. num.74. l.4.* & important perpetuitatem *Ruin, conſ.130.*

*conf.*130. *num.4.vol.3. Socc. iun. conf.*89. *num.*17. *lib.3. Moder. de fideicom.art.*13. *sub num.*19.*verf. & idem quoque indubitanter dicendum esset* .

Sed adest quoque probatio alienandi bona
5 extra familliam *Dec.conf.*637.*num.*5.*Surd.conf.*69 *num.*36.*Gabr.de fideicom.cuncl.*9.*n.*37.*Put.dec.*443. *num.*1.*lib.*2.

Et expressa etiam dispositio, quod dicta bona semper in agnatione, & familia Donatoris permaneant, quo casu quia impossibile est, quod aliter bona in agnatione semper conseruentur, nisi de vno in alium transeant, censentur grauati gradatim omnes de agnatione, & fideicommissum absolutum inductum, *l.cum ita* §. *in fideicommisso, & ibi Castr. & l. peto*
6 *fratre ff. de leg.*2. *Paul.de Castr. in l.Gallus* §. *quidam rectè n*9.*prope fin. verf.quadam sunt dictiones de lib. & posthum. Parif. conf.*37. *num.*30. *& seqq.l.*1. *Ruin. conf.*92.*num.*8. *l.*2. latissimè *Surd.d.conf.*96 *num,*14. vbi ait, quod etiam, si nulla praecederet prohibitio alienandi, illa verba sola quia Testator vult bona in agnatione permanere, sufficerent ad inducendum fideicommissum *Rot.decif.*568.*num.*1. *& seqq.p.*1.*diu.* ne enim voluntas Testatoris pereat, & tota fideicommissi agnatitij machina labatur interpretatione, & extentione inuatur, & à *dicto conf.Oldrad.* recceditur *Dec.conf.* 477. *num.*2. *&* 3. *Socc. conf.* 250. *num.*4. *lib.* 2. *Parif. conf.*57. *& conf.* 63. *num.* 28. cum alijs latè cumul. per *dictum Moder.de fideicom.art.*29. *num.* 30.*& seqq.*

Et concurrit etiam, quod idem Donator
7 mandauit, quod in casu, quo Sigismundus, & Ferdinandus donatarij filios Masculos legitimos, & naturales, vel alios descendentes haberent, bona donata ad eos respectiuè ordine successiuo pertinerent, eodemque onere fideicommissi dicti filij, & descendentes masculi in infinitum absque vlla detractione Trebellianicae, & falcidiae tenerentur, adeo quod ex tota serie dispositionis, & ex omnibus saltem simul iunctis clara donatoris mens colligatur. quod absolutum, & purum fideicommissum inter vocatos relinquere voluerit,& quod conditio illa *si sine filijs* ad fauorem dicti Comitis Ferdinandi in filijs, in conditione positis repetita censeri debeat, vt in similibus ferè terminis resolutum fuit *cor.bo.mem.Card.Seraph.decif. inter impress.*1373.

Non obstat, quod cum dictum fideicommissum in contractu, non autem in vltima voluntate factum fuerit, potuerunt bona dicto fideicommisso obnoxia validè alienari, ex quo
8 tale fideicommissum non impedit dominij translationem, & substituto competit actio ad interesse tantum *l.si ita quis* 135. §. *ea lege &* ibi *Bart. & Castrens. de verb. oblig. Gabriel. conf.*140. *num.*50.*l.*1. cum alijs allegatis, quia, vltra quod obiectum non procedit; quando post mortem alienantis alius est vocatus, cum enim eo casu alienans dominium ad suam vitam restrictum habeat, atque alteri post ipsius mortem de-
9 ferendum sit, alienatio vltra vitam alienantis non tenet *Merlin.de primogenit. Hyspan.lib.*1.*c.*12. *num* 32. fallit etiam in contractu donationis, in quo donatario substituto vtilis actio, ne dū personalis. sed etiam realis acquiritur, *dictus Modern. defideicomm.*51.*nu.*17. *&* 69.cum ibi per eum cumulatis.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE BISCAGLIS.

Luna 27. Nouembris 1617.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Sententia concedens possessionem probatis duobus extremis est iusta.*

2 *Exceptio respiciens petitorium non debet deduci in possessorio.*

DECISIO CXLIV.

Iterum proposui dubium 12. Maij praeteriti resolutum, an inter Aegidiana, & quia Informantes pro Magdalena praetendebant, sententiam Rotalem ex plutibus esse nullam, & in iustam, ac consequenter dictam Aegidianam locum esse non posse, ideo DD. missis pro nunc nullitatibus, & alijs ad excludendam dictam Aegidianam deductis, dixerunt, dictam sententiam esse iustam, moti autem sunt, quia
1 per dictam sententiam fuit reintegrata Sibilla ad possessionem domus, de qua agitatur, probatis per eam sufficienter duobus extremis ad hunc effectum requisitis, quod scilicet ipsa possederit dictam Domum,& quod ea nunc à Magdalena detineatur *iuxt.not. per DD. in cap.cum ad sedem de rest. spol. & in cap.fin. eodem tit.in* 6. *Rolan. conf.* 50. *num. l.* 2. *Alex. conf.*6.*num.*3. *l.*3.*Card.Seraph.dec.*1055.*n.*2.

Nec obstant obiecta aduersus dictam possessionem Sibillae, quia vltra quod iam saepius contrarium resolutum fuit, quod scilicet illa
2 sit iusta, vnico etiam verbo responderi potest, quod dum obiecta respiciunt petitorium, atque ideò in hoc iudicio admitti non debent *Caputaq.dec.*144. *num.*3. *p.*3. *Card. Seraph. dec.* 669. *num.*1. cum alijs alleg. *in causa Casalen domus* 18. *Aprilis* 1611. *coram R.P.D.meo Vbaldo.*

Non obstat, quod Sibilla proprio eius facto à possessione saltem medietatis domus cecidisse dicitur, mediante transactione cum Magdalena inita, quia placuit DD. responsio in alia decisione data, quod scilicet dicta transactio effectum non habuit, nec Magdalena illius vigore Sibillam possessione dictae domus spoliauit, sed praetextu iurium Andreae, quae tamen nulla sunt vt fuit in causa *coram R. P. D. Pirouano* resolutum &c.



METEN.

METEN ADMINISTRATIONIS EPISCOPATVS.

Lunæ 27. Nouembris 1617.

ARGVMENTVM.

Collatio facta à Canonicis vigore administrationis concessæ à Capitulo de Archidiaconatu an sit valida, & an requiratur consensus omnium, an sufficiat maioris partis.

SVMMARIVM.

1 *In Breui quando sit electa industria personæ.*
2 *Episcopus potest conferre beneficia minora, non autē maiora sine capitulo, & num. 10.*
3 *Capitulum potest ius conferendi alteri delegare.*
4 *Delegatus conferens beneficia tanquam executor conferre censetur.*
5 *In electione, & prouisione tanquam in actu necessario sufficit consensus maioris partis.*
6 *In Collatione facta vigore facultatis tanquam in actu voluntario requiritur consensus omnium.*
7 *In concessione, in qua adest præiudicium iuris singulorum omnes consentire debent,*
8 *Concessio ad hoc vt sit valida requiritur copulatiuè quod sit facta à maiori, & saniori parte.*
9 Gloss. in C. cum in iure peritus de Electone *reycitur.*

DECISIO CXLV.

DVbitatum fuit, an constet de valida concessione administrationis Episcopatus
Meteñ quoad Spiritualia in casu, & ad effectū,
de quo agebatur; effectus autem vt videretur,
an Collatio Archidiaconatus dictæ Ecclesiæ
facta per Canonicos, quibus dicta administratio à Capitulo cōcessa fuit, substineatur, & Domini negatiuè responderunt.
Nam quicquid dicendum esset, vtrum Decanus, & Capitulum, quibus cura, & administratio dictæ Ecclesiæ per literas S.D.N. in forma Breuis cōmissa fuit, potuerint alios deputare, quod visum fuit aliquibus ex Dominis
non carere difficultate, cum potius videatur in
1 dicto Breui electa industria Capituli, vt patet
ex illis verbis sic per uos sollicitè, fideliter, &
prudenter gerere, & exercere, quod Ecclesia
Gubernatori prouido, & fructuoso gaudeat se
commissam ad *not. per Io. Andr. in c.* 15. cui, &
ibi *Franch. Gemin. & alij de off. deleg. in* 6. non
potuit dicta collatio à dictis Canonicis fieri,
nec vigore primæ concessionis, nec vigore
secundæ,
Non primæ, quia illa fuit facta cum expressa restrictiua, quod occurrente occasione tractandi ardua Administratores illa Capitulo
communicarēt, & dubium non est, quod prouisio dignitatum Cathredtalis Ecclesiæ, qualis
est Archidiaconatus, de quo agitur, sit de arduis, quia Episcopus non potest de iure has dignitates absque Capitulo conferre, cum tamen
2 possit beneficia inferiora prouidere, & quidem
ea ratione, quia Episcopus explicat ista minora
ex suo officio generali, quod secus est in maioribus, & grauioribus, vt benè declarat *Abb. in c. cum Ecclesia Vulturana num.* 8. *post med. in fin. vers. idem quod supra puto de elect.* maiora autem grauia, & ardua eadem sunt *Menoch. de arbitr. l.* 2. *cas.* 205. *num.* 3. vbi ètiam ait post *Io. Andr. Fel. Dec. & alios per eum citatos*, quod est relinquendū
Iudicis arbitrio, quæ nam ardua negocia sint.
Non etiam vigore secundæ concessionis potuit fieri dicta collatio, nam quamuis per eam
detur facultas Deputatis administrandi etiam
3 ardua, & Capitulum possit Ius quoque conferendi alteri delegare, quo casu delegatus, tan-
4 quam Executor Capituli conferre censetur, vt
fuit dictum in vna *Romana Beneficiatus 26. Aprilis* 1591. *coram Gipsio*, non potest tamen ista cōcessio deputatis, quoad dictam saltem collationem suffragari, quia cum non solum dictæ cōcessioni omnes Canonici, quoad ius conferendi non consenserint, sed duodecim etiam ex
triginta expressè respectu dicti Iuris reclamanerint, fuit dicta concessio quoad ius collationis
inualida.
Non obstat, quod satis erat, quod adesset
consensus maioris partis, tum quia hoc pro-
5 cedit in actu necessario, prout est electio, &
prouisio, quæ propterea potest accedente consensu maioris partis expediri *c. quia propter de elect.* secus autem in actu voluntario, qualis est
6 concessio facultatis conferendi. In ea enim
quia nec necessitatem, nec vtilitatem Ecclesiæ
concernit, requiritur consensus omnium *Glos. in c. cum omnes* in verbo *constitutum in fin. vers. in alijs quæ ex necessitate, & ibid. Dec. numer.* 29. *in pri. Lectura Fel, num.* 18. *in fin. vers.* 14. *fallit*, & alij de
constitutionibus.
Tum, quia in dicta concessione agebatur etiā
7 de præiudicio Iuris Singulorum, quod scilicet
ex concessione Pontificis habebant conferendi
Beneficia, quo casu necesse est, vt omnes consentiant, quia vt inquit *Glos. in dicto c. quia propter* in verbo *vice omnium de elect.* nemo debet
voce, quam habet in electione priuari, nec cōpelli iussuum dare alteri, & sequitur *Archid. in c. Episcopus.* 16. *q.* 7. *Abb. in c. constitutus numer.* 5. *post med. vers. aduerte de appellatius Dec. in dicto c. cum omnes num.* 83. *de constit.*
Præterea videbatur etiam aliquibus ex DD.
quod dato quod ad validitatem dictæ concessionis non fuisset necessarius omnium consensus, non potest dici dicta concessio facta à maiori, aut saltem saniori parte, quod vtrumque
8 copulatiuè ad hoc, vt actus substineatur requiritur, *c. quia propter de elect. Abb. in cap.* 1. *num.* 3. *de his quæ fiunt à maior. parte & in c. cum in iure peritus num.* 5. *de elect. Dec. in c. cum omnes in* 2. *lect. num.* 49. *de constit.* Nā ex triginta Canonicis, duodecim
dictæ concessioni contradixerunt, & septem dederunt votum ad eorum fauorem, quorū pro-
9 ptetea vel nulla habenda erit ratio. *Glos. in dicto c. cum in iure peritus in verb. contineat in fin.* & ibi *Host. num.* 1. *Card. Zabarell. post num.* 3. *circ. med. vers. & sic dicatur de elect. c. per nostras de Iur. patr.*
vel saltem pars contradicentium iudicari debet
sanior, cum præsertim etiam nec ipse Episco-
10 pus posset expedire negocia ardua sine consē-
su

su Capituli *toto tit. & præsertim in c. nouit. & c. seq. de his, quæ fiunt à Prel. sine Consilio Capituli.* Vnde minus conueniens esse videtur, vt talis potestas detur Canonicis loco Episcopi deputatis.

Quod dicebatur de consuetudine dictæ Ecclesiæ deputandi Administratorem cum facultate etiam absque Capitulo explicandi ardua, & quod Canonici, qui concessioni, de qua supra contradixerunt causam contradictionis non fuerunt prosecuti, in facto non subsistit, &c.

BONONIEN. ALIMENTORVM

Lunæ 4. Decembris 1617.

ARGVMENTVM.

Alimenta quando non censeantur data animo donandi.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia iusta executioni demandanda est.*
2 *Iustitia probatur ex propria confessione.*
3 *Alimenta in dubio presumuntur data animo donandi, & hoc cognoscitur ex qualitate personarum num. 4.*
5 *Declaratio petendi alimenta præstita excludit animũ donandi.*
6 *Calculum super alimentis factum excludit animum donandi.*
7 *Compensatio non datur de illiquido ad liquidum.*

DECISIO CXLVI.

Domini dixerunt, sententias, quibus in partibus declaratum fuit, Camillum esse creditorem hæredum Anibalis pro alimentis ab ipso luniparæ, & Dianoræ Filiabus dicti Annibalis ab anno 1582. usque ad annum 1594. præstitis ad rationem librarum 100. pro qualibet singulo anno, demptis tamen per eundem Ca-
1 millum à dicto Annibale habitis, esse iustas, & per consequens etiam executioni demandan-
2 das: Iustitia probatur, quia ex propria dictorum hæredum confessione apparet, fuisse à dicto Camillo toto illo tempore, quo supra dictum est prædictis filiabus Annibalis alimenta præstita, & taxatio ad rationem *lib.* 100. pro qualibet non potest aliquo modo dici excessiua eum libræ 100. iuste ad scut. 25. ascendant.

Non obstat, quod præsumitur dictâ alimenta fuisse animo donandi præstita *ex alleg. per Surd. in tract. de aliment. tit. 6. q. 1. num. 21. & seqq.* quia præterquam quod præsumptio ista, quæ solum procedit in dubio, tollitur ex qualitate,
4 & conditione personarum, ex qua sumitur cuiuscumque dispositionis interpretatio, *Dec. in l. cum quid. num. 23.* & alii communiter *ff. si cert. pet.* quia scilicet Camillus erat pauper, Annibal vero diues, cessat etiam omnis dubitatio, ne dum ex eo, quod per Testes probatur dictum Camil-
5 lum sæpius declarasse dicta alimenta præstare animo illa repetendi, non autem donandi, sed quia etiã fuit inter partes alias super dictis ali-
6 mentis calculatum, mediante persona Ludouici, atque ità dictum debitum ab ijsdem hæredibus Annibalis agnitum.

Non obstat, quod creditum dicti Camilli cõpensari debet cum pensionibus domus ab eo inhabitatæ, quia tantum abest, quod constet, quod hę pensiones à dicto Camillo debeantur, vt imò fuerit ab illis per duas sententias absolutus, ac propterea non potest, nec dictæ compensationi locus esse, eum illa de illiquido ad
7 liquidum non detur *§. in bona fidei Instit. de act. l. fin C. de compensat. Paris. cons. 121. num. 23. vol. pri. Roll. cons. 17. num. 18. vol. 1. & cons. 17. num. 4. vol. 4. Menoch. de arbitr. iud. cas. 14. num. 1.*

Quod dicitur, Brandilisium, & Vlissem habere meliora iura in bonis Annibalis, atque ideò in præiudicium ipsorum non posse dictas sententias super illis executioni demandari, nõ iustificatur; alia verò obiecta sunt extra dubium, &c.

ALGAREN. DISMEMBRATIONIS

Ven. 4. Decembris 1617.

ARGVMENTVM.

Acta in publicam Formam extracta à Notario Actuario sine alia solemnitate præsumuntur integra, & non indigent alia recognitione si veniunt de Longinquo, Creditur Notario, se esse talem qualem se facit.

S V M M A R I V M.

1 *Acta extracta à Notario actuario præsumuntur integra donec probetur contrarium.*
2 *Notario creditur in spectantibus ad eius officium.*
3 *Acta in forma probanti habentur ac si essent originalia, licet in extractione nulla solemnitas intercesserit, nec citatio partis num. 9.*
4 *Diligentiæ Notarij factæ non citata parte non præiudicant.*
5 *Notarius in faciendis diligentijs quando debeat citare partem.*
6 *Attestationi in qua deficit dies standum non est.*
7 *Legalitas facta lite pendente, per se sola non sufficit ad effectum legitimæ recognitionis.*
8 *Scripturæ allatæ de longi, quo si sunt autentica de æquitate Rotæ non indigent recognitione.*
10 *Notario creditur se esse talem qualem se facit.*

DECISIO CXLVII.

Factis duabus decisionibus, in hac causa fuerunt denuo pro parte Rectoris de Nuero exhibitæ aliæ scripturæ, quibus præsupposita dubitaui, an constet de integra transportatione Actorum, & Domini quoad acta vtriusque Iudicij, primi scilicet coram Ordinario Calaritano, & secundi coram Ordinario Arboreñ agitati affirmatiuè responderunt.

Nam quod in alia decisione dicebatur, quod non solum non constabat de integra transportatione actorum; sed nec etiam de aliquibus actis

actis, ex quo scripturæ tunc exhibitæ non fuerant à Notario actuario extractæ, cessat, quia acta modo exhibita extracta apparent à Notarijs actuarijs, ac propterea non solum præsu-
1 muntur integra, donec probetur contrarium *Bart. in rubr. de nou. op. nunc. num. 8. vers. sed si non appareret.* & ibi *Rom. nu. 14. Ias. num. 8. Rota diuers. decis. 64. numer. 4. par. 1.* & fuit dictum in vna *Pampilonen. de Cariqueque 4. Nouembris* 1602. *coram Illustrissimo Lancellotto,* & præsertim cum dicti Notarij testentur, fecisse diligentiam, & alia
2 acta non adesse, quia Notario creditur in iis, quæ spectant ad eius officium *Ruin. cons. 159. num. 16. vol. 3. Bero cons. 129. num. 9. vol. 2. Surd. cons. 440. num. 52. vers. creditur enim Notario Card. Seraph. decis. 623. num. 12.* & in puncto fuit dictum. *In Pampilonen. Abbatia 31. Ianuarij* 1600. *coram bo. me. Penia*, sed sunt etiam informa probanti, licet fuerint absque alijs solemnita-
3 tibus extracta, nam perinde habentur, ac si essent Originalia per ea quæ tradit *Abb. in c. Albertus num. 5. de testibus Alex. in auth. si quis in aliquo num. 5.* & ibidem *Dec. num. 15. Cagnol. numer. 65. C. de edendo Couar. pract. quæst. c. 19. num. 3. Rot. decis. pri. de fid. Instrum. in nou.* & fuit dictum in dicta *Pampilonen. Abbatia coram bo. mem. Penia.*

Non obstat, quod diligentiæ, de quibus Notarij testantur, non fuerunt factæ citata parte, & consequenter non possunt in præiudiciũ alio-
4 rum Rectori suffragari *Caputaq. decis. 265. par. 1. cum alijs alleg.* quia placuit DD. responsio, quod citatio tunc est necessaria, quando Notarius, vel etiam alia persona transmittitur ad faciendam diligentiam, in quibus terminis loquitur dicta decisio, secus autem, quando, prout in casu illo diligentię fiunt à Notario actuario ad effectum tradendi integra acta partibus,
5 tunc enim quia Notarius tenetur adhibere diligentiam in perquirendis huiusmodi actis, præsumitur, quod diligenter suo officio functus fuerit, & quod acta ab ipso, etiam absque alia citatione partibus tradita, sint integra ex *Bart. & alijs supra alleg.*

Eodem modo tollitur, quod dicitur non esse dictis attestationibus standum, eo quod in
6 eis defecit dies, non solum quia dictæ diligentiæ factæ fuerunt; sed etiam quia fuit confecta attestatio, quia fundamentum non fit à Rectore in dicta attestatione, quo casu obiectũ fortassè locum habere posset, sed illam potiùs adducit ad comprobandam præsumptionem, quod acta sint integra, quæ etiam circumscripta dicta attestatione, reijcit, vt supra dictum est onus probandi contrarium in Aduersarium.

Non obstat, quod dicta acta non sint sufficienter recognita, quia quoad acta primi Iudicij res caret difficultate quo verò ad alia facta, *coram Ordinario Arboren.*, non solum fuit recognita manus, & signum Notarij ab vno Teste in forma; & à duobus alijs manus trium ex quatuor qui fidem de legalitate Notarij, faciunt, sed fuit etiam eorumdem actorum aliud transumptum exhibitum ab illomet Notario confectum cum data particulari, & legalitate subscripta à Prorege cum Sigillo Regio, & licet di-
7 cta legalitas, vti facta lite pendente ad effectum legitimæ recognitionis per se sola non sufficeret, vt fuit dictum, *in vna Perusina Bonorum 22. Iunij* 1605. *coram Reuerend. Lugdanen.*, quia materia ista remittitur Iudicis arbitrio *Menoch. de arbitr. cas. 114. num. 1.* & Rota solet in ea cum magna æquitate procedere, præsertim quando agitur de scripturis allatis de longinquis partibus, quæ si apparent authenticæ ex sui facie,
8 non egent etiam alia recognitione, *vt per Castr. in auth. ac si contractus num. 5. in fin. C. de fid. Instr.* & latè *per Specul. in tit. de Instrum. edit. §. restat. nu. 6.* Domini omnia supradicta saltem simul iuncta admiserunt pro sufficienti recognitione.

Ad id, quod dicebatur, scripturas exhibitas esse copias, nec constare, an fuerunt ex Originalibus extractæ, fuit responsum, locum habere in scripturis ab alio, quam à Notario actuario, aut eius successore extractis, non autem in
9 scripturis extractis à Notario actuario, vel successore, tunc enim perinde habentur, ac si essent Originales, etiam quod absque solemnitate, & citatione partis extractæ fuerint *ex sup. alleg.* & vt fuit dictum *in vna Calasenen. seu nullius Præpositura 4. Martij* 1596. *coram Gipsio*, & alias sæpissimè, & creditur Notario, quod sit talis
10 qualem se facit, saltem de stylo Rotæ *Caputaq. decis. 247. p. 2.* & fuit dictum *in vna Mediolanen. Decimarum S. Donati 23. Ianuarij 1612. cor. R. P. D. meo Pirouano, &c.*

ROMANA BONORVM DE CARCANIS.

Ven. 15. Decembris 1617.

DECISIO CXLVIII.

Impressa apud Postium de Manutent. decis. 140.

ALBANEN. VINEAE.

Lunæ 18. Decembris 1617.

ARGVMENTVM.

Sententia reuocans aliam sententiam iustam est reuocanda, iustitia sententiæ ex quibus probetur.

SVMMARIO.

1 *Sententia reuocans aliam sententiam iustam, est iniusta.*
2 *Sententia concedens immissionem probatis duobus extremis est iusta.*
3 *Instrumentum publicum probat possessionem etiam ad obtinendam restitutionem, alio in possessione non existente.*
4 *Secundum extremum quomodo probetur.*
5 *Remedium reintegranda etiam Depositario competit.*
6 *Actio Spolij non datur contra immissum in possessionem auctoritate Iudicis.*
7 *Iudex nulliter procedit immittens aliquem in possessione non citata parte.*

DECI-

DECISIO CXLIX.

IVLIA tantum informante resolutum fuit,
vltimam sententiam extra Rotam latam es-
se ex capite iniustitiæ reuocandam; Iniustitia
1 enim resultare videbatur ex eo, quod dicta
sententia reuocat aliam sentẽtiam iustam, quia
scilicet per eam pronunciatum fuit, dictam Iu-
liam esse reintegrandam ad possessionẽ domus,
2 & Vineæ probatis per dictam Iuliam sufficien-
ter duobus extremis ad hunc effectum requisi-
sitis, *iuxta not. per DD. in c. cum ad sedem de rest.
Spoliat. Alex. cons. 6. num. 5. l. 3. Card. Seraph. de-
cis. 1055. num. 2.*

Nam quoad primum extremum, possessio-
3 nem scilicet Iuliæ, illa probatur per publicum
Instrumentum, quod alio non existente in pos-
sessione probat possessionem, etiam ad effectum
obtinendi restitutionem, *l. prædia cum ibi not. ff.
de acquir. poss. Cassad. decis. 20. in fin. de preb. Put.
decis. 360. nu. 8. & 9. l. 1. Caputaq. decis. 337. n. 5.
& 6. & p. 2. Card. Seraph. decis. 165. num. 2.*

4 Secundum autem extremum probatur ex li-
tis substentatione, iuncto præsertim mandato
de associando ad fauorem Antonij relaxato,
vt fuit sæpè decisum, & presertim, *In Perusina
Spolij domus 11. Februarij 1608. coram bo. me. Penia,
& in Anconitana Spolij S. Appolinaris 29. Nouem-
bris 1610. coram Illustrissimo Card. Ludouisio.*

Nec obstat, si dicatur, Iuliam facto suo à pos-
sessione cecidisse, declarando scilicet velle se
dicta bona nomine depositi retinere, quia
admisso etiam, quod per istam declarationem
sine aliis solemnitatibus à statuto requisitis fa-
ctam sibi quoad possessionem, in qua prius exi-
stebat, præiudicauerit, difficultas tollitur ex eo
quod remedium hoc reintegrãdæ etiam Depo-
5 sitario competit, *DD. in l. rem quæ nobis vbi Socc.
num. 6. & Rom. vol. 4. Rip. num.* 21. vbi de com-
muni *ff. de acquir. poss. idem Soccin. cons. 17. nu. 15.
l. 3. Specul. in tit. de petit. & poss. §. 1. num. 12. vers. sed
dic.* quia datur, & ad statum, in quo spoliatus
tempore commissi Spolij reperiebatur *l. quod si
minor §. restitutio ff.* de *minor Cassad. dec. 13. num. 1.
de rescript. & dicta decis. 20. in fin. de praben. Card.
Seraph. decis. 1245. num. 4.*

Non obstat, quod Antonius fuit auctoritate
6 Iudicis in possessionem immissus, ac propterea
non datur contra eum, vel ipsius heredes actio
Spolij, *Aym. cons. 302. num. 3.* cum aliis *alleg. in
causa Cæsaraugustana Canonicatus 16. Febr. 1610. co-
ram meo Pamphilio*, quia obiectum non proce-
cedit, quando, vt in casu isto Iudex processit,
non citato possessore, cum enim tunc dicatur
processisse vti priuatus, ac de facto, nullo scili-
7 cet iuris ordine seruato, *c. licet Episcopus de preb.
ben. in 6. Roll. cons. 6. num. 26. l. 2.* cum aliis *per
Honded. cons. 20. numer.* 29. *l. 1.* datur restitutio
spoliato, *c. causam matrimonij, & c. cum causam* vbi
*Abb. in 4. notab. de offi. deleg. c. conquerente de rest. spo-
liat.* latè *Rip. in l. naturaliter §. nihil commune n. 58
& seqq. ff. de acquir. poss. cum aliis per Gabr. de rest.
Spol. concl. 1. num. 124.*

PERVSINA NVLLITATIS CESSIONIS

Veneris 12. Ianuarij 1618.

DECISIO CL.

Impressa apud Spadam post cons. 289. lib. 2.

LVNEN: SARZANEN PENSIONIS.

Veneris 12. Ianuarij 1618.

DECISIO CLI.

Impressa in Recent. decis. 2. par. 4. tom. 2.

FIRMANA BENEFICII.

Lunæ 15. Ianuarij 1617.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Ad liquidationẽ fructuum leues sufficiunt probatio-
nes, & etiam præsumptiones, & admittuntur Testes
de auditu, & credulitate, num. 2.*
3 *Testibus deponentibus de facto proprio, & verisimi-
liter informatis deponentibus de fructibus beneficij
standum est.*

DECISIO CLII.

CVM, vt sæpè dictum fuit, materia liqui-
dationis fructuum reputetur in iure dif-
1 ficilis probationis, † ac propterea in ea suffi-
ciant leuiores probationes, & etiam per conie-
cturas, *Bald. in l. 1. num. 22. C. de fruct. & lit. expens.
Natt. cons. 510. n. 7.* & per solitum, *Bald. cons. 323.
num. 5. l. 2. Corn. cons. 391. in fin. l. 3. Natt. d. cons. 510
num. 7. lib. 3. Achill. decis. 22. de rest. spol.* & admit-
tuntur Testes de auditu, & credulitate, *Alex. in
l. pretia rerum num. 9. Imol. sub num. 3. ff. ad l. Fal-
cid. Card. Seraph. dicta decis. 1245. num. 7.* & deniq;
tota Iudicis arbitrio remittatur, *Natt. dicto cons.
510. num. 7. lib. 3.*

Censuerunt Domini, satis superq; ex Testi-
bus, qui dantur, probari fructus Beneficij, de
quo agitur, ascendere ad summam scutor. 20.
3 ad minus, † cũ præsertim ex dictis testibus pri-
mus de facto proprio deponat, alij autem sint
vicini, ac propterea verisimiliter de dictis fru-
ctibus benè informati, de quibus etiam omnes
deponunt, deductis expensis, prout requiritur,
l. fructus, ff. solut. matrim. l. 1. C. de fruct. & lit. expens.
Vnde fuit conclusum, dictos fructus esse ad di-
ctam summam taxandos, &c.

BONONIEN. DE FORMAGLIARIIS.

Veneris 19. Ianuarij 1618.

DECISIO CLIII.

Impressa in *recent. dec. 3. part. 4. tom. 2.*

ORIOLEN. CANONICATVS.

Mercurij 24. Ianuarij 1618.

ARGVMENTVM.

Possessorium cum petitorio quādo cumulari debeat, Capitulum non est legitimus contradictor ad impediendam immissionē Litteræ Apostolicæ executioni demandandæ sunt.

SVMMARIVM.

1 *Possessorium cum petitorio de iure cumulandum non est, quando possessorium est clarum.*
2 *Constito de possessione antecessoris immissio denegari non potest.*
3 *Capitulum nōn est legitimus contradictor ad impediendam immissionem vigore gratiæ subrogationis.*
4 *Capitulum debet parere executioni, & non contradicere.*
5 *Litteræ Apostolicæ debent executioni demandari.*
6 *Exceptio Obreptionis tanquam requirens altiorē indaginem non admittitur in petitorio.*
7 *Beneficia Ecclesiastica non sunt incompatibilia in assequendo, sed in retinendo.*
8 *Vltimus status Beneficij ex quibus probatus dicatur.*

DECISIO CLIV.

QVONIAM clausula, *arbitrio Rotæ*, etsi iuris rigorem minuat, non tollit tamen illius dispositionem, vt fuit sæpius in pluribus causis firmatum. Domini censuerunt non intrare arbitrium ad effectum cumulandi pos-
1 sessorium cum petitorio; † de iure enim dictæ cumulationi locus non est, quando possessoriū est clarum, & prius de eo constat, vt fuit dictū *in causa Montis Falisci Cappellaniæ 13. Ian. 1606. coram Illustrissimo Card. Lancellotto*, & alias sæpissime.

Quod autem in casu isto possessoriū sit clarum, patet eo ipso, quod in controuersia non est; immo plene de reseruatione, & obitu immediato D. Thomæ antecessoris in possessione Canonicatus, de quo agitur, constat, necnon, & de dicti Thomæ Clericatu; nam his concur-
2 rentibus, non potest ipsi † vllo iure vigore gratiosæ subrogationis ad possessionem defuncti denegari immissio, vt fuit sæpius resolutum, & præsertim *in causa Burgen. de Pancoruo 24. Octobris, & 28. Nouembris 1593. coram bo. me. Gipsio. & in Miranden. Parrochialis 17. Maij 1600. coram bo. me. Penia.*

Nec obstat, quod pro parte Capituli prætenditur, gratiam principalem dicti Thomæ esse obreptitiam, eo quod falso in ea narratum fuit, Archidiaconatum, quem dictus Thomas in eadem Ecclesia obtinet, nullos fructus habere, quia præterquamquod Capitulum non est le-
3 gitimus Contradictor † ad impediendam immissionem vigore dictæ gratiosæ subrogationis, *Mohed. decis. 13. vt lit. pend.* & fuit dictum *in vna Senonen. Canonicatus 13. Maij 1588. coram Bubalo, & in Hispalen. Canonicatus 22. Ianuar. 1605. coram Illustrissimo Cardinali Ludouisio*; Capituli si-
4 quidem partes sunt, † parere executioni, & nō contradicere, *gloss. in cap. Pastoralis, §. quia verò de off. deleg. Innoc. in c. mandatum de rescript.* ista etiam exceptio prætensæ obreptionis non potest dictam immissionem impedire, tum quia percutit gratiam principalem tantum, non autem literas dictæ subrogationis; in quibus dicta narratiua non legitur, vnde debent illæ, non obstantibus exceptionibus aliundè petitis exe-
5 cutioni † demandari, *iuxta trad. per Ancaran. cons. 197. num. 8. vers. & proximè dictis optione iustificantur*; & fuit dictum *in causa Abulen. Canonicatus, et præbendæ 24. Nouembris 1575. coram Rubeo, & in Salamantina Beneficij de Duennas 30. Ianuar. 1596. coram Paten. & in Papien. præpositura 30. Maij 1611 coram Reuerendiss. Atrebaten.* Tum quia dicta
6 exceptio respicit petitorium, & altiorem indaginem requirit, *Put. decis. 405. num. 2. lib. 2.* ac propterea in hoc iudicio non admittitur, vt fuit dictum *in causa Montis Falisci Cappellaniæ 30. Ianuar. 1606. coram Illustriss. Card. Lancellotto*, & alias sæpe.

Non obstat, quod cū dicta obreptio sit concludenter, vt prætenditur, probata, debet saltem arbitrio locus esse, ne mediante hac immissione D. Thomas duo Beneficia in eadem Ecclesia occupet, ac per consequens cultus Diuinus in dicta Ecclesia per istam immissionem minuatur, quia vltra quod ratio ista in hoc iu-
7 dicio non attenditur, quia beneficia Ecclesiastica non sunt incompatibilia in assequendo, sed in retinendo tantum, *c. de multis, & ibi DD. de præbend. Mohed. dec. 14. eodem tit.* ac propterea poterit illa in alio iudicio discuti, vt fuit in puncto resolutum *in vna Tiburtina Archidiaconatus 15. huius mensis coram R. P. D. meo Caualerio.*

Non substitit etiam quod obreptio, vt dicitur,
8 sit probata, quia omnibus ad probandam dictam obreptionem adductis, visum fuit DD. præualere, quod non solum ipsemet Thomas dictum Archidiaconatum sub ista narratiua, quod nullos fructus haberet, obtinuit, & fuit in vim dictarum litterarum à Capitulo ad possessionem dicti Archidiaconatus admissus; sed quia etiam in relatione status Ecclesiæ Oriolen. de anno 1601. per Episcopum Sac. Congregationi Concilij Tridentini in actu visitationis liminum Apostolorum facta, idemmet Episcopus affirmat, quod iste Archidiaconatus præter vocem in Capitulo locum in Choro, & in processionibus nullam habet præbendam, neque distributiones, aut annuos redditus; sed est titulus sine re, & propterea qui illum obtinet, neque Ecclesiam frequentat, nec residet; ac vix inter annum semel, ac bis Choro interest; nam cum ista relatio sit de re concernente ad officium

3 cium referentis, satis videtur per eam probatus vltimus status dicti Archidiaconatus, *Verall.decis.158.par.2. Card.Seraph.decis.780. num.1. & 2.* quod ad euitandam subreptionem sufficit *Card.Seraph.decis.936.num.3.etc.*

BONONIEN. FIDEICOMMISSI.

Vener. 26.Ianuar.1618.

DECISIO CLV.

Impressa *apud Spadam post consil. 342.volum.2. et in recent.dec.4. par.4. tom.2.*

ROMANA SALVIANI.

Luna 29. Ianuar. 1618.

DECISIO CLVI.

Impress. *post Cent.de Censib.decis.75. in addit. vbi est error in anno.*

BONONIEN. DE GOZADINIS.

Mercurij 31.Ianuar.1618.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Mandata relaxata vigore sententia iusta executioni demandanda sunt.*
2 *Fructus sequuntur Dominium rei.*
3 *Per litis contestationem Debitor in mora constituitur.*
4 *Fructus benè liquidantur à Perito à Iudice deputato.*

DECISIO CLVII.

DOMINI absque difficultate dixerunt, mãdata pro affictibus, & fructibus in sententijs extra Rotam latis relaxata executioni de-
1 mandari debere; sunt enim dictæ sententiæ, vt iam fuit decisum iustæ, & eum, vt in eadem decisione dictum fuit prædium, de quo agitur pleno iure ad dictum Brandilisium spectet, quoad dominium scilicet, & possessionem, dubium nullum est, quin et quoque debeantur pensiones, & fructus dicti Prædij, tam pro tẽporeã, quo durauit locatio, quàm etiam post finitam locationem ante, & post litem conte-
2 statam, quia fructus sequuntur dominum rei, *l. fructus, l. in fundo, l. ex diuerso, §. 1. ff. de rei vendic. l. Herennius, ff. de vsuris, l. si dominium, C. de pign. cum simil.* ac propterea nedum spectat ad eum durante locatione pensio conuenta, verum etiam & post finitam locationem, vel eadem pensio, vel fructus, & multo magis post litis contestationem, per quam debitores dictorum fructuum fuerunt in mora constituti, *Menoch. de arbitr.iud.lib.2.cas.220.num.47. post Ianuen. decis.16.num.17. Pedemont.decis.49.num.1. Afflict.decis.150.num.38.*

Nec cadit scrupulus circa dictorum fructuũ
4 quantitatem, cum illi fuerint per tertium Peritum a Iudice in discordia aliorum communiter electorum deputatum liquidati, *l. item si vnus in fin. ff. de recept.arbitr. Cagnol.in l.2. nu.258. & seq. C. de resc. vend. Card. Seraph. decis.645. numer.3.*

FIRMANA BONORVM.

Veneris 9. Febr.1618.

DECISIO CLVIII.

Impress. *in Recent.decis.8.par.4.tom.2.*

RAVENNATEN. SALVIANI.

Luna 12.Febr.1618.

ARGVMENTVM.

Hypotheca quando competat, & quando extincta dicatur per transactionem, vel cessionem. Hæres cum beneficio legis, & inuentarij potest impugnare factum defuncti, & non confundit actiones.

SVMMARIVM.

1 *Hypothecaria competit contra bona debitoris.*
2 *Vbi datur hypothecaria, datur Saluianum.*
3 *Omnis actio extinguitur per transactionem, & solutionem fallit, num.4.*
5 *Actus non operatur vltra voluntatem agentis.*
6 *Iura vni obligata non extinguuntur per vnionem alteri factam.*
7 *Hæres non potest impugnare factum defuncti, fallit, quando est cum beneficio legis, & inuentarij, numer.8.*
9 *In herede cum beneficio legis, & inuentarij non confundit actiones.*

DECISIO CLIX.

DOMINI dixerunt sententiam, qua in partibus declaratum fuit intrare Saluianum, esse infirmandam.

Nam cum in controuersia non sit creditum Sebastiani, & etiam constet, quod Bellini sunt debitores sub obligatione omnium suorum bonorum Ioannis, & Rodulphi, quorum omnia iura, & actiones Sebastianus pro dicto suo credito hypothecata habet, vtique competit dicto Sebastiano vtilis hypothecaria contra bo-
1 na Bellini dictis Ioanni, & Rodulpho hypotheca-

thecata, quæ ipsis directo competeret, *gloss. in l. 2. in verb. conuenti, C. quando fisc. cul. pri uat.* & verbis expressis tradit *Bart in l. grege, §. cum pignori num. 1. ff. de pig. cum alijs per Neguf. de pig. 3. memb. secunda partis num. 24. & seq.* & consequenter etiã Saluianum contra tertios dictorum bonorum possessores, quia vbicumque datur hypotheca-
2 ria, datur etiam Saluianum, vt sæpè fuit dictũ, & not. *Gabr. cons. 46. num. 20. lib. 2.*

Nec obstat vnicum fundamentum in contrarium adductum, quod scilicet hypotheca, quam Rodulphus Pater dicti Sebastiani habebat in, & super omnibus bonis dictorum de Bellinis fuit extincta mediante transactione, ac
3 etiam solutione scutorum 320. à Bellinis vigore dictæ transactionis dicto Rodulpho facta, & consequenter sublata omnis actio, quæ dicto Rodulpho, ac etiam Sebastiano aduersus Bellinos, vt dictum est, & ipsorum bona competebat, *l. etiam liberatur in princ. ff. quib. mod. pig. & hypot. solu. l. nouatione, ff. de nouat. Alex. cons. 17. n. 5. vers. secundo ratione tutori lib. 1.*

Nam in facto non subsistit, quod dicta hypotheca fuerit extincta, quia vt in instrumento dictæ transactionis legitur, ac Pandulphus dicta scuta 320. recepit in extinctionem sui crediti, & iurium sibi competentium, nec illa Bellini dicto Pandulphino vti illius debitores soluerunt, sed ad effectum tantum acquirendi iura Pandulpho competentia tertijs videlicet illis de Giannis, quibus propterea dicta iura à Pandulpho in eadem transactione amplissimè cessa fuerunt.

Vnde quamuis dicti Bellini potuissent soluendo debitum Pandulpho dictam hypothecã extinguere, quia tamen hanc viam non elegerunt, sed potiùs, vt dictum est, voluerunt iura Pandulphi emere tamquam extranei, illaque illis de Giannis acquirere; non possunt dici dicta iura mediante dicta transactione, ac solutione extincta, sed proculdubio adhuc durant,
4 vt probat *text. in l. cum is, qui & ibi Castrens. & alij ff. de fideiuss. l. l. soluitur, §. si conuenerit, ff. quib. mod. pig. vel hypoth. solu.* & fuit in terminis etiam fortioribus dictum *in causa Romana rescissionis instrumenti 18. Martij 1616. coram R. P. D. meo Vbaldo.*

Ex his patet etiam responsio ad omnia pro Antonio allegata, quia non procedunt, quando clarè de voluntate transigentis, vel soluentis constat, quod non voluit iura extinguere, sed illa tamquam quilibet extraneus emere, & alteri acquirere, tunc enim actus non opera-
5 tur vltra voluntatem agentis, vt fuit dictum *in eadem Romana rescissionis instrumenti corã R. P. D. meo Vbaldo.*

Nec obstat cessio à Rodulpho illis de Giannis facta, quia cum iam prius dicta iura essent Sebastiano obligata; nullum fuit per dictam cessionem dicto Sebastiano præiudicium illatum, sed ea non obstante potest dicta iura ad-
6 uersus quemcumque exercere, donec extent, & penitus non extinguantur, *Paris. cons. 69. n. 7. & seq. vol. 4. Surd. cons. 436. num. 10. & seq. Signorell. cons. 65. num. 4. & seq.* & illorum vigore etiam Saluianum aduersus tertios possessores bonorum sub dicta hypotheca comprehensorum intentare ex latè adductis per *Modern. de Salu. interd. in spec. 3. 3. cap. 2. num. 195. vsque ad 202.*

7 Non obstat, quod Sebastianus vti hæres Pandulphi non potest cessionem à dicto Pandulpho factam impugnare, *l. cum à matre, C. de rei vindic. cum simil.* quia cum non sit simpliciter
8 hæres, sed cum beneficio legis, & Inuentarij habetur pro non hærede quoad sibi debita, *Bald. in l. fin. §. in computatione num. 11. C. de iur. delib. & in l. debitori num. 3. C. de pact.* vel saltem finguntur actiones non confusæ, quatenus ei
9 dicta confusio sit damnosa, *Bald. & alii in dicta l. fin. §. in computatione, Gabr. cons. 125. num. 12. lib. 1.* cum alijs latissimè cumulatis per *Menoch. cons. 203. num. 25. & seq.*

Quia tamen pro parte Antonij prætendebatur dictum Inuentarium fuisse nulliter confectum, ideoque Sebastiano suffragari non posse; Domini reseruarunt particulariter videre, an ei exceptio dictæ nullitatis obstet, &c.

ILCINENSIS IVRISPATRONATVS

Vener. 16. Febr. 1618.

ARGVMENTVM

Agitur quando duę familię sint vocatę coniunctim ad feudum, & non ordine successiuo, quod colligitur ex verbis, & ex obseruantia subsequuta.

SVMMARIVM.

1 *Verba* simul, *& ęqualiter coniungunt.*
2 *Contenti sub vnica structura verborum diuerso iure vocati non censentur.*
3 *Qui totum dicit, nihil excludit.*
4 *In his quæ pertinent ad omnes, maior pars non præiudicat minori.*
5 *Coniunctim vocati censentur, quando verba non admittunt successiuum intellectum.*
6 *Ex verbis deprehenditur mens Testatoris, & ex obseruantia subsequuta n. 9.*
7 *Obseruantia est optima rerum interpres.*
8 *Testator vocans Familiam censetur ordine successiuo.*

DECISIO CLX.

PRÆSVPPOSITIS resolutionibus in hac causa factis, quod in legato, de quo agitur vtraq; familia originaria scilicet, & aggregata sit vocata; dubitaui vtrum dictæ familiæ essent vocatæ coniunctim, seu potius ordine successiuo, & DD. responderunt, illas esse vocatas coniunctim, tum quia vt ex deductis in alijs decisionibus apparet, sunt vocati vnico contextu & structura verborum; quo casu quando vt in proposito inter vocatos non cadit ordo necessitatis, semper censentur vocati coniunctim, ex vulgatibus illis regulis, quod scilicet copula
1 *simul, & æqualiter* coniungit, & ea, quæ sub vnica structura verborum continentur, diuerso
2 iure censeri non debent; Ex quibus ita in hac

hac materia arguit *Bart.in l.Gallus §.quidam recte*
5 *n.3.& ibid.Iaf.n.16.& 35.Aret.sub n.7. verf.2.quia de proprietate fermonis cum alijs per bo.me.Cardinal. Mantic.de coniect.vlt.vol.l.4.tit 9. nu.20.* & in terminis legati eft *tex. in l. fi mulieri ff. de vfufruct. accrefc.*

Tum etiam quia Teftator vfus eft verbis de notantibus coniunctionem, vocauit enim vt etiam in alijs decifionibus ponderatum fuit,totam domum Piccolomineam, quæ vocatio vtique in altera tantum familia verificari non
3 poteft, quia qui totum dicit,nihil excludit *l. Iulianus ff.de leg.3.cum alijs per Dec. in l.omnia ff.fi cert.pet.*

Et vlterius apertè quoquè demonftrauit quod iftas familias confiderauit,tanquam vnũ corpus,& non earum perfonas fingulares,dum præfertim difpofuit, quod legatarij fe congregare deberent, & in huiufmodi Congregatione voluntas maioris partis præualeret, nam fi fingulas perfonas confideraffet non difpofuiffet, quod maior pars præualeret, quia in his
4 quæ pertinent ad omnes ; maior pars non præiudicat minori *Bart.in l. quod maior fub nu.1. verf.ad iftud oppono ff.ad municip. Socc. in l.fi cognati n.23.& feq.ff.de reb.dub.*

His enim fic ftantibus, dubitari non poteft, quin cenferi debeant coniunctim vocati omnes, quia dicta verba,& difpofitio non
5 admittunt fucceffiuum intellectum vt in fimili refpondet *Socc.iun.in conf.171.n.5. & feq.vol.2.*
6 & ex illis quoque fatis euidenter deprehenditur mens Teftatoris, quæ etiam in hoc ficut in cæteris principaliter attenditur *l. in conditionibus ff.de cond.& demonftr.l.cum iniuriã §.fane C.de fideicom.Bart.in dicto § quidam recte fub num.4.in fin. & num.5.cum alijs per Mantic.dicto tract.tit.3.numer.1. & feq.*

Et omnis fcrupulus remouetur ex obferuãtia, poftea fubfecuta, quæ eft optima rerum
7 interpres,nam in Congregationibus à Teftatore ordinatis vtraque familia conuenit,& vtraque etiam poffedit, & ad huc poffidet apotecas fub Porticu Piccolomineorum exiftentes, & per dictumTeftatorem toti domui,& Progeniei de Piccolomineis relictas.

Vnde etiam non obftat,quod nomen familię quo vfus fuit teftator eft nomen collectiuum
8 plurium perfonarum, ac propterea cenferi debet ordine fucceffiuo vocati *ex adduct. per Card. Mantic.vbi fup.n.28.* quia fatis ex prædictis conftat,quodTeftator voluit vocare perfonas vtriufque familiæ infimul, & coniunctim, & totam domum Piccolomineam,natos fcilicet tã ex ftirpe, & fanguine Piccolomineorum, & Pij II. quam etiam ex ftirpe, & fanguine Pij III. vt fonant expreffè verba Teftatoris, & declarauit obferuantia fubfecuta *ad l.fi de interpretatione ff.de leg. Aym. conf.101.numer.3. & 4.cum fimil.*

ELBOREN. FRVCTVVM

Vener.16.Febr. 1618.

DECISIO CLXI.

Impreffa in Recent. decif.622.par.4.

PERVSINA BONORVM

Lunæ 19. Febr. 1618.

DECISIO CLXII.

Impreffa apud Poftium de fubhaft. decif. 31.

MVTINEN HÆREDITATIS

Mercurij 14. Martij 1618.

ARGVMENTVM.

Breuis forma ad vnguem feruanda eft, nec poteft extendi ad non expreffa.

SVMMARIVM.

1 *Forma Breuis,ad vnguem eft feruanda,nec minui poteft, nec addi.*
2 *Refcripta non extenduntur de perfona nominata ad non nominatam.*
3 *Regula quod* potui nolui *quando obftet.*
4 *Claufula* omni meliori modo *fine copula reftringitur tantum ad expreffa.*
5 *Epifcopus non poteft fe ingerere in Breui directo Vicario.*

DECISIO CLXIII.

STRICTE ad dubium; in quo quærebatur an executio Breuis Apoftolici facta per D. Epifcopum fit exceffiua, & nulla, refponfum fuit conftare de exceffu, & nullitate.

Et exceffus quidem ex eo, colligi videbatur quod cum dictum Breue reftrictum effet ad bonaSiluij, D. Epifcopus in executione illius ne dum dicta bona Siluij, fed etiam bona Siluiæ Carandinæ Monafterio applicauit, quod facere non potuit,quia forma Breuis diligenter
1 erat feruanda,& ficuti illi nihil detrahi poterat, ita nec addi *Io.Andr.in c.prudentiam n.12.vol.circa formam de off.deleg.Fel.in c. cum dilecta n.6.ad med. ampliat.1.de refcript.Bal.in l.fin.n.4.C.de fuis,& leg. hæred. Capic. decif. 333. p. 1.* refcripta enim funt
2 ftricti Iuris, & in ijs veniunt expreffa tantum nec fit extenfio ad perfonas, & res in illis non nominatas *Abb.in c.Epifcopi in fin.de reb.Eccl. non alien. Fel.in rub.de refcript. n.7. Accbil. decif. 1. ex eodem tit.Card.Seraph.decif.892.n.2.*

Nec obftat,quod cum illa interpretatio femper facienda fit, per quam actus fubftineatur cenferi debet D.Epifcopum quoad bona Siluię

applicationem fecisse auctoritate ordinaria, seù potius à Sacro Tridentino Concilio delegata, non autem vigore dicti Breuis, quia ex lectura decreti in actu dictæ applicationis per cum facti apparet illum processisse in vim dicti Breuis, & vt illud plenariè executioni demandaret, ac propterea quatenus etiam eandem applicationem authoritate ordinaria facere po-
3 tuisset, obstaret ei regula quod potui nolui *c. cũ super de off. deleg. c. cum ex officij. & ibi Felin. numer. 25. vers. 5. conclusio de prescript. Rom. cons. 343. num. 5.*

Nec obstat clausula omni meliori modo in dicto decreto apposita, quia cum dicta clausula
4 sit sine copula restringitur tantum ad expressa *Achil. decis. 4. de procur. & decis. vnic. de verborum significat. Put. decis. 230. l. 2. cum simil.*

Est etiam dicta executio nulla, quia cũ Breue directum esset Vicario, non poterat dictus
5 Episcopus se in illius executione Ingerere *Clement. 2. & ibi Anch. n. 5. Cardin. n. 15. & cateri de rescript.* post alios tradit *Sbrozz. de off. Vicar. l. 2. q. 136. per tex.* vbi etiam *num. 8.* dicit hoc locum habere etiamsi executio Vicario commissa sit sub nomine dignitatis.

BONONIEN DE FORMAGLIARIIS

Merc. 14. Martij 1618.

DECISIO CLXIV.

Impressa in recent. decis. 13. par. 4. tom. 2.

ROMANA QVARTI DOTALIS

Veneris 16. Martij 1618.

DECISIO CLXV.

Impressa post Fenzon. ad Statut. Vrb. decis. 74.

FAVENTINA DOTIS

Veneris 23. Martij 1618.

DECISIO CLXVI.

Impressa in Recent. decis. 642. par. 4.

ROMANA PECVNIARIA

Veneris 30. Martij 1618.

DECISIO CLXVII.

Impressa in Recent. decis. 647. par. 4.

PAMPILONEN. PAROCHIALIS

Veneris 30. Martij 1618.

DECISIO CLXVIII.

Impressa in Recent. decis. 438. par. 4.

ALGAREN. DISMEMBRATIONIS

Veneris 4. Maij 1618.

DECISIO CLXIX.

Impressa in recent. decis. 20. par. 4. tom. 2.

HISPALEN. CERÆ SACRARIÆ.

Lunæ 7. Maij 1618.

ARGVMENTVM.

Confessio adminiculata quando præiudicat successori. In iudicio summario sufficiunt præsumptiones: Cappellani cũ cura animarum antequam admittantur ad exercitium, debent ab Episcopo examinari non obstante quolibet priuilegio in contrarium.

SVMMARIVM.

1 *Confessio adminiculata praiudicat etiam successori.*
2 *In iudicio possessorio sufficiunt leuiores probationes, & semiplena.*
3 *Cappellani cum cura animarum antequam admittantur ad exercitium, debent ab Episcopo examinari, & num. 5.*
4 *Capitulum ad hoc vt dicatur in quasi possessione iuris negatiui quid requiratur.*

DECISIO CLXX.

CONCLVSVM fuit, dandum esse mandatum de manutenendo Capitulo in quasi possessione nominandi Capellanos ad nutum amouibiles examinandos per D. Archiepiscopum. Nam de dicta quasi possessione Capituli abundè constat ne dum ex testibus, tàm hic in Curia, quàm etiam in Partibus examinatis, sed etiam ex notulis denominationum, & deputationum per Capitulum factarum ex libro Capituli extractis, & ex confessione Cardinalis de Gueuart tunc Archiepiscopi in quodam Instrumento transactionis inter ipsum, & di-
1 ctum Capitulum initæ, quæ confessio cum sit adminiculata ex supradictis notulis, & ac testibus, & alijs etiam confessionibus Procuratoris Fiscalis ab Informantibus deductis præiudicat etiam Successori *Mohed. decis. 1. de confess. Card. Seraph. decis. 292. num. 3. & decis. 442. sub num. 2. & fuit dictum in Vicentina pensionis 9. Decembris 1588. coram bon. mem. Card. Mantica, &*

omnia

omnia ſaltem ſimul iuncta abſque difficultate
ſufficiunt ad obtinendum in hoc iudicio;cum
præſertim non requirantur in eo plenæ,& con-
2 cludentes probationes , ſed ſufficiant etiam le-
uiores , & ſemiplenæ *Abb. in c.cum Eccleſia Su-
trina num.23. vbi Rip. num.52. de cauſ.poſſ. & pro-
priet. Dec. conſ.56. numer.1. Caputaq. deciſ.385.
par.2. Card. Seraph. deciſ.8. & deciſ.624. & 1417.
num.1.*

Debent autem dicti Cappellani antequam
ad actuale exercitium curæ admittantur per
D. Archiepiſcopum examinari , & approbari ,
& quidem non ſolum ex diſpoſitione iuris
communis,qua cauetur,quod Cappellani,quo-
rum præſentatio ad alium ſpectat, non admit-
tantur ad exercendam curam animarum , niſi
3 præuio examine , & approbatione Epiſcopi , à
quo ſolo debent recipere exercitium Curæ,vbi
Populus non eſt exemptus,alias poſſunt repel-
li *cap,1. ibi caſque cum ſuis plebibus de verb. ſignif.
in 6.* vbi *Archid.col.1 ſuper verbo examinandi Cap.
Abb. num.1. Ioan: Andr. numer.3. ſuper verbo exa-
minandi Anch. ſub num.4. verſ.6. nota Gemin. in §
illum num.3. verſ. nota quod licet aliqui & numer.4.
verſ. hic poſuit Archid. Franch. dicto §. illum ſuper
gloſ. in verbo ſubiecta & in cap.1. col.2. verſ. ſi ve-
rò Eccleſia pertineat ad Monachos de Cappell. Mo-
nach.* verum etiam ex decreto Sac.Conc. Trid.
vt multis oſtendit *Nauarr. conſ.8. de priuil. iuxta
Rom. impreſſ. Garz. in tract. de benef. p.9. c.2. num.
182. cum plu. ſeq.* qui etiam referunt eiuſdem
Conc. Interpretum declarationes.

Non obſtat prætenſa quaſi poſſeſſio Capituli
dictos Cappellanos deputandi vllo alio præ-
uio Ordinarij examine , quia vltra quod indè
non fuit dicto Capitulo acquiſita quaſi poſſeſ-
ſio iuris negatiui , quod ſcilicet D. Archiepi-
ſcopus non poſſit dictos Cappellanos exami-
nare, antequam admittantur, & admiſſos reij-
cere,niſi probetur eueniſſe caſum,quod D.Ar-
chiepiſcopus voluerit illos examinare , & fue-
rit prohibitus,atque huic prohibitioni ipſe ac-
quieuerit , & Cappellani fuerint abſque eius
4 examine admiſſi; cum iſtud ſit requiſitum ne-
ceſſarium ad hoc , vt poſſit dici quæſita Capi-
tulo quaſi poſſeſſio iuris negatiui ad *trad. per
DD. in cap. cum Eccl. Sutrina de cauſ. poſſ. & pro-
priet. Aym. conſ.154. num.2. Rot. diuerſ. deciſ.411.
num.7. par.1.Seraph.deciſ.151.* Obſtat etiam di-
ctæ poſſeſſioni decretum Concilij , & Illuſtriſ-
ſimæ Congregationis dicti Concilij Interpre-
tum declarationes , quibus vt ex copia , quæ
datur,apparet, fuit deciſum, quod Cappellani,
vt ſupra deputati tenentur ſe etiam non obſtã-
te quauis alia etiam immemorabili poſſeſſio-
ne in contrarium Epiſcoporum examini ſubij-
cere.

PERVSINA DOTIS.

Vener. 11. Maij. 1618.

ARGVMENTVM

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Compenſatio habet vim ſolutionis , & extinguit de-
bitum.*
2 *Relatio Periti abſque ſententia non inducit compenſa-
tionem.*
3 *Relatio Periti liquidat creditum.*
4 *Per liquidationem inducitur compenſatio parte oppo-
nente.*

DECISIO CLXXI.

PRÆSVPPOSITA deciſione alias coram
Reuerendiſſimo D. meo Decano in hac
cauſa ad fauorẽ D. Hectoris facta, quod dictus
Hector nõ teneatur ad ſolutionẽ integræ præ-
ſtationis annuæ ſcut.550. à Balthaſſare ſibi in
donatione dicto Hectori facta reſeruatæ,& po-
ſtea D. Lutio ceſſæ , ſed detractis detrahendis,
& præſertim omnibus fructibus ab eodem Lu-
tio ex bonis donatis, & locis montium habitis.

Dubitaui an conſtet de ſatisfactione dicto-
rum fructuum , & Domini præſuppoſito Cal-
culo à Perito facto affirmatiuè reſponderunt ;
quia ex contra poſitione partitarum à Perito
in dicto calculo facta apparet, quod dictus He-
ctor fuit à ſolutione annuæ præſtationis pro ea
rata liberatus,pro qua in eodem calculo Peri-
tus affirmat, ipſum conſtituendum eſſe credi-
torem dictorum fructuum, nam hæc compen-
ſatio vim habet ſolutionis , & extinguit debi-
1 tum non minus , ac vera ſolutio *l. ſi debitor ff.
qui pot. in pign. hab. C. ſi peculium § quod ſi haredi
ff. de ſtat. lib. Alex. conſ.12. num.14. & 15. l.2. Ti-
raquell. de retract. Liga. §.3.gloſ.3.numer.2.& ſeqq.
Rot. diuerſ. deciſ.7. num.1. par.2.*
2 Nec obſtat,quod per relationem Periti abſ-
que ſententia non inducitur compenſatio *l.2.*
3 *C. de iure fiſci* quia per relationem liquidatur
creditum , & facta liquidatione compenſatio
4 inducitur parte ſaltẽ opponẽte *l.fin.C.de cõpenſ.
Iaſ. in § compenſationes , & in §. in bona fidei n.78.
Inſt.de act.cum alijs per Tiraquell. in l. ſi vnquam
in verſ. reuertatur num.15. C. de reuoc. donatione.*

PAMPILONEN. PAROCHIALIS

Lunæ 14. Maij 1618.

ARGVMENTVM

Ab Excommunicatione quando dicatur im-
petrata abſolutio ſaltem in foro conſcientiæ,
quod ſufficit ad hoc , vt Sacramenta perci-
pi poſſint.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Grauiter percutiens Clericum incidit in excommunicationem.*
2 *Bulla Cruciatæ non impartitur veniam ab excommunicatione, nisi post satisfactionem.*
3 *Absolutus in foro conscientiæ Diuina Sacramenta percipere potest.*
4 *Irregularitas non incurritur sine contemptu.*
5 *Contemptus non interuenit, quando petita est venia.*

DECISIO CLXXII.

DOMINI steterunt in decisis sub die 30. Martij præteriti, quia scilicet, vt tunc dicebatur, Martinus non probauit, quod Petrus irregularis existens Missas, & alia diuina officia celebrare non erubuit in contemptum Clauium, perniciosorúque exemplum, ac plurimorum scandalum.

Nec obstat, quod dicitur dictam narratiuam satis fuisse eo ipso iustificatam, quod probatum est, quod Petrus in excommunicatione exi-
1 stens, in quam ex graui percussione eiusdem Martini Clerici inciderat per tex. *in cap. si quis suadente 17. quæst. 4.* per plures vices celebrauit eo quod prima vice celebrans irregularitatem contraxit, ac postea eadem Sacra sæpius faciendo verum apparet, quod in irregularitate existens sæpiùs celebrauit; cum imò pro parte dicti Petri ostendatur, quod quarto die post dictam percussionem fuit à dicta excommunicatione vigore Bullæ Cruciatæ, ac etiam ex speciali priuilegio Patrum Mendicantium S. Francisci absolutus.

Nec obstant, quæ aduersus dictam absolutionem deducuntur, quod scilicet illa Petro nō suffragatur, quia vigore dicti Priuilegij Cruciatæ impartiri non potuit, nisi post iustam satis-
2 factionem, & quia etiam tunc ipsum iuuaret in foro conscientiæ tantum ex *Nauar. in cons. si de sent. excommun.* & alijs pro Martino allegatis quia præterquam quod sufficit Petro petijsse veniam, quamuis illam obtinere non potuerit & absolutio, quæ etiam quoad forum conscię-
3 tiæ tantum suffragatur, operatur vt absolutus Diuina Sacramenta percipere possit, vt declarat ibid. *Nauar. dicto Cons. 51. n. 2.*

Cessare videbatur difficultas etiā ex eo quod dictus Petrus vel omnino post dictam absolutionem celebrando irregularitatem non cō-
4 traxit; quia illa absque contemptu non incurritur *Abb. in c. Pastoralis §. verum n. 15. de appellat.* est enim pœna contemptus *Fel. in c. Rodulphus n. 43. de rescript. Dominic. in c. solet desent excom. Nauarr. in manual. c. 27. n. 252. vers. 8. dico*, & contemptus in eo, qui absolutionem petijt ac etiā obtinuit, considerari non potest ex adduc. *in Oscen. Archidiaconatus 16. Maij 1603. coram Illustris. Card. Lancellotto* vel saltem dici non potest quod in contemptum Clauium celebrauit, quia vt in alia decisione dictum fuit, tunc tantum contēptus interuenisse dicitur, quando volūtas alicuius renuit legi, & ex ea causa procedit ad faciendam legem, ita quod transgressionis causa contemptus sit, quod in casu isto factum fuisse nec præsumitur, nec probatur, quinimo vt modo dictum est, omnis contemptus ex eo so-
5 lum excluditur, quod à dicto Petro petita, & obtenta fuit absolutio, vt in simili de eo, qui constituit Procuratorem ad obtinen. absolutionem à iuramento dixit *Rot. in vna Rom. nullitatis obligationis 27. Junij 1605. coram Reuer. Attrebaten.* & ista qualitas, quod in contemptum Clauium celebrauerit, erat omnino probanda ad effectū, vt gratia posset dici iustificata, vt pluribus fuit in dicta decisione comprobatum.

LVNEN. SARZANEN. PENSIONIS

Luna 14. Maij 1618.

DECISIO CLXXIII.

Impressa apud Postium de Manuten. decis. 143.

ARIMINEN. FIDEICOMISSI

Veneris 18. Maij 1618.

DECISIO CLXXIV.

Impressa in Recent. decis. 24. par. 4. tom. 2.

LVNEN. SARZANEN IVRISPATRONATVS

Luna 21. Maij 1618.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Femina nupta non desinit esse de familia.*
2 *Iuspatronatus spectans ad familia Gubernatores intelligitur spectare ad maiorem, & seniorem domus, & num. 3.*

DECISIO CLXXV.

QVÆSIVI, vtrum Hieronymus, vel Alexander esset instituendus, & quia non dubitatūr de existentia iurispatronatus quodq; illud ad Gubernatores domus illorum de Brolijs de Seraptis de Comisanis, & de Scacalossis spectet, ac propterea dicti dubij resolutio totā pendebat ex eo, quod videretur quis esset ex prædictis à maiori parte dictorum Patronorū præsentatus; Domini dixerunt Hieronymum esse præsentatum ab illis de Brolijs, & de Seraptis; Alexandrum verò ab illis de Scacalossis, & quod de voce Comisanorum particulariter videretur.

Quo enim ad illos de Brolijs apparet dictū Hieronymum præsentatum esse à Lucretia,

quæ

quæ vt testes deponunt *Summario* dicti Hieronymi *nu.8.* sola superest ex dicta familia atq; ideò ad ipsam ius præsentandi spectat etiam
1 quod nupta esset extra familiam, quia nihilominus non desinit esse de familia Paterna, vt pluribus firmatum fuit *in Parmen. Iu. patr.26. April.1613.coram R.P.D.meo Pamphilio.*

Nec obstat,quod nullum ius competere potest in dicto Patronatu dictæ Lucretiæ, ex quo vt dictum est, spectat ad Gubernatores familiæ de Prolijs,qualis dicta Lucretia dici non potest
2 quia cum versemur in familia priuata, & sine iurisdictione, & maioratu dicta verba intelligi debent de maiore, & seniore domus ad *Not.per Felin.in rub. de maior.& obed.nu.12.vers.de excellentia*, ac propterea cum dicta Lucretia sit
3 maior, & senior, imò sola vt dictum est ex dicta familia,merito in ipsa quoq; dictum ius præsentandi residet ex alleg. *in dicta Parmen.Iurisp. coram R.P.D.meo Pamphilio.*

Quo vero ad illos de Seraptis constat dictum Hieronymum præsentatum esse à Leandro, qui cum descendere probetur à Seraptis de Roua, ad quos ius præsentandi ex fundatione spectat, & sic filius Capitanei Iulij Capitanei Herculis de Roua, qui alias præsentauit; vox ista ad fauorem dicti Hieronymi computari debet.

Nec obstat, quod Alexander præsentatus fuerit à Leonardo de Seraptis,qui prætenditur senior, quia nec descendentia dicti Leonardi probatur à Seraptis de Rouo, ad quos ius præsentandi dictum est, pertinet, nec quod ipsius Antecessores vllo vnquam tempore præsentauerint.

Quo autem ad illos de Scacalossis constat, Alexandrum præsentatum esse à Margarita,& Magdalena filiabusq. Io. Petri Scacalossi, quæ solæ ex dicta familia supersunt,& à tutorio nomine filiorum.

ROMANA SALVIANI INTERDICTI

Veneris 25. Maij 1618.

DECISIO CLXXVI.

Impressa apud Cene.in addit.dec.43.& apud Duard. pariter de Censib.decis.366.

ROMANA PECVNIARIA

Lunæ 28. Maij 1618.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Lex curabit C.de actionibus empti quando habeat locum.*
2 *Exceptio iuris tertij non perimit ius agentis, nisi illo tertio volente.*
3 *Exceptio iuris tertij non admittitur in iudicio executiuo.*
4 *Acceptato legato facto loco donationis non potest peti amplius donatio.*
5 *Legata de manu hæredis percipi debent.*
6 *Pactum conditionale non debet adimpleri, nisi purificata conditione.*
7 *Exceptio requirens altiorem indaginem executionem Obligationis cameralis impedire non debet, & numer. 8.*

DECISIO CLXXVII.

ITERVM proposito dubio ad fauorem Excellentiss. D. Principissæ sub die 30. Martij præteriti resoluto Domini steterunt in decisis; Neque enim vltra plura alia iam sæpius inculcata, & reiecta obstare videbatur, quod dictæ D. Principissæ nulla competit actio pro rata donationis propter nuptias, cum illa per mortem D. Claricis euanuerit, atque ad hæredes Sciarræ vigore statuti Vrbis reuersa sit, aut quod saltem dicta D. Principissa non potest pro dicta rata via executiua agere;quia vtrumque exfacto tollitur; nam ex eo constat, quod & eadem met D. Iulia cum iuramento, ac obligatione Camerali promisit dictę D.Clarici, illiusque hæredibus, & successoribus soluere fructus dictæ Clarici pro rata quantitatis terrę ipsi pro dote, ac etiam donatione, & cum plena in eam dominij dictæ quantitatis translatione assignatæ debitos,& quod dicta D. Principissa expressè à dicta Clarice in dictorum fructuum medietate instituta fuit, quibus stantibus dubium non est, quin vt iam sæpè alias in hac causa firmatum fuit, possit vigore dictæ obligationis dicta D. Principissa etiam aduersus dictæ Iuliæ hæredes pro dictis fructibus executiuè agere, neque in hoc iudicio dicta exceptio admittatur, cum præsertim dicta D. Principissa hæres quoque Sciarræ sit, ac propterea dicta Iulia nullam causam retinendi integram donationem habeat,& vlterius D.Clarix in instrumento assignationis dictæ quantitatis terræ ipsi factæ sub eadem etiam obligatione Camerali, ac iuramento promisent, quod post eius obitum ipsius hæredes restituent dictam donationem propter nuptias in simili specie, qua ipsa illam recepit,dicti Sciarræ hæredibus; Ex his enim apparet, quod dicta D. Iulia, eiusque hæredes non solum vigore propriæ dictæ Iuliæ obligationis, sed etiam vigore promissionis factæ ab eadem Clarice, cuius, & ipsa Iulia est pro medietate hæres ad dictorum fructuum prestationem dictę D.Principissæ, vel vti hæredi Claricis, vel vti hæredi dicti Sciarræ tenentur, donec, & quousque dictæ Claricis, seu D. Principissæ eius hæredi realiter, & cum effectu dictæ Terræ quantitas tradita, ac consignata fuerit ex æquitate scilicet
1 *l. curabit C. de act. empt.* vt pluribus iam fuit in alijs decisionibus in hac causa factis demonstratum.

Nec obstat, quod cum in eadem donatione succedant quoque filiæ Placidæ dictæ D. Principissæ

cipiss, non competit actio pro dimidia dictæ donationis, sed pro tertia tantum eius parte,
2 quia vltra quod ista est exceptio iuris tertij, quod nec etiam perimit ius agentis, nisi illo tertio volente, ac propterea in hoc præsertim
3 iudicio non admittitur *Bart. in l.2. num.1. ff. de except. rei iudic. Salic. in l.cum seruum num.4. C. de seru. fugit. Card. Seraph. decis.649. numer.2.* cum alijs adduct. in *Veneta donationis 7. Nouembris 1614. coram R.P.D. meo Buratto*; non etiam subsistit, quod aliqua rata dictæ donationis filiabus dictæ Placidæ debeatur; nam cum dicta Clarix dictis filiabus pro toto eo, quod etiam occasione dictæ donationis prætendere pote-
4 rant, scut. 3. millia legauerit, illæque dictum Legatum acceptauerint, non possunt amplius ratam dictæ donationis petere *Alex. conf.117. num.2. vers. sed ita est l.5. Surd. conf.351. num.40. & 3.* cum alijs *per Tiraquell. diuers. const. post. limit. 30. num. 12.*

Minus facit, quod à medietate dotis, & donationis, in qua D. Clarix dictam D. Principissam hæredem instituit, deduci debeat dictū Legatum scutorum 3. mil. ab eadem Clarice dictis filiabus factum, nec non & alia scuta mille D. Iuliæ legata, quia præter quam quod huic obiecto fuit iam alias satisfactum, quod scilicet non constat, quod alia bona in hæreditate non existant, ex quibus solutio dictorū legatorum fieri possit, & imo potius ex eodem met Inuentario per Iuliam confecto apparet contrarium, placuit etiam DD. quod diceba-
5 tur, quod cum huiusmodi legata de manu hæredis percipi debeant *l.1. §. redigantur vbi glos. in verbo vt proinde ff. quorum legatorum glos. in cap. Raynaldus verò petendo de testam. Surd. conf.265. num.16.* non potest D. Iulia sub dicto prætextu integram hæreditatem dictæ D. Claricis penes se retinere; sed ad eam admittere omnino debet dictam D. Principissam pro ea rata, in qua ipsa fuit instituta.

Non etiam obstant, quæ dicuntur circa pactum faciendi calculum, & adæquandi dotes in Instrumento dictæ assignationis appositum, quia nec dictum pactum fuit factum simpliciter, sed in casum tantum, in quem decretum fuisset, quod bona fideicommisso supposita re-
6 manere deberent filiabus dictæ Claricis, qui casus cum non euenerit, perinde est, ac si dictum pactum factum non fuisset *l.cedere diem ff. de verb. signific. leg. si quis sub conditione ff. si quis omiss. caus. testam.* cum simul nec dicta exceptio executionem dictæ obligationis retardare po-
7 test, cum altiorem indaginem requirat *Cas. de Grass. decis.4. de solut. Card. Seraph. decis.455. num.2.* nec vlla interim ratio suadeat, quod dictæ Iuliæ hæredes omnia bona, & fructus retineant, nulla data participatione D. Principissæ æqualiter dictorum bonorum Dominæ.

Atque ex his denique tollitur, quod lis super fideicommisso fuerit finita, & eo ipso dicto pacto locus factus; quia præter quam quod nec D. Iulia poterat in præiudicium sororum super dicto fideicommisso transigere nec litem absque eorum assensu terminare, & de ista transactione in actis non constat, omnes dictæ exceptiones, & aliæ pro D. Camillo de-
8 ductæ altiorem indaginem requirunt; ac propterea executionem dictæ Cameralis obligationis, & itadictum est, impedire non possunt.

FIRMANA IVRISPATRONATVS

Lunæ 28. Maij 1618.

ARGVMENTVM.

Instrumentum antiquissimum quando dicatur in forma publica, & probanti, & quæ requirantur.

SVMMARIVM.

1 *Instrumenti publici requisita quæ sint.*
2 *Instrumentum antiquum vltra 100. annos præsumitur in forma probanti, nec indiget alia probatione, sed sufficit quod habeat faciem publici Instrumenti, & numer. 3. & careat suspicione fraudis n.6.*
4 *Error extrahentis Instrumentum ab Originale non nocet partibus.*
5 *In extractione Instrumenti facienda à Notario actuario non requiritur citatio.*

DECISIO CLXXVIII.

Domini post plures propositiones disputationem tandem ad instrumentum anni 1489. restringentes dixerunt, illud esse in forma probanti.

Nam quoad dictum Instrumentum cessare penitus videbantur omnes oppositiones, quæ aduersus alias Scripturas, & processum in hac causa in partibus fabricatum ab Informantibus pro Ioanne Baptista Palma fiebant; quia scilicet ex inspectione originalis dicti Instrumenti, quod fuit oculis Dominorum subiectū apparebat, ne dum quod illud continet diem,
1 mensem, annum, subscriptionem Notarij, eiusque signum, & omnia alia requisita publici Instrumenti relata per *glos. in l. generali C. de Tabular. Scrib. l.10. & latissimè per Couar. prac. q. c.20. n.1.* sed etiam quod est antiquissimum, nempe
2 vltra centum annos, quo casu dicitur in forma probanti absque alia recognitione, seù probatione Notarii, quia ad hunc effectum suffi-
2 cit, vt habeat faciem publici Instrumenti, & præseferat antiquitatem, vt fuit sæpius resolutum, & præsertim *in vna Farfen Territorij 10. Maij 1604. coram Illustriss. Cardin. Millino* & *in Mediolanen decimarum 10. Decembris 1614. coram R.P.D. meo Andrea*, & in alia *Mediolanen decimarum de Varisco 27. Ian. 1617. coram R.P.D. meo Pirouano*, in quibus pluries aliæ decisiones referuntur.

Nec obstat, quod prætenditur in partibus non fuisse exhibitum dictum Instrumentum, eo, quod copia Instrumenti, de quo in extractu de partibus non cōcordat in data cum dicto originali; quia cum in reliquis ad verbum cū dicto originali concordet; satis apparet, fuisse erratum ab extrahente in data, qui error par-
4 tibus obesse non debet *Rom. conf.170. nu.3. Aym. conf.147. n.5.*

Mi-

Minùs obstat defectus citationis aduidendū
collationari, & auscultari, quia ista Citatio re-
quiritur in productione iuriūm exemplatorū
ante illorum productionem, secus vero in pro-
ductione iurium, quæ fuerunt exemplata à
5 Notario actuario post illorum productionem
ad effectum restituendi originalia partibus di-
missa in actis copia collationata, vt in puncto
resolutum fuit, in *vna Brachiaren. Monastery 15.
Iunij 1598. coram Card. Lancellotto*: Ex quo etiam
patet responsio ad aliud obiectum; quod
non fuit citatus Promotor Fiscalis, quia scili-
cet tunc non erat in causa, nec propterea
minus dicta iura contra eum hodie quatenus
pro suo interesse compareat, pro vt contra
quemlibet alium tertium in causa comparentē,
probant *Crese. dec. 1. de fid. Instrumenti*.

Et tollitur Scrupulus; vt dictum est, ex in-
spectione Originalis, quod cum appareat anti-
6 quissimum, & careat suspicione falsitatis, vel
fraudis probat *Rot. decis. 52. par. 1. diuers. cum alijs
supra alleg.*

ROMANA NVLLITATIS OBLIGATIONIS.

Mercurii 6. Iun. 1618.

ARGVMENTVM.

Agitur latissimè ad quem spectet liquidare quā-
titatem vigore sententiæ.

SVMMARIVM.

1 *Verba* deductis, & cōpensatis *important conditio-
nem.*
2 *Sententia interpratari debet iuxta dispositionem iuris
communis.*
3 *Actores tenentur probare suam intentionem.*
4 *Reconuenientes dicuntur actores.*
5 *An per solam negantis assertionem probata dicatur
negatiua, quando nulla alia militat præsumptio.*
6 *Veritas, & verisimilitudo stat pro calculo.*
7 *De rebus gestis tamquam propriis, & in minori ata-
te minor probatio requiritur.*
8 *Exceptio requirens altiorem indaginem non potest re-
tardare executionem sententiæ.*
9 *Sententia non debet interpratari contra ius, sed se-
cundum ius.*
10 *Agens vigore dispositionis debet probare implementū
conditionis in forma specifica.*
11 *Conditioni quando sit satisfactum.*
12 *Liquidatio facta censetur per exhibitionem compu-
ti verisimilis, nec ad aliud tenetur liquidans, nu-
mer. 14.*
13 *Sententiam acceptans probare tenetur exceptionem
creditorum.*

DECISIO CLXXIX.

DOMINI dubio sæpius super alias resolu-
tis proposito censuerunt, standum
esse in decisis, si computum per D. Paulum
Æmilium exhibitum sit verisimile. Placuit
1 enim, quod dicebatur, quod etsi verba *dedu-
ctis, & compensatis*, &c. in sententia, de cuius
executione agitur; prolata importent condi-
tionem, ad *trad. per Surd. cons. 186. num. 10. & seq.
Ruin. cons. 152. num. 3. lib. 4. Soccin. iun. cons. 67. nu. 7.
& 8. vers. quinimò lib. 1.* quia tamen eadem sen-
tentia non aperit, à quo, vel quomodo facien-
da sit probatio, quid, & quantum fuerit per-
ceptum, vt ea dictus D. Paulus Æmilius de-
ducere, & compensare posset, recurrendum
2 in hoc erit ad iuris communis dispositionem,
iuxta quam sententia interpretari debet *l.
miles §. decem, ff. de re iudic. Anchar. cons. 6. numer. 7.
Menoch. cons. 110. num. 31. & seq. Aym. cons. 79. nu. 9.
& cons. 188. num. 8. Rom. cons. 320. num. 4. Rot. decis.
112. num. 2. par. 2. diuers.*

Quandoquidem verò de dicto iure, ac dicta
sententia circumscripta certum esse videtur,
quod vel natura iudicij, & actionis per D. Pau-
lum Æmilium intentatæ inspecta, onus dictæ
probationis ad Illustrissimos creditores spe-
ctat, eo quod cum dictus D. Paulus Æmilius
ad rescissionem contractus, & pretij per eum
soluti restitutionem agendo, fundatam habe-
bat intentionem in dicti contractus nullitate,
ac pretij liquidatione per eum facta, dicti Illu-
strissimi Creditores prætendentes eumdem
D. Paulum Æmilium ex dicto pretio deduce-
re, & compensare debere fructus ex bonis ab
eo post emptionem habitos, & perceptos pro-
bare teneantur, quid, & quantum fuerit à di-
3 cto D. Paulo Æmilio perceptum; quia scilicet
ipsi sunt in hac exceptione actores, *l. quingenta,
ff. de probat. l. 1. ff. de except.* & imo eo ipso quod
obiiciunt compensationem, videntur suum
creditum exigere, & quodammodo D. Paulum
4 Aemilium reconuenire, vt inquit *Bald. in cap.
cum inter num. 5. ext. de except. & in l. quoniam Ale-
xandrum C. ad l. Iul. de adult.* vbi propterea con-
cludit, quod compensatio est magis actio, quā
sit quæuis alia exceptio.

Vel quod saltem, quatenus D. Paulo Aemi-
lio onus faciendi dictam liquidationem incū-
bat; ei sufficit calculum verisimilem fructuū
ab eo perceptorum exhibuisse, illorumque
deductionem fieri passum fuisse, nam quic-
5 quid dicendum esset, vtrum per solam negan-
tis assertionem, & quando nulla alia pro ca-
militat præsumptio, probata sit negatiua, quod
plus non percepit, illud sine difficultate pro-
cedit, stante præsumptione, quæ pro d. asser-
6 tionis veritate ex verisimilitudine dicti calcu-
li resultat, *iux. latè not. per gloss. & DD. in l. cum de
lege, ff. de probat. Ias. in l. si constante num. 121.* &
ibidem *Rip. num. 20. & seqq. ff sol. matr. Gabr. cons.
118 num. 7. vol. 1. Surd. cons. 434. num. 28. & seqq.*
cum alijs per eumdem *Gabr. concl. 7. num. 1. & 3.
de probat.* cum præsertim dictus D. Paulus Ae-
milius tunc etiam dicta bona, tanquam pro-
pria possederit; nec propterea rationes prouen-
tuum dictorum bonorum conficere, aut reti-
7 nere teneretur, & quod plus est, esset etiam eo
tempore minor, ideoque tanto magis ab ar-
ctiori probatione per eum tunc gestorum ex-
cusari debet.

Sequitur, quod dicta sententia, seu conditio
ex verbis deductis, & compensatis, &c. in ea-
dem

dem sententia prolatis inducta, vel apta sit ad
suspendendam tantummodo dictæ sententiæ
executionem, donec per Illustrissimos Credi-
tores reos conuentos facta fuerit probatio, seu
liquidatio fructuum per D. Paulum Aemiliũ
perceptorum, illorumque deductio, & com-
pensatio adeò, quod hac conditione in dicta
sententia inserta stante, D. Paulus Aemilius
obijcere non valeat dictam probationem, seu
8 liquidationem altiorem indaginem requirere,
nec executionem suæ sententiæ retardare pos-
se, vt benè ad propositum explicat *Castrens. cõs.*
270. sub num.3. vers. breuiter omissis, & num.4. vbi
quod ista liquidatio incumbit excipienti *l. a.*
Ruin. cons.22. num.9. lib. 1. vel quod in omnem
euentum, & quatenus etiam per dictam sen-
tentiam, & conditionem fuerit onus faciendi
dictam liquidationem dicto D. Paulo Aemilio
iniunctum; fuit abundè per dictum D. Paulum
Aemilium dictæ conditioni per exhibitionem
calculi verisimilis satisfactum, & si aliter dice-
retur vtique dicta sententia manifestã iniusti-
tiã contineret; quod tamen nulla ratione ad-
mitti debet, quia lex non præsumit, quod Iu-
9 dex voluerit aliquid contra ius, quando potest
suis verbis dari alius intellectus, qui secundũ
ius sit, *l.2. cap. de offic. ciuil. iud. Innoc. in cap. innotuit*
sub num.4. de eo qui fur. ord. recep. & fuit dictum
in Tudertina damni dati 31. Maii 1604. coram Illu-
strisi. Card. Ludouisio, & in Nepesina laudi 13. Febr.
1615. coram R.P.D. meo Caualerio.

Nec propterea obstat, quod dicitur, quod cõ-
ditio impleri debet, antequam ius competat
ex dispositione conditionali, & quod onus di-
10 ctam conditionem adimplendi, & quidem
in forma specifica ei incumbit, qui ex dicta
dispositione agit ex pluribus cumulatis per
Surd. cons.410. num.54. & seqq. quia præterquam
quod, vt dictum est, conditioni per verba
supradictæ sententiæ inductæ satisfactum fuit
ex parte D. Pauli Aemilii eo ipso, quod ipse
passus fuit probationes à dictis Illustrissimis
Creditoribus super fructuum per dictum Do-
minum Paulum Aemilium perceptorum li-
11 quidationem à suo credito deduci; ad *not. per*
Castrens. dicto cons.270. num.3. & 4. lib.2. Ruin. dicto
cons.22. num.9. lib.1. in omnem etiam euentum,
& quatenus dicta conditio onus faciendi dictã
liquidationem D. Paulo Aemilio imponeret,
illa censeretur iuxta subiectam materiam suf-
12 ficienter facta per exhibitionem computi, dũ-
modo, vt dictum est, illud sit verisimile, nec
ad probandum aliter negatiuam, quod nihil
vlterius perceperit, prout ab informantibus
pro dictis Illustrissimis Creditoribus prætendi-
tur, vlla ratione adstringi possit.

Eadem quoque responsione tollitur illud e-
tiam obiectum, quod certum non est, quid, &
quantum à Creditoribus debeatur, donec fa-
cta fuerit deductio, & compensatio, cum in eo
minus à Iudice condemnati videantur, quod
deduci, & compensari debebat, quia vt ex su-
pra deductis apparet, verba dictæ sententiæ in-
telligi debent, vt deductio, & compensatio fiat
si, & quatenus à Creditoribus probatum fue-
rit à D. Paulo Aemilio perceptum, nec inte-
rim ipsis recusantibus, aut non valentibus di-
modo

ctam probationem facere dici potest illiquidũ
dicti D. Pauli Aemilij creditum, vel saltem
ambigi non potest, quia dictum creditum sit
liquidum, & certum in eo, quod remanet de-
ductis, & compensatis fructibus contentis in
compoto per D. Paulum Æmilium exhibito,
quatenus, vt sæpè dictum est, illud sit verisi-
mile.

Atque ita etiam nõ obstat, quod dicebatur,
quod D. Paulus Æmilius dictam sententiam
13 acceptando subiecit se oneri probandi exce-
ptionem creditorum, quam alias probare non
tenebatur, & vt inquit *Cassad. decis.10. num.10.*
de rescript. proprio se ligone percussit, quia per
dictam acceptationem in hoc sibi præiudica-
uit, quod coactus fuit suspensionem executio-
nis dictæ sententiæ pati, donec à creditoribus
probaretur, quid, & quantum fuerit ab ipso
perceptum, *iux. trad. per Castrens. dicto cons. 270.*
num.3. & Ruin. dicto cons.22. n.9. non verò quoad
probationem, de qua dicta sententia nihil di-
sposuit, vel in omnem euentum, quatenus, vt
sæpè dictum est, ei fuerit hoc onus probandi
iniunctum illi sufficiẽter iuxta subiectam ma-
teriam satisfecit per exhibitionem computi
verisimilis, nec ad arctiorem probationem
vlla ratione adstringi debet ex allegatis, &c.

CVSENTINA BENEFICII.

Mercur. 6. Iunij 1618.

ARGVMENTVM.

Reiiciuntur præsumptiones, quod Ecclesia sit
erecta in beneficium.

SVMMARIVM.

1 *Per tactum anuli ostij Ecclesiæ acquiritur possessio*
Ecclesiæ.
2 *Ecclesia, & beneficium Ecclesiasticum inter se diffe-*
runt.
3 *Signa, quod Ecclesia non sit erecta in beneficium, af-*
feruntur, & num.5.
4 *Fides Sacerdotum quamuis extraiudiciales si sunt*
verisimiles, & de facto proprio deponunt fidem fa-
ciunt.
6 *Ecclesiæ qualitas probatur ex statu vltimo, & anti-*
quo.
7 *Confratres manutenendi sunt in deputatione Cappel-*
lani amouibilis, donec plenè probetur erectio bene-
ficij.
8 *Exceptiones contra Testes in iudicio summarijssimo*
retinenda non admittuntur.

DECISIO CLXXX.

DICTVM fuit, mandatum de manutenen-
do dandum esse Vniuersitati, non autem
Felici: Nam quoad Felicem dictum mandatũ
ei dari non potest, quia etsi per tactum anuli
1 ostij Ecclesiæ posset dici acquisiuisse possessio-
nem Ecclesiæ, iuxtà *decis. Achil.1. & 3. de caus.*
poss. & propriet. non tamen dicta possessio ipsi
suffra-

suffragatur respectu Beneficii, quod ab eo pre-
tenditur, cum non probet existentiam alicuius
Beneficij collatiui, aut quod dicta Ecclesia ere-
cta fuerit in beneficium Ecclesiasticum, prout
omninò probare deberet, quia Ecclesia, & be-
2 neficium Ecclesiasticum inter se differunt, *Bar-
bat.in Clem.causam §. quod si forsan nu. 24. de elect.*
nec propterea de possessione Ecclesiæ ad pos-
sessionem Beneficij inferri potest.

Nec obstant ea, quæ ad probandum, quod
dicta Ecclesia fuerit in Beneficium Ecclesiasti-
cum erecta deducuntur, & præsertim facultas
à Capitulo Lateranense data dictã Ecclesiã do-
tandi cum reseruatione iurispatronatus vni-
uersitati, & institutionis Ecclesiæ Lateranensi;
nam vltra quod nulla affertur collatio Sedis
3 Apostolicæ, aut Ordinarij, vel institutio à di-
cto Capitulo facta, quod manifestum signum
est, dictam Ecclesiam nunquam fuisse in Be-
neficium erectam pro parte etiam dictæ Vni-
uersitatis, probatur tã ex testibus in Curia exa-
minatis, quàm etiam ex fide iurata septem Sa-
4 cerdotum, quæ licet sit extraiudicialis, quia
tamen est verisimilis, & de facto proprio di-
ctorum Sacerdotum, ex quo ijdemmet dictæ
Cappellæ pro parte inseruierunt, fidem facit,
vt *not.in cap.cum in Ecclesiis,* & ibi *Butr. num. 15.
Host.num.4.de maior.& obed.Felin.in cap.de testibus
num.8.de testibus*: quod dicta Ecclesia est in sta-
tu simplicis Oratorij Confraternitatis, non ve-
rò beneficij collatiui, quia scilicet vsque ab
anno 1559. semper fuit per Confratres laycos
recta, & gubernata, & in ea ab ijsdem Confra-
tribus Cappellanus ad nutum amouibilis, &
certa salarij constitutione deputatus absque
aliqua Episcopi, vel alterius Prælati Ecclesia-
stici auctoritate; quod proculdubio ostendit
5 dictam Ecclesiam non esse in statu beneficij
Ecclesiastici, sed potius, vt dictum est, simpli-
cis Oratorij, iuxtà *not.per Rom.cons.477.num.10.
& seq.Dec.cons.* 148. *num.* 1. & cum iste status sit
vltimus, & satis etiam antiquus maximè attē-
6 ditur in consideranda dictæ Ecclesiæ qualitate,
*Felin in cap.eam te num.22. de rescript. Bald. in l. si
mater num.3.C.ne de stat.defunct.Dec. cons.126.n.1.
Rot decis.2.num.2.de præben in nou.& decis. 49. ante
num.1.de rescript.in antiq.* & in eo tam dicta Ec-
clesia, quàm etiam Confratres quoad deputa-
7 tionem Cappellani ad nutum amouibilis ma-
nuteneri debent, donec saltem pleniùs proba-
ta fuerit prætensi beneficij existentia, vt in ter-
minis similis Oratorij resolutum fuit *coram bo:
me.Card.Seraphino decis.inter impress.* 1095. *num.3.
& seq.*

Nec obstant exceptiones contra testes dictæ
Vniuersitatis adductæ, quia præterquamquod
8 non sunt tales, quæ fidem dictis Testibus adi-
mere possint, in hoc etiam iudicio summarissi-
simo retinendæ non admittuntur, *Rot. diuers.
decis.28.num.4.par.1.&c.*

ROMANA EXHIBITIONIS LIBRORUM.

Veneris 8. Iunij 1618.

ARGVMENTVM.

Latissimè arguitur & probatur existentia libro-
rum penes aliquem.

SVMMARIVM.

1 *Existentia librorum in genere patet ex confessione, &
ex exhibitione facta Iudici*
2 *Confessio defuncti nocet hæredi*
3 *Confessione nulla alia maior probatio & num. 4.*
5 *Confessio facta cum relatione ad Inuentarium, in quo
libri descripti sunt, est ac si specialiter de libris facta
fuisset.*
6 *Probatio erroris in parte non tollit efficaciam proba-
tionis in reliquis quo ad præiudicium confitentis.*
7 *Error plenè, & concludenter probandus est.*
8 *Librorum consignatio ex quibus arguatur & num. 9.
& 10.*
11 *Mulier in confessione adminiculata & verisimili e-
tiam sine solemnitatibus se præiudicat.*
12 *Clauis consignatio probatur ex quietantia facta apud
Notarium.*

DECISIO CLXXXI.

DICTVM fuit, constare de tali existentia,
& consignatione librorum D. Clemen-
tiæ facta, vt ipsa teneatur illos exhibere.

Quo enim ad dictam existentiam in genere,
1 ne dum constat ex geminata confessione Hie-
ronymi cum illorum reali exhibitione Iudici
facta *l.cum te C.de transact. Rot.decis.98.num.1.p.2.*
& ex Inuentario Ludouici, cuius confessio ip-
2 sis quoque hæredibus nocet *Dec.cons.184.f. Roll
cons.82.num.38.& seq.l.2.Dec.cons.50.num.13.l.1.*
sed etiam ex inuentario post mortem dicti Lu-
douici ab eadem D. Clementia nomine filio-
rum confecto, in quo dicti libri cum omnibus
suis qualitatibus specificè descripti reperiun-
3 tur, atque itá ex propria dictæ D. Clementię
confessione, qua nulla maior probatio *Bal. in
terminis confess.in inuentario factæ in l. fin.num.1. l.
arbitr.vtil.Soccin.sen.cons.159. nu.1. l. 2.* cum alijs
ab informantibus alleg.

Quod vero iidem libri D. Clementiæ con-
signati fuerint, facta per eam obligatione illos
ad omne mandatum Domini reportandi, pa-
4 riter probari videbatur ex propria eiusdem D.
Clementiæ confessione coram Notario & Te-
stibus facta.

Non obstat, quod in dicta confessione nulla
apparet mentio specifica facta de libris modo à
D. Costantia petitis, quia cum eadem confes-
sio expressam relationem habeat ad Inuenta-
5 rium, in quo dd. libri descripti repetiuntur, per-
inde est ac si fuissent specialiter in dicta confes-
sione expressi *c. Abbate sane §.porro de verb. signi-
fic.l.asse toto ff.de hæred.instit. Ruin.cons.106.num.3.l.
4.& cons.139.num.15.l.5.Paris. cons.22. num.9. &
cons.25.num. 51.lib.1.*

Nec facit, quod dicta confessio probatur er-
ronea eo quod plures scripturæ in eodem In-
uentario descriptæ penes D. Constantiam re-
pertæ fuerunt, atque ab ea in diuersis iudicijs
6 productæ, quia præterquam quod probatio
erroris in parte non tollit efficaciam probatio-
nis in reliquis quoad præiudicium confitentis
ad *Bald. in l. si ex falsis ad fi. vers. & hoc est verum C.
de transac. & Petr. de fideicom. qu. 12. num. 1319. cum
plur. seqq.* visum etiam fuit DD. obiectum hoc
minimè obstare posse intentioni d. D. Con-
stantię, tum quia D. Clementia in specie fassa
est recepisse libros, quorum cum nullus fue-
rit penes D. Constantiam repertus, non po-
test quoad dictos libros dicta confessio iudicari
erronea, tum etiam quia omnis prętensus er-
ror ex eo excluditur, quod dicta confessio in-
telligi debet de scripturis ab eadem D. Cle-
mentia petitis, ac propterea cum per ipsam pe-
titę fuerint scripturę in superiori partę Armarij
inclusæ, & ex ipsis nulla probetur penes Con-
stantiam reperta, non potest dici dictus error
7 probatus, cum pręsertim plenè, & concluden-
ter probandus esset *l. cum de indebito §. 1. ff. de pro-
bat Bal. in l. non fatetur col. fin. ff. de confess. Menoch.
cons. 401. num. 41. Corn. cons. 250. col. fin. l. 4. Card. Se-
raph. decis. 931. num. 5.* eoque magis, quia versa-
mur in confessione iurata *Bal. in l. error num. 12.
vers. 3. si dicunt C. de iur. & fact. ignor. Rom. cons. 391.
num. 2. & 3. in fi. Card. Seraph. decis. 289. num. 6.*

Tum & tertio, quia veritas dictę confessio-
nis benè comprobatur, ne dum ex eo quod ve-
risimile admodum est, quod cum D. Clemen-
tia prius cum maxima instantia petierit dictos
libros sibi consignari, ac post confessionem di-
ctę consignationis factam per spatium decem,
& septem mensium tacuerit, neque vnquam
8 conquesta sit dictos libros non reperiri inter
scripturas ei consignatas, vsque dum D. Con-
stantia pro eorum reportatione, & exhibitione
institit realiter, & cum effectu dicti libri fue-
rint ipsi consignati iuxta tenorem suę confes-
sionis; quia alias tanto tempore vtique non
tacuisset.

Verum etiam ex dicto plurium testium, &
pręsertim ipsiusmet Notarij, à quo dicti libri
fuerunt D. Clementiæ consignati, qui benè to-
tam huius facti seriem refert, quod scilicet re-
pertis dictis libris, & scriptis tempore, quo de
ordine Iudicis Burgi confectum fuit à d. No-
tario Inuentarium de omnibus bonis mobili-
9 bus hæreditatis q. Ludouici Tornielli in supe-
riori parte Armarij, fuit per eundem Notarium
clauis dictę partis Armarij Iudici consignata, &
eadem demum à dicto Iudice per eiusdem No-
tarij manus vna cum libris, & scripturis tem-
pore confectionis Inuentarij ibidem repertis
iuxta mentem Rotę dictę Clementię restituta.

Quibus omnibus etiam alijs prętermissis, ac-
cedit, quod ijdemmet etiam testes deponunt,
dictos libros post dictam consignationem vi-
10 disse in calculo D. Clementię, & quod fuit a-
lias, & post dictam consignationem per Agen-
tes dictę D. Clementię bilancium quoddam ra-
tionum in Rota exhibitum, quod absque di-
ctis libris non videbatur confici potuisse.

Vnde etiam non obstat, quod dicta confes-
sio D. Clementię non pręiudicat eo quod fa-
cta fuit absque solemnitatibus statuti Vrbis,
quia obiectum non procedit, nec in confessio-
11 ne adminiculata, & verisimili, qualis vt ex prę-
dictis apparet est ista *Gabr. cons. 51. nu. 15. l. 2. Ac-
chil. dec. 1. de confess. Rot. diuers. dec. 177. num. 6. part.
2. Card. Seraph dec. 1134.* cum alijs *per Tiraq. in l.
si vnquam in verbo donatione largitus num. 100. vers.
quibus adde C. de reuoc. donat.* nec etiam in quieta-
tione necessaria *Ias. in l. si vnus §. pactus ne peteret
num. 29. ff. de pact. Rom. cons. 394. per tot. Gabr. cons.
20. num. 50. l. 2.*

Minus obstant testes pro D. Clementia de-
ponentes, quod clauis dicti Armarij penes D.
Constantiam remanserit, quia intelligi debent
de claui partis inferioris Armarij, in qua ade-
rant literæ patentes locorum montium, & ali-
quæ scripturæ ad dictam D. Constantiam, &
non ad hæreditatem Ludouici spectantes; nam
de asportatione clauis superioris partis dicti Ar-
marij, & consignatione Iudici Burgi à dicto
Notario, vt dictum est facta, plenè etiam con-
stat ex actis iudicialibus, & ex decreto Iudicis
12 Burgi, & quietantia D. Clementiæ, quæ di-
ctam clauem recepisse fatetur.

Neque his stantibus dubitari potest, quin
dicta D. Clementia ad exhibitionem, & repor-
tationem dictorum librorum teneatur tàm vi-
gore propriæ obligationis, quæ per eam fuit
verbis expressis, & ad abundantem cautelam
etiam cum solemnitatibus statuti vrbis facta,
quàm etiam ex dispositione iuris communis
*l. pupillus §. pupillus ff. de act. tutel. l. naturaliter ff. de
condict. ind. b.* & de stylo Rotæ *Rot. dec 5. de probat. in
nou. Cardin. Seraph. dec. 1224. num. 4. &c.*

FVLGINATEN. PECVNIARIA.

Mercur. 13. Iunij 1618.

DECISIO CLXXXII.

Est impressa apud Spadam post cons. 239. volum. 2.

ROMANA FIDEICOMMISSI.

Lunæ 18. Iunij 1618.

ARGVMENTVM.

Identitas ex quibus probetur, facultas alienandi quomodo intelligatur.

SVMMARIVM.

1 *Ad probandam identitatem duo demonstrationes sufficiunt.*

2 *Confessio etiam ad alium finem facta probat identitatem.*

3 *Identitas tanquam materia difficilis leuibus probationibus probatur.*

4 *Facultas alienandi concessa à Testatore pro extinguendis debitis intelligitur de mobilibus, & de stabilibus quatenus mobilia non sufficiant.*

DECISIO CLXXXIII.

RESOLVTVM fuit, vna tantum parte informante, constare de identitate vineæ, & fa-

& facultatem alienandi à D. Episcopo fideicommissariis concessam non obstare D. Comiti ad cuius fauorem purificatum est dictum fideicommissum.

Nam quoad identitatem illa videbatur sufficienter probari à duobus testibus, qui non solum enumerant plures demonstrationes vineæ, quam dicunt, Episcopum fideicommittentem possedisse, quod scilicet in Vrbe sita est iuxta Portam Pincianam, & ab vno latere viã publicam habebat, intus vero Palatium & vulgo dicitur *la vigna del Vescouo di Pauia*, quæ cum omnes demonstrationes vineæ, de qua agitur, conueniant plenè dictam identitatem probant,
1 ex quo ad eam probandã etiam duæ sufficiunt *iuxt. trad. per Bar. in l. demonstratio falsa num. 14. & seq. ff. de cond. & demonstr. Castr. in l. si in nomine nu. 3. C. de testam. Socc. in l. in testamento la 1. num. 2. ff. de cond. & demonstr. & cons. 89. n. 1. l. 1. Alex. cons. 35. n. 2. l. 5.* & sæpius fuit decisum, sed in specie etiã subiungunt, quod illa eadem Vinea, quæ olim à dicto Episcopo possidebatur, hodie per Excellentissimum D. Ducem possidetur.

Idemque etiam magis comprobat propria D. Ducis confessio in quodam instrumento transactionis initæ inter ipsum, & D. Sigismundum ab eodem fideicommittente vocatum, dum in eo dictus D. Dux promittit soluere residuum pretij dictę vineę à Iulia Petruccia bo. me. Card. Vrsino, à quo dictus D. Dux causam habet vendiię, nam hęc confessio, & si ad alium
2 finem, probat nihilominus identitatem *Bart. in l. cum falso C. de iur. & fact. ignor.*

Et prædictis accedunt alia quoq; Instrumẽta, ex quibus satis elicitur probatio dictæ identitatis; eoque magis quia generaliter materia probationis identitatis dicitur difficilis, & propte-
3 rea admittuntur in ea probationes etiam leuiores *Menoch. conf. 21. num. 33. Cephal. cons. 170. num. 2. Socc. dicto cons. 89. num. 3. l. 1.* cum alijs per *Surd. dec. 55. num. 12.*

Quo vero ad facultatem alienandi hæredibus, seu donatarijs concessam, visa fuit D. Comiti non obstare; tum quia cum dicta facultas concessa fuerit ad effectum soluẽdi debita donatoris tantum, censeri potius debet data respectu mobilium, quàm immobilium, quorum alienationem expressè fideicommittẽs prohibuit, vel saltem quoad immobilia, quatenus
4 mobilia pro soluendis dictis debitis non sufficerent *iux. terminos scilicet l. pater filium in princip. ff. de leg. 3. Molin. de primog. Hysp. l. 4. c. 6. num. 15. & c. 7. num. 2.*

Tum etiam quia in omnem euentum, ex quo vt dictum est, dicta facultas donatarijs data fuit ad effectum soluendi debita, tantum D. Dux probare deberet, quod dicta Vinea fuit ad effectum soluendi dicta debita vendita, & præsertim quia idemet fideicomittens mandauit, quod sub pœna caducitatis illius debita infra duos menses ab eius obitu soluerentur, ac propterea cum dicta vinea fuerit per annum post vendita, verisimile non est, quod venditio in vim dictę facultatis, & pro soluendis debitis fideicommittentis facta fuerit &c.

PACEN PRAEEMINENTIARVM.
Vener. 22. Iunij 1618.
DECISIO CLXXXIV.
Impressa in recent. dec. 701. part. 4. tom. 3.

SALAMANTINA FRVCTVVM.
Veneris 22. Iunij 1618.
ARGVMENTVM.
Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Prætendens distributiones sub prætextu, quod fuerit impeditus ne resideret, necesse est, vt probet impedimentum, & vlterius quod remoto impedimento resedisset.*
2 *Infirmus lucratur distributiones quotidianas de iure communi, quando tamen sit solitus residere num. 3.*
4 *Sine Literis Apostolicis possessio concedi non potest, & consequenter nec interesse, nec distributiones lucrari num. 5.*
6 *Permittens distributiones bona fide diuidi inter Canonicos, non potest illas à Capitulo repetere.*

DECISIO CLXXXV.

DOMINI recesserunt à resolutis in eo quod dicebatur, Melchiorem fuisse culpa, & facto Capituli impeditum, quominus resederit, ac fructus, & distributiones lucratus fuerit. Nam ex serie facti melius nunc quàm anteà relati apparet, quod Capitulum non solum impedimento non fuit dicto Melchiori, quominus residere potuerit, sed imo possessionem portionis, de qua agitur, Procuratori R. Cameræ tradidit, statim atque illa fuit ab ipso petita, & quod etiam posteaquàm requisitum fuit vigore prouisionis Regiæ dictam possessionem reuocare, respondit dictæ Regiæ prouisioni non posse obedire, *vt in Summario* dicti Capituli *num. 2. & 4.*

Nec obstat, quod noua requisitione ei facta tandem dictam possessionem per aliud decretum reuocauit, quia vltra quod id ex ea causa fecit, quod Scolasticus executor litterarũ monitorialium A. C. mandatum quoque, quod prius ad fauorem dicti Procuratoris dederat, reuocauit, & dictum etiam decretum Capituli fuit non solum merè verbale, & absque actuali expulsione dicti Procuratoris, sed etiam sub ea conditione factum, quatenus illi de iure locus erat, nec constat, quod dictus Procurator Cameræ pro vlteriori manutentione institerit; ac propereà ex dicta reuocatione resultare non potest sufficiens probatio dicti impedimenti, quodque illud culpa Capituli contigerit.

In omnem etiam euentum ad hoc, vt dictũ impedimentum posset suffragari Melchiori, necesse haberet probare ne dum factum Capituli, sed vlterius quod remoto dicto facto ipse resedisset, & fructus, ac distributiones lucratus
1 fuisset *ad trad. per DD. in c. ad audientiam de cleric. non resid.* vbi communiter omnes tenent, quod Infirmus, qui de iure communi habere debet,
2 etiam distributiones quotidianas *c. 1. eodem tit. l. 6.* illas non lucratur, nisi alias sit solitus residere, & impedimentum ex causa infirmitatis

3 dumtaxat proueniat, & hoc dicit *Abb. in dict. c. ad audien. num.* 5. esse notandum, quia est quotidianum, quod certè Melchior hactenus non præstitit, quinimò in processu vigore cuius ipse obtinuit ad restitutionem dictorum fructuũ Capitulum condemnari, non constat, quod ipse vnquam Literas Apostolicas expediuerit,
4 sine quibus nec potuisset à Procuratore Reuerendæ Cameræ possessio ei cedi, nec ipse aliquo modo residere, & consequenter nec distri-
5 butiones, quæ non nisi interessentibus debentur, percipere.

Atque hinc etiam corruunt omnia alia, quę in alijs decisionibus ad fauorem hæredum dicti Melchioris factis dicta fuerunt, quia fundata sunt in dicto prætenso Capituli impedimento, quod cum in facto non iustificetur, subintrat id, quod etiam dictæ decisiones admittunt quod scilicet dictus Melchior, siuè eius hæredes nec iure communi inspecto, nec etiam vigore constitutionis Pij V. ius aliquod habent petendi dictas distributiones à Capitulo, sed vel alias petere debent ab illis particularibus, qui illas perceperunt, vel Melchiori imputandum est, quod non resedit, & negligens fuit
6 in petendo dictas distributiones, & permisit Capitulum inter Canonicos illos bona fide distribuere *iux. trad. per Oldr. cons.* 56. cum alijs deduct. *in Cartaginen. sequestri* 20. *Decembris* 1599. *coram Illustriss. Card. Lancellotto.*

Nec obstat, quod dicti hæredes non agunt ad dictas distributiones vigore iuris communis, aut etiam dictæ Constitutionis Pij V. sed ex particulari Indulto à Sede Apostolica Melchiori concesso; quia per dictum Indultum non fuerunt ei præcisè dictæ distributiones assignatæ, vel donatæ, sed tantum potestas ei data illas à Capitulo, seù ab alijs via iuris recuperandi; quatenus scilicet illi de iure essent debitæ, non autem quatenus iam Capitulo legitimè accreuissent, & dictum Capitulum illas bona fide inter Interessentes diuisisset, & consumpsisset; hoc enim casu necessaria omninò fuisset derogatio regulę *de iur. quæsit. non toll.* vt etiam decisio in hac causa *coram bo. me. Paten.* aduersus Capitulum facta admittit & fusius fuit in hac positione ab Informantibus pro dicto Capitulo comprobatum &c.

ELBOREN ORDINVM.

Lunæ 25. *Iunij* 1618.

ARGVMENTVM.

An Ordinarius possit cogi ad aliquem Ordinandum?

SVMMARIVM.

1 *Ordinari in presbiterum pendet à mero arbitrio Ordinarij, nec potest ad hoc cogi.*
2 *Capitulum* ad aures *non solum loquitur de regularibus sed comprahendit etiam seculares.*
3 *Habens beneficium annexum non potest repelli ab ordinibus, alias datur appellatio.*
4 *Nullum habens beneficium potest ab ordinibus repelli,*
5 *Semper in dubio est parendum quamuis quandoque reum faciat iniquitas imperandi.*
6 *Rescripta quomodo sint intelligenda.*

DECISIO CLXXXVI.

TEntum fuit pro Informante, sententiam scilicet, qua per Auditorem D. Collectoris ad fauorem Gasparis pronunciatum fuit, D. Archiepiscopum dictum Gasparem grauasse in eo, quod renuit illum ad titulum Patrimonij ordinare, ipsique propterea dandas esse Literas Dimissoriales, esse vti iniustã reuocandam; iniustitia ex eo resultare videbatur, quod dictus Gaspar nullo iure compellere poterat D. Archiepiscopum ad conferendum ei ordines, nec minus contra ipsius voluntatem ordi-
1 nari, cum id ipsum pendeat à mero Ordinarij arbitrio, atque hoc solum eius iudicio, & voluntati tam vigore Sacrorum Canonum *in c. ad aures de tempor. ordinat.* quam etiam ex dispositione *Concilij Tridentini sess.* 21. *cap.* 2. sit commissum, nec propterea dictum eius iudicium subiaceat alicui querelæ, vel appellationi *ad not. per Crauett. cons.* 78. *num.* 8. Sed solum Deum Iudicem habeat *glos. in cap statuimus* §. *assessorem ver. relinquatur de rescript. in c. erubescant.* 32. *distinct.* cum alijs latè congestis per *Menoch. de arbitr. quæst.* 7. *num.* 7. ità quod perperam fuerit per dictum Auditorem declaratum, Gasparem fuisse per dictam denegationem grauatum.

Nec obstat, quod dictum *c. ad aures* loquitur
2 de Regularibus tantum, qui non habent nec velle, nec nolle, quia extenditur etiã ad Sæculares *iux. glos. in cap. ex tenore* in verbo *prohibere eod. tit.* vbi distinguitur, quod aut ille, qui petit or-
3 dinari, habet beneficium annexum alicui ordini, & hoc casu Ordinarius non potest eum repellere sine iusta causa; alias ab eius irrationabili iudicio datur appellatio, aut nullum habet
4 beneficium, & tunc remittitur iudicio Ordinarij, & hanc distinctionem dicit ab omnibus communiter approbari *Host. in d. cap. ex tenore ad fin.* vbi etiam inquit, quod licet Prælatus forsan non deberet prohibere, necesse tamen habet subditus obedire, quia secundum Diuum August. semper in dubio est parendum, quamuis quandoque Reum faciat iniquitas imperandi *cap. qui culpatur* 32. *quæst.* 1. & optimè congruit *Sac. Concil. Trid. dispositio in dicto cap.* 2. dum in eo verbis expressis prohibet, quod Patrimonium, vel Pensionem obtinentes ordinari non possint, nisi illi, quos Episcopus iudicauerit assumendos pro necessitate, vel commoditate Ecclesiarum suarum.

Non obstant Rescripta à dicto Gaspare obtenta, quibus super defectu puritatis sanguinis fuit dispensatus, quia cum illa sint concepta
6 per verba facultatiua, & non Imperatoria non imponunt aliquam necessitatem, aut legem Episcopo ordinandi dictum Gasparem, sed remouent obstaculum tantum ad effectum, vt
dictus

dictus Gaspar possit volente Episcopo ad ordines promoueri *iux.trad. per. Gloss.in l. sæpè audiui Cæsarem in ver.necessitatem ff.de off.præsid.Rui. cons. 79.num.19.lib.1.Surd.cons.98.num.1.& 2.&c.*

ROMANA DEVOLVTIONIS VINEÆ.

Lunæ 25. Iunij 1618.

DECISIO CLXXXVII.

Impressa in Recent.decis.43.par.tom.2.

LEODIEN CAPPELLÆ.

Lunæ 25. Iunij 1618.

ARGVMENTVM.

Clausula *Arbitrium* quid operetur, & quando sit locus.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium operatur, vt omisso rigore secundum æquitatem procedatur.*
2 *Ad arbitrium ad hoc vt sit locus sufficit, quod nullitas, vel iniustitia sit turbida.*
3 *Breue iustificatum habet executionem paratam, & num.4.*
5 *Siquis habet nudum nomen, & principaliter agitur de alia persona, ista sola attendenda est.*
6 *Nullitates leues, & turbidæ stante clausula* arbitrio *non sunt attendendæ.*
7 *Mors in possessione arguitur ex vacatione.*
8 *Testes adminiculati plenè probant.*
9 *Depositio Procuratoris tantum ad substituendum adminiculata probat.*

DECISIO CLXXXVIII.

Iterum proposito per me dubio, an intret arbitriū ad effectum procedendi, reiecta nullitate iuxta formam Rescripti à Gerardo obtenti Domini affirmatiuè responderunt, nam cum arbitrium operetur, vt omisso iuris rigore, pro-
1 ut æquitas suadet, procedatur *Crescent.decis.4. de testib.* sufficit adhoc, vt dicto arbitrio locus sit,
2 quod nullitas, vel iniustitia reddatur turbida, vt fuit sæpius dictum, & signanter *in causa Romana Cottiuij 6. Martij 1606. coram Reuerendissimo Domino meo Damasceno, & in Vicen. Parochialis 10. Decembris 1608.coram R.D.P.meo Manzan.*& præsertim, quando vt in proposito agitur de executione Breuis de capiēda possessione nomine Cameræ ad fauorem prouisi Apostolici, illudque est iustificatum, quia cum eo casu habeat
3 executionem paratam *glos.in cap.si Cap.in verbo exequatur de concess.præb. in 6.Gig.de pens. quæst.81. num.2.Mohed.decis.13.vt lit.pend.* cum alijs alleg. *in Hyspalen.præhminentiarum 24.Ianuarij 1614.coram Reuerendissimo D.meo Damasceno;* illa retarda-
4 ri non debet, nec etiam nisi magna subsistente causa suspendi, vt fuit dictum *in Salamantina beneficij de Duennas 31.Ianuarij 1596.coram Corduba.*

Quod autem nullitates aduersus dictam executionem deductæ sint turbidæ, vel omnino non subsistant, visum fuit satis ex deductis apparere, neque enim obstat, quod dicitur A.C. absque iurisdictione processisse eo, quod non fuerunt expeditæ literæ à Gerardo infra tempus ei in dicto Breui præfixum, quia obiectum hoc cessat, ex quo constat dictum tempus fuisse ex particulari Indulto ad alios tres menses prorogatum, & illis durantibus dictas literas expeditas.

Minus obstat, quod non fuit seruata forma Breuis eo scilicet, quod Commissarius habebat nudum nomen, & principaliter agebatur de interesse Gherardi, ac propterea ipsius solius per-
5 sona videatur attendenda, vt fuit dictum *in Vercellen.Canonicatus 21.Maij 1593.coram bo.me.Card. Blanchetto, & in Gerunden.beneficij 19.Aprilis 1602 coram bo.me.litta, & in Oueten. Archidiaconatus 15. Decembris 1603. coram bon.mem. Card. Pamphilio* in omnem etiam euentum attento quod constat de bono iure Gherardi, satis visum fuit dict. arbitrium deseruire posse ad effectum sanandi dictam nullitatem, quatenus illa ex prædictis non esset sublata.

Nec obstat, quod de bono iure Gherardi non constat, ex quo testes pro iustificatione clausulæ *constito* examinati fuerunt nulliter examinati, prætensæ nullitates vel in facto non subsistunt, vel sunt adeo leues, & turbidæ, vt meritò
6 stante præsertim clausula *arbitrio* non sint attendendæ *ex alleg. in Leodien fideicommissi de Renesse 21.Maij 1614.coram R.P.D. meo Pirouano.*

Quo enim ad id, quod dicitur, Testes fuisse examinatos absque iuramento, non subsistit, cum ex processu appareat, iuramentū, fuisse per eos præstitum die 14. Ianuarij, & 18. eiusdem examen dictorum testium ceptum.

Minus subsistit, quod dicitur de acceleratione processus, quia fuerunt omnia ritè, & per legitima temporum interualla de iure seruanda seruata.

Nec etiam verum est, quod non fuerit probatus obitus Iacobi in possessione, quia præ-
7 terquam ex eadem vacatione venit etiam *Egid.decis.595.Put.decis.272.leg.1.* constat etiam de dicto obitu per testes examinatos coram A.C. qui cum etiam sint per alios testes in partibus examinati adminiculati plenè probant
8 *Ias.in l.si quis ex argentarijs §.cogentur numer.10.& seq.ff.de eden. Rom.cons.290.n.7.cum alijs per Gabr. de testibus concl.5.num.1.*

Nec propterea obstat, quod alter eorum esset Procurator Gerardi, quia vltra quod ipse ac-
9 ceptauit mandatum ad effectum substituendi tantum; dictum illius satis remanet comprobatum ex alijs testibus, & adminiculis *Alex.cons.56 num.12.vers.2 potest responderi vol.2.Gabr.de testib. concl.12 num.7. &c.*

ROMANA LEGITIMÆ.

Lunæ 25. Iunij 1618.

DECISIO CLXXXIX.

Impress. post Gillamum ad statut. Perus. decis. 18.

METEN ADMINISTRATIONIS EPISCOPATVS.

Mercurij 4. Iulij 1618.

ARGVMENTVM.

Quando electio vigore Indulti censeatur legitima.

SVMMARIO.

1 *Collatio facienda est à maiori parte Capituli.*

2 *Vnius Canonici contemptus sufficit ad retractandam electionem.*

3 *Discedentibus aliquibus ab electione volentibus prorogari diem, si à remanentibus fiat electio, ab omnibus facta dicitur, quando tamen fuerunt legitimè vocati, & num. 4.*

5 *Consilium Oldradi 122. reijcitur.*

DECISIO CLXXXX.

Domini steterunt in decisis, concessionem scilicet administrationis, & collationem Archidiaconatus vigore dictæ concessionis factam fuisse inualidam.

Nec obstare visum fuit, quod dicebatur dictam collationem non fuisse à solitis Administratoribus, sed à toto Capitulo factam, tum quia contrarium apparet ex contextu actuum, & modo quo fuit ad electionem deuentum, & etiam ex ipso Intrumento collationis, seu electionis; nã in eodem Capitulo, in quo facultas data fuit dictis Administratoribus etiam administrandi ardua, contradicentibus tamen nonnullis circa collationem beneficiorum, & dignitatum, Canonici tanquã Administratores, vt sunt verba dicti instrumenti, deuenerunt ad electionem Archidiaconi, & fuit ab eis electus cum qualitate administrationis Dominicus; ex his enim aperiè colligitur, quod, & dd. Administratores ex ea causa affectarunt facultatem gerendi quoque ardua, vt dictam collationem, seu electionem facerent, & quod eandem quoque electionem vigore facultatis, licet nulliter ipsis attributæ, vt latè in alia decisione deductum fuit, fecerint.

Tum etiam quia in omnem euentum, quod iustificaretur, dictam electionem non fuisse factam ab Administratoribus, vt administratoribus, sed tanquam à Canonicis, dicta collatio esset nulla tamen ex eo quod non probatur, quod
1 illa fuerit facta à maiori parte Capituli, prout requiritur *c. cum dilecti c. in causis, & c. coram* vbi *Abb. num. 3. & alijs de elect.* quam etiã non fuerunt omnes Canonici legitimè ad dictam electionẽ vocati, sed aliqui eorum contempti, quo casu electio non tenet, quia sufficit vnius contemptus ad hoc, vt possit ab eo retractari electio
2 ab aliis concorditer facta *cap. venarabile c. bonæ memoriæ vbi Abb. num. 6. & alij de elect.* plus enim operatur contemptus, vnius, quam contradictio multorum in præsenti dicto *cap. bona mem.* & ibi *Abb. de elect.*

Nec obstat, quod dict. Canonici non fuerunt contempti, sed sponte sua discesseruut à Capitulo, nec electioni interesse voluerunt prętendentes diem dictæ electionis esse prorogandũ ac propterea de nullitate dictæ electionis dare
3 non possunt, sed potius dicendum videtur, quod potestas eligendi fuerit eo ipso in alios translata, atq; ita electio à toto Capitulo facta *cap. cum nobis olim de elect. Bal. cons. 338. num. 2. l. 1. cum alys alleg.* quia obiectum hoc procederet, si dicti Canonici fuissent prius legitimè ad di-
4 ctam electionem citati, eo enim casu potuissẽt censeri abesse per contumaciam, & consequenter quod ius eligendi fuerit in alios translatum, & in his terminis loquitur *Bal. dict. cons. 338. num. 2.* dum inquit, quod ij, qui per contumaciam absunt, faciunt se ab electione alienos, & ius eligendi ad coëlectores trasfertur.

Verum cessat in proposito, quia non probatur dictos Canonicos fuisse vnquam legitimè ad dictam electionem citatos, sed imò ex supra deductis potius apparet, Capitulum fuisse inductum ad effectum concedendi Administratoribus facultatem gerendi quoque ardua, non autem ad effectum faciendi dictam electionem.

Et licet dicti Administratores incontinenter postea, & præsentibus forsan ijsdem Canonicis ad eandem electionem, vt dictum est, deuenerint, tamen ex quo ipsi sibi dictam liberam administrationem, non obstante dictorum Canonicorum contradictione quoad collationem beneficiorum arrogarunt, & ad dictam electionem ipsi cum eadem administrationis qualitate processerunt, iustam causam habuerunt dicti Canonici à Capitulo discedendi, ne dictã concessionem approbare videantur, etiam petendi, quod electio ad alium diem prorogaretur, quia in illo instanti, & in tanta animorum perturbatione cogitare non poterant, cui ad Ecclesiæ vtilitatem suffragium dare possent pro electione Archidiaconi, & consequenter neque etiam potuerunt contumaces censeri ad effectum, vt ipsis contemptis, & certa die pro dicta electione non constituta in illo tumultu ad dictam electionem legitimè deueniri potuerit.

Et ex his etiam patet responsio *ad cons. Oldr.*
5 122. vbi quod minor pars Capituli non potest terminum ad electionem præscriptum prorogare, quia *in dicto cons.* præsupponitur, quod dictus terminus fuerit à Capitulo omnibus Canonicis legitimè ad electionem citatis præscriptus, & quod prorogatio non tendebat ad publicam vtilitatem, sed potius ad damnum, quæ certè in casu isto cessare ex dictis colligitur.

Non obstat, quod dicti Canonici postea eandem electionem approbauerint, quia Contra-
rium

rium apparet ex pluribus oppositionibus per
eos factis, & etiam, quia causam dictæ oppositionis per speciale rescriptum Officiali Treuetẽn. committi obtinuerunt, qui dictam electionem ex dicto Capite nullam declarauit, &c.

CESENATEN. IVRISPATRONATVS.

Mercur. 4. Iulij 1618.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus ex quibus remaneat probatum.*
2 *Semper pro executione præsumitur.*
3 *Non habens qualitates requisitas verisimile est in possessionem ab Ordinario non immitti.*

DECISIO CXCI.

Dictum fuit, Ioanne tantum informante, ipsi adiudicandum esse beneficium, quia eius gratia in omnibus est iustificata.

Quo enim ad Ius Patronatus de eo plenè
constat ex Testamento Michaelis Christopo-
phori, & ex pluribus præsentationibus posteà
subsecutis, & per spatium plusquam 40. etiam
annorum effectum sortitis, ex quibus procul-
1 dubio remanet dictum Iuspatronatus proba-
tum *iuxt. decretum Sac. Concil. Trid. sess. 25. cap. 9. ad deduc. coram bo. me. Card. Seraph. decis. 1232. nu. 5.* & alias sæpissimè.

Quo verò ad alia in dicta gratia narrata, pariter nulla cadit difficultas, & præsertim quia ipse quoque Ordinarius, cui executio Literarum Apostolicarum commissa erat, nõ solum testatur, quod ipsi plenè constat de existentia dicti Iurispatronatus, sed etiam quod omnia
verificanda in dicta gratia fuerunt verificata;
2 nam, & pro executione præsumitur *Abb. cons. 41. in fin. l. 1. Dec. cons. 341. num. 12. Capic. decis. 16. numer. 4.* & in hac materia plurimum defertur Ordinarij iudicio, cum de ipsius præiudicio agatur, atque ideò verisimile non sit, quod si
Ioannes qualitates requisitas non habuisset,
3 cum Ordinarius in possessionẽ immisissem, *ad not. per Lambert. de Iurepatronatus l. 2. par. 2. artic. 7. quæst. .0. num. 11. Rot. dec. 10. de iu. pat. in nou. Card. Seraph. d. decis. 1232. num. 2. &c.*

BONONIEN. DE GOZZADINIS.

Mercur. 4. Iulij 1618.

DECISIO CXCII.

Impressa apud Postium de Manuten. decis. 145.

BONONIEN. IVRISPATRONATVS.

Mercur. 4. Iulij 1618.

DECISIO CXCIII.

Impress. in Recent. decis. 670. par. 4.

SENOGALLIEN. AFFICTVS.

Merc. 4. Iulij 1618.

ARGVMENTVM.

Libri quando sint, & à quibus exhibendi.

SVMMARIVM.

1 *Libri non sunt exhibendi, nisi probata illorum existentia plenè, & concludenter de tempore motæ litis, & num. 2.*
2 *Libri non sunt exhibendi, quando petens libros antea illos dedit.*
4 *Administrator vel quilibet rationẽ reddens libros edere tenetur.*

DECISIO CXCIV.

Resolutum fuit, Leonem non teneri exhibere libros, de quibus agitur, quia non
probatur illorum existentia penes dictum Leo-
1 nem tempore motæ litis, quæ tamẽ ad prædictum effectum plenè, & concludenter probanda esset, non autem per præsumptiones *l. 3. in princ.* & ibi *gloss. in §. sciendum ver. summatim l. tigni appellatione §. si quis non possideat ff. ad exhib. Ruin. cons. 69. nom. 13. in fin. & num. 14. l. 4.* & fuit dictum *in Aesina bonorũ 15. Mart. 1583. coram Card. Blanchetto, & in Romana computorum 30. Ianuary 1605. coram bon. mem. Iusto, & alias sæpissimè.*

Nec obstat, quod prætenditur dictam existentiam probari ex bilancio à dicto Leone ad Vrbem transmisso, quia dato, quod ex dicto bilancio probetur, dictos libros penes ipsum extitisse tempore, quo dictum bilancium factum fuit, cum illud absque libris fieri non po-
tuerit, non probatur, tamen illos extitisse tem-
2 pore motæ litis, prout requiritur *l. non ignorabit & ibi Castrens. num. 4. C. ad exhib.* cum alijs adductis *in vna Valentina illegitimitatis 9. Febr. 1618. cor. R. P. D. meo Caualerio.*

Nec in casu isto valet argumentum de præterito ad præsens, vel ad tempus motæ litis, cum præsertim dictus Leo non teneretur libros, de quibus agitur, conficere, aut custodire; nam tunc non dicitur probata existentia ad exhibitionem requisita, nisi probetur huiusmodi existentia post litem motam, vel
constet, quod ille, qui conuenitur, illos habue-
3 rit ab eo, qui petit exhibitionem *Castrens. in l. publicati num. 7. C. de testam. ordin.* & fuit dictum *in Romana computorum 22. Martij 1602. coram Reuerendiss. D. meo Damasceno, & in Ferentina pe-*

cunia-

cuniaria 30. Aprilis 1610. coram Reuerendiss. Attrebaten. & in Parisin. pecuniaria 26. Nouembris 1610 coram Illustriss. Card. Lancellotto.

Et cessat pænitus omnis difficultas ex eo, quod constat tàm ex Inuentario ab hærede Montani confecto, quam etiam ex literis dicti Vincentij *summ.num.6.* dictos libros existere penes dicti Montani hæredem, qui cum paratus sit, vt dicitur, dictos libros Senogalliæ, vbi negocium, quod in dictis libris continetur, gestum fuit ostenderet, & copiã describendi facere, non potest aliquid vlterius à dicto hærede ne dum à Leone prætendere; quia licet admi-
4 nistrator, vel alius, qui rationem Administrationis reddere cogitur, teneatur libros edere, hoc tamen non plus importat, quam codices ostendere, & copiam describendi facere adhoc vt legi, & rationes calculari possint absque eorum traditione *l.1. & l.argentarius §. edi autem ff. de edendo Socc.cons.190. sub num.5.vers.& adhoc benè deseruiunt verba Ang.vol.2.cum alijs adduc. in Romana exhibitionis librorum 19. Ianuarij 1614. cor. Illustris. Card. Ludouisio.*

ELBOREN. ORDINVM.

Lunæ 12. Nouembris 1618.

ARGVMENTVM.

Ordinarius non potest cogi ad aliquem Ordinandum, nisi habeat beneficium, cui ordo annexus sit.

SVMMARIVM.

1 *Habens beneficium, cui annexus est ordo, non potest ab Episcopo ab ordine sine causa repelli, secus si non habet beneficium.*

2 *In dubio semper est parendum, & si quandoque reum faciat iniquitas imperandi.*

3 *Tridentinum non imponit necessitatem Episcopo quempiam ordinandi, sed totum remittit iudicio Ordinarij.*

4 *Nulla licentia suffragatur ad quempiam ordinandum contra Prælati voluntatem.*

5 Cap. ex tenore de tempore ordin. & cap. ad aures eod. tit. *corriguntur.*

6 Hostiensis in Capit. ex tenore in fine declaratur.

DECISIO CXCV.

Vtraque parte informante, Domini steterunt in decisis 25. Iunij præteriti, placuit enim, quod dicebatur, quod D. Archiepiscopus cogi non poterat ad conferendum ordines Gaspari, nec iure communi, aut Tridentini Concilij dispositione inspecta, nec ex forma Breuis Apostolici a dicto Gaspare obtenti.

Nam quoad ius commune vera, & vt inquit *Hostiens.* ab omnibus communiter approbata est illa distinctio *glos. in cap. ex tenore de tempore ordin.* quod vel Clericus habet beneficium, cui est annexus certus ordo, & tunc Episcopus non potest eum sine causa repellere, quia
1 ius habet petendi dictum ordinem, aut nullum habet beneficium, cui ordo sit annexus, & eo casu Episcopus potest eum prohibere, & subditus necesse habet obedire, etiam quod non subesset iusta causa prohibitionis, quia vt in
2 alia decisione ex Diuo Augustino dicebatur, in dubio semper est parendum, & si quandoque reum faciat iniquitas imperandi.

Nec dictam necessitatẽ Episcopo imponit Sacrum Tridentinum Concilium, sed totum hoc negocium potius Ordinarij arbitrio remittit,
3 vt *In cap. 2. sess. 21.* vbi disponit, quod Patrimonium, vel pẽsiones obtinentes ordinari nõ possint, nisi illi, quos Episcopus iudicauerit assumendos pro necessitate, vel vtilitate suæ Ecclesiæ, & infra *cap. 19. sess. 23.* vbi quod nullus ordinari debet, qui iudicio sui Episcopi non sit vtilis aut necessarius suis Ecclesijs, quinimo
4 *in cap. 1. sess. 14.* decernit, quod nulla contra ipsius Prælati voluntatem concessa licentia de se promouendi faciendo suffragetur, & hoc decreto alias etiam Sacra Congregatio Illustrissimorum dicti Concilij Interpretum censuit correctum esse *capitulum ex tenore de tempore or-*
4 *din. & Cap. ad aures eod. tit.* ampliatum itaut comprehendat quoque Clericos sæculares, & beneficia, & dignitates, quibus annexus sit ordo obtinentes tam quoad facultatem prohibendi eos ab ascensu ad altiores ordines, quam etiam ab illorum susceptione repellendi, ipsisque vigore dicti Decreti omnem potestatem appellandi ademptam esse. quia scilicet, vt in dicto decreto dicitur honestius, ac tutius est subiecto debitam Præpositis obedientiam imponendo in inferiori ministerio deseruire, quam cum Præpositorum scandalo graduum altiorũ appetere dignitatem Consuluit tamen *Hostiens. in dicto cap. ex tenore in fin. Episcopis*, quod si in aliquo inde læsam habent conscientiam, alij hoc committant, ne veniendo contra propriã conscientiam ædificent ad gehennam.

Minus aliquid facit Breue à dicto Gasparè obtentum, quia vt ex lectura ipsius manifestè apparet, illud emanauit ad effectum vt dictus Gaspar possit ad titulum Patrimonij etiam intra annum, & non seruatis Interstitijs à Sac. Concil. Trident. designatis à suo Ordinario, vel à quocumque alio Catholico Antistite, de licentia tamen sui Ordinarij promoueri, nec aliquod in eo verbum legitur, quod necessitatem dicto Ordinario imponat, illum ad ordines promouendi, sed omnia tantum tendunt ad tollendum impedimenta, & ad facien. dictum Gasparem habilem, vt possit Interstitijs etiam, vt dictum est, non seruatis promoueri.

Nec vis fieri potest in verbis liberè, & auctoritate Apostolica ab informantibus pro Gaspare ponderatis, nam ex quo vt in dicto Breui habetur Pontifex Auctoritate Apostolica dicto Gaspari indulsit, vt possit promoueri, & promotus liberè ministrare, argui non potest, quod dispositioni dicti Concilij derogando necessitatem Ordinario imponere voluerit, dictum Gasparem promouendi, neque hoc, vt ad sensum patet, dicta verba important &c.

RO-

ROMANA SALVIANI.

Lunæ 12. Nouembr. 1618.

DECISIO CXCVI.

Impress. apud Cent. de Cens. decis. 44. in add. & post Duard. simil. tract. decis. 167.

CORDVBEN. PRAESTIMONIORVM.

Lunæ 12. Nouembris 1618.

DECISIO CXCVII.

Impressa in recent. decis. 50. par. 4. tom. 2.

PACEN. PRAEEMINENTIARVM.

Veneris 16. Nouembris 1618.

DECISIO CXCVIII.

Impressa in Recent. decis. 54. par. 4. tom. 2.

ALBANEN. VINEAE.

Lunæ 19. Nouembris 1618.

DECISIO CXCIX.

Impress. apud Posthium de manut. decis. 148.

ASISIEN. PECVNIARIA.

Lunæ 26. Nouembris 1618.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura renunciata amplius vti non potest, & num. 3.*

2 *Sententia si non est de actis, & sit lata inter diuersas personas tertio non præiudicat.*

DECISIO CC.

Iterum proposito dubio, an sententia Rotalis esset confirmanda, vel infirmanda, Domini affirmatiuè responderunt, ex rationibus alias coram R.P.D. Manzanedo, in tribus decisionibus in hac causa factis deductis. Quibus non videbatur obstare, quod denuo dicebatur ad probandam existentiam eiusdem folij quia, vt sæpè aliàs responsum fuit, nec Pomponius ex dicti folij defectu succubuit, nec ipse
1 amplius eo hodie vti potest, etiam quod de illius existentia constaret, cum expresse illi in iudicio tunc coram A. C. agitato renunciauerit.

Minus faciunt pro eodem Pomponio fusè deducta ad probandam veram numerationem pecuniarum per dictum Pomponium, in quodam Sacculo allatarum, quia non solum pro parte Blasij probatum fuit contrarium per tres testes, quorum vnus fuit ab eodem met Pomponio inductus, quod scilicet dictæ pecuniæ fuerunt a dicto Pompouio allatæ ad effectum, vt dicitur, *pro monstra*, sed constat etiam de causa huius simulationis, quia nempè Communitas, vt videretur paruisse decretis Domini Maluasiæ tunc Commissarij super negocijs Communitatis volebat, quod appareret de extinctione census, & benè eadem simulatio comprobatur ex eo, quod constat Communitatem continuasse in solutione fructuum alterius census loco d. census creati, & demum eundem extinxisse, mediante persona Valeriani Vrbani, qui erat Panattariæ dictæ Communitatis conductor adeo, quod ex his omnibus falrē simul iunctis satis apparere videatur veritas huius negocij, nec quidquam releuent aduersus ea à scribentibus pro Pomponio ponderata.

Nec obstat prætensum sententiam Reuisorū quia illa non est de actis, & est lata inter di-
2 uersas personas, vnde Blasio non præiudicat *iux. trad. per Fel. in cap. quamuis col. 5. in princ. vers. de sententia lata de re iudic. Bald. in l. 2. nu. 2. & ibi Salic. C. quib. res. iudic. non noc. cum alijs per Tiraq. de nobilitate c. 37. num. 7.*

Non obstat litis pendentia cōtra Notarium, quia illa non præiudicat huic causæ, cum vt supra dictum est, neque etiam folium super cuius exhibitione dicta lis pendet, suffragetur Pomponio, quatenus illud existeret, vltra quod ex rationibus in decisione 10. *Iunij* 1613. *coram R. P. D. meo Manzanedo*, facta appatet, No-
3 tarium non teneri, neque ad dicti folij exhibitionem, neque ad interesse stante maximæ falsitatis suspicione, ac protestatione per eundem Pomponium facta, quod volebat vti dicto folio.

Aliis etiam fuit in dictis decisionibus satisfactum.

BONONIEN. DE GHELLIS.

Merc. 28. Nouembris 1618.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum non datur sine læsione neque minori.*

2 Ex-

2 *Extrahens pecunias à societate id praestare tenetur quod dicta pecunia in Societate lucrata fuissent.*
3 *Cum aliena iactura quis locupletari non debet.*

DECISIO CCI.

RESolutum fuit, non constare de causis restitutionis in integrum aduersus sententiam Rotalem contra haeredes Thadei latam,
1 quia non docetur de aliqua laesione, sine qua non datur restitutio etiam minori *vulg. l. nam & postea §. si minor & ibi glos. Bar. & alij ff. de iur. iur.* cum alijs latè *cumul. per Odd. de rest. in integr. par. 1. quaest. 36. art. 2. & 3. num. 9. & seqq.* & fuit dictum in *Romana pecuniaria 29. Febr. 1617. cor. Rev. D. meo Decano.*

Nec obstat, quod pretenditur, dictos haeredes fuisse laesos in eo, quod Peritus in cuius relatione dicta sententia fundata est sub praetextu, quod Thadeus magnam pecuniarum summam ex Capitali communis negociationis extraxerit, ad creditum Vlissis posuit inteo esse lucri cessantis per dictam extractionem ad rationem quantitatis, quam Societas ex residuo Capitalis lucraretur, cum tamen non probetur, dictas pecunias fuisse a Thadeo ex capitali extractas, sed potius praesumi debeat, eundem illas extraxisse ex lucris, quae eadem Societas, vt ex dicti Periti relatione apparet, primo statim anno fecerat, quia, vt pluribus etiam eidem obiecto fuit alias *in decisione 23. Iunij anni praeteriti coram Reuerendiss. D. meo Decano* facta responsum, satis probatum videtur dictas pecunias fuisse à Thadeo ex Capitali, non vero ex lucris extractas, tū quia cum iuxta conuentionem inter eundem Thadeum, & & Vlixem initam, quod lucra cedere deberentur in extinctionem debitorum communium vt ex contrapositione partitarum ex libris societatis apparet, fuerint dicta lucra in dictorū debitorum extinctione erogata, non potuerunt dici dictae pecuniae à dicto Thadeo ex dictis lucris extractae, tum etiam quia ne dum summe per dictum Thadeum extractae longè superant dicta lucra, sed etiam dicta extractio ab eo facta fuit infra annum, & sic antequam sciri posset, an adesset lucrum, quod non nisi in fine, & post reuisionem, & solidationem computorum dignosci potest.

Et in omnem euentum, quia dubium non est, quod absque licentia Vlixis dictus Thadeus non potuerit dictas pecuniarum summas, neque ex Capitali, neque ex lucris extrahere
2 id praestare tenetur, quod societas lucrata fuisset si eiusmodi extractio ab eo facta non esset, vt fuit *in hac causa 16. Febr. 1615. & 23. Iunij 1617. coram Reuerendiss. D. meo Decano resolutum*, & eo maximè, quia dictus Thadeus dicitur easdem pecunias in negociationem ad propriam vtilitatem implicauisse, & maiora lucra fecisse
3 equum enim non est, vt cum aliena iactura locupletetur *cap. locupletari de reg. iur. in 6. l. iure naturae ff. eod. tit. l. naturaliter in fin. & l. seq. ff. de cond. indeb.*

Minus constat de dicta laesione ex eo, quod in calculandis lucris deducta non fuit portio Grallutij, quia vltra responsiones in supradicta decisione coram Reuerendiss. D. meo Decano facta datas, quae Dominis placuerunt, cessat paenitus omnis scrupulus ex renunciatione ab eodem Grallutio facta cum expressa declaratione, quod nunquam praetendere vult aliquam dictorum lucrorum portionem.

Nec obstat, quod ad probandam dictam laesionem, tertio loco diceebatur, quod Peritus non potuit de credito Thadei demere summā librarum. 3000. quia etiam admisso, quod dictus Thadeus fuerit creditor rationis Banchariae in qua curauit poni ad creditum societatis operis albi dictam partitā librarum 3000. non potuit tamen ipse ex dicta societate operis albi extrahere in numerata pecunia summam librarum 3000. illamque in proprios vsus conuertere, & dictarum pecuniarum loco partitam ad fauorem dictae societatis in dicta ratione bancaria creare, & quando quidem dicta ratio non exoluit, nisi post plures menses dictae societati dictam summam libr. 3000. rectè fuit habita à Perito ratio lucri cessantis medij temporis ante factam restitutionem, cum praesertim omne damnum, quod societas tam ob extractionem numeratae pecuniae, & retardatā dictae rationis solutionem sensit, à culpa eiusdem Thadei, qui dictae rationis erat complementarius, euenerit &c.

APRVTINA BENEFICIORVM.

Merc. 5. Decembris 1618.

DECISIO CCII.

Impressa in Recent. decis. 59. par. 4. tom. 2.

ROMANA HAEREDIT. DE GRACCHIS

Mercur. 5. Decembris 1618.

ARGVMENTVM.

Agitur de furioso, & quando illius Testamentum validum sit.

SVMMARIVM.

1 *Causa Testati facit cessare causam intestati.*
2 *Testamentum furiosi non subsistit.*
3 *Furiosorum varia genera.*
4 *Furiosi continui, & omni intellectu carentes testari non possunt.*
5 *De iure quilibet sanę mentis praesumitur.*
6 *Stultus, & demens inducitur ab hominibus secundum gesta, quae facit, sic è contra sanae mentis numer. 7.*
8 *Habens lucida interualla testari potest.*
9 *Negotia sua prudenter agens sanae mentis praesumitur.*
10 *Testes deponentes de stultitia cum Testibus de sana mente quomodo concilientur.*

11 Cu-

11 *Curator datur etiam habenti dilucida interualla.*
12 *Sola Curatoris datio alio impedimento non apparente non impedit factionem Testamenti.*
13 *Semel furiosus semper præsumitur talis.*
14 *Præsumptio tollitur ex alia vehementiori.*
15 *Præsumptio furoris tollitur ex actibus sanæ mentis gestis.*
16 *Testamentum furiosi censetur conditum tempore furoris; præsentim si adfuit dementia ante, & post num. 17.*
18 *Testes deponentes furiosum per sex Menses ante conditum Testamentum, & in ipso actu Testamenti fuisse sanæ mentis; sanant Testamentum bene factum.*
19 *Duo Testes deponentes de sana mente præualent contra mille de dementia deponentes,*
20 *Ex Testamento bene facto cessat præsumptio furoris, & num. 21.*
22 *Actus aliqui à furioso excusantur ad saluandam Testamentum.*
23 *Depositio Curatoris furiosi non præualet contra depositionem duorum Testium.*

DECISIO CCIII.

ORta lite inter Rener. Priorem, & Fratres
S. Augustini hæredes scriptos in Testa-
mento per q. Rutilium Gracchum condito, &
alios ab intestato, venientes super successione
in hæreditate dicti Rutilij dubitatu, ad quem
spectet hæreditas, & quia causa testati facit ces-
1 sare causam intestati, *vulg. l. quamdiu la 2. ff. de
acquir. hared. l. antequam C. comm. de success. l. quã-
diu ff. de reg. iur.* Domini dixerunt hæreditatem
spectare ad Priorem, & Fratres.
Neque enim videbatur obstare, quod dicto
testamento locus esse non possit eo, quod illud
2 conditum prætendatur à dicto Rutilio existen-
te in furore *iux. tex. in l. Furiosi C. qui testam. fac.
poss. cum simul.*
Quia cum eorum, qui furiosi, ac dementes
habentur, plura sint genera, prout plures etiam
sunt animi facultates, & alij quidem Imagina-
tionem læsam habeant rectè vtentes memoria,
& ratione, alij verò has easdem facultates non
3 nihil deprauatas obtineant, & imperfecta que-
dam, aut quæ incipit perfecta dementia esse vt
inquit *Celsus l. 3. de re medica c. 18.* phrænesi labo-
rent, alij autem omnino insani sint, dilucidis ta-
men interuallis gaudentes, alij deniq. qui nul-
lum prorsus vnquam vsum rationis habeant;
sed in eadem semper, atque illa perfecta, & ex
huberanti phrenesi permaneant.
Neque ad effectum, vt testamentum substi-
neatur, necesse sit, quod illud conditum fuerit
ab homine perfecto sensu prædito, sed sufficiat
quod tempore saltẽ Testamenti vsum rationis
4 haberet, neq. à mẽte totaliter alienatus esset cũ
iura de furioso loquentia de ijs tantũmodo in-
telligantur, qui continuá mentis alienatione
laborant, omnique intellectu carent *vt per tex.
in cap. dilectus* ibi quia erat alienatus mente *de
success. ab Intest. & in l. si cum dotem* §. si maritus
ibi sensum non habet *ff. solut. matrim. pluribus o-*
stendunt, *Soccin. cons. 42. lib. 1. Corn. cons. 91. & 261.
num. 21. l. 4. Ferret cons. 207. num. 3. l. p. Paris. cons.
83. num. 38. & seqq. l. 3. Menoch. cons. 683. num. 12.
& 15. Boer. decis. 23. sub num. 83. vers. quare cum
probatio Gramat. decis. 73. num. 24. in fin. & seqq.*
Et circumscripta iuris præsumptione, qua
quisque sanæ mentis præsumitur *Bar. Bal. Dec.
Ruin. & alij* latè cumulati, *per Honded. cons. 78 sub
num. 52. l. 2. & per Menoch. de præsumpt. l. 6. præ-
sump. 45. nu. 3.* aliundè quam ex actibus, & ver-
bis dignosci non possit, vtrum quis sanę men-
tis, vel potius furiosus, aut mẽtè captus sit adeo,
6 quod is tantum iudicetur stultus, ac demens,
qui ob actus stultitiæ, ac dementiæ, quos facit,
talis existimatur ab hominibus, & è contra sa-
næ mentis, qui facit actus conuenientes ho-
7 minibus sanæ mentis, vt in specie tradit, *Ias. in l.
Patre furioso nu. 7. ff. de ijs, qui sunt sui vel alien. iur.
Honded. cons. 78. num. 60. l. 2.* cum alijs, *per Me-
noch. d. cons. 683. num. 3.*
Domini putabant, quod sicuti inspectis acti-
bus à testibus ad probandam dicti Rutilij de-
mentiam inductis fusè relatis, & toti etiam Vr-
bi bene notis negari non poterat, dictum Ru-
tilium sanę mentis omnino non fuisse, ità at-
tentis depositionibus testium, & alijs probatio-
nibus pro parte dictorum Fratrum deductis,
fatendum quoque sit, quod vel dictus Rutilius
ea phrænesi non laborabat, per quam ipsi tota-
lis vsus rationis impeditus fuerit.
Vel quod saltem dilucida habuerit interual-
la, nec per consequens ipsum intestabilem fuis-
8 se censeri possit, *ex supra alleg.*
Nam ex dictorum testium depositionibus
apparet, quod dictus Rutilius bona sua prudẽ-
ter administrauit, credita exegit, & debita pro-
pria eius manu persoluit, in iudicio pro viribus
suis tuendis comparuit, domum suam rexit, li-
bros rationum suarum exactè confecit, atque
in illis singula sua credita, & debita diligenter
descripsit, aliaque sua negocia gessit, sæpius
Eleemosynas facere, ad Ecclesias accedere, sacris
interesse, peccata sua confiteri; nec non Sanctis-
simum Eucharestiæ Sacramentum sumere cõ-
sueuerit; ac Testamentum denique condidit, il-
ludque ore proprio dictauit; qui actus vtique
homini sanæ mentis conueniunt, nec vlla ra-
tione ab eo, qui omni sensu caret, & conti-
nua mentis alienatione laborat expediri pos-
sunt, vt in puncto de eo, qui negocia sua per
tractabat, Missas audiebat, & peccata sua confi-
tebatur respondit, *Corn. cons. 219. col. 2. vers. his
tamen non obstant. l. 1. Decian. cons 127. numer. 14. in
fin. l. 1. Socc. Sen. dicto cons. 42. num. 9. vers. postre-
mo esset l. 1. Boer. d. decis. 23. num. 57. & tenuit Rota
in Meliten testam. 17. Febr. 1612. coram R.P.D. meo
Manzanedo, & in vna Perusina hereditatis 12. Iunij
1617. coram R.P.D. meo Buratto.*
Vnde nec obstant alij actus, à testibus ad pro-
bandam eius dementiam relati, quia præterquã
quod ex illis colligitur magis fuisse læsam im-
maginationem Rutilij, quam alias animi sui
facultates, nec ad totalem mentis alienationem
inferunt.
In omnem etiam euentum stantibus actibus
supradictis, & toties reiteratis, saltem negari nõ
poterit; ipsum dilucida habuisse interualla, &
aliquãdo sanæ mentis, aut à mente omnino nõ
10 alienatum fuisse, atq; ità in puncto testes, quo-
rum alij super furore, alij super sana mente de-
posuerunt

posuerunt ad concordiam reducendos esse di-
cit *post Socc. consf.42. num. 10. vol. 1. Corn. consf. 219.*
vol. 1. Boer. d. dec. 23. num. 83.

Nec facit, quod dicto Rutilio datus fuerat
Curator, quia inde inferri non potest, quod
omni rationis usu careret, atque à mente con-
tinuè alienatus esset, quia Curator datur etiam
11 habenti dilucida interualla, & tēpore induciа-
tum eius officium conquiescit *l. cum alijs C. de*
curat. furios. & Fatuo. qui mente totaliter captus
non est *l. 1. in fin. & l. 2. ff. de postul.* nec propterea
sola Curatoris datio, & quando aliud impedi-
12 mentum non subest, impedit testamenti fa-
ctionem, vt singulariter determinat. *Io Faber in*
§. praeterea. & ibid. Arct. Instit. quibus non est per-
miss. fac. testam. Ias. in l. furiosum sub num. 2. vers.
3. singulariter limita C. qui Testam. fac. poss. Boer. d.
decis. 23. num. 79. Mogon. decis. Flor. 97. num. 17.

13 Minus obstat, quod semel furiosus præsu-
mitur in eodem furore semper permansisse
quia nec probatus est talis furor in Rutilio;
qualis vt Testamenti factionem non haberet,
requiritur, nec quatenus probatus esset dictæ
præsumptioni locus esse posset, nam cum vna
14 præsumptio per aliam præsumptionem vehe-
mentiorem elidatur *c. afferte. de præsumpt. Abb. in*
c. requisisti num. 2. de Testam. cum simul, tollitur pro-
culdubio dicta præsumptio ex actibus viro sa-
næ mentis conuenientibus per Rutilium, vt su-
15 pra dictum est, gestis, *ad trad. per Bald. in d. l. fu-*
riosum num. 2. Honded. d. consf. 78. numer. 60. & seq.
lib. 2. Boer. dicta decis. 23. num. 88.

Nec dicatur saltem non probari Testamen-
tum fuisse à dicto Rutilio conditum tempore,
quo sanæ mētis erat, prout probari deberet eo,
16 quod in dubio præsumitur potius tempore
dementiæ conditum, *Ias. in l. Patre furioso n. 6.*
vers. confirmo magis ff. de his qui sunt sui vel alieni
iur. cum alijs, per Menoch. præsumpt. 45. num. 63. l. 3.
& maximè quando prout in casu isto factum
prætenditur, probata fuit dementia ante, & post
17 Testamentum, quia tunc præsumitur eandem
dementiam medio quoque illo tempore du-
rasse, *Rot. diuers. decis. 107. num. 26. par. 2.*

Nam his omnibus etiam admissis, sufficien-
ter apparet dictum Testamentum fuisse condi-
tum tempore, quo dictus Rutilius sanæ mentis
erat, tum ex plurium aliorum testiū depositio-
nibus, qui in specie deponunt, dictum Ruti-
18 lium per sex menses ante conditum Testamē-
tum, & tempore etiam dicti Testamenti sanæ
mentis fuisse *Boer. dicta decis. 27. num. 97.* vbi in-
quit, quod etiam si mille testes probarent ta-
lem prius fuisse furiosum, & duo probarent, eū-
dem tēpore, quo actum gessit sanæ mentis fuis-
se, ista secunda probatio præualeret, quia pri-
ma probatio non infert ad tēpus, de quo agi-
19 tur; nisi præsumptiuè, & huic præsumptioni
præualet secunda probatio *Corn. consf. 83. vol. 2.*
& fuit firmatum in supradicta, *Meliten. Testa-*
menti coram R. P. D. meo Manzanedo.

Tum etiam ex ipsiusmet Testamenti per
dictum Rutilium conditi inspectione, nam cū
omnia in eo prudenter disposita appareant, ces-
sat ex qualitate actus continuationis dicti furo-
20 ris præsumptio. *l. furiosus ff. de act. & obligat. l. fu-*
riosum C. qui Testam. fac. poss. Castr. in l. qui Testa-
mento §. nec furiosus ff. de Testament. Parif. consf. 88.
num. 45. & seq. lib. 3. cum alijs, *per Boer. dicta de-*
cis. 23. num. 56. & seq. vbi etiam subdit, quod non
omnia facta per furiosos sunt nulla, sed si pru-
denter ac sapienter gesta fuerint tenent. *iux. trad.*
per Io. Andr. In c. cum dilectus in fin. de Successf. ab in-
21 *test.* vbi refert, quod scribit *Valer. Max. de Testa-*
ment. cuiusdem furiosi, quod scilicet illud fuit
per Senatum Populi Romani cōfirmatum, quia
ritè conditum erat; quod putat *Rom. in d. l. furio-*
sum num. 3. & 6. C. qui Testament. fac. poss. mirabile,
& æquitati conuenire, & sequitur *Corn. consf. 216*
nu. 15. vol. 3. cum alijs, *per Card. Mantic. de coniect.*
vlt. vol. l. 215. numer. 7. & seq. Magon. d. decis. 97.
num. 22.

Non obstat, quod idemmet Testamentum
signis stultitiæ quoque permixtum est, ex quo
in eo mandat dictus Rutilius Sermones suos
quadragesimales, & alia Poemata ab ipso con-
scripta, quæ tamen prælo digna non erant, sub
eius nomine imprimi, quia vltra quod hoc le-
uitatis potius, quam alienationis mentis argu-
mentum est, & commune multis præsertim
Poetis vitium, teste etiam *Cicerone,* qui loquens
de Dionysio Tyranno, quem dicit fuisse Poetā
Tragicum subdit hæc verba, *quam bonum nihil*
ad rem. in hoc enim genere nescio quo pacto magis, quā
in alijs suum cuique pulchrum est; ita res se habet te tua,
me delectant mea, adhuc neminem noui Poetam, qui sibi
non optimus videretur; nec propterea dictus Ru-
tilius Testamenti factione caruisse censeri de-
bet, cessat etiam difficultas, quod dictus Ruti-
lius non simpliciter ordinauit, dicta sua Poe-
mata, & Sermones imprimi, sed voluit priuſ-
quam imprimerentur, illa reuideri, corrigi, &
emendari ab eius hæredibus, & superioribus,
quod vtique ostendit, ipsum non caruisse vsu
rationis, cum nihil magis conueniat rectæ ra-
tioni, quam dicta sua, & facta prudentiorum iu-
dicio, ac censuræ subijcere *iux. illud ne Innitaris*
prudentiæ tuæ cap. 1. & c. ne innitaris de constit. vbi
Abb. & Felin. num. 2. definiunt prudentiam, vt
sit voluntas submissa fræno rationis.

Non obstat, quod prætenditur, dictum Ruti-
lium tempore Testamenti retinuisse in cubicu-
22 lo lampades accensas, & cartas cum diuersis
figuris triangularibus, & circularibus, quia vl-
tra quod testes ad hoc probandum inducti non
percutiunt tempus dicti Testamenti, & conuin-
cuntur ab alijs testibus, qui deponunt, dictas lā-
pades tunc non fuisse accensas, in omnem etiā
euentum, vel nullum inde elici potest, nec leuis
quidem stultitiæ signum, cum dictus Rutilius
potuerit dictas lampades retinuisse in cubiculo
ad honorē Beatissimę Virginis, ac aliorum San-
ctorum, quorum in dicto cubiculo Imagines
habebat, vt deponit primus Testis pro Stepha-
nellis examinatus, & quartus à Fratribus, vel
certè dictarum lampadarum, & etiam Carta-
rum retentio non concludit totalem mentis
alienationem, & qualis ad effectum, vt Testa-
menti factionem non haberet, requiritur.

Non obstat depositio prętensi Curatoris Ru-
tilij, qui dicit, ipsum plura inepta, & turpia à di-
23 cto Rutilio dictata ex Testamēto deleuisse, quia
non videbatur eius dicto fides adhibenda tùm,
quod plures exceptiones patitur, tùm etiā quia
coutra-

contrarium deponunt duo alij testes, qui dicto Testamento interfuerunt, &c.

FOROLIVIEN BONORVM

Vener. 14. Decembis 1618.

ARGVMENTVM.

Latè agitur an, & quando in concessione detur ius accrescendi, vel non decrescendi.

SVMMARIVM.

1 *In concessione structura verborum attendi debet.*
2 *Pars tangens Parentes pro virili spectat ad Filios.*
3 *In concessione pluribus facta datur ius accrescendi, & hoc colligitur ex verbis num. 9.*
4 *Regulariter in concessione facta pluribus non datur ius accrescendi, quando vnusquisque pro sua portione recepisse censetur.*
5 *Contractus legem accipiunt à conuentione.*
6 *Emphiteusis ex pactis propriam naturam mutat.*
7 *Dictio cuilibet est distributina rem vnicuique in solidum attribuens.*
8 *Res concessa in solidum vno mortuo ad alium spectat per ius non decrescendi.*
10 *Quod concessio in solidum facta fuerit, præsumitur si plures renouationem acceperunt tempore, quo in cōmunione viuebant cum scientia Domini directi.*
11 *Concessio facta per verbum quisque non admittit ius accrescendi.*
12 *In concessione quod non detur ius accrescendi, ex quibus colligatur, & num. 13.*
14 *Primi acquirentes non præiudicant superuenientibus.*
15 *Concessio facta, ad 29. annos cum pacto ad renouandum censetur perpetua.*
16 *Concessio cum pacto ad renouandum finito tempore debet in comprahensos renouari:*
17 *Vassallus patiens molestiam à Domino, vel à tertio super feudo, non tenetur durante molestia inuestituram petere.*

DECISIO CCIV.

DOmini censuerunt, sententiam, in qua declaratum fuit Dominis Ioanni, & Io: Baptistæ
Filij q. Horatij, & Barbatiani dandam esse immissionem in bonis, de quibus agitur, tanquam
comprehensis in inuestitura dicto Barbatiano
pro se, & vice, & nomine Horatij, & Simonis,
& pro illorum, & cuiuslibet eorum Filijs masculis, vt sunt verba dictæ inuestituræ, concessa
esse confirmandam, quia ex dictorum verborū
structura, & totius concessionis tenore, qui potissimum attendi debet, constat, quod non solū
1 ad dictum Io: & Io: Baptistam ex dicta concessione dicta bona pro duabus tertijs, videlicet
2 pro ratis virilibus, Barbatianum, & Horatium
eorum Parentes tangentibus spectant ad *l. reos §. cum in tabulis ff. de duobus reis Socc Sen. cons. 50. in princ. l. 1.* sed etiam quod per mortem Guidonis Filij Simonis absq; alijs Filijs masculis fuit
ad eosdem Io. & Io: Baptistam alia quoque portio dicto Simoni vigore dictæ concessionis de-
3 bita per ius accrescendi, vt loquitur, *Bal. in c. 1. §. Filia in fin. de success. feud, & in l. vnic. num. 36. C. quand. non petent. par. &c. Aret. in l. si mihi, & Titio col. 2. vers. 3. adde, & Alex. ibidem num. 18. ff. de verb. oblig.* seu per ius non decrescendi; vt loquitur *Socc. Sen. cons. 50. num. 2. l. 1.* deuoluta.

Nam, etsi regulariter, quando pluribus ab
initio facta est concessio, vnusquisque pro por-
4 tione sua recepisse censeatur, nec inter eos locus sit iuri accrescendi *cap. 1. de duobus Fratribus Bart. in l. si mih. & Titio num. 6. & ibi Imol. num. 3. Alex. num. 11. ff. de verb. oblig. Bal. cons. 281. nu. 3. l. 3.* & fuit dictum *in Romana domus de Crescis 2. Decembris 1616. coram R. P. D. meo Pamphilio.*

Hoc tamen fallit, quando vel expresse, vel
etiam tacitè inter Cōtrahentes actū fuit, quod
locum habeat dictum ius accrescendi, quia
5 contractus legem accipiunt ex conuentione, *l. 1. §. si conuenit ff. depositi l. in stipulationibus ff. de verbor. oblig. Natt. cons. 184. num. 11.* quod potissimum procedit in Emphiteusi, quia illa ex pa-
6 cto facile suos proprios terminos egreditur *l. 2. C. de iur. emphit. ibid. Natt. cons. 114. num. 6. & seq.* & fuit dictum *In Romana domus 20. Febr. 1615. coram R. P. D. meo Vbaldo.*

In proposito autem ne dum ex tenore,
& lectura dictæ concessionis apparet, quod
ab initio concessio facta est Insolidum
vnicuique ex dictis Fratribus, & ex eorum Filijs, per illa verba, *& eorum, & cuiuslibet eorum fi-*
7 *lijs*, quia dictio *cuiuslibet* est distributiua rem
vnicuique in solidum attribuens *l. hoc articulo ff. de hared. Instit. l. si. pluribus*, & ibi *Glos. in verbo sed omnes ff. de leg. 2. Socc. Sen. dicto cons. 50. num. 1. & seq. l. 1.* & quod per consequens ex vi dictorum verborum inter omnes inuestitos locus
est iuri accrescendi, siuè non decrescendi; quia
quando pluribus res concessa est in Solidum,
tunc vno mortuo, vel eius linea finita, portio
8 ipsius deuoluitur ex iure non decrescendi ad
aliū, seu alios superuiuentes vt voluit *Bal. in c. 1. §. Filia in fi. de success. feu. & in dict. l. vnic. nu. 36. C. quando non petent. part. Alex. in l. si mihi & Titio num. 18. vers. quid enim si dicatur ff de verb. oblig. & in cons. 30. num. 8. vers. pondera verbum cuiuslibet, & num. seq. l. 1. Dec. cons. 326. Socc. dicto cons. 50. l. 1. Menoch. cons. 464. sub num. 2. vers. 3. vigere videtur*, & in terminis inuestituræ verbis, vt supra dictum est concepta *Siluester Aldobrandinus cons. 68. num. 7. & seqq. & Card. Mantic. de tacit. & ambig. l. 22. tit. 34. num. 28. Schrader. in tract. de feud. p. 7. c. 1. num. 16. & seq. Rosscutal. de feud. c. 6. concl. 75. num. 2. littera C.*

Verum etiam eadem quoque mens contrahentium colligitur, tam ex eo, quod expressis verbis inter eos conuentum fuit, quod decedente vno ex dictis Fratribus primo inuestitis sine Filijs masculis, pars illius absque alia inuestitura accrescat superuiuentibus, vel eorum Filijs, quam etiam quod dicta concessio facta fuit in euentum, quod dicti Fratres Filios masculos non haberent pro vna eorum, & cuiuslibet eorum filia fœmina tantum; nam cum dicti contrahentes voluerint bona peruenire ad vnam fœminam tantum, & non nisi deficientibus masculis; consequens esse videtur, quod

K volue-

9 voluerint quoque, quod inter masculos per dictum ius accrescendi bona remanerent, quamdiù vnus illorum superesset *iux. trad. per Doctores in l. haredes mei §. cum ita ff. ad trebell.* vbi volunt, quod substitutio facta post mortem plurium, facit, vt illi post quorum mortem quis vocatus est, censeantur inuicem vocati, & ità in puncto arguit *Aldobrand. d. conf. 68. num. 1. & seqq. Roffental. de feud. c. 6. conclus. 75. num. 4. vers. secus foret.*

Quibus accedit, quod prædicti Fratres dictã renouationem acceperunt tempore, quò in cõmuni viuebant, Domino directo dictam communionem non ignorante, nam, & hoc mul-
10 tum confert ad præsumendum, quod concessio vnicuique in solidum facta fuerit ità, quod bona dictis fratribus cõcessa, non nisi omnibus deficientibus ad Ecclesiam deuoluerentur, vt in terminis feudi post alios firmat, *Roffental. d. tract. c. 7. concl. 59. num. 6. & seq.*

Nec propterea obstant auctoritates Doctorum, qui incontrarium allegari possunt, nam vel loquuntur in terminis admodum diuersis videlicet, quando concessio facta fuit per ver-
11 bum *quisq;* aut aliud, quod non est distributiuũ prout loquitur *Alex. conf. 117. num. 9. l. 5. Gabr. conf. 87. num. 3. lib. 1.* vel quando salua ratione
12 recti Sermonis dictio distributiua non potest referri ad illos, inter quos dictum ius accrescẽdi esse prætenditur, sed refertur, vel ad primos Receptores tantum, quo casu ius accrescẽdi locum non habet inter dictorum receptorum filios, vel ad eorumdemmet receptorum filios, quo casu non operatur quoad ipsos receptores vt voluit post alios *Anch. conf. 275. Ceph. conf. 345. num 19.*

Vel quando aliæ coniecturæ, & geminatio dictionum *illorum, & eorum* quas ad prædictum effectum multum ponderant. *Imol. in C. si ita scriptum ff de inius. rup. & irrit. fact. test. Aldobr. conf. 68. num. 8. & seqq. Roffental. de feud. par. 6. conclus. 75. num. 2. littera C.* & melius *littera G.* non concurrunt.

Minus obstat diuisio inter dictos fratres primos receptores facta, quia nec per diuisionem, nec per promissiones in ea factas censetur ab
14 ipsis renunciatũ iuri superuenienti post mortem vnius ex dictis Fratribus, seù eorum filijs, vt in puncto. post *Bart in conf. 58. l. 1, Dec. conf. 263. sub num. 3. & in conf. 411. num. 3. Aret. conf. 3.* & plures alios probat *Aldobr. dicto conf. 68. sub num. 12. vers. non obst.* & fuit dictum, *in Bonaniẽ Bonorum Emphyteoticorum 17. May 1596. coram bo. me. Card. Mantica*, quod, & eo magis dicendũ videtur, quia Simon in renouatione post diuisionem obiẽta expresse reseruauit iura Barbatiano, & filijs competentia.

Denique non obstat, quod dicta inuestitura sit finita ob lapsum annorum 29. pro quibus
15 fuit concessa, quia vltra quod cum illa concessa fuerit ad annos 29. cum pacto ad renouandũ, censetur perpetua, nec propterea dici potest, per lapsum dictorum annorum finita. In omnem etiam euentum stante dicto pacto, Dominus directus tenetur illam denuo in dicta inuesti-
16 tura comprahensis renouare, *ad not. per Bald. in l. ne cui C. locati Rom. conf. 22. sub num. 5. vers. contrarium tamen, &c. Hippol. Rimin. conf. 94. nu. 14 & num. 29. & seq. l. 1. Socc. Sen. conf. 99. sub n. 7. & seq. l. 1.* & fuit dictum *in Nonantulana, seù Nullius bonorum 22. Mart. 1597. coram bo. me. Card. Mantica.*

Nec dicatur, quod hoc procedit petẽte Emphiteuta, quia in casu isto satis constat, fuisse petitam renouationem, & quidem in tempore attenta præsertim inuestitura à Simone cum eodem pacto de renouando de anno 1588. obtenta, ex quo à dicto tempore vsque ad annum 1615. quo fuit petita renouatio, lapsi non sint anni 29. sed cursus eorum fuerit de anno 1617. tantum completus post motam hanc litem, cujus tempus in omnem euentum deduci debe- ret, quia vbi Vassallus patitur molestiam à Domino, vel etiam ab alio tertio super feudo, non
17 tenetur interim inuestituram petere, vt post alios per eum citatos benè aduertit *Surd. decis. 6, numer. 4. &c.*

FLORENTINA, SEV ROMANA PECVNIARIA.

Vener. 14. Decembris 1618.

DECISIO CCV.

Impressa in Recent. decis. 62. par. 4. tom. 2.

LVNEN: SARZAMEN. PENSIONIS

Lunæ 17. Decembris 1618.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum extractum à Notario, qui de eo se rogauit, reputatur Originale, & probat quamuis extractum absque partis citatione. & litteris Compulsorialibus.*

2 *Quietantiæ solemniter extractæ ab Originali cum examine testium super recognitione manus optimè probant.*

3 *Facultas examinandi testes super recognitione manus censetur data Iudici, cui est demandatum, vt redigat scripturas in publicam formam.*

4 *Citari non debet, qui scripturas apud se existentes exhibet.*

5 Vestrius *declaratur.*

6 *Limitatio ad videndum extrahi scripturas non est necessaria, quando adest citatio ad videndum iurare testes super illarum recognitione, & ad videndum extrahi supradictas attestationes.*

7 *Solemnia in recognitione scripturarum quando præsumantur interuenisse, & num. 8.*

DECI-

DECISIO CCVI.

Dictum fuit tuta, in quibus fundata fuit decisio in hac causa ad fauorem Alexandri facta, esse in forma probanti, quo enim ad Instrumentū solutionis factæ per Paulum res videbatur carere difficultate, cum illud sit extractum ab eodem Notario de eo rogato, nempè Iulio de Vgerijs, quo casu etiamsi extractū fuerit absque alia partis citatione, & sine literis
1 compulsorialibus probat, quia scilicet reputatur originale, non autem exemplum iuxta notata, *per Felin. in c. fin. num. 1. de fid. Instr. Caputaq. decis. 170. num. 1. p. 1. fuit dictum in Dertusen. iuris conferendi 24. Ianuarij 1596. coram Card. Pamphilio, & in Hispalen. legitimitatis 12 Decembris 1611. coram R.P.D. meo Vbaldo.*

Quò verò ad quietantias in priuatis apocis factas visæ sunt in forma probanti eo, quod solemniter extractæ apparent à Notario per Iudicem compulsorem deputato ab eorum originalibus sufficienter à testibus recognitis præ-
2 uia partis citatione ad videndum dictos testes super earum recognitione iurare, iuxta notata. *In cap. fin. & ibi Glos. de fid. Instr. & per Vestr. in prax. lib. 6. cap. 1. num. 14.*

Non obstat, quod Iudici compulsori non fuerit data facultas examinandi testes super recognitione dictorum originalium, quia cum ei demandatum fuerit, quod redigat scripturas in publicam formam; in necessarium consequens fuit eidē data facultas examinandi quoque testes super dictarum scripturarum reco-
3 gnitione; cum sine tali recognitione nulla esset transumptatio. *Rot. decis. 1. de fid instr. in nouis Vestr. in prax. lib. 6. cap. 1. num. 15. & fuit dictum in Valentina. seù Romana mercedis 3. Iunij 1602. coram Illustrissimo Card. Lancellotto.*

Minus obstat, quod non fuerint citati illi penes quos dictæ quietantiæ existebant, quia cum dicta citatio fiat tantummodo ad cogendum illos, qui recusant iura ad causam facientia exhibere, & dictæ quietantiæ fuerint spontè exhibitæ, dicta citatio non erat necessaria.

Nec in contrarium facit *Vestr. ex aduerso alleg.* quia ipse docet tantummodo, quomodo literæ compulsoriales in practica exerceri debeant,
5 quando opus est compulsione, non autem aliquo modo dicit, quod si non cogantur illi, qui iura penes se habent, atq; spontè offerunt, extractio sit nulla.

Non obstat defectus citationis ad viden. extrahi dictas quietantias, quia cum fuerit facta citatio ad videndum iurare testes super dictarum quietantiarum recognitione, & ad videndum extrahi supradictas attestationes, & ad
6 Curiam transmitti, virtualiter saltem videretur facta citatio ad videndum dictas quietantias extrahi, cum illæ essent in dictis attestationibus inclusæ, & cessat per dictam citationem omne aliud prætensum interesse partis.

Obiectum, quod in processu non constet de literis compulsorialibus cessat ex facto.

Et aliæ oppositiones, quod scilicet non constet, fuisse dictas literas Iudici compulsori præsentatas, & de eius mandato partē citatam, vel non subsistunt ex eo nempè, quod præsumun-
7 tur omnia solemnia interuenisse, licet non fuerint enunciata ad not. *per Fed. de Sen. cons. 259 sub n. 2. vers. Sed posito sine veri praeiudicio, & vers. item in dubio, & vers. præterea, & hoc est valdè notau. Ferrett. cons. 362. num. 5. l. 2. & fuit dictum in Hispalen. legitimitatis 11. May, & 5. Nouemb. 1612. coram R P. D. meo Vbaldo*; vel certè non releuant cum in effectu constet, dictas scripturas fuisse, vt dictum est, ex originalibus sufficienter recognitis extractas, præuia partis citatione ad videndum dictas recognitiones exemplari, & ad Curiam transmitti, & alia quoque cōcur-
8 rant, ex quibus veritas dictarum quietantiarum apparet, vndè proculdubio fides eis adhibenda est *Paul. de Castr. cons. 67. in fin. vers. quicquid sit veritas lib. 1. Paris. cons. 17. n. 2. l. 4. Card. Seraph. dec. 856. n. 6.*

ORIOLEN. ARCHIDIACONATVS.

Veneris 11. Iannar. 1619.

DECISIO CCVII.

Impressa in Recen. decis. 703. par. 4. tom. 3.

ALGAREN. DISMEMBRATIONIS.

Veneris 11. Iannar. 1619.

DECISIO. CCVIII.

Impressa in Recent. decis. 68. par. 4. tom. 2.

ROMANA DE SANSONIIS.

Lunæ 14. Iannar. 1619.

DECISIO CCIX.

Impressa in Recent. decis. 70. par. 4. tom. 2.

PADVANA IVR. PATR.

Mercurij 16. Iannar. 1619.

Nec Argumento, nec Summario indiget.

DECISIO CCX.

PRÆVIIS pluribus decisionibus fuerunt latæ duæ sententiæ in hac causa pro libertate Beneficij, de quo agitur, illaque tandem in tertia instantia mihi commissa, dubitaui, An dictæ sententiæ essent confirmandæ; vel infirmandæ, & quandoquidem de validitate illarū satis constabat ex reuolutione processus, & iustitia adeò manifestè ex dictis decisionibus tol-

ligebatur, vt nec pars habuit, quæ contra eam deduceret. Domini rationibus in dictis decisionibus latè deductis absque vlla difficultate subscribentes pro confirmatione dictarum sententiarum responderunt, &c.

VALENTINA BENEFICII.

Mercurij 23. Ianuar. 1619.

ARGVMENTVM.

Peritia pulsandi Organum, aut alia qualitas à Fundatore Iurispatronatus requisita omninò concurrere debet, itaut illi neque Nuncius derogare possit.

SVMMARIVM.

1 *Peritia pulsandi Organum, si sit requisita in fundatione Beneficij Iurispatronatus omninò concurrere debet*, & num 6.
Tenor fundationis inspiciendus in Beneficio Iurispetronatus, num. 1.
2 *Nuncius non potest derogare qualitati in fundatione Beneficii Iurispatronatus requisitæ. Amplia* numer. 3.
4 *Valor Beneficii ex quibus iustificetur.*
5 *Clericatus probatur per litteras Patentes.*
7 *Gratia corruit non iustificatis iis, super quibus est fundata.*
8 *Peritia non probatur ex Testibus examinati. non citata parte.*

DECISIO CCXI.

TENTVM fuit, neutri pro nūc esse adiudicandum Beneficium; nam quoad Franciscum non videbatur, esse dictum Beneficium adiudicandum, quia non habet qualitatem requisitam in fundatione, peritiā scilicet pul-
1 sandi Organum, cuius tamen fundationis tenor diligenter erat seruandus, *c. cum & plantare, & c. recipimus de priuil. l. ad probationem, C. de probat. ibi*, quem tenor ostendit *Bald. in l ex hoc iure ff. de iust. & iur.* & in terminis Iurispatronatus *Card. Seraph. dec. 774. num. 1.* nec poterat per D. Nuncium ei derogari, quia hoc est de reser-
2 uatis Papæ, *Clem. quia contigit de relig. domib.* &
3 præsertim absque aliqua causa, cùm sit expressè prohibitum per *Concil. Trid. sess. 22. cap. 6.*
Quo verò ad Augustinum, licet gratia illius in pluribus remaneat iustificata ex propria confessione dicti Francisci in gratia per eum à Nuncio obtenta, & præsertim quoad valorē,
4 & quod Beneficium sit de iurepatronatus, ad
5 not. per *Aegid. decis. 268.* & vlterius Clericatus probetur per litteras Patentes Ordinarij, *gloss. in c. inter quatuor*, & ibi *Abb. in primo notab. de Cleric. Peregr. Felin. in cap. post cessionem num. 3. & 15. de probat. Grammatic. decis. 81. num. 1.* non videbatur tamen eidem Beneficium adiudicandum, quia non probauit, nec quod ipse peritiam ha-
6 beat pulsandi Organum, neque Michael decessērit antè executionem suæ gratiæ, & propereà Beneficium adhuc ex eo vacet, quia Iosephus per biennium ab Ecclesia absens fuit, quæ tamen singula probari debebant, cum
7 præsertim in iis principaliter fundata sit dicta gratia, *c. si motu proprio de præbend. in 6. Io. Andr. in cap. 1. de lit. contest. in 6. Rebuff. in prax. benef. tit. de non. prouis. num. 4.*
Non obstant Testes examinati ad probandam dictam peritiam Augustini, quia examinati fuerunt absque citatione Francisci, qui erat in possessione dicti Beneficij ad videndum illos iurare, & propterea non obstant *c. 2. de testib. l. si quando C. eod. tit. cum simil.*

ROMANA SALVIANI.

Lunæ 28. Ianuar. 1619.

DECISO CCXII.

Impressa post Duard. de Censib. decis. 400. & *post Cenc. simili tract. decis.* 498.

PERVSINA NVLLITATIS CENSVS.

Lunæ 28. Ianuar. 1619.

DECISIO CCXIII.

Impressa post Gilianum ad statut. Perusin. decis. 30.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE LVPARIS.

Veneris 1. Februar. 1619.

DECISIO CCXIV.

Impress. apud Spadam cons. 342. la seconda tom. 2.

PENNEN. SEV NVLLIVS BENEFICII.

Lunæ 4. Februar. 1619.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Probatio Iurispatronatus in loco, vbi Baro habet iurisdictionem quomodo fieri debeat*, & num. 2.
3 *Exceptio Iurispatronatus reijcitur ad Petitorium*
4 *Manutentio conceditur Possessori, donec non constat de eius non iure, vel per partis confessionem, vel per rem iudicatam.*

DE-

DECISIO CCXV.

FVIT resolutum pro Cionnino informante iura nimirum D. Baronis Cattignaui non esse talia, quæ executionem mandati de manutenendo ad fauorem dicti Cionnini relaxati, valeant impedire, quia præterquam ex dictis iuribus non probatur prætensus à dicto Barone patronatus Beneficij, de quo agitur, & eò maximè, quia cum agatur de patronatu Baronis habentis iurisdictionem in loco, vbi
1 situm est dictum Beneficium, probatio fieri deberet iuxtà præscriptum *Sac. Concil. Trident. sess. 25. cap. 9. de reform.* ità scilicet, vt per eam constaret, nedum de immemorabili dicti Baronis possessione, sed etiam de præsentationibus continuatis, & per spatium quinquaginta
2 annorum effectum sortitis, vt sæpè aliàs fuit resolutum, & nouissimè *in vna Aprutina beneficij 5. Decembris, & 18. Martij coram me*, non possent etiam suffragari dicta Iura D. Baronis, quatenus indè probaretur dictus Patronatus ad effectum impediendi dictam executionem, quia cum ista exceptio Patronatus respiciat defectum tituli in prouiso à Sede Apostolica tam-
3 quam de Beneficio libero, in hoc iudicio summarijssimo possessionis non attenditur, sed reijci debet ad petitorium, *l. vltima C. quorum bonorum, Card. Seraph. dec. 910. num. 2. cum aliis adductis in Neapolitana Beneficij 29. Aprilis 1611. coram R. P. D. meo Caualerio*, & possessor interim in sua possessione manuteneri, donec saltem de dicto defectu, vel per partis confessionem, vel per rem iudicatam plenè constet, *Card. Seraph. dec. 876. num. 2.* & fuit dictum *in vna Seguntina Canonicatus 6. Aprilis 1609. coram Cardinali Lancellotto*.

ROMANA SALVIANI.

Lunæ 18. Februar. 1619.

DECISIO CCXVI.

Impressa in Recent. decis. 80. par. 4. tom. 2. sub die tamen 19. sed erroneè, quia sub die 18. allegatur etiam à Rot. coram Bichio decis. 274. num. 9. vbi etiam declaratur.

LVNEN. SARZANEN. PENSIONIS.

Mercurii 20. Februar. 1619.

ARGVMENTVM.

Pensionarius non potest obtinere mandatum de manutenendo in quasi possessione exigendi pensionem, nisi iuxtà quantitatem, in qua est solitus exigere, quamuis illa in maiori summa appareat reseruata.

SVMMARIVM.

1 *Quasi possessio exigendi Pensiones sola sufficit pro mandato de manutenendo.*
2 *Iuxta quantitatem exactionis, non autē reseruationis regulari debet mandatum de manutenendo.*
3 *Apoca simulata facta ad effectum non præiudicandi successoribus, non potest suffragari ipsis scribentibus. Vera solutio attenditur potius, quam ficta confessio, num. 3.*
4 *Fides non facit fidem.*
5 *Depositio facta lite pendente sine iurisdictione, & citatione partis nihil prodest.*

DECISIO CCXVII.

RESOLVTVM fuit, mandatum de manutenendo in quasi possessione exigendi pensionem ad fauorem Alexandri relaxatum, esse reducendum ad summam ducatorum 54. monetæ Pontremuli.

Nam cum ad effectum dicti mandati attendatur sola quasi possessio exigēdi dictam pen-
1 sionem, vt fuit sæpè aliàs in terminis pensionis resolutum, nec probetur, quod illa fuerit vnquam exacta in maiori summa dictorū ducatorum 54. monetæ Pontremuli, licèt reseruata appareat in summa ducatorū 54 auri de
2 Camera, dictum mādatum regulari debet iuxtà dictam exactionem, non verò iuxtà summā in litteris dictæ reseruationis contentam.

Nec obstat, quod vt in alijs decisionibus in hac causa factis dicebatur, per duas apocas cōfessionum de recepto probetur, dictam pensionem fuisse exactam in summa ducatorum 54. auri de Camera, quia ex Concordia inter Titularem & Pensionarium inita, & modo in actis producta approbaretur, confessiones in dictis apocis factas fuisse simulatas ad effectum ne
3 Pensionarius fatendo accepisse pensionem in minori summa, prout verè recipiebat, sibi quoad successores Titularis tunc temporis præiudicaret, quo fit, vt nec dicto Pensionario ad effectum manutentionis suffragari possint, cum magis attendatur, quid verè solutum fuerit quam quid fictè confessum *Cardin. Seraph. decis. 302. n. 5. & 7.*

Minus obstāt testes, seu potius fides testium ad probandam solutionem in eadem summa
4 producta, quia nec fides facit fidem *iux. not. in Auth. si quis in aliquo. C. de edendo Ceph. cons. 384. nu. 21. Card. Seraph. decis. 1128.* nec quatenus esset depositio, releuaret, cum sit facta lite penden-
5 te, absque iurisdictione, & citatione partis ad videndum iurare *c. 2. & ibi glos. & DD. & præsertim Abb. n. 13. Fel. n. 6. Dec. n. 31. de testibus l. quando C. eodem.*



ANCONITANA RESTITVTIONIS DOTIS.

Merc. 20. Februarij 1619.

ARGVMENTO

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ quando dicantur Conformes.*

DECISIO CCXVIII.

QVONIAM omnes tres sententiæ in hac causa latæ condemnant Iosephum ad restitutionem duarum partium ex tribus dotis q. Lucretiæ eius vxoris vna cum interusurijs decursis pro rata dictarum duarum partium, post annum à die obitus dictæ Lucretiæ, vsq; ad diem factæ oblationis pro parte Iosephi, demptis tamen interusurijs eidem Iosepho debitis ob retardatam solutionem dictæ Dotis Domini dixerunt, quod licet duæ primæ sententiæ mandent computationem dictorum interusuriorum Iosepho ob dictæ dotis retardatam solutionem deditorum fieri debere, à biennio post contractum matrimonium vsque ad diem 31. *Augusti* 1611. tertia vero sententia declaret eamdem computationem faciendam, esse à dicto biennio vsque ad diem obitus Lucretiæ, qui fuit de anno 1608. nihilominus õnes dictæ sententiæ dicuntur conformes in eo, quod superest demptis interusurijs computandis iuxta dictarum primarum duarum sententiarum tenorem, easque esse pro ea rata exequendas, quia in maiori summa, in qua atten-
1 ta tertia sententia dictus Iosephus est condemnatus, inest minor, & in ea sententia censentur conformes etiam ad effectum executionis *c. 1. de arbitr. in 6. Alex. conf. 77. n. 3. lib. 2.*

ROMANA CONCORDIÆ.

Vener. 1. Martij 1619.

DECISIO CCXIX.

Impressa in Recent. decis. 88. part. 4. tom. 2.

IMOLEN AFFICTVS

Veneris 1. Martij 1619.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Fructus debentur iuxta ratam rei, quam quis possidet.*

2 *Fructus à solo separati nequeunt considerari amplius vti accessorij bonorum, à quibus fuerunt recollecti.*

3 *Probatio concludens requiritur in summa magni valoris.*

DECISIO CCXX.

FVERAT per alias tres vices coram bo. me: Penia resolutum, Alexandrum Chissimum, siuè ipsius hæredes teneri ad solutionem affictus terrarum alias conductarum à DD. de Pepulis pro anno 1586. datoque dubio, an causa esset, iuxta dictas decissiones, expedienda, DD. mandarũt, quod strictè videretur ad quem spectarent fructus dicti anni 1586. & dicta denique die 1. Martij 1619. resoluerunt dictos fructus spectasse ad Comitem Iacobum pro 3. parte tantũ, atque cum hoc presupposito causam esse expediendam. Nam constat, quod bona Comitis q. Ioannis, inter quæ dictæ terræ compræhenduntur, fuerunt per Cameram non tantum dicto D. Iacobo, sed vna cum ipso etiam alijs suis fratribus, videlicet DD. Vgoni, & Riccardo cessa, ac propterea cum dictorum bonorum dominium fuerit mediante dicta cessione pro 3. p. dicto D. Iacobo acquisitum,
1 non possunt dicti fructus nisi pro 3. quoque p. ad dictum Iacobum spectare *ad l. fructus, & l. ex diuerso ff. de rei vindic. Ceph. conf. 131. num. 14. Surd. conf. 53. n. 3. l. 1. Hond. conf. 39. n. 22. l. 2.*

Nec obstat diuisio post modum inter dictos fratres facta, in qua prætenditur dictas terras D. Iacobo obuenisse, quia huiusmodi diuisio fuit facta de anno 1587. ideòque fructus anni precedentis, & sic ante diuisionem spectabant ad omnes fratres, ad quos dominium dictorum bonorum spectabat, vt dictum est.

Nec obstat, quod in dicta diuisione fuerint quoque fructus dicti anni 1586. D. Iacobo assignati, quia in ea nulla adsunt verba, ex quibus huiusmodi assignatio possit colligi, cum solum mentio fiat de bonis, & eorum iuribus, non autem de fructibus, qui erant iam à solo
2 separati, nec poterant propterea amplius vti accessorij ad ipsa bona considerari.

Nec releuant coniecturæ in contrarium põderatæ, quia nihil concludunt, præsertim cum agatur de summa magna vltra lib. 20. ac pro-
3 pterea eo concludentior probatio requiratur *c. in præsentia de prob. l. non hoc. C. vnde legit. Aym. conf. 313. n. 1.* Nec potest fieri fundamentum in taciturnitate DD. Vgonis, & Riccardi, quia ipsi tacuerunt eoquia erant satisfacti de dictis affictibus; prout postea declatarunt per instrumentum.

MVTINEN HÆREDITATIS

Lunæ 4. Martij 1619.

ARGVMENTVM.

Substitutio facta in casum non Erectionis alicuius Monasterij cessat, si Monasterium fuerit erec-

rit erectum, licet non fuerit erectum, cum conditionibus per Testatorem ordinatis. Testator censetur voluisse se conformare cum voluntate Superiorum.

S V M M A R I V M.

1 *Conditio non erectionis Monasterij dicitur euanescere quoties constat de illius erectione.*
2 *Substitutio facta in casum non erectionis Monasterij cessat illo erecto, quamuis sine conditionibus ordinatis à Testatore, vt ibi.*
3 *Verba dicuntur stare demonstratiuè in testamento quando sunt adiecta rei institutæ, non autem verbo* instituit.
4 *Conditio apposita in institutione non censetur repetita in substitutione.*
5 *Substitutio recipit interpretationem ab institutione quoad portiones hæredum descriptas in institutione, secus quoad conditiones, & qualitates extrinsecas.*
6 *Interpretatio semper est facienda ad effugiendam caducitatem.*
7 *Testator si voluisset aliquid obseruari, potuisset id facilè exprimere.*
8 *In substitutionibus nihil est subaudiendum.*
9 *Substitutus tenetur probare substitutionem, quia semper potest dici substitutio hoc casu non loquitur.*
10 *Testator in erectione Monasterij per eum ordinato censetur se conformare cum voluntate Superiorum.*
11 *Maximè si mandauerit procurari illorum beneplacitum pro illius erectione.*
12 *Testator semper censetur voluisse, quod leges habeant locum in sua dispositione.*

D E C I S I O CCXXI.

DICTVM fuit, non esse factum locum substitutioni ad fauorem Domini Capitanei Ludouici, quia admisso etiam sine veri præiudicio, quod Testamentum Siluiæ sit in forma probanti, & quod defecerit linea Ioannis Baptistæ, illiusque descendentium, non potest dici purificata altera conditio dictæ substitutioni adiecta, quatenus scilicet Monasterium Societatis Sanctæ Vrsulæ, vel aliarum Virgi-
1 num, cum bonis, & hæreditate † Siluij non erigeretur, cum in confesso inter partes sit, Monasterium fuisse ex bonis, & hæreditate dicti Siluij erectum.

Nec obstat vnicum Scribentium pro D. Capitaneo fundamẽtum, quod dictum Monasterium erectum non fuerit cum modis, conditionibus, & formis in Testamento Siluij ordinatis, quia huic motiuo fuit à Dominis dupliciter responsum.

Et primo quoad exclusionem dicti Capitanei, sufficit, quod Monasterium ædificatum fuerit, licet non fuisset cum modis, de quibus in testamento Siluij ædificatum, quia substitutio ad eius fauorem sub alia conditione facta non legitur, quãquod Monasterium fieret ac proptereà dicta condictione non purifica-
2 ta † substitutioni locus esse non potest *Gabr. cons. 96. n. 2. l. 2. Peregr. de fideic. art. 15. n. 6.*

Nec obstat, quod Siluia instituit Monasteriũ erigendum, modis, conditionibus, & grauaminibus, de quibus in Testamento Siluij, quia preterquam quod dici posset, quod dicta verba, modis, condictionibus, & grauaminibus stant
3 demonstratiuè; † non autem conditionaliter cum adiecta non fuerint verbo *instituit*, sed apposita legantur continuatiuè ad verbum Monasterium ad demonstrandum scilicet, quod Siluia instituebat Monasterium, quod erigi debebat vigore testamenti Siluij *iux. Doct. Bartoli in l. Centurio n. 31. vers. sed quid si dixit. ff. de vulg. & pupill* in omnem etiam euentum, quod dicta verba importarent conditionem, non posset
4 tamẽ censeri eadem conditio † in substitutione repetita, quia quod dicitur, quod substitutio re-
5 cipit † interpretationem ab institutione *l. 1. C. de impub. & alijs substit. cum simil.* procedit quoad portiones hæredum descriptas in institutione, secus vero quoad alias qualitates extrinsecas, & conditiones, vt est *tex. in l. sub conditione ff. de hered. instit. Dec. cons. 199. sub. n. 6.* & bene post alios declarat *Decian. cons. 1. n. 183. in fin. vers. 1. quod regula, & n. seq. l. 2.*

Quod, & eo magis in casu isto videtur dicendũ, tum quia agitur de inducenda caducitate, & quidem in præiudicium Monasterij
6 iam erecti, ideoq; potius interpretatio † ad effugiendam dictam caducitatem sumi debet.

Tum etiam quia clarè apparet ex ipsamet lectura Testamẽti Siluiæ. quod eius intentio nõ erat dispositioni, ac voluntati dicti Siluij in omnibus adhærere, vnde eo minus dici poterit, quod voluerit institutionem ad fauorem Monasterij pro animæ suæ salute factam ruere, quatenus voluntas dicti Siluij in erigendo Monasterio ad vnguem non seruaretur
7 † cum præsertim facilè ei erat id exprimere, si voluisset *ad l. vnic. §. sin autem C. de caduc. toll. cum simil.* & militent pro hac parte vulgares illæ regulæ, quod illud quod Testator non loquitur, velle non præsumitur *Bal. in d. l. vnic. §. sin autem ad deficientis per illum tex. C. de caduc. toll. Oldr. cons. 21. Dec. cons. 63. & cons. 89. n. 2.* & quod in substi-
8 tutionibus † nihil est subaudiendũ *Socc. iun. cons. 101. n. 3. l. 1. Roll. cons. 56. n. 4. vol. 3.* vbi quod agẽs ex substitutione, & dicens se substitutũ alicui,
9 tenetur probare † ipsam substitutionem, & quod substitutio facta comprehendat casum, de quo agitur, quia semper dici potest, substitutio hoc casu non loquitur *Card. Mant. de coniect. vlt. volunt. l. 6. tit. 20. n. 18.*

Secundo principaliter fuit dictum, quod etiã dato, quod ea intentio Siluiæ fuerit, quod locus esset substitutioni ad fauorem D. Capitanei factæ, quatenus voluntas Siluij in erectione dicti Monasterij non adimpleretur, non posset nihilominus dicta condictio censeri purificata, quia non propterea quod in dicti Monasterij erectione non fuit ad vnguem seruatus modus in dicto Siluij Testamento præscriptus, sequitur, quod Monasterium non fuerit iuxta dicti Siluij voluntatem erectum, cum immutatio, quæ in paucis facta fuit, fuerit de ordine Sanctissimi, & matura etiam negotij discus-

discussione perhabita facta, & Siluius verisi-
10 militer censeatur, † se conformare voluisse cũ
Superiorum voluntate, ac iuris communis di-
spositione *Bart. in l. haeredes mei §. cum ità ff. ad tre-
bell. Dec. cons. 155. n. 3. & cons. 227. sub n. 8. Rol. cons.
vlt. n. 11. vol. 1. Socc. iun. cons. 105. n. 32. vol. 3.*

Eoque magis, quia idmet in dicto suo Te-
stamento mandauit, quod sequuta eius mor-
te Executores Testamenti deberent procurare
beneplacitum, & approbationem Apostolicam
11 † pro fundatione Monasterij.

Nec obstat, quod mandauit dictam appro-
bationem procurari modo, & forma ab ipso
traditis, quia hoc intelligi debet quoad ea, quæ
sacris Canonibus, ac voluntati Superioris po-
testatem habẽtis illicitas, & irrationabiles con-
ditiones in melius immutare, non repugnant,
12 quia Testator semper præsumitur † velle, quod
leges habeant locum in sua dispositione *Bal.
cons. 29. n. 4. ad fin l. 1.* cum alijs latè cumul. per
*Card. Mant. de coniect. vlt. volunt. l. 6. tit. 6. nu. 1. vsq;
ad 18.*

ROMANA LEGATI.

Luna 4. Martij 1619.

DECISIO CCXXII.

Impressa in Recent. decis. 89. par. 4. tom. 2. & in margine m. s. hæc adsunt verba: *vid. Gratian. tom. 5. discept. 922. vbi refert in fin. latè decisionem, & ipse scribit pro contraria opinione.*

BONONIEN. IVRISPATRONATVS.

Vener. 8. Martij 1619.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus debet plenè, & concludenter probari, nec sufficiunt præsentationes, nisi sint effectuatæ, & de modo requisito per Sacrum Concilium Tridentinum.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus non probatur ex præsentationibus, quæ non probantur effectuatæ.*
2 *Præsentationes, vt probent Iuspatronatus debent esse facta illius vigore quando potuerunt fieri alio iure.*
3 *Probatio æquiuoca non admittitur in Iurepatronatus.*
4 *Iuspatronatus debet probari per necessarias, & concludentes probationes.*
5 *Prob. quod sumpta ex eo quod præsentatus fuerit institutus à Capitulo non autem ab Episcopo non concludit Iuspatronatus.*
6 *Præsentatio præsumitur facta iure subiectionis, quando vnus Rector fuit amotus, & alter positus cum assertione, quod esset manualis.*
7 *Præsentationes factæ vigore Iurispatronatus non concludunt illud esse ex fundatione, & dotatione.*
8 *Iurapatronatus exceptis ijs ex fundatione, & dotatione, fuerunt per Sac. Conc. Trid. reuocata.*
9 *Iuspatronatus ex Sacro Concilio Tridentino debet probari per præsentationes effectuatas per longissimum tempus, quod est centum annorum.*
10 *Iuripatronatus repugnat manualitas beneficij, & illius institutio, & destitutio.*
11 *Iuspatronatus de iure communi probatur ex quasi possessione præsentandi quadragenaria iuncta fama.*
12 *Quasi possessio debet plenè probari, & esse vniformis, & quando talis non dicatur.*
13 *Enunciatiuæ si sit vna, & emanata à Partibus interessatis non probant famam.*

DECISIO CCXXIII.

PROPOSITO dubio iuxta restrictionem à
Dominis factam, an constet de Iurepatro-
natu Parochialis Ecclesiæ ante suppressionem
Abbatiæ, resolutum fuit, non constare, quia
præsentationes ex quibus dictum Iuspatrona-
tus probare prætẽditur, vel non probantur effe-
1 ctuatæ † nec propterea releuant *Calder. cons. 12.
de Iurepatr.*, vt fuit dictum in Taruisina Ple-
bis *de medulo 5. Iunij 1585. coram bon. mem. Buba-
lo*, vel non apparent factæ vigore Iurispatrona-
2 tus prout necesse † erat, quod appareret cũ fieri
potuerint ratione alterius iuris, quod dicta for-
tasse Abbatia in dicta Parochiali sibi subiecta
habebat iuxta *not. per Rocch. de Iurepatron. in ver-
bo competens qu. 25. num. 59. ad med. vers. dicamus
ergo Lambert eodem tract. 3. par. 2. lib. 10. quæst. 1. l.
num. 4.* ideoque probatio ex dictis præsentatio-
3 nibus desumpta † sit æquiuoca, nec per conse-
quens apta ad probandum dictum Iuspatro-
4 natus, quod per necessarias † & concludentes
probationes probari debet *Innoc. in c. cum vene-
rabilis in fin. de except. Dec. cons. 113. sub numer. 1.
vers. & dicit Archid. Rocch. dict. tract. in verbo con-
struxit num. 29.*

Non obstat, quod eo ipso probatum præten-
ditur, dictas præsentationes fuisse factas vigore
Iurispatronatus, quod præsentati fuere per Ca-
nonicos, & Capitulum Ecclesiæ Cathedralis
instituti, non autem per Archiepiscopum, à
quo de iure institutio fieri debebat *cap. conque-
rente de offic. ordin. & cap. ex frequentibus de instit.*
5 † quia neque ista probatio concludit per ne-
cesse; cum dicta institutio per Canonicos, &
Capitulum përscribi potuit ad *tex. in c. cum o-
lim de præscript. cum alijs per Lambert in quinta dict.
tract. 10. prima quæstionis principalis tertiæ partis 2.
lib.* vel aliundè acquiri.

Et quod re vera dictæ præsentationes factæ
potius fuerint iure subiectionis, quam vigore
Iurispatronatus satis etiam ex eo cõprobatur,
quod constat dictæ Abbatiæ Cõmendatarium
de anno 1472. reuocasse ad Claustra quendam
6 Dominicum de Bononia † tunc dictæ Ecclesię
Rectorem cum expressione, quod dicta Ec-
clesia erat manualis, atque in illius locum
subrogasse Laurentium fulgineum, qui indẽ
fuit postea amotus, & iura dictæ Ecclesiæ Sil-
uestro de Zoccali demandata, nam hæc ma-
nualis institutio, ac destitutio indicat dictæ Pa-
rochialis Ecclesiæ subiectionem, & manuali-
tatem, nec conuenit titulo perpetuo, & col-
latiuo Iurispatronatus.

His

His accedat, quod quatenus dictæ præsenta-
7 tiones factæ fuissent † vigore Iurispatronatus,
non possent tamen inde dici probatū iuspatro-
natus ex fundatione, & dotatione, prout requi-
8 ritur, cū alij Patronatus omnes † fuerit *per Conc.*
Trid. sess.25. cap.9. §. reliqui de reform. reuocati,
quia non probant, quod dictæ præsentationes
9 factæ fuerint per longissimum temporis † spa-
tium, quod Sacra Congregatio Illustrissimo-
rum Interpretum dicti Sacri Concilij non mi-
nus quam centum annorum esse debere cen-
suit, continuatæ, & effectum sortitæ, quini-
mò ex supra dictis apparet, quod dicta præ-
tēsa quasi possessio præsentandi fuit sæpiùs in-
terrupta per manuales, vt dictum est, institu-
tiones, & destitutiones ab eodem Abbate, ad
quem dictum Iuspatronatus pertinuisse prætē-
ditur factas, cum procul dubio dictæ destitu-
10 tiones, † & institutionnes statui Iurispatrona-
tus repugnent.

Nec subsistit, quod saltem videatur probata
quasi possessio præsentandi quadragenaria,
11 quę iuncta fama † ex iuris communis disposi-
tione ad probandum iuspatronatus sufficit
iuxta *not. per Cassad. decis.2. numer.4. cum seq. de*
probat. vbi inquit *Rotam tenere opinionem Bal. in*
l. cum semper C. de rei vindic. Acchil. decis.61. de
Iurepatronatus, & fuit sæpissimè dictum, quia
nec dicta quasi possessio saltem concludenter
12 est probata, † nec illa vniformis, cum plures
ex dictis probationibus ab Abbate, aliæ
à Parochianis factæ appareant, nec propte-
reà dici possint tales, quæ certum statum, aut
possessionem iurispatronatus designent. Et qua-
tenus dicta possessio esset probata, deficit alterū
13 requisitum, quoad famam † quia vltra quod
ex enunciatiuis, quæ ad probandam dictam
famam adducuntur, non extat nisi vna anni
scilicet 1390. quæ sit clara, & per necessè di-
ctum Iuspatronatus concludat; prout requiri-
tur. *Castr. cons.139. n.5. vers. praeterea l.1. Aym.*
cons.157. num.10. Rot. dec.168. num.9. par.2. diu.
& ista sola non sufficit *Put. decis.209. l.2. Rot. decis.*
462. nu.3. par.1. & decis.168. num.8. par.2. diuers.
Omnes aliæ emanarunt etiam ab ipsismet Mo-
nacis interessatis, nec propterea aptæ sunt ad
probandam famam. *Acchil. decis.7. num.6. &*
decis.8. de Iurepatron.

ORIOLEN. CANONICATVS

Lunæ 11. Martij 1619.

DECISIO CCXXIV.

Impressa in Recent. decis.94. par.4. tom.2.

APRVTINA BENEFICIORVM.

Lunæ 18. Martij 1619.

DECISIO CCXXV.

Impressa apud Spadam post Consil.18. lib.2.

LVNEN. SARZANEN. PENSIONIS

Lunæ 18. Martij 1619.

DECISIO CCXXVI.

Impressa in Recent. decis.99. par.4. tom.2.

ROMANA SITVS, SEV CASALENI

Lunæ 15. Aprilis 1615.

DECISIO CCXXVII.

Impressa apud Postium de manuten. decis.46.

CALAGVRITANA IVR. PROVIDENDI DE VIANA.

Veneris 19. Aprilis 1615.

DECISIO CCXXVIII.

Impressa in Recent. decis.103. par.4. tom.2.

OSTVNEN. CAPPELLANIÆ

Lunæ 22. Aprilis 1619.

ARGVMENTO,

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Attentata sunt reuocanda & 5.*
2 *Subexecutores à Rota deputati quid possint.*
3 *Subexecutores à Rota deputati non possunt ad subha-*
stationem bonorum deuenire.
4 *Nec minus liquidare fructus, & ad aliorum restitu-*
tionem partes condemnare.

DECISIO CCXXIX.

RESPONSVM fuit pro Informante, gesta scilicet in partibus per Ordinarios Monopolitanum, & Ostunen esse attentata, † & per consequens reuocanda, quia cum ipsi essent simplices subexecutores à Rota deputati, ad eorum officium spectabat tantummodo execu-

executoriales à Rota relaxatas parti intimare, itaut eis reproductis in Rota, & seruatis quatuor terminis ad docendum de paritione ad hunc effectum de stylo seruari solitis, potuisset ad vlteriora procedi, nec poterant absque † vitio nullitatis, & attentatorum ad subhastationem bonorum deuenire *Fel. in cap. ad probandum num.6. de re iudic. Crescent. decis.1. de sequest. possess. & fruc. Cassad. decis.6. numer.10. de caus. poss. & propriet. cum alijs alleg. in vna Vicen. Prioratus 19. Martij 1618. coram R.P.D. meo Pamphilio*, & multo minus fructus perceptos liquidare, & ad eorumdem solutionem partes condemnare, cum huiusmodi liquidatio fuit expressè in dictis executorialibus Rotæ reseruata, vnde procul dubio veniunt † omnia per dictos subexecutores gesta reuocanda ad *not. in cap. vt debitus honor de appell. cum vulgat.*

3 (margin, line "que † vitio")

ROMANA PECVNIARIA

Lunæ 22. Aprilis 1619.

DECISIO CCXXX.

Imppressa in Recent. decis.106. par.4. tom.

BONONIEN DE GOZADINIS

Veneris 26. Aprilis 1619.

DECISIO CCXXXI.

Impressa apud Spadam post Cons.354. lib.2.

ALGAREN. DISMEMBRATIONIS

Lunæ 29. Aprilis 1619.

DECISIO CCXXXII.

Impressa in Recent. decis.110. par.4. tom.2.

ROMANA DE MARESCOTTIS

Veneris 10. Maij 1619.

DECISIO CCXXXIII.

Impressa apud Spadam post Consil. 352. lib.2. & in Recent. decis. 111. par.4. tom.2. vbi sub Titulo Romana Testamenti de Marescottis.

MEDIOLANEN. DECIMARVM

Veneris 10. Maij 1619.

ARGVMENTVM.

Decimæ Terrarum positæ intra limites Ecclesiæ Parochiales ad illam spectant, & ex quibus probetur tale Ius decimandi.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia Parochialis habet intentionem fundatam in Decimis locorum positorum intra illius fines.*
2 *Scripturæ antiquæ simul iunctæ probant.*
3 *Scripturæ antiquæ continentes enunciatiuas vltra centum annos habent vim famæ, & plenè probant Ius Decimandi.*
4 *Decima Ius probatur ex sententia antiqua adiudicationis decimæ Terrarum.*
5 *Sententia antiqua probat sine actis, & pro ea præsumitur tam quoad Iustitiam, quam quoad solemnitatem.*
6 *Sententia obseruantia probatur ex Instrumentis locationum, & similium.*
7 *Sententiæ obseruantia tollit omne vitium, quod posset contra Sententiam opponi.*

DECISIO CCXXXIV.

DOMINI casu iterum proposito super eisdem *bo:me: D. Andrea* steterunt in decisis *die 27. Decembris 1618.* ex rationibus in *decis. per eumdem bon.mem. D. Andream* tunc extensa firmatis.

Nam ex illis satis videbatur constare, Ecclesiam S. Iuliani fuisse parochialem, & loca, de quibus agitur, esse intra limites dictæ Ecclesiæ, & quod perconsequens eadem Ecclesia fundata habeat intentionem quoad dicta loca respectu iuris decimandi.
1

Nec faciunt, quæ aduersus scripturas, in quibus fundantur dictæ probationes nunc denuò à scribentibus pro consortio Misericordiæ deducuntur, nam & si quælibet dictarum scripturarum per se sola nō faceret plenam probationē, tamen negari non potest, quin simul iunctæ,
2 † sufficiant, & maximè, quod non solum dictæ scripturæ sunt antiquissimæ, & continent
3 enunciatiuas vltra centum annos, † sicque habent vim famæ, quæ in antiquis plenè probat. *Aret. in c. cum causam num.9. & 20. seq. de probat. & ibi Fel. n.4. Aym. de antiq. temp. p.1. §. ampliatur n. 8.12. & 14. Soce. cons.86. n.2. lib.1.* & fuit dictum in Ferrarien prioratus 1. *Decembris 1608. coram bo.me. Pena*, & alias sæpissimè.

Sed etiam sunt adminiculatæ ex testibus, &
4 ex sententia † antiquissima vsque de anno 1467. lata, qua fuerunt Ecclesiæ S. Iuliani adiudicatæ decimæ aliquarum terrarum existentium in Territorio de Faino.

Nec obstat, quod dicta sententia ex actis non iustificatur, & est nulla, quia præterquamquod satis videtur iustificata ex depositionibus testiū examinatorum de anno 1465. & cum sit adeò
5 antiqua † probat sine actis, & pro ea præsumitur,

tur, tàm quoad iustitiam, quàm quoad solemnitate *Curt. sen. in c. admonendi nu. 17. de iur. iuran. Rip. resp. 1. nu. 14. & seq. de Iurepatr. l. 2. Cassad. dec. 3. n. 2. de procur. Put. dec. 338. l. 2.* & fuit dictum in alia *Mediolanen. decimarum de Varisio 30. Mar. 1615. coram R. P. D. meo Pirouano.*

Cessat difficultas ex obseruantia dictæ sententiæ, quæ benè probatur ex in strumentis lo-
6 cationum, quas constat † fuisse effectum sortitas ex alio instrumento quietationis factæ de anno 1480. nam hæc obseruantia tollit omne vitiū,
7 quod † posset contra dictam sententiam opponi. *Anch. cons. 136. n. 2. vers. propterea dictum Monasterium Put. dec. 345. n. 1. l. 1. in nou.* cum aliis adductis in vna *Barg Praeminentiarum 3. Iunij 1601. coram R. P. D. meo Manzanedo, & in Conchen. decimarum 28. Iun. 1617. coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Quæ dicuntur de præscriptione exemptionis sunt extra dubium.

NERITONEN HABITVS

Luna 13. Maij 1619.

ARGVMENTVM

Remissoria non est concedenda, quando causa fuit per longum tempus in partibus agitata, & potuerunt tunc examinari testes, & ex aliis de quibus in summario.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria ob præsumptionem calumniæ denegatur, & calumnia, ex quibus oriatur ibidem.*
2 *Remissoria non est concedenda quando fuit probatum contrarium eius, quod articulatur, & n. 5.*
3 *Pars non est admittenda ad probandum id, cuius contrarium per illam alias fuit probatum.*
4 *Probatio per Scripturas præfertur probationi per testes.*

DECISIO CCXXXV.

DOMINI dixerunt, Remissoriam esse denegandam, tum ex illa generali ratione, quod quia causa per spatium 20. annorum fuit in partibus agitata, & captæ informationes, etiam vigore Breuium Apostolicorum, cum clausula de prædedendo iuxta stabilimenta, & cum interuentu, & cōtradictione linguæ italiç, quæ propterea ibidem potuit inducere, & examinati testes, & quidem comodius super iisdem materiis hodie articulatis, & id facere non curauit, intrat magna præsumptio calumniæ,
1 † ob quam remissoria denegari solet. *Verall. decis. 63. p. 3.* & fuit in his terminis resolutum in causa *Meliten. Habitus 10. Nouembris 1618. coram R. P. D. meo Buratto.* Tum etiam quia quoad primum, secundū, & tertium articulos, in quibus ponitur, quod Ciuitas Neritonen. est parua, & quod exceptis quatuor, vel quinque familiis, aliæ non sunt nobiles, & quod illæ, à quibus Scipio descendit, non sunt alicuius nobilitatis, & quod in assequendis honoribus non fit distintio inter nobiles, & populares, non
2 est concedenda remissoria; cum iam fuit probatum contrarium, tam per testes per Comissarios Religionis examinatos, quam etiam ex pluribus instrumentis cōcessionum, & inuestiturarum summorum Pontificum, & Regum, vt fuit in *decisione in hac causa coram R. P. D. meo Verospio* facta, ponderatum; ideòque eadem
3 Religio hodie † admitti nō debet ad probandū id, cuius contrarium alias probauit *cap. sollicitudinem in fin. de appell.* & in terminis remissoriç fuit dictū in *Giennen. Cappellaniæ 15. Iunij 1612. coram R. P. D. Caua', & in Beneuentana census 10. Iunij 1615. coram R. P. D. meo Dunozetto,* & præsertim, quia in omnem euentum in concursu istarum duarum probationum, semper præfer-
4 ri deberet probatio pro nobilitate † per scripturas comprobata *glos. in cap. 1. in verbo in scriptis in fin. de censibus in 6. Innoc. in cap. cum Ioannes num. 6. in fin. de fide Instrum. l. 6.* & fuit dictum in *Nicien. Matrimonij 13. Martij 1588. coram bon: mem: Cardinali Mantica.*

Quo verò ad 4. articulum, in quo ponitur Bellum, seu Altobellum Auum prætensum dicti Scipionis fuisse Notarium, & 5. in quo articulatur ignobilitas familiæ de Vito, & q. Franciscus de Vito prætēsus maritus Diambrę Auię maternę dicti Scipionis exerceret artē mecanicā, militant non solum eędē rationes, supra adductæ; sed augetur etiam suspicio calūniæ, maximè quia si dictus Belius fuisset Notarius, verisimiliter adessent plura instrumēta, ex quibus facilius posset haberi dicta probatio, & quia, etiam ex ipsismet scripturis propriæ Religionis exhibitis apparet, dictum Bellum, & Franciscum, qui prætenduntur artem vilem, & mecanicam exercuisse, non esse de illis familiis, à quibus descendit Scipio, & quas iam fuit probatum esse nobiles per Instrumenta, & Testes ab ipsa Religione, etiam inscio Scipione
5 examinatos, † & producta, cum dicantur in dictis scripturis ab annis 17. aduenisse, & Franciscus legatur descriptus de Vito alias de Fusco & Antonius de Massa, alias Sarcina, quod verisimiliter videtur, factum fuisse ad distinctionē familiarum nobilium eiusdem cognominis. Vndè & eo minus etiam quoad dictos articulos locus est remissoriæ *Fel. in cap. de cætero nu. 12. de sent. & re iudic. Rom. consf. 273. nu. 3. Mohed. decis. 5. num. 3. de probat Rot. diuers. decis. 567. nu. 5. par. 3.*

BONONIEN. ALIMENTORVM.

Luna 13. Maij 1619.

DECISIO CCXXXVI.

Impress. in Recent. decis. 113. par. 4. tom. 2.

PA-

PACEN. PRAEEMINENTIARVM.

Veneris 17. Maij 1619.

ARGVMENTVM

Possessio Ecclesiæ contra Clericos, & similes, cantandi, & alias functiones similes recipiendi an, & quando dicatur per eam acquisita ad effectum manutentionis.

SVMMARIO.

1 *Præstatio diuturna rei temporalis ad fauorem Ecclesiæ inducit animum se obligandi etiam infuturum; secus est in præstatione seruitij meri.*
2 *Clerici quando non constituunt vnum corpus, præstatio seruitij facta per vnum Ecclesia alteri præiudicare non potest.*
3 *Possessio quoad vnum in facultatiuis non extenditur quoad alium.*
4 *Præscriptio tantum habet in potentia, quantum in actu.*
5 *Præscriptum tantum dicitur, quantum possessum.*
6 *Probatio generalis non concludit quoad certam rem.*
7 *Clerici adhoc vt debeant inseruire alicui Ecclesiæ debent esse in illa intitulati, cum onere in dicta Ecclesia residendi.*
8 Concilium Tridentinum *sess. 23. de Reformat. cap. 6 declaratur.*
9 *Clerici ex quo perceperint aliquid pro seruitio præstito in Ecclesia potest inferri, quod teneantur ad seruitium.*
10 *Possessio, & Ius non acquiritur ex actibus merè facultatiuis.*

DECISIO CCXXXVII.

LICET per duas decisiones alias fuerit firmatum, dandum esse mandatum de manutenendo Ecclesiæ quoad possessionem decantandi in ea solemni ritu Missas a Parocho, & Clericis loci in solemnioribus anni festiuis diebus à D. Petro recipiendi a Subdiacono osculum Pacis. Nihilominus denuò supetijsdem proposito dubio, Domini recesserunt quoad Clericos a dictis decisionibus, non enim videbatur, subsistere fundamentum, quod fiebat in eoquod cum dicti Clerici per longissimum temporis spatium dictæ Ecclesiæ inseruierint, tenentur quoque in posterum inseruire, quia etiam dato quod ex huiusmodi seruitio voluntariè præstito posset induci fauore cultus Diuini aliqua obligatio, quod tamen apud aliquos ex Dominis habuit difficultatem, quia puta-
1 bant, quod diuturna præstatio rei temporalis poterat quidem inducere obligationem fauore cultus Diuini etiam in his, quæ sunt facultatis, non autem diuturna præstatio meri seruitij, quia ex diuturnitate temporis resultat quædam præsumptio, quod ille, qui diù præstitit rem temporalem Ecclesiæ habuit animum se obligandi ad præstandum eandem rem etiam infuturum, contra vero est in præstatione meri seruitij, quia nunquam præsumitur quod aliquis voluerit se obligare ad præstandum perpetuò illud seruitium, cum alioquin simplex Cappellanus amouibilis, qui longissimo tempore Ecclesiæ inseruiuit, non posset ab Ecclesia ad sui libitum recedere, vel etiam inuitus dimitti, quod videtur absurdum.

Considerarunt tamen Domini quod cum dicti Clerici non constituant aliquam vniuersi-
2 tatem, seù Collegium, atque ità diuturna præstatio vnius alteri præiudicare non potest *C. non debent de reg. iur. in 6. l. id quod nostrum est ff. eodem* & in terminis possessionis acquisitæ quoad vnũ,
3 quod non detur in facultatiuis extensio quoad alium. *Rot. dec. 184. nu. 1. part. 1. diu.* vel probandum esset, quod isti moderni Clerici per longissimum tempus Ecclesiæ inseruierint, vel contra eos peti non potest manutentio, sed solum respectu illorum, qui dictæ Ecclesiæ per dictum longissimum tempus inseruierũt, quia
4 præscriptio tantum habet in potentia, quantum in actu *c. cum olim de præscript. Ias. in l. possideri num. 35. ff. de acq. poss. & cons. 163. num. 11. l. 2. &*
5 tantum dicitur præscriptum, quantum possessum *Bal. in l. fin. sub num. 9. versic. vnum aliud quæritur. C. comm. vtriusque iudic. Natt. cons. 636. n. 130. Surd. cons. 234. num. 26.*

Non obstat, quod prætenditur, dictos Clericos debere de necessitate dictæ Ecclesiæ inseruire, eo quia sunt dictæ Ecclesiæ adscripti, tum quia non constat, quod sint dictæ Ecclesiæ adscripti, quandoquidem testes ad id probandum adducti non deponunt in specie, quod isti Clerici fuerint ad seruitium huius Ecclesiæ destinati, sed tantum in genere, quod Episcopi quan-
6 do ordinãt Clericos, eos destinant ad seruitium Ecclesiarum, ex quo nihil sequitur quoad istos respectu Ecclesiæ de qua agitur.

Tum etiam quia dato quod dicti Clerici essent dictæ Ecclesiæ adscripti, non ideò tamen posset indè inferri, quod debeant de necessitate dictæ Ecclesiæ inseruire, cum ad hunc effectum necesse sit, quod sint in eadem Eccle-
7 sia intitulati cum onere in dicta Ecclesia residendi *c. conquerente, & ibi glos. in verb. deseruiat de cleric. non resid.*

Nec obstat decretum *Sac. Concil. Trid. sess. 23. de reform. c. 6.* quia præter quam quod Concilium
8 loquitur de prima Tonsura initiatis & in minoribus ordinibus constitutis, non autem de alijs constitutis in maioribus, non etiam simpliciter tales Clericos obligat ad residendum, & Ecclesiæ inseruiendum, sed decernit tantummodo, quod fori priuilegio non gaudeant, nisi beneficium Ecclesiasticum habeant aut Clericalem habitum, & Tonsuram deferentes, alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi inseruiant, atque ità eos obligat tantum causatiuè, quatenus scilicet fori priuilegio gaudere velint, non autem, vt dictum est simpliciter & absolutè.

Non obstat, quod seruitium dictorum Clericorum non fuit merè voluntarium, quia licet propter dictum seruitium participauerint de aliquibus oblationibus, tamen indè non sequitur, quod dictum seruitium originem traxerit à necessitate, vel ideò minus fuerit voluntarium, quia non cogebantur inseruire, nisi quatenus volebant participare, & quatenus non

non volebant participare, nullam habebant
9 necessitatem, nec obligationem inseruiendi, & participatio erat loco mercedis pro seruitio, quod non tenebantur gratis præstare *c.cum 2.& ibi gloss. & DD. de preb.* ac propterea eum dictum seruitium fuerit, vt firmatum est, voluntarium, nec constet, quod moderni Clerici illud præstiterint per longissimum temporis spatium, minusque præstatio aliorum istis modernis præiudicare potuit, visum fuit non posse cogi ad præstandum infuturum idem seruitiũ, nec per consequens contra eos relaxari dictum
10 mandatum de manutenendo, eoquia ex actibus merè facultatiuis nullum acquiritur ius, vel possessio *ad not.in l.Proculus.ff. de damn.infec. l. qui iure familiaritatis ff.de acq. poss.cũ alijs per Card. Mant. dec.257.num.2.&c.*

ROMANA POTIORITATIS.

Mercurij 18. Maij 1619.

DECISIO CCXXXVIII.

Impressa in Recent.decis.114.par.4.tom.2.

LVNEN. SARZANEN. IVRIS PATRONATVS.

Lunæ 27. Maij 1619.

ARGVMENTVM.

Instrumentum fundationis Iurispatronatus, & pinguius attendi debet, & declarat omissa in alio iuncta obseruantia.

SVMMARIVM.

1 *Tenor Instrumenti fundationis in Iurepatronatus est attendendum.*
2 *Præsentatus à Patrono de familia vocata est præferendus præsentato à Patrono de familia non vocata.*
3 *Instrumentum pinguius est attendendum,& declarat omissa in minus pingui.*
4 *Obseruantia declarat omissa in instrumento.*
5 *Præsentatus à seniori de familia, quando sit præferendus.*

DECISIO CCXXXIX.

PROPOSITO dubio, ad quem spectet vox Camisanorum iuxta reseruationem in alia huius causæ decisione factam, Domini censuerunt illam spectare ad Alexandrum, quia con-
1 stat ex instrumento fundationis, cuius tenor principaliter in hac materia debet attendi *iux. not. in c.cum & plantare, & in C.decernimus de priuileg.cum alijs per Rocch.de Iurep.in v. ipse vel is a quo nu. 19.* quod ius præsentandi ad beneficium de quo agitur, pertinet ad Rectorem domus Camisanorum de Versola, atque ità ad Dominum, qui dictum Alexandrum præsentauit, non autem ad Iacobum, qui præsentauit Hieronymum.

Nec obstat, quodidemmet Hieronymus fuit etiam præsentatus à Tiberio Camisano, qui dicitur senior dicto Dominico, quia dictus Tiberius non est de familia Camisanorum de Versola, ad quam ex tenore dictæ fundationis Iuspatronatus, vt dictum est, spectat, sed de Camisanis de Pontremulo, ideòque nec ali-
2 quod ius ei in dicto Patronatu competit, nec per consequens suffragatur dicto Hieronymo ipsius præsentatio.

Nec obstat, quod in instrumento pro parte Hieronymi in actis producto non legitur dictio, *illa*, de Versola, sed post verbum Camisanorum fuit relictum spatium in albis cum punctis, sicque certum non est, vtrum dictum Iuspatronatus fuit concessũ absolutè omnibus de familia Camisanorum, vel potius oriundis tantum ex dicto loco de Versola, quia placuit DD. quod dicebatur, quod verbum in
3 dicto instrumento omissum declaratur per aliud sumptum per Alexandrum exhibitum, in quo expressè legitur adiectio dicti loci de Versola, *vt in summ. eiusdem numer.* 1. nam hoc casu statur scripturæ pinguiori, *Salic. in l. scriptura n.3.vers.his exemplis positis C. de fide instrum. Boer.dec.25.sub num.4.& seq.Caputaq. decis.97.p.2. Card.Seraph.dec.255.num.2.*

Et cessat difficultas ex obseruantia subsecuta, quæ probatur non solum ex pluribus instrumentis, in quibus apparet, quod Camisani de Versola semper præsentarunt ad huiusmodi beneficium, sed etiam ex testibus vtriusque partis *in summario nu.* 5. qui dicunt semper præsentationes fuisse factas à Camisanis de Versola, non autem à Camisanis de Pontremulo,
4 nam hæc obseruantia declarat verbum omissum, & operatur vt fides alio sumpto debeatur *Bal.conf.400.num.5.l.4.Gramatic.dec.106.nu.9.* etiam quod illud esset minus solemniter extractum. *Rot.diu.dec.375.num.4.et dec.598. nu.5. par.1.Card.Seraph.dec.928.num.2.*

Non obstat, quod non probatur descendentia Dominici ab Armanino, de quo fit mentio in dicto fundationis instrumento, quia cum Iuspatronatus, de quo agitur, non fuit relictum Armanino alio respectu, nisi quia ipse erat Senior, & Rector familiæ Camisanorum de Versola, quod patet ex declaratione ab eodem fundatore postea facta, per illa verba, Rectores, & Conseruatores dictarum domorum, non
5 attenditur descendentia, sed maior ætas tempore præsentationis; ideòque sufficit, quod dictus Dominicus sit Senior, ac Rector familiæ Camisanorum de Versola, ad quos, vt dictum est, spectat dictum Iuspatronatus.

ROMANA SALVIANI.

Luna 3. Iunij 1619.

DECISIO CCXL.

Impressa in Recent.dec.120. part.4.tom.2.

FERRARIEN. BONORVM.

Luna 3. Iunij 1619.

DECISIO CCXLI.

Impressa in Recent.decis.118.par.4.tom.2.et apud Amat. dec.Ferrar.post dec.51.sub num.68.

ROMANA DE RVSTICVCCIIS.

Vener.7. Iunij 1619.

DECISIO CCXLII.

Impressa in Recen.dec.123.par.4.tom.2.

ORIOLEN. CANONICATVS.

Luna 10. Iunij 1619.

DECISIO. CCXLIII.

Impressa in Recent, dec. 124.par.4.tom.2.

ROMANA QVARTI DOTALIS.

Luna 10. Iunij 1619.

ARGVMENTVM.

Quartum dotale debetur Matri quoad vsumfructum, filiis quoad proprietatem, etiam si sit extractum ex fideicommisso Nepotes non possunt prætendere quartum Auiæ, nisi sint hæredes Patris, cui debebatur dictum quartum.

SVMMARIVM.

1 *Quartum dotale ex dispositione statuti Vrbis debetur Matri quoad vsumfructum, & filijs quoad proprietatem, etiam si sit extractum ex fideicommisso.*

2 *Quartum dotale debetur filijs vti hæredibus Patris, non autem aliquo titulo particulari.*

3 *Quartum deberi filijs de Iure, non autem vti hæredibus declaratur.*

4 *Beneficium l. & Inuentarij præseruat iura, sed non tribuit noua.*

5 *Obligatio facta per aliquem fauore alicuius intelligitur de eo, quod debebatur.*

DECISIO CCXLIV.

POST resolutionem in hac causa captam, quod Quartum dotale, de quo agitur, non debeatur DD. Antoninæ, & Mariæ ex propria earum persona, neque etiam ex persona Virginiæ earum Auiæ, dubitaui iuxta reseruationem *in dicta decis.* factam, an ipsis deberetur dictum Quartū ex persona Patruum, vel Aui, & Domini omissa discussione plurium difficultatum à scribentibus excitatarum, tanquam non necessaria pro huius causæ resolutione responderunt, dictas DD. Antoninam, & Mariam posse agere ad dictum quartum vti hæredes Ioannis, & Marij earum Patruum respectiuè tantum; Nam cum indubitati iuris videatur, quod dictum quartum per obitum bo. mem.
1 Celsi cum filijs vigore statuti vrbis, fuit quoad vsumfructum Virginiæ dictiq. Celsi Vxoris, & quoad proprietatem Ioanni, & Mario dicti Celsi filijs acquisitum, non obstante, quod fuerit ex bonis fideicōmisso subiectis extractum, vt pluribus fuit in causa *Romana de Cupis* 14. *Decembris* 1609. *coram R. Lugdunen. resolutum.*

Constetque per publicum instrumentum, quod dictum quartum fuit eidem Ioanni, & Mario in tot bonis stabilibus consignatum, non possunt dictæ DD. Antonina, & Maria
2 iure aliquo transmisso, siuè alio particulari titulo dictum quartum iam semel illis, quibus debebatur, solutum, denuò prætendere.

Nec obstat, quod dicitur bona alias pro dicto quarto Ioanni, & Mario assignata, peruenisse ad D. Hortensium, quia quatenus hoc sit verum, poterunt ad d. bona, vti hæredes tantum d. Ioannis, & Marij respectiuè agere, non autem, vt dictum est, ex iure, aut titulo aliquo particulari.

Minus facit quatenus dicatur, quod dd. DD Antoniæ & Mariæ d. quartum debetur ex dis-
3 positione legis, ideòque illud possunt consequi etiam, quod non essent hæredes *ex alleg. per Surd.cons.* 206. *num.* 12. *& seq.* quia, vt modo dictum est, dictum quartum non fuit ipsis, sed Ioanni, & Mario delatum, ac propterea etiam eisdem rectè solutum, nec hac solutione stante, possunt dd. DD. Antonina, & Maria aliquid prætendere, nisi quatenus ipsæ sint dictorum Ioannis, & Marij hæredes.

Nec facit, quod sunt hæredes d. Ioannis, & Marij cum beneficio legis, & Inuentarij, quia
4 tale beneficium præseruat quidem iura, & actiones hæredum, si quæ habent, non autem tribuit noua iura, & nouas actiones.

Denique non obstat obligatio D. Hortensij soluendi d. quartum, quia cum d. obligatio fuerit ab eo facta ad fauorem Virginiæ, debet
5 intelligi respectu vsusfructus tantum, qui ad dictam Virginiam spectabat, & poterat pro eo aduersus D. Hortensium fideicommissarium agere, non autem respectu etiam proprietatis ne alias dicatur, se obligasse ad id, quod non tenebatur.

nebatur, quod præsumi non debet *l.cum de indebito ff. de probat. l. de etate §. qui insto, & ibi gloss. ff. de interrog. act. Alex. cons.* 102. *nnmer.* 8. *l.* 1, *&c.*

ROMANA DOTIS.

Ven. 20. Aprilis 1619.

DECISIO CCXLV.

Impressa in Recent.dec. 129.*par.*4.*tom.*2.

REGIEN. PECVNIARIA.

Vener. 20. Iunij 1619.

ARGVMENTVM.

Instrumentum, quod non habuit effectum, non potest exequi, & contra fideiussorem nō datur actio, nisi prius excussare specialiter obligata, & reddita ratione habitorum. Solutio cedit in debitum durius, & illud dicitur, pro quo fuit datus fideiussor fructus pro dilata solutione non debentur, nisi concurrant requisita Castrensis.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum, quod non habuit effectum, non parit actionem.*
2 *Fideiussor non potest molestari, nisi prius excussa per Creditorem ve sibi specialiter obligata.*
3 *Maximè si illius dominium sibi reservauit.*
4 *Creditor non potest agere contra debitorem, nec contra fideiussorem, nisi prius reddita ratione rerum habitarum.*
5 *Debitum, pro quo fuit datus fideiussor, censetur grauius.*
6 *Hypotheca non potest cadere super bonis ipsiusmet Creditoris.*
7 *Debitor non potest hypothecare bona, cuius non habet dominium.*
8 *Exceptio falsæ causæ, & erroris admittitur etiam contra obligationem Cameralem.*
9 *Fructus ratione dilatæ solutionis non debentur, & obligatio illos soluendi non tenet.*
10 *Fructus non debentur ratione lucri cessantis, & damni emergentis, nisi concurrant requisita Castrensis.*
11 *Amplia etiam in Mercatore solito negociari.*

DECISIO CCXLVI.

DOMINI dixerunt, instrumentum, in quo Io: Baptista accedendo obligationi Cæsaris Martij se obligauit soluere Viano infra quinquennium scuta bis mille, & ratione dilatæ solutionis vsuras ad rationem septem cum dimidio pro centenario, non esse exequendum.

Nam quoad sortem principalem dictorum scutorum bis mille, nulla competit d. Viano aduersus Io: Baptistam vigore d. instrumenti actio, tum quia dictum instrumentum non
1 habuit effectum, vt benè in facto demonstratur, & obstat Viano Creditori exceptio excus-
2 sionis bonorum Aromatariæ sibi specialiter obligatorum *l. 2.C. de pignor. Rom. cons.* 187. *nu.* 2. *vers.* 2. *quia Aym. cons.* 77. *nu.* 16. *Surd. cons.* 495. *nu.* 9.
3 *Put. decis.* 38. *num.* 3. *l.* 1. *Card. Seraph. dec.* 383. *nu.* 1. cum præsertim sibi dominium d. Aromatariæ reseruauerit.

Tum etiam quia constat, quod dictus Vianus vtendo facultate sibi vigore prædicti instrumenti competente, cum effectu apprehendit bona Aromatariæ sibi specialiter, vt dictum est, hypothecata, illaque, vendidit, vnde non potest, nec Cæsarem debitorem, nec
4 minus Io: Baptistam fideiussorem molestare, donec fuerit ab illo de dictis bonis reddita ratio, cum interim censeatur de dicto suo credito ex bonis dictæ Aromatariæ integrè satisfactum, ex quo præsumitur, quod vnaquæque res hypothecata sit sufficiens ad satisfactionem saltem vsque dum contrarium probet *glos. in d. l. 2. in v. redigere C. de pign. Rip. in l. priuilegia nu.* 22. *ff. de priuil. credit. Pedem. dec.* 159. *nu.* 2. *Rot. dec.* 707. *num.* 2. *part.* 1. *diuers.*

Nec obstat, quod pretium receptum ex d. Aromataria cesserit in extinctionem alterius crediti Zechinorum 820. quod habebat Vianus cum dicto Cæsare, quia propterquam quod in facto non subsistit, quod dictum prætensum creditum zechinorum 820. esset antiquius dicto credito scutorum bis mille, cum hoc creditum originē trahat ab ann. 1606. quo fuit celebratū instrumentum societatis, illud verò cre-
5 ditum zechinorum 820. fuerit contractum de ann. 1611. & dictum etiam debitum 2000. censetur grauius, cum pro eo fuerit datus fideiussor *l. in ijs ff. de solut. Bar. in l. cum ex pluribus nu* 2. *vers. item si debeo cum fideiussore ff. eod. tit. Gab. cons.* 43. *nu.* 1. *l.* 2. *Surd. dec.* 169. *nu.* 9. *Rot. dec.* 113. *nu.* 3. *&* 4. *p.* 1. *diu. et fuit dictum in Rom. fideiuss.* 20. *Maij* 1614. *coram Illustriss. Card. Lancellotto*, cessat difficultas ex eo, quod cum iam prius dictus Vianus sibi reseruasset dominium bonorum dictæ Aromatariæ, & per consequens dd. bona, nunquam fuerint pro dicto credito zechinorum 820. ob-
6 ligata, quia in proprijs Viani bonis non poterat cadere hypotheca *l. si rem. la* 2. *ff. de pignor. l. neq. pignus ff. de reg. iur.* nec Cæsar vt pote qui nullum in dictis bonis habebat dominium, pote-
7 rat illa alteri obligare *Ceph. cons.* 189. *nu.* 18. pecuniæ ex venditione dictorum bonorum redactæ non potuerunt in extinctionem crediti, pro quo dd. bona non erant obligata per dictum Vianum conuerti *Bar. in d. l. cum ex pluribus nu.* 3. *ff. de solut.*

Non obstat, quod post solidata computa inter Vianum, & Cæsarem Io: Baptista se obligauit per nouum instrumentum, in quo videtur prædictis exceptionibus renunciasse, quia ista secunda obligatio emanauit ex falsa causa, cum ipse crederet, se teneri ex prima obliga-
8 tione, quæ tamen fuerat extincta, & ista exceptio falsæ causæ, & erroris admittitur etiam

contra obligationem Cameralem *Rot. dec.113. nu.1. et decis.148. num.2. inter impress.per Zacch post tract.de oblig Camerali.*

Minus videtur executioni dicti instrumen-
ti respectu vsurarum locus, quia cum non si-
mus in vsuris debitis loco fructuum ex æqui-
tate *leg. curabit*, sed in vsuris prætensis ex pu-
9 ro credito ratione dilatæ solutionis, conuen-
tio ab initio de soluenda certa quantitate non
*cert.*tenet. *Bal. in l. rogasti §. si tibi sub num.7. ff. si pet. Dec. cons. 39. sub numer.5. & cons. 322. in 2. dub.sub num.3. Couar. var.resolut. lib.3.cap.14.nu.5 & fuit dictum in Romana fructuum 11. Nouembris 1602. coram Illustriss. Card. Ludouisio quæ est decis. 72. part.2.in recentior.*

Nec obstat, quod taxatio fuit à Periris facta
habita ratione ad lucrum cessans, & damnum
10 emergens, quia nec ratione dicti damni emer-
gentis, aut lucri cessantis aliquod debetur, nisi
concurrant requisita. *Castr. in l. 3. §. fin. ff. de*
11 *eo, quod cert. loc.* quod locum habet etiam in
Mercatore, qui solitus sit negotiari. *Mobed.dec. 3. de vsur. Put. dec. 237. lib. 1. cum alijs adduct. in vna Ianuen. Vsurarum 6.Iunij 1611. coram Illustriss. Card. Lancellotto quæ est dec.331.par.1.in recent.&c.*

ROMANA IVRIS REDIMENDI.

Merc. 6. Nouembris 1619.

ARGVMENTVM.

Emptor acquirit omnia Iura Venditoris super re empta, Meliormenta necessaria possunt repeti.

SVMMARIVM.

1 *Cessionarius loco cedentis succedit.*
2 *In Cessionarium transeunt omnia Iura penes cedentem existentia.*
5 *Cessionario competit Ius redimendi, quod competebat cedenti.*
4 *Dominus, qui ex pacto, vel lege tenetur rem restituere, potest melioramenta necessaria repetere.*
5 *Maritus, qui fecit melioramenta in re dotali, potest illa repetere.*
6 *Vassallus melioramenta facta in feudo potest repetere.*
7 *Emptor cum pacto retrouendendi potest repetere melioramenta.*
8 *Dominus directus per receptionem Laudemij dicitur approbasse alienationem.*
9 *Melioramenta facta ante litem sunt reficienda.*
10 *Melioramenta necessario etiam si sint facta lite pendente sunt reficienda.*

DECISIO CCXLVII.

QVoniam decretum, de cuius validitate, ac iustitia agebatur, plura continet capita: Dñi se restringentes ad magis substantialia dixerunt, dictum decretum esse confirmãdum quoad retrouenditionem, & refectionem melioramentorum, reseruato, vt particulariter videretur quomodo essent dicta melioramenta reficienda.

Quo enim ad retrouenditionem, videbatur di-
ctum decretum iustificari ex instrumento ven-
ditionis situs, seu Vineę, de qua agitur à Pau-
lo Basso D. Cicalotto factæ, quia ex eo appa-
ret, dictum D. Cicalottum promisisse dictum si-
tum, seu Vineam dicto Paulo venditori, suisq;
retrouendere, nam cum deinde idemmet Pau-
lus dictam Vineam vna cum iure redimendi
Monasterio Sancti Pauli cesserit, dubium non
est, quin dictus D. Cicalottus teneatur eandem
retrouenditionem dicto Monasterio facere, non
minus ac teneretur erga dictum Paulum ven-
1 ditorem, cum dictũ Monasterium loco Pauli
cedentis successerit *l. emptor. & ibi Bal. in princ. C. de hæred. & act. vendit. Rimin. Iunior. cons.65. nu.22.*
2 atque in illud omnia iura, & actiones penes
cedentem existentes transiuerint *Bero.cons.189. num 19. lib.primo Rimin.iun.dict.cons.65. numer.21.*
3 & fuit in puncto similis retrouenditionis dictũ
in vna Perusina terrarum 10. Decembris 1612. corã R.P. D.meo Pamph. & in Rom. retrouenditionis Sibale & Portus coram Reuerendiss. Domino meo Damasceno, quæ est dec.502.par.2.in recentior.

Quo verò ad melioramentorum refectionẽ
dictum Decretum iustificatur ex pacto in eo-
dem instrumento vendictionis apposito, quod
in euentum dictæ retrouenditionis teneretur
omnia melioramenta per D. Cicalottum in
dicta vinea facta reficere, quod pactum eo ma-
gis seruari debet, quia est conforme iuris di-
spositioni, iuxtà quam Dominus, qui ex pacto,
4 vel lege tenetur rem restituere, potest necessa-
rias, & vtiles impensas repetere, vt ex tex. de
5 marito, qui in rem dotalem impendit *in l.diuortio.§.impendi ff.solut.matr. & in l.prima cum duabus seqq. & in leg.impensa ff. de impens. in rebus dot.fact.*
6 & de Vasallo, qui feudum reddidit meliorem
in §.si vasallus in tit.hic finitur lex.&c.in vsib.feud.
7 & in specie de eo, qui emit cum pacto retro-
uendendi tradit *Cagnol.in leg.2.quæst.49.num.175. C.de pact. inter empt. & vend. Bal. in cons.305. in 2. dub.vol.1. Natt.cons.256.num.1. & seqq.cum alijs per Menoch.de recuper.possess.remed.15.nu.500. & plur. seqq.*

Non obstat, quod dicitur, Dominum dictæ
vineæ non fuisse in D.Cicalottum translatum,
ex eo quod in venditione ipsi à D.Paulo facta,
non fuit requisitus consensus Monasterij, sub
cuius directo dominio est d. vinea, quia prę-
terquamquod eo ipso quod Monasterium
agit contra dictum D. Cicalottum pro dicta
retrouenditione fatetur ipsum esse dictæ vi-
neæ Dominum, cum nec aliàs ei posset dictã
vineam retrouendere, satis etiam cõstat de dicti
Monasterij consensu, ex receptione Laudemij,
quia vel ex ista receptione probatur licentiam,
8 seù consensum Monasterij præcessisse, vel sal-
tem inducitur ratificatio alienationis in D.Ci-
calottum factæ, quæ ratificatio pro ipsa licen-
tia habenda est *leg.supra idem §. Cassius in fin. & ibi Bal.ff. de aqua plu. arc. cum alijs per Tob. Non.* qui
loquitur in terminis consensus præstiti à D.
directo *cons.2. numer.45. Cald.de Emphit. extinct. cap.11.sub n.19.* vbi, quod nulla maior, aut eui-
dentior voluntatis coniectura, & consen-
sus

fus apparere potest, quam ex Laudemij, cuius gratia consensus exigitur, receptione.

Non obstat, quod prætenditur, melioramenta fuisse facta, lite pendente, quia hoc non probatur, & imò potius apparet, dicta melioramenta
9 fuisse longè ante litem facta, cum lis non fuerit nisi sub die 20. Augusti introducta, & melioramenta die 23. Iulij præcedentis locata.

Non obstat, quatenus probetur, Cortinam muri factam fuisse, lite pendente, quoniam cū sit facta pro substinendo opere facto, connumerari debet inter melioramenta necessaria,
10 quæ etiam lite non obstante sunt reficienda *l. Domum in fin. vbi omnes C. de rei vendit. Bart. in l. in fundo num. 11. ff. eod. cum alijs per Menoch. de recuperat. possess. remed. 15. quæstion. 39. num. 514. & seqq. &c.*

REGIEN. BONORVM.

Mercur. 13. Nouembris 1619.

DECISIO CCXLVIII.

Impressa apud Postium de Manutent. decis. 26. sub tit Romana.

ROMANA DE CARCANIS.

Merc. 13. Nouembris 1619.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Alimentorum liquidatio, & taxatio, quando de qu antitate non constat, remittitur arbitrio Iudicis.*
2 *In Alimentorum taxatione patrimonij, & personæ qualitas attendenda.*
3 *Alimentorum nomine quæ veniant.*
4 *Alimenta excessiua sunt moderanda.*

DECISIO CCXLIX.

QVoniã non controuertitur, quod alimenta fuerint præstita Io. Francisco, & datorum
1 alimentorum taxatio, seu liquidatio, quando de illa per veras, & concludentes probationes non constat, Iudicis arbitrio remittitur *leg. penult. in princ. ff. de alim. & eib. leg. l. 2. ff. vbi pupill. educ. morariq. deb. Alex. consf. 72. nu. 7. lo. 5. Crauett. consf. 189. num. 10.*

Domini attenta quantitate patrimonij dicti Io. Francisci, & qualitate personæ, quod potis-
2 simum in hac materia considerari solent, *iux. not. per Menoch. de arbitr. Iud. cas. 169. & de præsump. lib. 4. præsumpt. 157. nu. 32. cum alijs adduc. in Rom. alimentorum 29. Nouembris 1613. coram R. P. D. meo Pamph.* censuerunt, dicta alimenta esse taxanda à die mortis dicti Io. Francisci, vsque ad Decretum Iudicis in totum ad rationem scut. 7. menstruorum, & à die Decreti per dictum Iudicem facti ad ratione scut. 8. pro mense singulo.

Non obstat, taxatio per Curatorem ante Decretum in eius libris facta ad scuta quinque menstrua, quia, vt constat ex alijs partitis, & ex instrumento dato pro parte Dominæ Clementiæ *Sum. num. 2. & 3.* nec dicta taxatio fuit certa, nec illa fuit facta pro omnibus expensis, sed tantum pro cibarijs dietim præstitis, non autẽ pro expensis vini, lignorum, ac seruitutis, quæ
3 etiam venit sub præstatione alimentorum, & illorum repetitione *leg. ius alimentorum ff. vbi pupill. educ. morariq. deb. Surd. de alim. tit. 4. quæst. 24. num. 8. cum alijs per Card. Mant. decis. 331. numer. 5. & seqq.*

Minus obstat taxatio per dictum Iudicem facta ad rationem scutorum 12. menstruorum, quia cum nõ fuerit facta seruatis seruandis, eaq; videatur habito respectu ad quantitatem patri-
4 monij Io. Francisci, & etiam temporis conditionem nimis excessiua, intrat pro eorum moderatione arbitrium Rotæ, &c.

LEODIEN. DOMVS CLAVSTRALIS.

Veneris 15. Nouembris 1619.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria stante non paritione, & contumacia est relaxanda.*
2 *Exceptiones turbidæ non possunt rem Iudicatam impedire.*
4 *Clausula Parito Iudicato, facit, vt quis non possit audiri ante paritionem.*

DECISIO CCL.

REsolutum fuit, dandam esse declaratoriã contra Henricum, nisi infra mensem paruerit, quia constat, fuisse relaxatas executoriales, & quod illis in partibus intimatis, & postea in Rota reproductis, seruatisq; quatuor terminis seruari solitis, non fuit doctum de paritione, sed imò potius probatur expressa contumacia illius in parendo, ac propterea nihil aliud su-
1 per est agendũ, quamquod contra eum feratur declaratoria, iux. stylum huius Tribunalis, de quo per *Vestr. in prax. lib. 8. cap. vltimo num. 17. in fin. Mohed. decis. 1. de sent. excomm. Cassad. decis. num. 11. de caus. poss. & propriet.*

Nec obstant plura pro parte D. Henrici nunc denuò cõtra decisiones in hac causa factas in culcata; quia præterquãquod fuerint iam omnia in dictis decisionibus sublata, non visa fuerũt DD.
3 talia, quod possent executionem rei iudicatæ impedire *l. ciues, & ibi Ang. num. 1. de appell. Dec. in cap. quoniam contra n. 152. de probat.* & præsertim quod cum eadem dictus Henrius in Signatura Sanctis-

Santiss. deduceret ad effectum obtinendi Commissionem causę restitutionis in integrum, fuit
4 ab eadem rescriptum cum Clausula, *parito Iudicato*, ideòque ipse non possit ante, paritionem audiri, &c.

FIRMANA BENEFICII.

Ven. 15. Nouembris 1619.

ARGVMENTVM

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Fructus non recollecti spectant ad successorem Beneficij. Amplia etiam sisint recollecti, sed maneant in eodem loco, & adsit consensus hæredum Beneficiati mortui.*

DECISIO CCLI.

Solo Decio informante, dictum fuit fructus, de quibus agitur, ipsi deberi; quia cum non possint spectare ad R. Cam. Apost. ex quo constat, Clerum firmanum esse cum ea compositum, dubium non est, quin debeantur dicto Decio, siuè illi non sint à solo separati, vel sint separati, adhuc tamen in loco, vbi sunt nati
1 existant, & consequenter ad successorem pertineant, iuxta Constitutionem Iulij Tertij, de qua per *Card. Seraph. dec. 685. num. 3.* siue potius sint recollecti, & spectent ad hęredes beneficiati defuncti. Nam dictus Decius nedum est successor in beneficio, & etiam gratiosè ad ius, & possessionem defuncti subrogatus, sed obtinuit etiam ab hæredibus defuncti cessionem iuriũ ipsis superdictis fructibus competentium, sicq; ei dicti Fructus debentur, vel vti successori, vel vti cessionario dictorum hæredum, &c.

ROMANA LIBERATIONIS A FIDEIVSSIONE.

Mercur. 20. Nouembris 1619.

DECISIO CCLII.

Impressa in Recent. decis. 138. part. 4. tom. 2. & post Duard. de Censib. decis. 363.

MVTINEN. IVRISPATRONATVS.

Mercur. 27. Nouembris 1619.

DECISIO CCLIII.

Impressa in Recent. decis. 142. part. 4. tom. 2.

SENOGALLIEN. IVRISPATRONATVS.

Mercur. 27. Nouembris 1619.

DECISIO CCLIV.

Impressa apud Spadam post Consil. 306. lib. 2.

NERITONEN. HABITVS.

Ven. 29. Nouembris 1719.

ARGVMENTVM.

De Probatione nobilitatis.

SVMMARIVM.

1 *Testes deponentes de publica voce, & fama, & communi reputatione probant nobilitatem.*
1 *Testes deponentes aliquem fuisse admissum ad officia, quæ solent nobilibus concedi, probant illius nobilitatem.*
3 *Testes non requisiti non tenentur reddere rationem sui dicti.*
4 *Officiales præsumuntur fideliter suo Officio functos fuisse.*

DECISIO CCLV.

Dictum fuit, sententias esse confirmandas, quia contra earum validitatẽ nihil opponitur, & iustitia remanet clara ex decisionibus in hac causa corã RR. PP. DD. meis Verospio, & Dunozetto factis, cum ex illis appareat nobilitatem Sciponis generosam fuisse legitimè probatam, & prout requiritur ad effectum obtinendi habitum per Testes præcipuè, qui benè deponunt, Scipionem esse nobilem ex quatuor lateribus, & non solum testantur de publica
1 voce, & fama, ac comuni reputatione *iux. not. per Bal. in leg. prouidendum C. de postulando Guidop. decis. 196. sub num. 1. vers. nec releuatur, & dec. 387. in fin. Tiraq. de nobilit. cap. 10. num. 8. cum alijs adduc. in vna Burgen. admissionis ad Habitum 16. Ian. 1604 coram Illustrissimo Card. Lancell.* Sed etiam quod viderunt ex iisdem familis descendentes obti-
2 nere omnes dignitates, & gradus, qui solis nobilibus conferri solent, vt latius fuit in dict. decisionibus deductum.

Non obstat, quod Testes non specificant personas, quæ obtinuerunt dictos gradus, & dignitates, quia cum nec in interrogatorijs Religionis fuerint aliquæ particulares personæ specificatę, nec Testes super huiusmodi specificatione requisiti, satis fuit super dictis interrogatoriis deponere, cum illa pastim concipi soleant iuxtà præceptum Statuorum disponentium super probationib. nobilitatis faciendis ad effectũ obtinendi habitum, & regulariter etiam Testes nõ
3 teneantur, si non fuerint requisiti, rationem sui dicti reddere *glos. in cap. si Testes §. item sola in ver. attestatione quarta quæst. 3. & in capit. sicut in verf. de causis de sentent. & re iudic. & in cap. cum causam in vers.*

vers. de causis vbi Abb. numer. 1. Fel. numer. 2. de testibus.

Non obstat, quod instrumenta à Scipione exhibita ad magis comprobandam eius nobilitatem, non fuerunt inserta in processu integra, sed tantū quaedā particulæ; quia vltra responsiones in alijs decisionibus datas, placuit DD. quod dicebatur, quod si ex dd. instrumētis potuisset, vt prætenditur colligi, quod aliquis ex dictis familijs exercuerit artes ciuiles, procul dubio fuissent etiam in hac parte à Comissarijs Religionis, quibus fuerunt integra instrumenta exhibita, registrata, prout fuerunt registratæ partes facientes ad causam; cum maxime non videatur controuertendam esse dictorum Comissariorum fidem, non solum quia præsumi-
4 tur, quod fideliter fuerint suo officio functi *l. 2. ibi quod non arbitramur C. de Offic. Ciuil. iudic. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 10. Surd. cons. 39. nu. 7. leg. 1.* sed etiam quia eadem ratione euerti possent omnes aliæ Informationes pro alijs captæ.

Cætera fuerunt in alijs decisionibus sublata, &c.

ROMANA LEGATORVM, SEV ADMINISTRATIONIS.

Lunæ 2. Decembris 1619.

DECISIO CCLVI.

Impressa in Recent. decis. 146. par. 4. tom. 2.

PERVSINA BENEFICII S. CRVCIS, ET SANCTÆ LVCIÆ.

Mercur. 4. Decembris 1619.

DECISIO CCLVII.

Impressa in Recent. decis. 147. part. 4. tom. 2.

BONONIEN. DOTIS.

Lunæ 9. Decembris 1619.

DECISIO CCLVIII.

Impressa in Recent. decis. 153. par. 4. tom. 2.

ROMANA FABRICAE.

Lunæ 9. Decembris 1619.

DECISIO CCLIX.

Impressa in Recent. decis. 709. part. 4. tom. 3.

ROMANA HÆREDITATIS DE GRACCHIS.

Mercur. 11. Decembris 1619.

DECISIO CCLX.

Impressa in Recent. decis. 158. part. 4. tom. 2.

LVNEN, SARZANEN; PAROCHIALIS.

Lunæ 16. Decembris 1619.

DECISIO CCLXI.

Impressa apud Spadam post Consil. 66. lib. 2.

TOLETANA DISMEMBRATIONIS.

Ven. 20. Decembris 1619.

ARGVMENTVM.

Dismembratio potest fieri ab Administratore in Ecclesia Toletana ex iusta causa, & quæ dicantur iustæ causæ.

SVMMARIVM.

1 *Nullitas est probanda per Actorem contra Reum, & possessorem.*
2 *Etiam si probatio consistat in negatiua.*
3 *Possessio per longum tempus facit præsumere titulum necessarium.*
4 *Administrator Ecclesiæ Toletanæ habet facultatem faciendi dismembrationes.*
5 *Administratores Ecclesiarum omnia possunt, quæ possunt electi, & exercent ordinariam iurisdictionem.*
6 *Et possunt ex causa fructus Parochialis dismembrare, & nouo Beneficio assignare, prout possunt Ordinarij.*
7 *Dismembrationis causa iusta est frequentia Populi, vt melius cura animarum exerceatur, & alia ibidem.*
8 *Beneficium ex temporis cursu præsumitur validè erectum.*
9 *Vnio Beneficij fraternitati cum dismembratione.*
10 *Obseruantia tollit omne vitium.*
11 *Testes deponentes de auditu non faciunt perfectam probationem.*

DECISIO CCLXII.

Dictum fuit, sententias in partibus ad fauorem Laurentij, latas esse infirmandas, quia non solum non fuit ab eo probata nullitas dismembrationis, prout erat probanda, & quidem
1 plene, & concludenter, cū D. Antonius sit reus, & possessor, *l. actor, C. de probat. cum simul.* etiam quod fundamentum suæ intentionis in negati-

a ua

2 ua solemnitatum, & causæ dictæ dismembrationis consistat, *Bar. in leg. in illa sub num.* 5 *ff. de verb. oblig. Dec. conf.* 649. *num.* 9. *Put. decis.* 380. *loc.* 2. *in nou.* sitque idemmet Antonius in hac posses-
3 sione per longum tempus, quod facit præsumere quemlibet titulum necessarium *Fab. dec.* 18. *l.* 1. *Cassad. decis.* 3. *num.* 2. *de caus. poss. & propriet. & fuit dictū in Compostellana Canonicatus* 17. *Nouembris* 1586. *coram Bubalo, & in Burgen. Pensionis* 12. *Nouembris* 1596. *coram bo. me. Penia*.

Sed imò constat potius de d. dismembrationis validitate, tum quia apparet facta ab Ad-
4 ministratore Ecclesiæ Toletanæ, atque ità ab habente sufficientem facultatem faciendi dictā
5 dismembrationem, ex quo tales Administratores omnia possunt, quæ potest electus, & confirmatus, & ordinariam iurisdictionem exercēt *cap. cum nobis in fin. de elect. capit.* 15, *cui eod. tit. in* 6. *Put. dec.* 224. *lib.* 2. & de hoc eodem administratore fuit resolutum *coram bon. mem. Card. Seraph. dec.* 414. ideòque possunt etiam ex causa fructus Parochialis dismembrati, & illos nouo Benefi-
6 cio assignari, vt Beneficiatus inseruiat, & Parochum in cura animarum coadiuuet, prout potest Ordinarius *capit. ad audientiam* il primo, *vbi DD. & præsertim. Abb. num.* 16. *de Eccles. ædif. gloss. in verb. diuisiones in cap.* 1. *in fin.* 10. *distinct.* & interminis erectionis beneficij seruitoris *Card. Seraph. decis.* 428.

Et concurrit etiam iusta causa, frequentia scilicet Populi, & vberes Ecclesiæ redditus, quę sunt iustæ causæ, ex quibus potest Episcopus
7 fructus dismembrare, & aliud beneficium erigere, vt nempe maiori numero Sacerdotum existente cura animarum melius exerceatur, vt habetur *in Sac. Concil. Trid. sess.* 21. *cap.* 4. *& in dict. cap. ad audientiam de Eccles. ædif. Abb. in c. extirpandæ. §. qui ver. num.* 7. *& ibi Card. in §. illud autem de preben.* & in puncto fuit resolutum in allegata *decis.* 428. *corā bo. me. Car. Seraph.* vbi quod quādo Parochialis est pinguis, potest Ordinarius fructus dismembrare, quia Eccclesiæ magis deseruitur per duos, quam per vnum, & de iure ille qui deseruit debet esse institutus in illa Ecclesia, quidquid sit de consuetudine.

Tum etiam quia probatur, Beneficium, de quo agitur, fuisse per spatium plusquam 50. annorum in statu collatiuo, & possessum vti dismembratum non à Rectore Ecclesiæ Parochialis, sed ab alio Beneficiato, nam ex hac tem-
8 poris diuturnitate præsumitur in dicti Beneficij erectione omnia ad effectum validæ erectionis requisita interueniffe. *Fel. in cap. sicut nuper.* 36. *de re iud. Petr. de Anch. conf.* 136. *num.* 2. *Rom.* qui loquitur in terminis vnionis, quæ cum
9 dismembratione fraternizat. *conf.* 275. *num.* 2. *& ibi additio in verb. interueniffe Gemin. conf.* 87. *num.* 1. *in contrarium Boer. dec.* 345. *nu.* 5. *Rot. diu. dec.* 154. *num.* 2. *part.* 1. *& fuit dictum in Papien. Pensionis* 11. *Decembris* 1606. *coram Reuendiss. Attrebaten.*

Et maximè quod cū dicta temporis diutur-
10 nitate concurrit obseruantia, per quam tollitur omne vitium. *Anch. dict. conf.* 36. *Put. decis.* 145. *in nou. lib.* 1. *& fuit dictum in causa Maioricen. Bonorum* 29. *Decembris* 1584. *coram bo. me. Gipsio*, & alias sępissimè.

Nec obstant, Testes deponentes non interuenisse in hac dismembratione sufficientem authoritatē, quia præterquam quod dict. Testes
11 non deponunt, nisi de auditu, vel ad summum de publica voce, & fama, vndè non potest elici concludens probatio, constat etiam ex prædictis de contrario, sicque non sunt attendendi, &c.

BONONIEN. PAROCHIALIS DE SAMBVCA.

Vener. 20. *Decembris* 1619.

DECISIO CCLXIII.

Impressa in Recent. decis. 164. *par.* 4. *tom.* 2.

PLACENTINA VICARIAE.

Vener. 10. *Ianuar.* 1620.

DECISIO CCLXIV.

Impressa in Recent. decis. 165. *part.* 4. *tom.* 2. *& post Fenzon. ad statut Vrb. decis.* 189.

ROMANA DE SANSONIIS.

Lunæ 13. *Ianuar.* 1620.

DECISIO CCLXV.

Impressa in Recent. decis. 166. *part.* 4. *tom.* 2.

FIRMANA FIDEICOMMISSI.

Lunæ 27. *Ianuar.* 1620.

ARGVMENTVM.

Vocatis Proximioribus de familia, censentur exclusæ fęminæ; quando concurrunt Adminicula, de quibus hic.

SVMMARIVM.

1 *Vocatio Proximiorum de familia fęminas non excludit.*
2 *Limita quando ex præsumpta mente Testatoris apparet voluisse comprahendere solum masculos.*
3 *Voluntas Testatoris magis attenditur, quam significatio verborum.*
4 *Dispositio Testatoris, quod bona semper permaneant in sua familia, excludit fęminas, & num.* 6.
5 *Fęmina est finis suæ familiæ, & principium Alterius.*
7 *Testator censetur se conformasse cum statuto excludente fęminas stantibus masculis.*

8 *Fami-*

3 *Fęmina non veniunt appellatione descendentium, si adsit statutum, quod deficientibus masculis fœminæ non succedant.*

DECISIO CCLXVI.

POST resolutionem in hac causa factam, quod constet de fideicommisso perpetuo, dubitaui, vtrum dictum fideicommissum spectet ad Albertum, vel ad Hieronymam, & Domini resoluerunt spectare ad Albertum, quia fuit inductum ad fauorem proximioris de familia de Formonis, qualis est dictus Albertus, prout constat ex testibus, qui dantur, & etiam ex propria confessione Hieronymæ

Nec obstat, quod prætenditur dictum fidei-
commissum esse potiùs Hieronymæ debitum,
1 cum, & ipsa sub vocatione proximioris de
familia compręhendatur, sicque dicto Alberto
proximior, quia licet regulariter per huiusmodi vocationem fœminæ non censeantur exclusæ, cum ipsæ quoque sint de familia, *l. pronunciatio §. filia ff. de verb. signif. Curt. iun. cons. 46. num. 5. circa med. Bal. cons. 6. num. 1. l. 2. Bero. cons. 83. num. 10. l. 10. Card. Mant. de coniect. vlt. volunt. l. 8. tit. 12. sub num. 7. & fuit dictum in Montis Falisci fideicommissi 5. Iunij 1617. coram Reuerendissimo D. meo Decano*, hoc tamen non
2 procedit, quando, vt in proposito ex præsumpta mente disponentis colligitur quod voluit tantum masculos compræhendere, fęminis vel in totum, vel saltem existentibus mascu-
3 lis, exclusis, quia magis attenditur voluntas Testatoris quam verba, seu propria significatio verborum *l. in conditionibus primum locũ in princ. & l. publius. §. fin. de condit. & demonstrat. leg. hæredes mei §. cum ità ff. ad Trebell. cum alijs per Ias. cons. 140 num. 18. & seqq. vol. 2.*

Hæc autem præsumpta mens donatoris in
casu isto colligitur, tum ex eo quod expressè
4 disposuit, quod bona sua in dicta familia semper remanerent, quia cum illa dispositio non possit adimpleri, quatenus ad successionem in dictis bonis fęminæ admittantur; cum ipsę sint
5 finis familiæ, & principium alterius *iux. tex. in d. l. pronunciatio in fin. ff. de verb. oblig.* ideòque nec aptæ ad conseruanda bona semper in familia, necessario censeri debet, noluisse sub dicta vo-
6 catione proximioris de familia; fœminas compræhendere, vt in puncto arguit *Paul. de Castr. cons. 409. num. 2. l. 2. Dec. cons. 514. numer. 3. cum alijs adduc. in alia fideicommissi de Fulchis 2. Aprilis 1601. coram bo. me. Card. Mantica, & in Carpentoraten. fideicommissi 17. Iunij 1607. coram R. P. D. meo Manzando.*

Tum etiam maximè quia stante statuto Ciuitatis Firmi exclusiuo fęminarum pręsumitur
7 donator se voluisse cum dispositione dicti statuti conformare, sicque masculos tantum, quamdiù illi existant, sub dicta vocatione compræhendere. *Alex. in l. hæredes mei §. cum ità sub num. 11. ff. ad Trebell. & in l. Gallus §. quidam rectè ad fin. ff. de lib. & posth. Ruin. cons. 154. numer. 3. vol. 2. Ant. de Butr. in cons. 9. incipit. visis puncto, & quæsitis supradictis*, vbi in terminis tenet, quod licet alias appellatione descendentium veniant tam fœminæ, quam masculi, tamen si sit statutum in Ciuitate, quod deficientibus masculis fœminæ
8 non succedant, tunc appellatione descendentium non veniunt fœminæ, *Decian. cons. 7. nu. 39. & seq. lib. 1. Card. Seraph. decis. 1216. num. 3. cum alijs per Card. Mant. de coniect. vlt. volunt. dict. lib. 8. tit. 12. num. 8. &c.*

COMEN. CAPELLANIAE.

Vener. 7. Februar. 1620.

DECISIO CCLXVII.

Impressa in Recent. decis. 162. par. 4. tom. 2.

FLORENTINA, SEV ROMANA PECVNIARIA,

Vener. 14. Febr. 1620.

ARGVMENTVM.

A sententia per Transactionem dicitur recessum, & tunc nullam tribuit actionem.

SVMMARIVM.

1 *Sententia à qua fuit recessum, non tribuit actionem.*

2 *Mandatum relaxatum vigore sententiæ à qua fuit recessum, per partes est nullum.*

3 *A sententia, & ab actione ex ea proueniente dicitur recessum eo ipso, quod in transactione super ea inita apponuntur pacta diuersa.*

4 *Conditione non impleta possunt Contrahentes agere ad implementum, non redire ad primæua Iura. & numer. 7.*

5 *Verba* e non altrimenti *in contractu important conditionem resolutiuam declara vt num. 6.*

8 *Facultas redeundi ad primæua Iura, de quibus sit intelligenda.*

9 *Mandatum suspicionis fugæ relaxare est in arbitrio Iudicis quoad probationem Crediti, sed quale debeat esse arbitrium vide ibidem.*

10 *Obligatio restricta ad certum mandatum ipso renocato reuocatur obligatio.*

11 *Fideiussor non potest conueniri in plus quàm promiserit.*

DECISIO CCLXVIII.

DOmini steterunt in decisis die 4. Decembris 1618. quia subsistit fundamentum, quod per transactionem, qua fuit redactum debitum Miniati ad summam scut. 3000. & pro scutis mille datũ in solutum quoddam creditũ ipsius Miniati contra Zapparellos Mantuanos, & pro alijs scutis bis mille facta promissio de illis soluendis intra decennium sub obligatione certorum bonorum, fuit recessum ab illa obligatione, quæ proueniebat ex sententia Iudicis Florentini, & eadem obligatio extincta,
1 ità quod non potuerit amplius dictus Miniatus

vigo-

vigore dictæ sententiæ conueniri, *cap. 1. de transact. & c. 1. de lit. contest. in 6. Decian. in l. Fratres n. 1. C. de transact. Roll. cons. 28. nu. 14. & seqq. cum alijs per Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. l. 26. tit. 1. num. 8.* & omnia vigore dictæ sententiæ postea gesta, & per consequens etiã mãda-
2 tum suspicionis fugę cõtra dictum Miniatũ relaxatum, sint nulla *Mohed. decis. 3. de transact.* vbi in specie quod transactio tollit executionem rei iudicatæ, & quidquid postea fuit secutum, est nullum.

Non obstat, quod dicitur, non fuisse per dictã transactionẽ purè, & simpliciter à dicta sententia recessum, sed sub conditione, quatenus promissa per Miniatum fuissent ad impleta, ideoque dicta conditione non existente, perindè est ac si transactio facta non fuisset, quia imò dicta transactio fuit pura, nec legitur in ea aliqua conditio resolutiua, & cum non sit com-
3 patibilis cum dicta sententia, ex quo continet diuersam summam, & diuersum modum soluendi fuit per eam statim, & ipso iure recessũ ab actione ex dicta sententia competente, vt *post Bal. & alios tradit Gab. conclus. per. num. 60. & seq. de nouat.* quatenus promissa per dictum Miniatũ
4 non fuerint adimpleta, poterãt Vanni ex stipulatu agere ad implementum, non verò ad dictas primæuas actiones recurrere *l. si pro fundo C. de transact. Surd. decis. 266. num. 12. cum aliis per Card. Seraph. dec. 1153. num. 1.*

Nec obstant verba, *& non altrimente*, in dicta
5 transactione apposita, quæ important cõditionem resolutiuam. *l. quoties in princ. ff. de nouat. cũ allegat.* quia est aduertendum, quod dicta verba
6 non fuerunt apposita substantiæ transactionis, sed promissioni faciendi quietantiam generalẽ, & cassandi omnem scripturam. Vndè licet vigore dictæ transactionis Vanni non possent cogi ad faciendam quietantiam generalem, & cassandam quamcumq; scripturam, nisi prius Miniatus adimpleuisset promissa, tamen transactio remanebat in suo robore, & cum, vt di-
7 ctum est, non fuerit facta sub aliqua conditione resolutiua, Vanni poterant tantummodo agere ad implementum, non autem ad actiones per dictam transactionem extinctas redire.

Non obstat secunda transactio, in qua partes conuenerunt, quod in casum non ad implementi, Vanni possent redire ad eorum
8 primæua iura, quia hoc est intelligendum de iuribus competentibus vigore prædictę transactionis, non autem de actione competenti vigore dictæ sententiæ, & quæ iam erat penitus per dictam primam transactionem extincta.

Minus obstat, quod cum iuxta formam Statuti Vrbis sufficiat ad effectum obtinendi mandatum suspicionis fugæ, quod creditum probe-
9 tur arbitrio Iudicis, eo ipso substinetur mandatum à primo Collaterali relaxatum, quod ipse fuerit arbitratus, creditum illorum de Vannis esse per dictam sententiã probatum, quia preterquam quod, cum actio vigore dictæ sententiæ competens esset, vt sæpè dictum fuit, penitus extincta, huiusmodi arbitrium fuisset penitus iniquum, cessat etiã difficultas ex eo quod idemmet primus Collateralis melius de facto certioratus dictum mandatum reuocauit, atq; ità ipsemet declarauit dictum eius arbitrium fuisse erroneum, & tecta veritate extortũ, quod facere potuit, tanto magis quod etiam in reformatione S.D.N. Iudicis arbitrio remittitur, vt dicto debitore vigore similium mandatorum ad carceres, eoque audito prout ipsi videbitur, prouideat.

Vnde, & aliud fundamentum resolutionis ad fauorem illorum, qui pro dicto Miniato fideiusserunt resultat, quod scilicet cum eorum obligatio, vt ex eius lectura apparet, sit restricta ad mandatum eiusdem primi Collateralis, fuerunt eo ipso ab huiusmodi obligatione liberati, quod idemmet primus Collateralis mãdatum per eum relaxatum reuocauit, dict osq; fideiussores ab omni eorum obligatione absoluit, quia in plusquam quod ipsi promiserunt,
11 conueniri non possunt *Bal. in l. fideiussor. §. in fideiussorem num. 3. & seq. ff. qui satisd. cog. cum alijs per Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 16. tit. 14. num. 7. & seq. &c.*

AVXIMANA BONORVM

Lunæ 17. Februarij 1621.

DECISIO CCLXIX.

Impressa in Recent. decis. 180. par. 4. tom. 2.

BONONIEN. FRVCTVVM DE GOZADINIS.

Lunæ 17. Februarij 1620.

DECISIO CCLXX.

Impressa in Recen. decis. 182. par. 4. tom. 2.

HISPALEN. PRAEEMINENTIARVM

Merc. 19. Februarij. 1620.

DECISIO CCXXI.

Impressa in Recent. decis. 82. par. 4. tom. 2. vbi erronee sub die 20.

BONONIEN. DE MANGIOLIS.

Vener. 21. Februarij 1620.

DECISIO CCLXXII.

Impressa in Recent. decis. 185. par. 4. tom. 2.

ROMANA

ROMANA SIMVLATIONIS CONTRACTVS.

Lunæ 24. Februarij 1620.

ARGVMENTVM.

De Probanda simulatione Venditionis.

SVMMARIVM.

1 *Simulatio venditionis arguitur ex modicitate pretij.*
2 *Item si fuit conuentum, quod ad Venditorem spectet onus resarcimentorum.*
3 *Dominium remanere penes Venditorem repugnat Venditioni.*
4 *Emptio ficta quando sit dicenda.*

DECISIO CCLXXIII.

FVit tentum pro informante, sententiam
scilicet, qua declaratum fuit, contractum,
de quo agitur, fuisse simulatum, esse confirmã-
dam, quia ad effectum probandi dictam simu-
lationem ne dum concurrit modicitas pretij
cum domus solita locari 50. aut etiam 60. scu-
tis fuerit vendita 400. tantũ, & pactum, de re-
1 trouendendo quod iuncta dicta modicitate pre-
tij arguit animum contrahentium, non fuisse
vendendi dictam domum, sed mutuandi pecu-
niam. *Glos. in c. conquestus de vsur. Innoc. Butr. Abb. & alij in c. ad nostram de empt. & vend. Cassad. decis. 1. de vsur. cum alijs late cumul. per Surd. decis. 34. num. 1.* sed etiam alia pacta, quæ magis
quoq; eundem animũ mutuandi demonstrant,
& præsertim quod venditrix teneretur domum
resarcire, & omnes expensas facere tam intra
ipsam domum, quam extra, nam hinc appa-
2 ret dictam emptricem noluisse sentire aliquem
sumptum, sed simpliciter lucrari vsumfructum
domus *Abb. cons. 76. num. 2. vers. 4. coniectura l. 1. Alex. cons. 14. nu. 1. in fin. vol. 6.* & quod venditrix
etiam voluit dominium, & possessionem do-
3 mus sibi retinere, quo nihil magis repugnat
venditioni, nam vt inquit Iuris consultus in
l. cum manu sata. §. fin. ff. de contrah. empt. nemo
videri potest eam rem vendidisse, de cuius do-
minio agitur, ne ad emptorem transeat, sed
hoc aut locatio est, aut aliud genus contractus.
His accedit pactum, quod emptrix elapso tẽ-
pore ad redimẽdũ possit retinere domũ supplẽ-
do iustũ pretium, vel eandẽ dimittere, & scuta
400. recuperare, cum .n. stante hoc pacto fuerit
eiusdẽ emptricis arbitrio remissum, pecuniã so-
4 lutam recuperare magis patet dictas partes
voluisse sub ficto colore emptionis, & vendi-
tionis pecuniam credere, & pro ipsius securitate
dictam domum obligare.
Ex quibus omnibus saltem simul iunctis
fuit pro confirmatione dictæ sententiæ con-
clusum, &c.

AVXIMANA DOTIS.

Mercurij 11. Martij 1620.

ARGVMENTVM.

Sententia vulnerat obligationem Cameralem, & variæ decisiones super hoc declarantur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia vulnerat obligationem Cameralem, & de ratione num. 6.*
2 *Rescriptum in Commissionibus Papæ est attendendũ, non ipsa Commissio.*
3 *Dictio Prædicta est repetitiua superius expressorum.*
4 *Decisio* in Reatina depositi 25. Maij 1601. *coram Penia declaratur.*
5 *Decisio in causa* Elboreñ Pensionis 9. Iunij 1595. *Coram Corduba loquitur de Sententia nulla non vero de iniusta, & dubitatur, an subsistat.*

DECISIO CCLXXIV.

DOmini steterunt in decisis die 21. Aprilis,
quia firmum manet fundamentum, quod
obligatio Cameralis, cuius vigore poterat ag-
via executiua, fuit per sententiã A.C. vulnera
1 ta, ac propterea, non est amplius locus dictæ
viæ executiuæ, sed procedi debet ordinariè ex
allegat. in dicta decisione:
Neq; obstat, quod eadem causa fuit per Si-
gnaturam Sanctissimi iterum eidem A. C. re-
missa ad hoc vt illam ex integro cognoscat,
quia est aduertendũ, quod cũ pro parte Bernar-
dinæ fuisset Sanctissimo supplicatum, quod di-
gnaretur causam appellationis nullitatis resti-
tutionis in integrum, omni, & quacumque
appellatione remota eidem A.C. remittere, qui
2 Prælatum in Romana Curia partibus non sus-
pectũ deputet, Sanctissimus apponendo secun-
dam partem rescripsit eisdem A. C. qui cum
voto Rotæ causas prædictas omni, & quacum-
que appellatione remota cognoscat, vndè ap-
paret ex dictis precibus, & Rescripto, quod San-
ctissimus non voluit ius parti per dictam sen-
tentiam acquisitum tollere, neq; eãdem sentẽ-
tiam circumscribere, & etiam ex integro, &
prout in prima committere, sed tantũ ad sub-
leuandam Oratricem onere transportationis
actorum eidem A. C. rescribere, vt cognoscat
de voto Rotæ causas, de quibus in commissio-
ne fuerat facta mentio, nempe appellationis
nullitatis, & restitutionis in integrũ, quod cla-
rè etiam denotat dictio, *prædictas* in eodem re-
scripto apposita, quia est respectiua supra ex-
pressorum. *Gabr. cons. 31. num. 19. lib. 1. Socc. iun. cons. 102. num. 3. lib. 3. Surd. cons. 230. num. 23. & dec. 319. num. 9.*
Nec propterea applicatur. *decisio in Reatina de-*
4 *positi 25. Maij 1601. coram bo. me. Penia relata, per Moder. de oblig. Camerali decis.* 62. quia in casu
dictæ decisionis Sãctissimus ordinauerat, quod
non obstante vulneratione ad executionem
obliga-

obligationis Cameralis procederetur, quod nõ est in casu isto, cum, vt dictum est fuerit simpliciter causa appellationis à prima sententia commissa, & licet commissio sit eidem Iudici, à quo directa, tamen id factum fuit ad effectum ne Bernardina cogeretur vt dictum est acta transportare, non quod Sanctissimus intellexerit ius parti ex dicta sententia acquisitũ tollere.

Non obstat, quod fuit vulnerata obligatio Cameralis per dictam sententiam eo quod dicta sententia est iniusta, quia præterquam quod non constat de huiusmodi iniustitia; decisionis allegatæ, pro parte Bernardinæ, & præsertim in
5 causa *Elboren. Pensionis 9. Iunij 1595. coram Corduba* loquu tur de sententia nulla, & quæ nomen sẽtentiæ non meretur, non autem de sententia iniusta, & immò *Rota* sæpius dubitauit *an decisio in dicta causa Elboreñ*, subsistat, quia vt dicitur *in Anconitana assecurationis prima Iulij 1602. coram Reuerendissimo D. meo Decano*, dicta decisio fundatur solum in regula, quod nullũ est, &c. quæ
6 non applicatur, quia ratio, quare sententia vulneret obligationem Cameralem est, quod sicuti actori licuit appellare, ita licere debet, & Reo à sententia contraria, vt seruetur æqualitas, quę ratio æquè videtur militare siue sententia sit nulla, siue valida, vt fuit dictum in *dicta Anconitana assecurationis, & in Paduana Pensionis 22. Aprilis 1616. coram bo. me. Andrea.*

Non obstat Instrumentum, in quo Rodulphus promisit consignare prædium pro concurenti quantitate scutorum 300. cum obligatione Camerali, vigore cuius videtur, quod d. Bernardina possit aduersus dictum Rodulphũ executiuè agere, cum in alia instantia non fuit dictum instrumentum productũ, nec eius vigore actum, ideòque nec dici potest per dictam sententiam vulneratum, quia Bernardinus agit pro scutis 566. non autẽ pro istis scutis 300. de quibus in dicto Instrumento, & in omnem, euentum, cum hodie reperiatur cõmissa causa appellationis tantũ à sententia cõtra Bernardinam lata, dicta sententia erit vigore dictæ commissionis confirmanda, vel infirmanda, & instrumentum prædictum poterit quidem deseruire ad effectum reuocandi sententiam respectu summæ in dicto instrumento conuentæ; non autem ad hoc, vt stante dicta commissione possit executiuè procedi, &c.

SABINEN. BENEFICII.

Lunæ 16. Martij 1620.

ARGVMENTVM.

Clericatus ex litteris Episcopi probatur. Beneficium de Iurepatronatus vacans apud Sedem potest à Papa conferri derogando Iuripatronatus.

SVMMARIVM.

1 *Clericatus probatur ex litteris Vicarij Vrbis.*
2 *Aetas probatur ex fide Baptismatis.*
3 *Iuspatronatus probatur ex Instrumento concessionis Episcopi.*
4 *Papa potest derogare in totum Iuripatronatus, quando Beneficium vacat apud Sedem.*
5 *Beneficia quando dicantur vacare apud Sedem.*
6 *Beneficium potius præsumitur simplex, quam manuale.*
7 *Maximè quando est sæculare.*
8 *Gratia nedicatur subreptitia quoad valorem, sufficit semiplena probatio.*
9 *Gratia quoad valorem, vt dicatur iustificata illi detrahitur sexta pars valoris, vel additur ex benignitate Rotæ.*

DECISIO CCLXXV.

FVit per Dominos resolutum, gratiam Petri Pauli esse in infra dicendis iustificatam. Et primo quod sit Clericus Romanus quià probatur per litteras Patentes Illustrissimi Vi-
1 carij Vrbis, quæ probant Clericatum. *Gramatic. decis. 81. num. 1. Rot. decis. 101. num. 1. part. 1. in recentior.* & fuit pluries decisum.

Secundo quod dictus Petrus Paulus sit in æ-
2 tate annorum 21. constitutus, quia hoc apparet ex fide Baptismatis *Caputaq. dec. 314. part. 1.* Tertio quod Frãciscus de Angelis vltimus Rector Beneficij controuersi in Curia obierit, quia de hoc constat ex fide Parochi Ecclesiæ Sancti Nicolai in Carceribus, vbi fuit sepultus, quæ eum concernat pertinentia ad illius Officium plenè probat. *Mandos. super reg. 18. q. 10. sub num. 4. Rot. decis. 605. num. 4. par. 2. in recentior.*

Quarto quod dictum Beneficiũ sit de iurepatronatus Laicorum ex fundatione, & dotatio-
3 ne probatur ex instrumento concessionis factę *à bo. me. Card. de Aragona*, tunc temporis Episcopo Sabinen. in cuius diæcesi est situm Castrum Stimiliani, in quo dictum Beneficium fuit erectum, & ius ad illud præsentandi vti Patrono Enrico Vrsino, & eiusdem Familiæ descendentibus reseruatum, cui Summus Pontifex atten-
4 ta vacatione apud sedem in totum pro hac vice derogauit, qua derogatione stante de validitate collationis non potest dubitari, *ad trad. per*
5 *Gloss. & DD. in Clem. 2. in verf. Apostolicis de prab.* & passim Summi Pontifices solent derogare; quãdo prout hoc casu beneficia vacãt apud sedem. *Paris. de resig. q. 4. num. 31. & seqq. cum alijs cumul. per Garz. de benef. par. 5. c. 1. num. 589.*

Nec visum fuit posse controuerti, quin dictum beneficium sit simplex, & perpetuum, non autẽ vt exaduerso supponitur Oratorium, seu Beneficium manuale, quia vltrà quod præ-
6 sumptio militat pro statu simplicis, & perpetui beneficij, idque propterea non eget alia iustificatione, quãdo non probatur illius manualitas. *Egid. dec. 675. Rot. diu. decis. 17. num. 1. & seq. par. 1. & fuit dictum in Meliteñ Prioratus 22. Maij 1615. coram B. P. D. meo Manzanedo* eoq; magis, quia est secularis *Rot. dec. 2. sub num. 2. de præb. in nou. cum alijs adduc. in Triuentina Monasterij 17. Maij 1615. coram eodem. R. P. D. meo Manzanedo.* Cessat omnes

omnis difficultas ex ipso Instrumento erectionis dicti beneficij, nam cum in eo expresse sibi reseruet fundator ius præsentandi quotiescunque vacare contigerit, dubitari non potest, quin beneficium huiusmodi sit collatiuum, atque in eo detur vacatio.

Valor probatur ex Instrumento Censuum impositorum, & maximè quia ad effectum, vt gratia non sit subreptitia, sufficit semiplena probatio. *Aegid. decis. 113. Caputaq. dec. 49. l. 3. Cas. de Graff. decis. 3. num. 2. de probat.* & Rota etiam ex benignitate solet addere, vel detrahere sextā partem ad hoc, vt gratia sit iustificata. *Cardin. Mant. decis. 227. in fin. &c.*

BONONIEN. ALIMENTORVM.

Lunæ 16. Mar. 1620.

ARGVMENTVM.

Legatum ad fauorem Cohæredis de tota hæreditate est deducendum. Ademptio legati non præsumitur.

SVMMARIVM.

Legatum est soluendum purificata conditione sub qua fuit relictum.

Amplia etiam si sit factum ad fauorem cohæredis, quia in portione alterius cohæredis non dicitur inutilis.

Legatum quando potius dicatur perpetuum, quam ad vitam.

Legatum, non censetur ademptum, nisi clarè constet.

Legatum si Testator in vno casu voluisset adimere illum expressisset.

DECISIO CCLXXVI.

PRoposito dubio, an DD. Eleonoræ, & Isabellæ debeatur legatum cibi, & potus & à quo tempore, & quomodo, DD. dixerunt, dictum legatum D. Eleonoræ deberi, & etiam D. Isabellæ vsque ad diem professionis, & mandarunt, vt de reliquis particulariter videretur: moti autem sunt, quia constat euenisse casum viduitatis, in quo eis fuit dictum legatum ex clara Testatoris dispositione relictum *l. cedere diem ff. de verb. Signif. l. si pupillus ff. de condit. instit. l. a Titio ff. de furt. l. vnic. §. sin autem sub conditione C. de caduc. toll. cum simil.*

Nec obstat, quod dd. Eleonora, & Isabella per mortē Fratris hæredis instituti sint effectę hæredes Testatoris, quia in portione, in qua habēt D. Iuniperam sororem cohæredē, dictum legatum non redditur inutile, sed valet. *l. planè 34. §. inde ff. de leg. 1. l. Titia §. 1. ff. de leg. 2. Pereg. de fideic. art. 7. nu. 2.* neque enim portio, quæ dictæ D. Iuniparæ obuenit, debet esse immunis ab onere dicti Legati toti hæreditati à dicto Testatore imposito.

Minus obstat, quod videatur Testatorē voluisse dictum Legatum viuente tantū Aurelio
3 hærede scripto præstari, quia etiam quod mādauerit illud ab Aurelio solui, non tamen, ex hoc sequitur, quod noluerit prestari eo mortuo cum alias dicendum foret, quod etiam quod Aurelius hæredem extraneum instituisset, noluisset Testator à dicto hærede extincto dictis eius filiabus dictum legatum præstare, quod tamen proculdubio esset absurdissimum.

Nec etiam facit, quod saltem verisimile non est quod Testator voluit dictum Legatum dictis eius Filiabus relinquere, etiam in casum quo ipsæ Filiæ dicto eius hęredi successissent, & per consequens dicto Legato non indigerent, quia cum legatum fuerit simpliciter relictum in casum Viduitatis, atque ità clarè constet de legato, quatenus dictæ Filiæ remaneant Viduę, non potest censeri dictum legatum eis adem-
4 ptum in casum, quo ipsæ fratri successissent, nisi clarè quoque de voluntate eis adimendi legatum, in dictum casum constet. *l. si pluribus ff. de leg. pri. Corn. cons. 39. num. 3. l. 3. Surd. dec. 38. num. 24. cum alijs adduc. per Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. l. 12. tit. 2. num. 2. & seq.*

Et maximè quia saltem Testator cogitare poterat, quod euenire posset, quod dictæ Filiæ Aurelio succederent, ac propterea si voluisset
5 eis dictum legatum adimere, id expressisset ad *trad. per Bal. in l. vnic. §. sin autem ad deficien. C. de caduc. tollen. cum vulgar.* Nec constat, quod causa finalis dicti legati fuerit indigentia filiarum, cum immò videatur, quod Testator magis fuerit motus ad legandum ex causa Viduitatis, quam dictæ indigentiæ, ex quo sciuerat, ipsis iam reliquisse satis opulentam dotem, ac propterea de cibo, & potu non indigere, &c.

ROMANA PECVNIARIA.

Veneris 20. Martij 1620.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Emens nomine alieno secuta acceptatione rei emptæ dominium alij acquirit.*

2 *Emens pro alio non potest sine mandato rem emptam vendere.*

3 *Mandatum, quod non habuit effectum, non suffragatur.*

DECISO CCLXXVII.

DVBITAVI, An D. Zeccadorus teneatur ad restitutionem sortis principalis, & fructuum locorum Montium, & quia pro parte eiusdem D. Zeccadori non controuertebatur d. sortis, seù illius residui, nec non etiam fructuum decursorum, vsque ad diem venditionis dictorum locorum restitutio, ideòque tota difficultas reduci videbatur ad fructus decur-

sos post dictã prętensam venditionem, quę etiam potissimum ex eo pendebat, vt videretur, An D. Zeccadorus potuerit dicta loca vendere, Domini firmarunt; non potuisse per dictum D. Zeccadorum d. loca vendi, nisi pro quantitate sui crediti, quia constat tam ex attestatione Secretarij dictorum montium, quam etiam ex litteris ab eodem D. Zeccadoro ad DD. de Montacuto conscriptis, dicta loca fuisse per eũ nomine dictorum DD. de Montacuto, & etiam ad ipsorum vtilitatem, & commodum empta, & quod eadem emptio fuit à dictis de Montacuto acceptata. Vnde dubium non est,
1 quod taliter quoq; fuit per dictam emptionem à DD. de Montacuto, vt dictum est, acceptatam, dominium dictorum locorum dd. DD. de Montacuto acquisitum *l. cum per eos & l. fin. C. si quis alteri, vel sibi l. deinque §. si mandauero procuratori ff. mand. Rot. diu. dec. 202. num. 1. & seq. par. 1.* vt sine nouo, & speciali mandato eorumdem de Montacuto non potuerint per dictum Zec-
2 cadorum ad dictorum locorum venditionem deueniri *Bar. in l. 1. num. 5. & ibidem Ias. num. 3. ff. de off. procur. Cas. Menoch. consil. 80. num. 00. & seq.*

Non obstat, quod DD. de Montacuto mandatum Zeccadoro, vt ipsis portionem ad eos spectantem transmitteret, & ratam quoq; Domino Taurino debitam eius Procuratori solueret, quod cum absque venditione dictorum locorum fieri non potuisset, censeantur ijdem de Montacuto d. Zeccadoro mandasse, quod dicta loca venderet; quia non constat, quod in
3 vim d. mandati fuerit aliquod dicto Taurino, siue illius Procuratori solutum, nec minus quoad effectum huiusmodi solutionis fuerint dicta loca vendita; quinimò potius apparet ex alijs litteris dicti Zeccadori *saum. num. 5.* quod etiam longè post dictum mandatum ipse renebat ad huc mulcitas dictas pecunias &c.

PERVSINA ECCLESIARVM S. CRVCIS, ET S. LVCIÆ.

Luna 23. Martij 1620.

ARGVMENTVM.

Vnio probatur ex Litteris Apostolicis, quæ quando emanarunt ex certa scientia, dicuntur iustificatæ, & si emanauerint ad instantiam Partis transferunt onus probandi contrarium in Aduersarium. Probatio turbida non releuat.

SVMMARIVM.

1 *Vnio probatur ex Litteris Apostolicis.*
2 *Litteræ Apostolicæ emanatæ ex certa scientia, & motu proprio non indigent iustificatione, & omnia in eis expressa præsumuntur vera.*
3 *Ampla siue emanauerint ad instantiam partis, siue ex mera Principis liberalitate.*
4 *Clausula* sicut accepimus, *in Litteris Apostolicis apposita, licet non probet factum sub tali clausula expressum; tamen, transfert onus probandi contrarium in Aduersarium.*
5 *Pertinentia alicuius rei ad aliquem probatur ex Litteris Papæ, sententijs, & enunciatiuis.*
6 *Subiectio probatur ex solutione census, & recognitione*
7 *Collatio dicitur non effectuata, vel saltem turbida, si prouisus habuit recursum ad alium, & ab illo obtinuit se præsentari.*
8 *Collatio Beneficij, cuius titulus est extinctus est omnino nulla.*
9 *Decretum Irritans appositum in Litteris Apostolicis inficit possessionem.*
10 *Visitationes facta post Concilium potuerunt fieri ab Ordinario tamquam à Sedis Apostolicæ delegato, idcòque non probant Iurisdictionem Ordinariam.*

DECISIO CCLXXVIII.

INformantibus tantum RR. Abbate, & Monachis Congregationis Oliuetanæ S. Petri de Eugubio, fuit resolutum, constare de vnione Ecclesiarum Sanctæ Crucis, & Sanctæ Luciæ, illasque spectare ad dictam Congregationem, & Monasterium S. Petri.

Nam dicta vnio probatur ex litteris vnionis Leonis X. qui dictas Ecclesias dicto Monaste-
1 rio vniuit, quia Litteræ Apostolicæ indubitanter probant vnionem. *Aym consil. 258. sub num. 1. Garz. de benef. par. 12. n. 226. Rot. decis. 9. de reb. Eccl. non al. en. in antiq. Card. Seraph. decis. 886. num.* 10.

Nec obstat, quod Papa in dictis litteris incorporauit dictę Congregationi illa beneficia, quę prius possidebantur à Monasterio S. Benedicti, ideòque videtur necesse probare adhoc vt dictę Ecclesiæ per dictas litteras censeantur d. Congregationi vnitæ, quod prius illæ possiderentur per dictum Monasterium Sancti Benedicti, tum quia expressè legitur in dictis litteris, quod etiam dictæ Ecclesiæ per dictum Monasterium possidebantur, & cum dictæ litteræ emanaue-
2 rint ex certa scientia, & motu proprio præsumuntur vera omnia in dictis litteris expressa, neque ea egent alia iustificatione. *Abb. in cap. dudum. num. 3. de priuil. Cardin Clem. I. numer. 11. de probat.* idq; procedit siue motus proprius emanauerit ad instantiam partis, siue ex mera Prin-
3 cipis liberalitate iuxta opinionem, quam Rota, & quotidiana Curiæ practica seruat, & etiam quod in litteris apposita legatur Clausula *sicut*
4 *accepimus*, quia licet non probet factum sub tali clausula expressum, tamen transfert saltè onus probandi contrarium in aduersarium, vt fuit *dict. in Asten. pensionis 1. Martij 1615. coram R. D. meo Decano, & in Aprutina Beneficiorum 5. Decembris 1618. coram me;* tum etiam quia in omnē euentum, quod necesse esset probare, quod ante dictam vnionem dictę Ecclesię possiderentur per dictum Monasterium, satis videtur id probatũ, tam ex litteris Innocentij IV. confirmatorijs
5 sententiæ latæ, super d. pertinentia, quam etiã ex enunciatiuis in diuersis instrumentis datis in *Sum. numer. 5. 6. & 7.* & ex subsecutis post dictam vnionem, eum ex illis appareat, quod ab anno 1526. citra, fuit per Abbatem dicti Monasterij pluribus, & diuersis personis commissa cura, & Regimen dictarum Ecclesiarum, tam Monacis, quam presbyteris secularibus, & quod ijdem

6 Recto-

6 Rectores soluerunt census, & recognitiones
dicti Monasterij, hæc enim probant subiectionē
*cap. omnis anima in fin. de censibus Bal. in l. solent. in
fin. ff. de off Proconf. Abb. in cap. in causa sub num. 4. de
cauf. poss. & propriet.*

Non obstant collationes factæ ab Ordinario,
quia non constat, quod habuerint effectum,
7 quinimo appareat quod taliter prouisi recur-
sum habuerunt ad eosdem Monachos, & ob-
tinuerunt validè ab eis prouideri, vnde saltem
remanet turbida effectuatio dictarum collatio-
num, quæ etiam in omnem euentum non es-
sent attendendæ, quia cum iam per dictam v-
8 nionem fuisset titulus beneficij extinctus, non
erat quod posset conferri, & per consequens
dictę collationes remanebant ipso iure nullæ, vt
fuit dictum *in Marianen, seu Alerien. Vnionis 22.
Iunij 1615. coram R. D. meo Decano, quæ est dec. 737.
par. 2. in recentior.*

Eoque magis stante decreto irritanti in litte-
9 ris d. vnionis apposito, quia illud inficit etiam
possessionem, vt fuit dictum *in Vlixbonen. concur-
sus 1. Iunij 1615. coram me.*

Non obstāt visitationes factæ per Episcopū,
quia cum fuerint ab eo factæ post Concilium,
10 potuerunt fieri tāquam à Sede Apostolica de-
legato, ideoq; nulla potest ex illis desumi pro-
batio Iurisdictionis Ordinarię, vt pluries tenuit
*Rot. & præsertim in Aprunt. n. Iurisdictionis 19. Martij
1607. coram R. P. D. meo Pamph. &c.*

BONONIEN. ALIMENTORVM.

Luna 30. Martij 1620.

ARGVMENTVM.

Legatum Alimentorum in Domo factum alicui
debetur etiam si in illa non habitauerit; maxi-
mè si habuerit iustam causam non habitandi,
quæ dicitur lis, & numerus filiorum.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta legata debentur etiam si sint præterita.*
2 *Alimentarius potest consequi alimenta etiam quod in
domo non habitet.*
3 *Alimenta relicta in aliquo casu, & habitationem non
est de necesse, quod sint habenda in Domo, sed
possunt peti etiam extra domum.*
8 *Verbum positum in fine ad omnia præcedentia est
referendum.*
4 *Alimenta non sunt habenda in domo, si in illorum le-
gato qualitas habitationis non fuit repetita.*
6 *Dictio, sic, ad quid referenda.*
*Alimenta relicta in domo debentur extra illam, si Ali-
mentarius habet iustam causam non accedendi ad
domum.*
8 *Lis dicitur iusta causa ad hoc, vt Alimentarius non
accedat ad domum hæredis.*
9 *Alimentaria dicitur habere iustam causam non acci-
piendi alimenta in domo hæredis, si habet plures fi-
lios, & num. XI.*
10 *Maximè si illi sit legata parua quantitas domus.*
12 *In Legato Alimentorum purè facto non est opus ali-
qua interpellatione.*

DECISIO CCXXIX.

PRÆSVPPOSITA resolutione alias facta,
quod legatum alimentorum erat purum,
ideòque etiam statim ab initio, & absque alia
declaratione D. Iuniparæ acquisitum, dubita-
ui, An dictę D. Iuniparę dicta alimēta debean-
tur, & Domini affirmatiuè responderunt, quia
cū ei fuerint, vt dictū est, dicta alimenta legata,
1 debentur, etiamsi sint præterita. *L. libertis quos,
§. 1. & ibi Bart. & alij. ff. de alimen. & cib. leg. l. de
alimentis,* & ibi præcipuè *Ias. num. 6. Dec. num. 5.
C. de transact. Natt. cons. 387. num. 5. cum alijs per
Surd. de alimentis tit. 5. quæst. 1. num. 40.*

Non obstat, quod dicta alimenta fuerunt re-
licta D. Iuniparæ in domo, ac propterea cum
illa nō habitauerit in domo, nō possunt ei dici
dicta alimenta debita, quia iuxta veriorem. &
magis receptam sententiam alimentarius po-
2 test consequi alimenta, etiam quod non habi-
tet *Surd. d. tractat. de aliment. tit. 4. quæst. 15. num. 36.
& 37.*

Nec refert, quod ab ista regula recedatur,
quando Testator aliter mandauit, quia in casu
isto nulla fuit à Testatore imposita necessitas
dictæ Iuniparæ inhabitandi domum. Nam
& si ei reliquerit in casu viduitatis habitatio-
3 nem, & viduitate sic durante † alimenta, non
tamen exinde pernecessè sequitur, quod vo-
luerit dicta alimenta præstari in domo tantum-
modo, & non etiam extra domum, vt in casu
etiam fortiori tradit *Bart. cons. 4. num. 1. lib. 1.* vbi
ponit exemplum de eo, qui reliquerat victum,
& vestitum, & habitationem in domo, & de-
terminat, quod potest petere victum, & vesti-
tum etiam si in domo non habitet, quia non
est eadem ratio habitationis, & victus, & ideò
domus non refertur ad vtrumque, sed ad ha-
bitationem tantum.

Atque ità non obstat, quod tam legatum
alimentorum, quam habitationis regitur ab
eodem verbo, quia etiam in casu *d. consil. Bart.*
legatum legitur factum sub vnico verbo, qui-
nimò casus *d. cons. Bart.* apparet fortior isto, de
quo agitur, si rectè perpendatur, quia in illo ca-
4 su verba in domo, sunt in fine † posita, ideo-
que referenda essent ad omnia præcedentia,
*iuxta trad. in l. prima. & ibi Ias. num. 1. & seq. C. de
lib. præter. Bart. in l. 3. §. filius, num. 7. ff. de liber. &
posthum.* in casu vero isto Testator simpliciter
mandauit, quod filiæ in casu viduitatis possint
se in domo reducere, & viduitate sic durante
alimenta habere, neque in hoc legato alimen-
5 torum reperit qualitatem † habitationis, prout
verisimiliter fecisset, si voluisset in domo præ-
stari, sicut reperijt qualitatem viduitatis.

Nec est facienda aliqua vis in dictione, *sic*,
6 quia illa potius videtur apposita † ad limitan-
dum tempus alimentorum, & habitationis,
durante viduitate, ne scilicet etiam in casu se-
cundarum nuptiarum dicta alimenta prætem-
derentur, quam quod per eam censeatur etiam
repetita qualitas habitationis in domo, & in
omnem euentum nullum potest inde desumi
concludens argumentum ad effectum inducē-
di seruitutem habitationis in domo.

Præterea placuit etiam DD. quod dicebatur

quod cum dicta Iunipata habuerit iustam cau-
sam non adeundi domum fratris; debentur illi
7 dicta alimenta, etiam si ea fuissent † illi relicta
in domo *l. Cato, §. Imperator in fin. & ibi Bartol. nu. 2. & seq. ff de alim. & cib. leg. Roll. cons. 22. nu. xi. lib. 1. Natt. d. cons. 387. nu. 1.* vbi quod hoc etiam
procedit in alimentis præteritis. *Surd. d. tract. de alim. tit. 4. quæst. 15. num xi. & seq.*

Nec videbatur posse dubitari, quin iustam
causam habuerit non inhabitandi domum fra-
8 tris, tum quia constat fuisse litem inter † eam,
& hæredem, quod sufficit. *Roll. d. cons. 22. nu. 12. lib. 1. Surd. d. quæst. 15. num. 28.* tum etiam quia
9 cum ipsa remanserit † vidua cum pluribus fi-
liis, non tenebatur eos deserere, sed potuit vna
cum illis habitare *Roll. d. cons. 22. num. 13. Surd. vbi supra num. 37.* tantoque magis, quod ei fue-
rant legatæ duæ mansiones tantum pro sua ha-
10 bitatione, † in quibus non potuisset vna cum
dictis filiis, & famulis habitare.

Non obstat, quod hæres fortasse præstasset
maiorem partem domus, vt posset in eadem
dictos quoque filios traducere, quia, vltrà quod
cum filij haberent propriam, & commodam
11 habitationem, † non tenebatur eam deserere,
& in alienam migrare, non est etiam imputan-
dum dictæ D. Iuniparæ, quod non cogitauit de
hac heredis liberalitate, & quod ipsi vltrà man-
siones ei legatas esset daturus alias pro illius
commodiore habitatione.

Non obstant ea, quæ de interpellatione di-
cuntur, quæ à dicta D. Aurelia fieri debebat,
quia Doctores ad hoc allegati loquuntur quan-
12 do agitur † ad effectum constituendi in mora
hæredem, vt teneatur etiam extra domum ali-
menta præstare, & legatarius non habet aliquã
causam illa consequendi extra domum, nam
hoc casu legatarius tenetur interpellare
hæredem, quod per ipsum non stet quominus
habitet, vt possit ea posteà consequi extra do-
mum. Verum quando concurrit iusta causa
in ipso legatario non habitandi, non requiritur
aliqua interpellatio, quia hoc casu debentur
iure actionis, & ex dispositione iuris, quæ ope-
ratur, vt absque alia mora vbi adest causa, de-
beantur alimenta relicta in domo etiam extra
domum ex supra allegatis &c.

ROMANA PECVNIARIA.

Lunæ 30. Iunij 1620.

ARGVMENTVM.

Societas non tenetur pro debito Consocii nomi-
ne proprio, & particulari contracto, nisi pro
rata suæ portionis.

SVMMARIVM.

1 *Dans pecuniam alieni nomine Alterius efficitur cre-
ditor illius, cuius nomine agit, & contra illum ha-
bet actionem, non contra alium.*
2 *Creditor vnius ex socijs non potest agere contra socie-
tatem, nisi facta diuisione, & reddita ratione capitalis.*
3 *Verba* Negotio tra di noi fatto, *denotant societa-
tem perfectam.*
4 *Societas effectuata probatur per confessionem Con-
socij.*
5 *Creditor societatis est præferendus Creditori vnius
ex socijs, super rebus societatis.*
6 *Creditor vnius ex socijs habet solum actionem contra
portionem socij, quæ ei obuenit solutis debitis so-
cietatis.*

DECISIO CCLXXX.

FActa venditione duarum Apothecarum
fuerunt ex pretio inter alios Creditores
earumdem Apothecarum satisfacti Franciscus
Senator, & Iosephus Triuannis, sub obligatio-
ne tamen de restituendo ratam spectantem ex
dicto pretio ad Ioannem Amigatium priori-
bus, & potioribus Creditoribus Pauli Maxen-
tii. Vnde Flaminius, & fratres de Amigatijs
prætendentes se esse Creditores anteriores dicti
Maxentij ex persona Aurelij, instituerunt con-
tra dictos Franciscum, & Iosephum iudicium.
datoque dubio, an dd. Franciscus, & Iosephus
teneantur ad dictam restitutionem DD. cen-
suerunt ipsos non teneri, quia Aurelius, ex cu-
ius persona veniunt dd. fratres, non est Credi-
tor Maxentij, tum quia ipse non credidit suas
pecunias Maxentio nomine proprio, sed nomi-
1 ne Ioannis, ideòque † est eiusdem Ioannis cre-
ditor, & non potest suas actiones aduersus Ma-
xentium dirigere, sed aduersus Ioannem tan-
tum, vt in puncto fuit firmatum *in Assisien. Pecuniaria 9. Nouembris 1609. coram Reuerendiss. Lugdunen. quæ est decis. 205. par. 1. recent.*

Tum etiam quia in omnem euentum, quod
dictus Aurelius posset vti iure Ioannis aduer-
sus dictum *Maxentium*, nihilominus adhuc nõ
posset censeri creditor dicti *Maxentij* ad ef-
fectum dictæ restitutionis, quia *Maxentius* nõ
habet penès se pecunias ipsi à dicto Aurelio
nomine Ioannis creditas, sed eas posuit pro ca-
pitali d. Ioannis in societate iuxta capitula so-
cialia, ac propterea non licet illas, nec ipsi Io
repetere à d. *Maxentio*, nisi facta diuisione, &
2 reddita ratione † compertum fuerit, quod di-
ctus *Maxentius* plus sua portione penes se reti-
neat. *Ceph. cons. 768. numer. 13. & seqq. lib. 1. Gabr. cons. 61. num. 16. lib. 2. cum alijs per Modern. de societ. cap. 31. num. 64. & 69. cum seqq.* vbi benè conside-
rat, quod potest esse, quod facto calculo appa-
reat, non esse saluum capitale societatis, quo
casu amissio communi damno cederet. *Rota. d. decis. 205. num. 4. par. 1. in recent.*

Nec obstat, quod societas pro cuius capitali
soluit Aurelius dd. pecunias *Maxentio*, non
fuit effectuata, quia immo de illius effectua-
tione constat, nedum ex quietantia ab eodem
Maxentio Aurelio facta, in qua d. *Maxentius*
fatetur se recepisse scuta mille ad computum
capitalis negotii inter eos contracti ponderan-
3 do verba, ibi, *negotio tra di noi fatto*, quæ deno-
tant societatem perfectam. *Ruin. cons. 226. nu. 6. lib. 1. Surd. cons. 375. num. 34. in fin.*

Sed etiam ex venditione mercium eiusdem
societatis facta insimul cum aliis socijs ab ip-
somet Ioanne, & ex pluribus aliis subscriptio-
nibus, & ordinibus à d. Ioanne vti socio factis
ex qui-

ex quibus resultat ipsiusmet Ioannis confessio, quæ probat d. societatis effectuationem. *Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 56. num. 33. cum alijs ibi allegat.*

Non obstat, quod iuxta capitula societatis plura erant facienda, quæ tamen facta non fuerunt, quia non sunt talia, quæ repugnent substantiæ societatis, & non potuerint quandocunque à Peritis declarari, prout conuenerunt partes in eiusdem capitulis.

Præterea dato etiam quod Aurelius sit creditor Maxentii, non tamen locus esset d. restitutioni, quia cum Franciscus, & Iosephus sint creditores negociationis Maxentii, & sociorũ; ipsi essent in eorum credito præferendi super
5 mercibus d. negociationis omnibus aliis, qui nõ sunt creditores d. negociationis, sed vnius ex socijs dictę negotiationis tanquam priuatę personę *Salic. in l. eius in fi. C. de compensat. Ancbar. conf. 332. num. 3. et seq. Castr. conf. 345. l. 2. Socc. sen. conf. 73. num. 9 in fi. cum alijs per Rot. d. decis. 205. par. 1 in recentior.* vbi quod pro debito socii non agitur contra societatem, nec contra consocium, & creditor vnius socij solum habet actionem super illa portione, quæ facta separatione portionum socialium apparet spectare ad socium, & huiusmodi portio non datur, nisi prius so-
9 lutis, & detractis debitis Societatis; vt fuit dictum *in Romana dotis 2. Decembris 1602. coram R. Attrebaten etc.*

COMEN. DECIMARVM.

Veneris 3. Aprilis 1620.

ARGVMENTVM.

Dat.

SVMMARIVM

1 *Parochia habet Iuris communis assistentiam quoad Decimas locorum positorum intra fines Parochiæ.*
2 *In decimis magis attenditur causa possidendi, quam Actus.*
4 *Manutentio in Iure percipiendi Decimas debetur Capitulo, quando illas percipit vigore Contractus, & est in possessione percipiendi.*
4 *Manutentio non impeditur per nullitates exceptas.*

DECISIO CCLXXXI.

DVBITAVI, in quibus & quota parte sit dandum mandatum de manutenendo Capitulo, & Canonicis Plebis insulæ, & licet proparte Canonicorum prætenderetur quod loca, in quibus Decimæ supradictæ prætenduntur, existant intra limites Ecclesiæ Parochialis Sanctę Euphemiæ, ideoque ipsi ha-
1 beant iuris communis assistentiam quoad integram Decimam, ex omnibus fructibus iux. dispositionem *c. cum contingat de Decimis*, quæ etiam quod per se sola non sufficeret ad effectum obtinendi manutentionem, cum tamen pro parte eorundemmet Canonicorum sit probata quoque possessio percipiendi in dictis locis aliquos fructus, d. assistentia benè operaretur, quod ipsis esset danda manutentio etiam quoad reliquos fructus, quia in hac materia
2 magis attenditur causa possidendi, quam actus *Fel. in c. auditis numer. 18. & seq. de præscript. Surd. consil. 429. & seq. Rot. decis. 222. num. 7. part. 1. diu. Card. Seraph. decis. 561. & decis. 1047. num. 1. & 2.*

Nihilhominus ex quo non videbatur plenè probata dicta Parochialitas, Domini censuerunt pro nunc esse dãdam manutentionem dictis Canonicis in possessione percipiendi dictas Decimas iuxta formam concordiæ initam de anno 1604. quia quod dicti Canonici iuxta formam d. concordiæ dictas decimas perceeperint a dicto anno 1604. quo dicta concordia fuit inita vsque ad annum 1614. quo fuit præsens lis mota inter homines, & Communitatem Lezani, & dictos Canonicos, satis constat ex
3 iuribus pro parte dictorum Canonicorum datis vnde fit, vt & ipsi Canonici in dicta possessione debeant manuteneri *vulg. §. retinendæ instit. de interdit. cum simil.*

Non obstant, quæ de nullitate dictæ con-
4 cordiæ deducuntur, quia requirunt petitorium nec in hoc iudicio attenduntur &c.

TOLETANA DISMEMBRATIONIS.

Luna 6. Aprilis 1620.

ARGVMENTVM.

Dismembratio præsumitur facta cum solemnitatibus ex lapsu temporis.

SVMMARIVM.

1 *Dismembrationis nullitas est probanda ab Allegante.*
2 *Beneficium præsumitur validè, & cum solemnitatibus erectum, si per plusquam quinquaginta annos fuit obseruatum.*
3 *Solemnitates non interuenisse in dismembratione videtur impossibile probare, si per longum tempus fuit obseruata.*
4 *Lis in qua ille contra quem præscribitur, succumbit, non interrumpit præscriptionem.*
5 *Præscriptio sufficit ad sustinendam dismembrationem.*
6 *Dismembratio ex obseruantia plurium annorum præsumitur solemniter facta.*
7 *Maximè quando Dismembratio fuit facta ob assignationem fructuum alicui Beneficiato, vt ministret Sacramenta in auxilium Parochi ob numerositatem Populi.*
8 *Dismembrationis nullitas non inducitur ex eo, quod omnes actus sint facti eodem die.*
9 *Attestatio extraiudicialis etiam.*
10 *Maximè si contradicat litteris Apostolicis.*
11 *Testes deponentes falsum non merentur attendi.*

DECISIO CCLXXXII.

DOMINI steterunt in decisis die 20. Decembris præteriti, nam cum, vt in decisione

tunc extensa dicebatur D. Antonius sit Reus,
possessor, & incumbit onus Laurētio plenè, &
1 concludenter probandi prætensam nullitatem
dismembrationis, tamquam fundamentum
suæ intentionis *l.ei qui ff.de probat l.actor. C.eodem
cum simil.*

Nec obstant ea, quæ ad probandam dictam
nullitatem deducuntur, quia præterquam
quod, vt in alia decisione fuit ostensum non
defuit potestas in eo, qui fecit dictam dismem-
brationem, potest vnico verbo respōderi, quod
2 cum beneficium, de quo agitur, steterit in sta-
tu collationario per spatium plusquam 50. an-
norum præsumitur beneplacitum superioris
atque omnia alia requisita ad effectum validæ
erectionis interuenisse *Rom. cons. 252. num. 3. &
cons. 275. num. 2. & seq. Alex. cons. 219. num. 13. &
16. l. 6. Afflic. dec. 368. num. 3. Card. Seraph. dec. 1207.
num. 9. cum alijs adduc. in Ciuitatis Castelli vnionis
20. May 1615. coram R.P.D. meo Manzanedo.*

Nec obstat, quod dicta præsumptio videtur
per contrarias probationes sublata, quia ex ha-
ctenus deductis non potest dici probatus, nec
defectus solemnitatum ad effectum validitatis
dictæ dismembrationis requisitarum, nec fal-
sitas causæ in eadem dismembratione expressę,
quinimò stante obseruantia tot annorum vi-
3 detur propemodū impossibilis probatio, quod
dictæ solemnitates non interuenerint, & quo-
ad falsitatem causæ nihil penitus deducitur, ex
quo illa dici possit probata.

Non obstat, quod ex dicta obseruantia re-
sultare non potest præsumptio validitatis dictæ
dismembrationis, ex quo, vt prætenditur non
fuit pacifica, quia cum Rectores, qui dictam
dismembrationem impugnando litem aduer-
sus tunc obtinentem dictum beneficium dis-
membratum introduxerant in eadem lite suc-
cubuerint, & tres sententias conformes con-
tra se reportauerint, potius conualidatur inde
dicta præsumptio, quam aliquo modo labefa-
4 ctetur, cum imò etiam lis, in qua ille succu-
buit, contra quem præscribitur, præscriptio-
nem non interrumpat, & ad effectum substi-
nendi dictam dismembrationem etiam dicta
5 perscriptio sufficeret. *Gemin. cons. 87. num. 1. vers.
in contrarium cum alijs per Rom. cons. 275. num. 2. &
ibi Mandos. in addit. ad illum.*

Non obstat, quod Ecclesia tempore, quo
fuit facta dismembratio caruit defensore, quia
neque hoc probatur, & stante obseruantia tot
6 annorum præsumuntur, vt dictum est, omnia
solemniter gesta; eoque magis, quod non ver-
samur in dismembratione facta ad effectum e-
rigendi nouam Parochiam, sed ad effectum as-
7 signandi fructus sic dismembratos alicui alteri
Præsbytero, qui teneretur Parochum in cura
animarum coadiuuare, quod potius videtur fa-
uorabile, cum sine dubio maiori numero Sa-
cerdotum in Ecclesia existente melius animarū
cura exerceatur, & imò etiam decreto Sacr.
Tridenti. Concil. *sess. 21. c. 4. Sanciatur.* quod E-
piscopi in Ecclesijs Parochialibus, inquibus
Populus ità sit numerosus, vt vnus Rector
non possit sufficere cultui diuino peragendo
cogat Rectores etiam nolentes sibi tot sacer-
dotes adiungere, quot sufficiant ad celebran-
dum cultum Diuinum, & vt *in alia decisione*
dictum fuit; qui Ecclesiæ inseruit in ea institui
debet.

Nec subsistit, quod ex lectura dismembra-
tionis tollitur dicta pręsumptio cum vt præ-
tenditur ex ea appareat, quod omnia fuerint
8 eodem die gesta, quo fuit dicta Ecclesia resi-
gnata, quia licet in litteris dictę dismembra-
tionis fiat mentio dictæ resignationis, non ta-
men propterea ex ijs appareat, quod eadem
die fuerit dicta resignatio facta, quinimò po-
tius colligitur, quod resignatio fuerit iam an-
tea facta vltraquod possibile est quod ante resi-
gnationē fuerit à D. Archiepiscopo capta in-
formatio status dictæ Ecclesiæ, & cognita cau-
sa dismembrationis eandem perfecerit illa die,
quo fuit facta resignatio.

Non obstant litteræ, seù attestatio D. Ar-
9 chiepiscopi Hispalen. tum quia est attestatio
merè extraiudicialis, quo casu non probat *auth.
si quis in aliquo C. de edendo Ceph. cons. 384. num. 21.
Card. Seraph. decis. 1423. nu. 3.* tum quia in eadem
attestatione fatetur, se ignorasse causas propter
quas fuit facta dismembratio, & quatenus in
eadem attestatione dicit se credere factam fuis-
10 se dictam dismembrationem ad illi compla-
cendum, contra dicit litteris dictę dismembra-
tionis, in qua legitur expressa causa sufficiens.

Nec obstant etiam testes, quia omnes sunt
de auditu, quinimò nec videntur mereri ali-
quam fidem, cum expresse tantum deponant
11 in eoquod dicūt, quod Rectores pro tempore
non audebant litem mouere beneficiato in di-
cta Ecclesia propter ipsius Beneficiati poten-
tiam, cum imo constet, fuisse per primum Re-
ctorem post factam dismembrationem litem
motam, quæ fuit postea etiam per tres instan-
tias prosecuta, in quibus semper ad fauorem
Beneficiati fuit pronunciatum &c.

AQVILANA BENEFICII.

Lunæ 6. Aprilis 1620.

ARGVMENTVM.

Conferendi quasi possessio Beneficium probatur etiam ex vnica collatione effectum sortita, & effectuatio probatur per testes deponentes de collatione, & per vacationem actualem.

SVMMARIVM.

1 *Quasi possessio conferendi Beneficium probatur etiam ex vnica collatione effectum sortita.*
2 *Collationis effectuatio probatur per testes deponentes de prouisione, & per resignationem prouisi, & per vacationem per obitum.*
3 *Testes reddentes causam suæ scientiæ benè probant.*
4 *Maximè concurrentibus adminiculis.*
5 *Solutio census in recognitionem arguit subiectionem.*
6 *Collatio probatur ex litteris collationis.*
7 *Recognitio sigilli, & subscriptionis sufficit.*

8 *Imo*

8 *Imo sufficit recognitio solius sigilli.*
10 *Probatio plena omnibus simul iunctis resultat.*

DECISIO CCLXXXIII.

CONCLVSVM fuit, constare de quasi possessione Abbatis conferendi beneficium S. Lucię, quia ad hunc effectum sufficit pro-
1 bare vnicam collationem, quę fuerit effectum sortita *Abb. in c. cum Ecclesia Sutrina numer. 22. & ibidem Rip. num. 52. & seq. de caus. poss. & propriet. Dec. cons. 117. sub num. 2. vers. qua autem Alex. cons. 74. num. 16. l. 4. Oldr. cons. 312. sub num. 2. cum alijs adduc. in Bonon. Iu-Patr. 31. Ian. 1614. cor. R. P. D. meo Pironano.*

Et dicta collatio benè probatur ex testibus, qui deponũt quod vacante dicto Beneficio fuit per Abbatem prouisus de eo Carolus Alferinus, & cum constet, quod idemmet Carolus idem beneficium posteà resignauerit Ascanio Vetusto, per cuius denique obitum illud va-
2 cauit; satis dicitur probata dictę quoque collationis effectuatio *ad vulg. cons. Oldr. 229. number. 2. cum alijs addu. per Card. Seraph. dec. 293. num. 1. & decis. 337. num. 2.*

Nec obstant ea, quæ contra dictos testes deducuntur; quia præterquam quod secundus, & quartus potissimum sufficientem reddunt
3 causam suę scientię, atque ità benè concludunt quod reuera fuerit d. Carolus a d. Abbate prouisus.

Visum etiam fuit eo magis ipsis esse adhibendam fidem, quia eorum depositio multum adminiculatur, tam ex eo quod constat fuisse vsque de anno 1268. ab Episcopo Aquilano impartitam licentiam Generali Cistercienst,
4 & Abbati Casęnouæ construendi in bonis Monasterij Ecclesiam S. Lucię liberam ab omni onere Episcopali, itaquod in perpetuum gaudeat omnimoda libertate, quam quia apparet dictam Abbatiam verè esse exceptam ab omni iurisdictione Ordinarij, & quod eadem Ecclesia S. Lucię est dictę Abbatię subiecta, cum idem signum in dicta Ecclesia videatur, quod est in Abbatia, & a dicta Ecclesia persoluantur dictę Abbatię singulis annis scuta quatuor in
5 recognitionem, quæ indubitanter arguunt dictæ Ecclesię subiectionem *C. omnis alia in fi. de censibus Bal. in l. solent in fi. ff. de off. Procons. & fuit d. in Perusina Ecclesiarum S. Crucis & S. Luciæ 23. Martij præteriti coram me*, & illa stante eo magis pręsumitur, quod a dicto Abbate fuerit facta dictę Ecclesię collatio.

Et omnis difficultas tollitur ex litteris collationis d. Carolo ab Abbate Passamontio factę
6 & ab eodem Passamontio & etiam à Zambeccario, qui regressum habebat ad dictam Abbatiam, subscriptis.

Nec obstat, quod dictę litterę non sint sufficienter recognitę, quia pręterquam quod
7 subscriptio Zambeccarij, illiusque sigillum fuit recognitum a duobus testibus, & ab alijs duo-
8 bus fuit etiam recognitum sigillum D. Passamontij, quod sufficit, in omnem etiam euentum quod aliquid ad effectum pręfatę recognitionis deficeret, negari non potest, quin
9 ex omnibus simul iunctis resultet plena probatio dictę collationis &c.

ROMANA PECVNIARIA.

Lunæ 4. Maij 1620.

DECISIO CCLXXXIV.

Impressa in recent. decis. 206. par. 4. tom. 2.

PERVSINA MELIORAMENTORVM.

Veneris 22. Maij 1620.

DECISIO CCLXXXV.

Impressa in Recent. dec. 217. par. 4. tom. 2.

ROMANA PRETII FERRI

Vener. 22. Maij. 1620.

ARGVMENTVM

Conditio apposita in fideiussione est omnino seruanda, vt fideiussor possit conueniri, & illa conditio censetur etiam repetita in alia parte Instrumenti. Scriptura facta inuito aliquo non censetur approbata per illius retentionem. Soluens sibi præiudicat quoad quantitatem solutam non in totum.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio non adimplementi obstat Creditori agenti contra fideiussorem, si non adimpleuit conditionem sub qua ille fideiussit.*
2 *Fideiussio deficiente conditione habetur ac si facta non esset.*
3 *Conditio à fideiussore requisita in sua obligatione, non dicitur adimpleta, si sit stipulatum, quod quietantia consignationis rei subscribatur à fideiussore, & traditio fuit sequuta absque tali subscriptione.*
4 *Securius est incumbere rei, quam actioni.*
5 *Pactum fideiussori vtile, sine quo verisimiliter non fideiussisset, est omnino seruandum.*
6 *Pactum appositum in prima venditione, quando censetur repetitum in secunda in eodem Instrumento facta.*
7 *Clausula vt supra est relatiua omnium qualitatum supra expressarum.*

8 Re-

8 *Retinens apud se scripturam censetur illam approbare.*
9 *Limita quando semper fuit paratus illam restituere, & renuit subscribere.*
10 *Limita in scriptura ipso retinente Inuito facta, quia tunc non censetur approbare.*
11 *Soluens partem debiti videtur illud quoad residuum confiteri.*
12 *Declara, quod non praiudicat, nisi in parte soluta.*
13 *Socius quamuis Complementorius Societatis in negotio separato à Societate non nocet Socio absque mandato.*

DECISIO CCLXXXVI.

FACTA venditione certæ quantitatis Ferri à Ministris Eccellentissimi Ducis Brachiani cuidam Ferranti pro pretio inter eos conuento, fideiussit pro D. Ferrante Io. Baptista Sacchettus, hac tamen lege adiecta, quod ferrum consignaretur D. Io: Baptistę, atque ad probandam consignationem sufficeret quietantia à Ferrante confecta, dummodo illa esset à Io: Baptista subscripta. Vnde cum dicto Ferrante decocto conueniretur Io: Baptista vigore dictę suæ obligationis pro quodam residuo dicti pretij, dubitaui, An fideiussor teneatur ad dicti residui solutionem, & DD. negatiuè responderunt, quia non probatur, quod modus dictæ obligationis Ioannis Baptistæ fuerit adimpletus, ideòque agentibus eiusdem obligationis
1 vigore, † obstat exceptio non adimplementi *l. cum proponas la 2. C. de pact. l. Iulianus §. offerre ff. de act. empt. Rot. decis. 13. n. 1. p. 1. in recent.* & in terminis fideiussionis *Soccin. cons. 273. n. 2. vol. 2. Rot. decis. 357. l. 3.* vbi quod propter vnum minimum Capitulum non obseruatum hæc exceptio obstat agenti, deficiente enim conditione
2 † perindè habetur, ac si fideiussio facta non fuisset *l. item quia §. huius rei ff. de pact. Paris. cons. 162. n. 29. l. 4. Surd. cons. 157. n. 7. & seqq. & cons. 382. n. 86. Osac. decis. 166. n. 4. & seq.*

Nec obstat, quod dicitur, ea sola ratione fuisse conuentum, quod quietantia à Ioanne Baptista subscriberetur, vt facilius mediante dicta subscriptione posset dicta consignatio pro-
3 bari † nec propterea referre, quod subscriptio fuerit omissa, dummodo consignatio aliundè probetur; prout satis videtur probata ex testibus qui dantur, quia præterquam quod testes probant, quod consignatio fuit facta Ferranti, non autem Ioanni Baptistæ, ideòque dici non potest, quod forma dictæ conuentionis fuerit adimpleta, cũ consignatio fieri deberet Ioanni Baptistæ, non subsistit, etiam quod dicitur, quod fuit requisita subscriptio ad effectum tantum probandi consignationem, quia imò Io: Baptista voluit hanc conditionem apponere ad hoc, vt ferrum absque ipsius scitu, & voluntate non perueniret ad manus Ferrantis, sed ipsemet, si sibi sic videretur, posset pro maiore eius
4 † securitate rei incumbere *iux. tex. l. itaque §. fin. ff. de furt. l. plus cautionis, & ibi Dec. n. 1. ff. de reg. iur.* vndè cum pactum hoc dicto Io: Baptistæ esset vtile, & sine eo verisimiliter non fideiussisset,
5 † omninò seruari debebat. *Card. Seraph. decis. 1063. numer. 14. cum ibi alleg.*

Nec obstat, quod pactum non fuit expressum in secunda venditione separatim facta in eodem instrumento de alia ferri quantitate, quia cum venditor in hac etiam secunda venditione promiserit consignare ferrum emptori, & pro eo D. Sacchetto fideiussori, vt suprà,
6 censetur † etiam in ista dictum pactum
7 repetitum, quia clausula, † *vt supra*, est relatiua omnium qualitatum supra expressarum *Aym. cons. 88. n. 3. Osach. decis. 164. numer. 13. cum alys allegat. per Modern. de clausulis clausula 201.*

Nec facit, quod Io: Baptista, cui fuit con-
8 signata apoca quietantiæ Ferrantis † diù eam penes se retinuit, ideoque videtur illam approbasse *Bart. in l. filius fam. ff. ad macedon*, quia, vt apparet ex responsionibus dicti Io: Baptistæ ad positiones; ipse semper paratus fuit dictam
9 † Apocam venditoribus restituere, & eam subscribere renuit, vndè nulla potest in ipsius præiudicium ex dicta retentione coniectura elici, & maximè quia retinens scripturam eo inuito
10 factam † non censetur illam approbare, vt ex *l. Caius, & ibi glos. ff. de pig. act.* probat *Menoch. de presumpt. 65. n. 10. & seq.*

Minus obstat, quod Mattheus filius Io: Ba-
11 ptistæ, & in eius ratione Complemẽtarius † soluendo partem pretij fassus videatur debitum etiam quoad residuum. *Natt. cons. 77. nu. 7. cum alys alleg.* quia imò solutio partis non præiudi-
12 cat † nisi in parte soluta *l. fin. & ibi glos. C. ne vxor. pro marito, &c. Paris. cons. 79. n. 13. vol. 3. Natt. cons. 446. n. 19. cum alys per Surd. decis. 33. num. 12.* Et in omnem euentum non probatur hoc negotium fideiussionis pertinere aliquo modo ad societatem, ac propterea cum sit potius separatum
13 à societate, factum socij † quamuis complementarij non nocet alteri socio sine mandato *glos in l. nemo ff. pro soc. Dec. in l. si societatis numer. 3. ff. si certum petat. Paris. cons. 93. numer. 27. & seqq. lib. 4.*

MEDIOLANEN. DECIMARVM.

Luna 25. May 1620.

ARGVMENTVM

Decimæ à Laicis contra Ecclesiam non possunt præscribi. Locus erectus absque authoritate ordinaria, & gubernatus a Laicis censetur laicalis. Ad præscribendas decimas aduersus Parochialem requiritur quadragenaria cum titulo, vel immemorabilis, & de illius probatione.

SVMMARIVM.

1 *Decimarum ille præsumitur Dominus in præsenti, qui fuit in præteritum.*
2 *Decimæ nullo modo possunt præscribi à Laicis.*
3 *Consortium Laicorum, ad hoc vt dicatur locus pius, & gaudeat priuilegijs Ecclesiæ, debet esse erectum authoritate Episcopi.*

4 *Potius*

4 *Potius est censendum laicale.*
5 *Etiam sibi adsit Campanella, & celebrentur Missæ quotidie.*
6 *Ad decimas præscribendas requiritur quadragenaria cum titulo, vel immemorabilis aduersus Parochiale.*
7 *Testes deponentes de quadragenaria exemptione à Decimis debent deponere de visu, & coarctare negatiuè.*
8 *Immemorabilis excluditur ex vnico actu in contrarium.*
9 *Præscriptio Iuris incorporalis consistit in scientia, & patientia illius, contra quem præscribitur.*
10 *Præscriptio exemptionis à Decimis non dicitur probata, nisi constet, quod fuerint petitæ, & à Parte denegatæ.*
11 *Centenaria non dicitur probata, quoad aliquam rem, si allegans illam rem tanto tempore non possedit.*

DECISIO CCLXXXVII.

FVIT dictum, Decimas locorum Faini, & Zunici deberi etiam hodie, nam quod debeantur, fuit multis rationibus firmatũ coram bon. mem. Andrea, & cum non appareat de aliqua mutatione status, aut quod dictæ decimæ fuerint legitimè ablatæ, debent etiam procul dubio adhuc hodie ex regula, quod ille, qui
1 fuit Dominus in præterito † etiam hodie præsumitur Dominus, quia dominium sine facto nostro non amittitur, vt in his propriis terminis fuit dictum in *alia Mediolanen. Decimarum 8. Iunij 1612. coram R. P. D. Pamphilio.*

Non obstat, quod dicitur Consortium Misericordiæ tanto tempore Decimas non soluisse, vt amplius ad earum solutionem compelli non possit, sed potius censeatur illas præscripsisse, quia quidquid sit dicendum, vtrum dictum Consortium gaudeat priuilegiis Ecclesiæ itaut potuissent ab eo dictæ decimæ præscribi,
2 cum quatenus esset Laicale † non potuisset per aliquot temporis spatium fieri capax dictarum decimarum, ideoque nec eas præscribere *cap. causam, quæ & ibi gloss. Felin. & aly de praescript. Couar. var. resol. l. 1. cap. 17. num. 6. vers. 4. ab eadem radice, & num. 10. Rebuff. de decimis quæst. 11. num. 64. cum alijs latè tumul. per Peregr. de Iure Fisci l. 6. tit. 8. num. 18. 19. & 21.* & cum dictum Consortium gubernetur à Laicis, nec probetur illud fuisse auctoritate Episcopi erectum, prout necessario requiritur ad hoc, vt dicatur
3 † locus Pius, & gaudeat Priuilegiis Ecclesiæ *Bal. in auth. hoc ius porrectum num. 11. vers. sed hic quæro C. de Sacrosan. Eccles. Card. in Clem. 2. in 10.*
4 *quæstione de praeben.* potius † censendum videtur Laicale ex latè cumul. per *Gab. de pia causa concl. 1. num. 7.* vbi etiam dicit *num. 3.* id procedere
5 licet in tali loco adsit Campanella, † & Missæ quotidie celebrentur, & testatur de magis communi.

Cessat difficultas, quia in omnem euentum, quod potuissent à dicto Consortio dictæ decimæ præscribi, requirebatur, vel spatium qua-
6 draginta annorum cum probatione tituli, † vel tempus immemorabile, cum agatur aduersus Ecclesiam Parochialem *cap. 1. & ibi glos. & Dd. de praescript. in 6. Rebuff. dicta quæstione 13. num. 18. & seq. Couar. dicto cap. 17. num. 10. & fuit dictum in vna Ciuitaten. decimarum 17. Maij 1595. coram bon. mem. Gipsio, & in Comen. decimarum 3. Maij 1604. coram Reuerendissimo Attrebaten.*

At in proposito, nec titulus affertur, nec probatur immemorabilis, quia etsi Testes deponere conentur, quod ipsi nunquam viderint soluere decimas à dicto Consortio, & deponant etiam de auditu à maioribus, & de publica voce, & fama, tamen non concludunt quadragenariam de visu, seu certa scientia,
7 quod scilicet spatio 40. annorum † non fuerint solutæ, nec coarctant negatiuam cum ex eo, quod, prout ipsi dicunt, non viderint, nec audiuerint soluere decimas, non resultet, quod non fuerint solutæ; quia potuerunt etiam ipsis inscijs solui, vt in terminis similis perscriptionis decimarum fuit dictum in *Valentina decimarum 15. Decembris 1604. coram Illustrissimo Card. Lancellotto* quinimò constat etiam dictas decimas fuisse aliquando solutas, & in specie de
8 anno 1468. † vndè excluditur immemorabilis, quæ consistit in eo, quod non adsit memoria in contrarium, vt per *glos. in cap. 1. in verb. memoria de praescript. in 6.*

Atque his accedit, quod cum agatur de præscriptione exemptionis a solutione decimarum, atque ità de præscriptione iuris incorpo-
9 ralis, cuius substantia † consistit in scientia, & patientia illius, contra quem præscribitur *Rip. in cap. cum Ecclesia num. 64. de caus. possess. & propriet. cum alijs adduc. in dicta Valentina decimarum coram Illustrissimo Card. Lancellotto* deficere videtur etiam dd. Testium depositio in probatione dictæ scientiæ, cum non probetur, quod Canonici vnquam voluerint decimas à dicto
10 Consortio exigere; & quod illæ fuerint ipsis denegatæ, quod est necessarium *ex alleg. in dicta Valentina decimarum Card. Seraph. decis. 1102. n. 8.*

Ex quibus etiam patet responsio ad id, quod dicitur de centenaria præscriptione, quia præter quam quod non sufficit, cum omninò requiratur, vel quadragenaria cum titulo, vel immemorabilis, ex quo agitur contra Ecclesiam Parochialem, non potest etiam dici probata dicta centenaria, & præsertim quia non constat etiam quod bona, de quibus agitur,
11 fuerint tanto tempore per dictum Consortium possessa. *Rot. in dicta Valentina decimarum coram Illustrissimo Cardinali Lancellotto.*

ROMANA NOTARIATVS CAPITOLII

Lunæ 1. Iunij 1620.

DECISIO CCLXXXVIII.

Impressa post Fenzon. ad Statut. Vrbis decis. 14. & apud Spadam post Consil. 325. lib. 2.

CASA-

CASALEN. CANONICATVS

Veneris 5. Iunij 1620.

ARGVMENTVM

Residentia causatiua in aliquo Beneficio non facit titulum incompatibilem. Non expressio alicuius qualitatis quando Gratiam annullet.

SVMMARIVM.

1 *Incompatibilitas tituli vnius Beneficij cum alio inducitur ex residentia præcisa, non autem ex residentia causatiua, & num. 12.*

2 *Gratia vt corruat ex expressione falsa, dicta expressio debet esse talis, vt mouerit Papam ad concedendum.*

3 *Gratia dispensationis retentionis primi beneficij cum prouisione secundi si corruat ex falsa expressione, non ideò corruit ipsa prouisio, & n. 5.*

4 *Distingue: quod si qualitas suppressa fuit talis, quæ remouisset Papam a concedendo secundum beneficium, vt si primum fuisset curatum, & tunc gratia corruit in totum; secus si qualitas non est talis, quæ retraxisset Papam à concedendo, vt si impetrans haberet aliud Beneficium, sub eodem tecto.*

6 *Residentia causatiua primi beneficij non est exprimenda in prouisione secundi.*

7 Statutum Ecclesiæ Casalensis *inducit residentiam causatiuam in beneficiis non autem præcisam.*

8 *Priuationis beneficii pœna non est imponenda; nisi in casibus à Iure expressis.*

9 *Decisio in causa* Romana Cappellaniæ 14. Aprilis 1614. *declaratur.*

10 *Constitutio Iulii II. declarans Capellanias in Ecclesia Casalen esse incompatibiles non comprehendit illas de Iure patronatus Laicorum.*

Declara vt num. seq.

11 *Constitutio generalis comprahendit beneficia Iurispatronatus, quando non est contraria voluntati fundatorum.*

DECISIO CCXXXIX.

TENTVM fuit, sententiam, qua declaratum fuit gratiam Sebastiani non esse iustificatam, fore confirmandam, quia contra illius validitatem nihil opponitur, & iustitia apparet ex decisionibus coram R.P.D. meo Manzanedo factis, in quibus satis superque fuit ostensum, gratiam dicti Sebastiani non esse iustificatam quoad narratiuam, quod Bonifacius falsum expresserit, dicendo Cappellaniam non requirere personalem residentiam, quia scilicet cum dicta expressio debeat intelligi de residentia præcisa, & ex qua possit resultare in-
1 compatibilitas tituli † cum alio Canonicatu *iuxt. trad. per Abb. in c. fin. n. 4. Butr. nu. 6. de cleric. non resid.* non vero causatiua, dictus Sebastianus non probauit, quod dicta Capellania requirat residentiam præcisam.

Nec obstat, quod videatur sufficere ad effectum ostendendi falsitatem dictæ expressionis, quod probetur, dictam Capellaniam requirere residentiam causatiuam; quia cum Sebastianus necesse habeat probare talem falsitatem, ex qua resultet nullitas gratiæ dicti Bonifatij, tenetur omnino probare, quod Cappellania dictam præcisam residentiam requirit, nam etiam quod requirat residentiam causatiuam, ideòq; respectu huius residentiæ causatiuæ dicta expressio dici posset falsa, non tamen indè tota gratia dicti Bonifatij corrueret, quia dicta ex-
2 pressio † potuisset quidem mouere Papam ad
facilius dispensandum cum dicto Bonifacio, vt
posset retinere vtrumque Beneficium, non fuit
tamen apta ad mouendum Papam ad concedendum Canonicatum, de quo agitur; ideòq;
3 quicquid sit dicendū quoad gratiam † dispensatiuam, non annullat dicta falsa expressio prouisiuam. *Mohed. decis. 14. de præb. Card. Seraph. dec.* 483. vbi distinguit, quod aut qualitas, quæ fuit suppressa est talis, quæ retraxisset Papam à con-
4 cedendo secundum † Beneficium, puta, si primum esset curatum, & tunc si de huiusmodi qualitate non fuit facta mentio tota gratia corruit, quia si Papa dictam qualitatem sciuisset, fortè non absoluisset à vinculo curæ *Abb. in c. ad aures num. 9. & ibid. Fel. num. 3. de rescript.*

Secus vero est, si qualitas suppressa non est talis, quæ retraxisset Papam à concedendo gratiam, puta, si impetrans haberet aliud beneficium sub eodem tecto, quia ista non est qualitas apta retrahere Papam, sicuti est cura, cum plurimum quidem referre possit, vtrum quis in vno, vel in alio curam exerceat, contra vero parum intersit; vtrum in eadem Ecclesia vnum, vel aliud simile beneficium obtineat, neque vllo iure caueatur, quod de huiusmodi qualitate fiat mentio, tunc enim licet huiusmodi qualitas non fuerit expressa nō inducit subreptionem quoad gratiam prouisiuam, neque eam annullat, quidquid sit
5 † respectu gratiæ dispensatiuæ retinendi vtrumque *Mohed. dicta decis. 14. de præb.* ac propterea cum in casu proposito qualitas dictæ residentiæ causatiuæ non sit talis, quæ potuisset retrahere Papam à concedendo gratiam, atque nullo iure cautum reperiatur, quod de huiusmo-
6 di qualitate sit facienda mentio, merito † non
poterit gratia dictæ prouisionis Bonifatij dici nulla, nisi quatenus probetur, quod Capellania prius per eum obtenta dictam præcisam residentiam requirat.

Nec obstat, quatenus dicatur, dictam Cappellaniam requirere residentiam præcisam vigore *Statuti Ecclesiæ Casalen.* quia præterquam quod non constat, quod dicta Cappellania sit sub *dicto Statuto* comprehensa, clarè etiam pa-
7 tet ex † verbis *dicti Statuti*, quod illud non inducit residentiam præcisam, sed tantum causatiuam, quia mandat quidem, quod Cappellani debeant interesse horis Canonicis, & missas iuxta voluntatem illorum, qui dictas Cappellanias fundarunt, celebrare, sed non imponit contra facientibus pœnam priuationis, seu amissionis beneficij, & decernit tantum, quod puniantur iuxta voluntatem, & discretionem

præpo-

Præpositi, & Capituli, quod non potest intel-
8 ligi de pœna priuationis † quia illa numquam venit imponenda, nisi in casibus a iure expressis. *Abb. in c. fin. n. 8. de Iurepatronatus cum aliis latè deduc. in dictis decisionibus coram R. P. D. meo Manzanedo factis.*

Neque his aduersatur decisio *in causa Romana Capellaniæ 14. Aprilis 1614. coram R. P. D. meo Verospio*, † quia casus dictæ decisionis est admodum diuersus ab isto, & in illo in specie erat apposita pœna priuationis in limine erectionis Cappellaniæ, vt ex ipsa lectura decisionis apparet, ideòque non potest applicari huic casui.
9

Non obstat constitutio Iulij secundi, qua declaratur, Cappellanias, & Canonicatus in dicta Ecclesia Casalen. esse incompatibiles, quia placuit DD. responsio in aliis decisionibus data, quod dicta constitutio non comprehendit be-
10 neficia iurispatronatus † Laicorum, & quatenus replicatur, quod sub constitutione generali, & indefinita comprehenduntur Benefi-
11 cia † iurispatronatus, quādo huiusmodi Constitutio non est contraria voluntati fundatorū *Lambert. de iurepatronatus l. 2. art. 15. quæst. 7. principali n. 10. vers. vel possumus*, fuit dictum, quod in casu, de quo agitur Constitutio non est conformis fundationi, quia illa declarat, vt dictum est, Cappellanias, & Canonicatus incompatibiles, fundatio vero requirit residentiam
12 tantum causatiuam, quæ nullam inducit incōpatibilitatem. *Hoied. de incompatibil. Benef. p. 1. c. 17. num. 34.*

ORIOLEN CANONICATVS

Merc. 10. Iunii 1620.

DECISIO CCLXXXX.

Impressa in Recent. decis. 225. par. 4. tom. 2.

SENOGALLIEN. IVRIS PASCENDI

Veneris 12. Iunij 1620.

ARGVMENTVM

Dabit.

SVMMARIVM.

1 *Fructus saltem à die petiti mandati de manutenenda sunt restituendi & num. 4.*
2 *Etiam à bona fidei possessore.*
Et possunt peti vti damna, & interesse num. 5.
3 *Fructus percepti etiam ante motam litem a Possessore malæ fidei sunt restituendi.*

DECISIO CCXCI.

FVIT dictum, deberi fructus à die petiti mandati de manutenēdo, quia etiam in iudicio
1 summarijssimo † manutentionis veniunt dicti fructus, saltem à die petiti mandati *l. 3. & ibi Bar. vers. tu dic. ff. de interdic. Faber. in §. retinendæ num. 12. instit. eodem tit. Card. Seraph. dec. 835. & fuit dictum in Salamantina præstimonij coram R. P. D. meo Buratto, quæ est decisio 606. par. 2. nu. 1. in recentior.*

2 Et debentur à dicto tempore etiam † à bonæ fidei possessore *Bar. in dicto l. 3. ff. de interdict.* nam
3 malæ fidei possessor † tenetur, omnes fructus etiam ante motam litem perceptos restituere *cap. grauis & ibi glos. in verbo fructus vers. malæ fidei circa med. vbi Abb. num. 7. Hostiens. num. 3. de restit. spoliat. l. si fundus & ibi DD. C. de rei vindic.*
4 idque procedit etiam in mandato de manutenendo, † vt fuit dictum in *Mediolanen. fructuum 11. Februarij 1495. coram bon. mem. Gipsio* & in iudicio ordinario, licet sūmario semper possunt peti dicti fructus etiam à bonæ fidei possessore,
5 † vti damna, & interesse, in quibus fit condemnatio. *Bar. in l. 1. §. interdictum num. 5. ff. vti possid. Put. dec. 61. l. 3. Card. Seraph. dicta decis. 835.*

Quo verò ad quantitatem dictorum fructuū, DD. dixerunt, quod coadiuuetur probatio.

ROMANA CONCORDIÆ.

Vener. 12. Iunij 1620.

ARGVMENTVM.

Continet.

SVMMARIVM.

1 *Separationi bonorum debitoris non est locus, quando est facta confusio de consensu Creditorum num. 5.*
2 *Maximè cessante fraudis suspicione.*
3 *Negotium vt dicatur vtile, sufficit quod potuerit esse vtile de tempore, quo fuit cœptum.*
4 *Negotium remissum in alieno arbitrio sufficit, quod ille egerit id, quod fecisset in re propria, licet minus diligenter.*

DECISIO CCXCII.

DOMINI steterunt in decisis *die 1. Martij 1619.* ex rationibus in dicta decisione ponderatis, & præsertim ex eo, quod cum à Creditoribus fuerit arbitrio Deputatorum remissa Inuentarij confectio, ac bonorum separatio per illa præcipuè verba *lasciando in lor arbitrio di far detto inuentario, & altre cose sudette, se à loro parerà bene* potuerunt iidem Deputati dictam confectionem, & bonorum separationem omittere, & prout fecerūt loco dictæ confectionis, & separationis conuenire cum Iacobo, & Martino insimul, quod vtriusque debita soluerent in diuersis ratis, & temporibus, sequè dictus Iacobus pro debitis Martini obligaret.
1 neque

1 neque hac conuentione, & voluntaria † bonorum confusione stante locus amplius est dictæ separationi, ac inuentarij confectioni *l. t. §. propterea sciend. ff. de separat. cum allg.* maximè
2 † cessante fraudis suspicione:

Nec obstat, quod post illa verba, *se à loro parerà*, fuerunt adiecta alia videlicet, *per seruitio del negotio*, per quæ censetur dictum arbitrium restrictum, vt tantum possit in ijs exerceri, quæ negotio sunt vtilia, quia non constat, quod dicta omissio, ac bonorum confusio fuerit damnosa, quinimò potius ex subsecutis apparet, quod illa fuit vtilis, cum vigore Concordiæ, à dictis Deputatis cum Iacobo, & Martino initæ, fuerint dictis Creditoribus soluta plusquam Scuta 22. millia; quod fortassis factū non fuisset absq; tali concordia, & in omnem euentum sufficit, quod potuerit esse † vtilis attento statu tunc temporis illius negotij, & quod non probatur præiudicialis, quinimo etiam si probaretur præiudicialis, satis esset, quod tunc visa fuerit dictis deputatis vtilis, quia vbi aliquid est alicuius arbitrio remissum
4 sufficit quod ipse faciat, † quod tantum in re sua fecisset, etiam si tes minus diligenter fuerit per acta, vt fuit *in alia decisione per doctrinam Bart. in l. t. num. 5. ff. de solut.* firmatum.

His accedit, quod dicta bonorum separatio & inuentarij confectio esset nunc impossibilis, & quod illa petitur à solo Michaele, & quidem non ad effectum consequendi pecunias sibi debitas, cum illæ iam sint depositatæ, sed pro maiori ipsius securitate in euentum euictionis dictarum pecuniarum, licet adsint etiam Creditores posteriores, à quibus ipse posset releuari, itáque nulla ratio, seu æquitas suadere videatur, vt stante præsertim dicta confusione
5 voluntaria amplius † ad dictorum bonorum separationem, aut inuentarij confectionē, quæ etiam sine tali separatione fieri non posset, deueniatur.

ASTEN CANONICATVS

Lune 15. Iunij 1620.

ARGVMENTVM.

Beneficia Subcollectorum, quando sint plures, non cadunt sub reseruatione reg. 4. Cancellariæ.

SVMMARIVM.

1 *Subcollector præsumitur vnicus, donec probetur contrarium ab allegante pluralitatem.*
2 *Subcollectorum pluralitas probatur ex litteris Thesaurarij, & Nuntij.*
3 *Subcollector non dicitur vnicus, quando est deputatus vnus, & alius ad exigendum aliquod particulare, & num. 6. & 8.*
4 *Per deputationem Subcollectoris specialis in aliquo loco censetur quoad illum reuocatus generalis.*
5 *Limita quando fuit deputatus ad exigendam certam taxam.*
7 *Beneficia Subcollectoris, quando est vnicus sunt reseruata vigore regulæ quarta Cancellariæ.*

DECISIO CCXCIII.

DOMINI dixeruot, non constare de causis restitutionis, quia sententia est iusta, ideoque cessat læsio, sine qua non datur restitutio *c. 1. & ibi Abb. n. 2. de restit. in integr. Innoc. in c. cum ex litteris numer. 7. & ibidem Abb. numer. 16. eodem tit.*

Iustitia vero colligitur ex decisionibus in hac causa coram R. D. meo Decano factis, in quibus satis ostenditur, quod quamuis non dubitetur, quin Balagnus fuerit deputatus Subcollector in Diœcesi Asten vsque de Mense Martij 1607. adeoque ipse præsumatur vnicus,
1 donec probetur † pluralitas ab eo, qui illam ad euitandam reseruationem ex *reg. 4. Cancellariæ* inductam allegat *Bal. l. neq. Nat. nu. 8. C. de probat. Paris. conf. 77. n. 13. l. 4. Aym. conf. 73. n. 38. cum alijs per Mandof. ad reg. 4. q. 1. n. 3. & 4.*

Cessat tamen in casu isto dicta præsumptio, quia probatur, quod re vera dictus Balagnus neque etiam de eo tempore, quo fuit deputatus
2 subcollector fuit vnicus, tum quod † constat tam ex literis D. Thesaurarij 4. *Nouembris* 1604. datis, quam ex alijs litteris D. Nuntij datis 8. *Ianuarij* 1608. quod ante deputationem Balagni fuerat in eadem Diœcesi Deputatos Subcollector Iosephus Merlazzinus, vt latè fuit ostensum in *dictis decisionibus coram Reuerendissimo D. meo Decano* factis.

Tum etiam quia in omnem euentum, quod ex dictis literis non resultaret plena probatio dictæ deputationis Merlazzini pro Diœcesi Asten; pro qua constat, vt dictum est, fuisse Deputatum Balagnum vsque de anno 1607. constat tamen ex literis datis *summario numer. 4. q. de anno* 1606. & sic ante † deputationem dicti Balagni fuerat Deputatus D. Episcopus Saonen. in Subcollectorem pro vniuerso statu Serenissimi D. Ducis Sabaudiæ cum facultate
3 substituendi alios. Vnde sequitur, quod † Balagnus, qui post dictam deputationem Episcopi in vniuerso statu fuit deputatus pro exigenda taxa Capituli Asten. non fuit Subcollector vnicus ità, quod possit in eo verificari *dicta reg. quarta* Cancellariæ dispositio.

Nec facit, quatenus dicatur deputatio dicti Episcopi Saonen. pro vniuerso statu non impedijt quominus Balagnus possit dici vnicus Subcollector quoad Diœcesim Asten, in qua fuit deputatus specialis Subcollector, cum per
4 deputationem specialis † censeatur potius reuocatus generalis quoad Diœcesim, in qua fuit deputatus specialis. *Caputaq. decis. 138. par. 1.* quia est aduertendum, quod Balagnus
5 fuit deputatus tantum † ad exigendam taxam scutorum centum à Capitulo, & Clero iuxta teoorem concordiæ inter Reu. Cameram Apostolicam, & dictum Clerum initæ; non autem pro alijs spolijs in dicta concordia exceptuatis, ac propterea cum pro dictis spolijs ex-
6 ceptuatis deseruierit dictus Episcopus Saonen. † non potest dici, quod Balagnus fuerit vnicus Collector in dicta Diœcesi Asten. itaut in eo possint

possint vetificari verba *dicta regula quarta* per quam reseruantur † beneficia vnicorum Collectorum in quacumq; Ciuitate, vel Diœcesi, quia vt dictum est in eadem Ciuitate, in qua
3 fuit deputatus Balagnus † eodemque tempore aderat alius deputatus pro spolijs in dicta concordia exceptuatis.

RAGVSINA ATTENTATORVM.

Luna 15. Iunij 1620.

ARGVMENTVM.

Gesta post appellationem sunt attentata. A Gestis in visitatione per Episcopum non datur appellatio suspensiua in ijs, quę concernunt paternam correctionem, in alijs verò magni præiudicij secus est.

SVMMARIVM.

1 *Gesta post appellationem sunt attentata, & num. 5.*
2 *A visitatione, & in illa gestis non datur appellatio suspensiua.*
3 *Declara io ijs, quæ fiunt ad correctionem morum, & paternam obiurgationem, secus in ijs, quæ rigorosam punitionem, & priuationem concernunt, quia tunc datur appellatio, & num. 4.*

DECISIO CCXCIV.

DOMINI dixerunt, omnia per D. Archiepiscopum post appellationem à Capitulo, & Canonicis interpositam † gesta fuisse attentata *c. post appellationem 2. quæst. 6. glos. in c. dilectis in verb. exequendam de appell. c. non solum eodem titul. in 6.*

Nec obstat, quod dictus Archiepiscopus dicitur processisse vti delegatus Sedis Apostolicę, & in Visitatione, † quo casu non datur appellatio saltem ad effectum suspensiuum ex dispositione *Sac. Conc. Trident. sess. 24. c. 10.* quia dispositio dicti Sacri Cōcilij procedit in ijs tantum, quæ concernunt morum correctionem, & sapiunt Paternam obiurgationem, in illis enim potest Ordinarius iuxta Sacrorum Canonum sanctiones decreta concedere, aliaque agere, quæ illi ex prudentia sua pro subditorū emendatione, ac Diœcesis suæ vtilitate necessaria videbuntur, † secus vero in alijs, quæ rigorosam punitionem, & priuationem concernunt, & sunt magni præiudicij, quia in illis tenetur Ordinarius seruatis seruandis procedere, & datur ab eius sententia, seù decreto appellatio *ad not. in c. cum dilecta de rescript. & in c. cum olim de accusat. Feder. de Sen. cons. 55. nu. 2.* vbi etiam in fine dicit, quod similes Visitatores sæpius conscientiam sequuntur extraiudicialiter informatam contrà ius scriptum, quod faciendum non est, iuxta exemplum, & vestigium Domini, & in terminis *dicti Concilij*, quod scilicet id locum non habeat † quoad priuationem, & rigorosam punitionem, sensit *Rot. in vna Oscen Iurisdictionis 24. May 1591. coram bo: me: Cardin. Blanchetto, & in Hartana Hospitalis 20. Nouembris 1619. coram R. P. D. meo Buratto.*

Ac propterea cum dictus D. Archiepiscopus se intra limites paternæ obiurgationis minimè continuerit, sed vlterius procedendo Capitulum iure electionis priuauit, aliaque egerit in maximum eiusdem Capituli, & Canonicorum præiudicium, etiam sub pœna priuationis, & suspensionis à Diuinis, meritò poterant Canonici ab huiusmodi processu, & sententia reclamare, & ab ea appellationem ad Sedem Apostolicam interponere, ità quod gesta per D. Archiepiscopum post dictam appella-
5 tionem non possint † ab attentatis excusari *dicto c. non solum de appell. cum simil.*

Et ità fuit solo Capitulo informante resolutum.

PLACENTINA VICARIÆ

Mercur. 17. Iunij 1620.

ARGVMENTVM

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Promittens soluere tot scuta* auri; *vel illa specie debet soluere, vel tot alia, quæ conflent dicta scuta tot Auri.*
2 *Assignatio redditus certi in suis bonis facta generaliter non inducit dominium, nec possessionem, & num. 3.*
4 *Dictiones* Signanter, Maximè, Præsertim, *sunt implicatiua.*

DECISIO CCXCV.

DOMINI steterunt in decisis 10. Ian. preteriti ex ratione tunc deducta, quod scuta 50. aurea sunt in obligatione, ideòque vel il-
1 la soluenda in specie, vel tot aliȩ † pecuniæ alterius speciei, vt possint ex illis conflari dicta scuta 50. aurea.

Nec obstat, quod denuó replicatur, fuisse in erectione Vicariæ processum per viam separationis, & assignationis, ac propterea augumētum, & diminutionem bonorum sic separatorum ab alijs bonis, & redditibus Monasterii, & Vicario assignatorum spectare ad ipsummet Vicarium, quia talis separatio non fuit specifica, & certa de aliquibus bonis in specie cum suis finibus, sed generalis, & incerta, nempè de tanta rata bonorum Monasterij, ex quibus percipi possent singulis annis in perpetuum
2 scuta 50. auri, † ideòque nec fuit per dictam assignationem dictorum bonorum dominium, seù etiam possessio dicto Vicario acquisita ad not. per *Doct. in l. 3. §. incertā ff. de acquir. poss. Dec. cons. 226. n. 6. & seq. Ruin. cons. 136. nu. 8. l. 1. cum alijs latè adduc. per Tiraq. de iure constit. possess. p. 3. limit. 19.* & in specie quod ex contractu, quo mediante aliquis assignat tot ex suis bonis, ex qui-
3 bus † percipi possit redditus mille ducatorum

non transferatur Dominium ratione in certitudinis, quia confinia non sunt demonstrata trad. *Rip. respons. 4 num. 19 de iur. gent. x in vol. 1.*

Non obstat verba dictę erectionis ibi signanter super rata proprietatis lib. 2000. per Scottos censuarios debitarij, per quę videtur pręcedens generalis assignatio ad certa bona restricta; nam prædicta verba non restringunt præcedentem generalitatem, sed stant potius ampliatiuè, quod denotat illa dictio, & *signanter*, quæ
4 est implicatiua, vt de similibus dictionibus pręsertim, vel maximè dicit, *Gemin. cons. 6. num. 13. Paris. cons. 49. num. 12. vol. 4. & cons. 92. n. 17. iuncto. num. 14. & seqq. vol. 1.*

Ad fundamentum, quod fit in obseruantia subsecuta, fuit in alia decisione responsum, &c.

LVNEN. SARZANEN PAROCHIALIS.

Mercur. 17. Iunij 1620.

DECISIO CCXCVI.

Impressa apud Spadam post cons. 66. in 2. volum. 2.

BONONIEN. DOTIS.

Lunæ 22. Iun. 1620.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

1 *Fideicommissum canonizatur per sententias, & Partium confessiones.*
2 *Sententia comprahendit tantum expressa.*
3 *Statutum Bononia lib. 4. de restitutione dotis in princ. & §. decernimus disponit, quod omnes apparatus dati in dotem restituantur.*
4 *Depositum factum parte non citata nihil operatur.*
5 *Pecunia non parit fructus.*
6 *Fructus bona fide percepti non sunt restituendi.*

DECISIO CCXCVII.

FVit dictum, sententiam ad fauorem fideicomissariorum q. Com. Melchioris de Mangiolis in partibus latam esse quoad sortem principalē, & fructus rerum fructiferarum à die moræ litis confirmandam, in reliquis reformādam, quia contra validitatem dictæ sententiæ nihil releuans opponitur, & iustitia est clara. Nam cum non dubitetur, quod dos à q. D. Valeria habita, fuerit ex bonis fideicōmissarijs dicti q. Melchioris vigore Litterarum Apostolicarum extracta, & quod earundē litterarū vigore debebat in casu, quo dicta Valeria sine filijs decessisset idem fideicommissum mediante dictæ dotis restitutione reintegrari, quodque dictus casus obitus Valeriæ sine filijs euenerit, rectè fuerunt dicti Comites de Maluasia pro dicta dotis restitutione obligati ad eiusdem dotis restitutionem, vt indè posset dictum fideicommissum reintegrari, condemnati:

Nec obstat, quatenus dicatur, quod constet sufficienter de dicto fideicommisso, ac alijs requisitis ad effectum, vt potuisset ferri dicta sententia ad fauorem DD. Comitum de Mangiolis in dicta sententia nominatorum; quia imo de fideicommisso constat per publicum Instrumentum, illudque fuit etiam alias à Rota ca-
1 nonizatum; & quod dicti Comites in dicta sententia nominati sint in d. fideicommisso comprehensi, constat tam ex propria confessione D. Comitis Sigismundi aduersarij, quam etiam ex depositionibus testium, qui deponunt de eorum descendentia, & dantur *Summ. num. 11.*

Non obstat, quod sententia condemnat dict. Comites ad restitutionem medietatis integræ dotis, quod fieri non poterat, ex quo scut. 2000. fuerunt liberè donata Valeriæ vigore earumdem Litterarum Apostolicarum, nec dictæ restitutioni obnoxia, quia nec in petitione, neq; in
2 sententia sunt comprehensa dicta scuta 2000. sed tantum bona fideicommisso subiecta.

Non obstat, quod eadem sententia mandat restitui omnes apparatus, quod videtur iniquū, cum Maritus eodem modo lucretur medietatē apparatus, quo lucratur medietatē dotis, ex quo idemmet apparatus est pars dotis, quia Statutum
3 Ciuitatis Bononiæ, *lib. 4. de restitutione dotis in princ. & in §. decernimus*, expresse disponit, quod omnes apparatus restituantur, ideoq; cessat quęstio, an appellatione dotis veniat etiam apparatus, & stante dicto statuto subiacent in omnem casum dictæ restitutioni.

Non obstat, quod saltē videtur dict. sententia DD. Comites de Maluasia in eo grauasse, quod mandat fieri per eos depositum in æde sacra, 1
quia imò DD. Comites non habent, de quo cōquerantur, cum id fuerit à Iudice ordinatum ad effectum, vt pecuniæ per dictos DD. Comites restituendæ non peruenirent ad fideicommissarios; atq; ab ijs in alios vsus converterentur, sed in dicta æde sacra permanerent, donec comodè possent inuestiri in bonis, quæ dicto fideicommisso subiacent.

Non obstat aliud depositum ab ijsdem DD.
4 Comitibus factum, quia non fuit factum nec ad creditum fideicommissariorum, nec ipsis citatis, ideòque nihil operatur. *Bal. in l. acceptam num. 1. C. de vsur. Cast. iun. cons. 28. sub num. 1. vers. item debet fieri lib. 1. Roll cons. 63. numer. 31. cum alijs adduct. in Farfen. pecun. 16. Decembris 1603. coram Illustriss. Card. Ludouis.*

Quo vero ad fructus visum fuit illos non deberi, nisi quoad bona fructifera, cum pecunia
5 regulariter non pariat pecuniam; nisi concurrāt requisita. *Paul. de Castr. in leg. 3. §. fin. ff. de eo quod cer. loc.* & quoad dicta bona fructifera non debētur dicti fructus, nisi à die moræ litis cum DD. Comites de Maluasia non tenerentur dicta bona offerre, nisi illa in iudicio peterentur, & personę legitimarentur, sicque antequam fieret
6 dicta petitio fuerunt, ab ipsis bona fide percepti, quod sufficit adhoc, vt ad eorum restitutionem compelli non possint. *§. si quis à non Domino instit. de rerum diuis. l. sed & loci. §. 1. ff. fin. regund. cum alijs per Osasch. decis. pedemont. 160. n. 5. & c.*

ARIMI-

ARIMINEN. CENSVS.

Luna 26. Iunij 1620.

DECISIO CCXCVIII.

Impressa post Duard. & Cencium in tract. de Censib. decis. 351.

ROMANA PECVNIARIA.

Mercur. 1. Iulij 1620.

DECISIO CCXCIX.

Impressa in Recent. decis. 240. part. 4. tom. 2. & post Fenzon. ad Stat. Vrb. decis. 44.

ROMANA SALVIANI.

Merc. 1. Iulij 1621.

ARGVMENTVM.

Ex bonis dotalibus, quorum vsus fructus Patri spectat, proprietas filiis, sunt detrahenda ex ipso vsufructu alimenta pro filijs in subsidium.

SVMMARIVM.

1 *Filij in subsidium consequuntur alimenta in vsu fructu bonorum maternorum, nec tenentur vendere proprietatem.*
2 *Mater in subsidium tenetur etiam re dotali alere filias.*
3 *Vsus fructus bonorum dotalium transit ad Patrem cum onere alendi filios in subsidium, etiam ad Creditores Patris.*
4 *Creditores non tenentur alere filios sui debitoris ex re ipsius; declara, vt num. 5.*
6 *Pro Alimentis datur actio etiam contra tertios possessores domus obligatæ.*
7 *Et datur retentio.*
8 *Maritus tenetur Inuestire pecuniam dotalem pro alimentis vxoris.*

DECISIO CCXCX.

Domini dixerunt, Victoriæ deberi alimenta ex pensionibus domus pro rata scut. 2000 dotis Maternæ tantum; & sic quoad dictam ratam esse recedendum à *decisis 18. Febrar. 1619.* quia licet vsus fructus dotis pertineat ad Stephanum, eumque dictus Stephanus Creditoribus obligauerit, nihilominus Victoria dicti Stephani filia alimenta ex eo consequi debet in
1 subsidium, nec tenetur ad effectum se alendi d. dotis proprietatem vendere, vt fuit in puncto resolutū *in vna Bonon. vsus fructus 14. Iunij 1619. & 8. Nouembris eiusdem anni coram D. meo Decano*, in quibus plures authoritates, & rationes alle-
2 gantur, & præsertim quod cū mater in subsidiū teneatur etiam re dotali alere filias *iux. tex. in leg. penult. ff. de lib. agnosc.* vsus fructus d. dotis censetur transire cum suo onere, videlicet alendi in
3 subsidium eosdem filios in maritum, & consequenter in mariti Creditores, qui propterea nō possunt pro rata dictorum alimentorum occupare bona aduentitia filiorum, quia non videntur fuisse in bonis Patris, vt inquit *Fabr. instit. quibus non est permiss. fac. testam. in princ. num. 5.*

Non obstat, quod domus, ex qua Victoria prætendit sibi deberi dicta alimenta, non est dotalis Matris Victoriæ, sed ipsius Stephani propria, ac propterea non possunt ex eo deberi dicta alimenta Victoriæ, cum nullo iure caueatur, quod Creditores teneantur alimenta præstare filijs debitoris ex bonis, quorum proprie-
4 tas ad ipsum debitorem spectat. *Couar. in Epit. de spons. par. 2. cap. 8. §. 6. nu. 14. Surd. de alim. tit. 8. Priuileg. 51. num. 2.* quia est aduertendum, quod domus, de qua agitur, nedum reperitur specialiter pro dote materna Victoriæ hypothecata, sed fuit etiam eidem Victoriæ à Stephano Patre pro dicta dote materna assignata, ac propterea cum hodie Creditores dicti Stephani prætendant dictam Domum à dicta Victoria auocare ratione vsus fructus, quem dictus Stephanus habet in dicta dote, benè potest Victoria, sibi ex dicto vsufructu alimenta retinere,
5 cum Creditores dicto vsu fructu frui non possint, nisi cum suo onere alimentandi ex eo filios dicti Stephani, vt latè fuit deductum *in dd. decisionibus Bonon. vsusfructus coram R. P. D. Decano.*

Nec propterea obstant, quæ dicuntur, quod non competit Victoriæ pro dictis alimentis aliqua actio aduersus tertios possessores, quia præterquamquod cum iam semel fuerit, vt dictum est assignata Victoriæ à Stephano Patre dicta domus pro dote materna videtur, quod fauore alimentorum pro dictis alimentis remaneat eadem domus obligata, itaut qui libet
6 possessor dictæ domus possit ad illorum præstationem conueniri iuxtà latè trad. per *Surd. dict. tract. de alim. d. tit. 8. priuil. 51. num. 1. & seqq.* modo etiam dicta Victoria non agit aduersus tertios possessores, sed ipsa Victoria, quæ possidet do-
7 mum, de qua agitur, vult sibi retinere ex dicta domo alimenta pro rata dotis maternæ, quod vtique ipsi permissum videtur, *ad trad. per Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de peculio Cleric. vers. ad materiam hanc,* vbi quod filius potest colligere fructus Agri, in quo Pater habet vsum fructū, & retinere pro alimentis, quia hoc non censetur, factum in fraudem Creditorum.

Non obstat, quod dos matris Victoriæ esset constituta in pecunia numerata, quia sicuti Stephanus Pater tenebatur dictam pecuniam in
8 emptionem alicuius prædij conuertere, aut alias ad honestum lucrum ponere, vt indè posset dictam Victoriam alere. *Surd. d. tract. de alim. tit. 4. quæst. num. 12. & seqq.* ità potuit breui manu ipsam domum pro dicta dote specialiter hypothecatam dietę Victorię pro dictis eius alimentis assignare, &c.

N 2 BONON.

BONONIEN. DE MANGIOLIS.

Vener. 27. Nouembris 1620.

ARGVMENTVM.

Executores, & Administratores deputati in Testamento tenentur reddere rationem, & quomodo probetur acceptatio Administrationis.

SVMMARIVM.

1 *Tutores, Executores, Administratores dati in Testamento tenentur infra quinquaginta dies se excusare, alias tenentur ad sollicitudinem.*
2 *Interpellatio constituit Interpellatum in mala fide.*
3 *Administrator, qui administrationem acceptauit, de illa tenetur reddere rationem.*
4 *Administrationis relictæ in Testamento acceptatio ex quibus probetur.*
5 *Administrans tenetur reddere rationem de administratis.*
6 *Administrans præsumitur administrare titulo præambulo.*
7 *Administratores, & Executores relicti in Testamento, de iure tenentur rationem reddere.*
8 *Administrationis ratio potest peti ab habente interesse.*

DECISIO CCCI.

DVbitaui, an constet de tali administratione bonorum possessorum per Comitem Gregorium, Comitis Herculis, & Alexandri, & Marci Antonij, vt eorum hæredes teneantur reddere rationem dict. administrationis Comiti Francisco, & quoniam hoc dubium plures inspectiones continebat; DD. dixerunt, hæredes Comitum Marci Antonij, & Herculis teneri rationem reddere, vti administratorum testamentariorum, nisi obstent liberationes, de quibus, & de alijs mandarunt particulariter videri.

Nam constat, dictos Comites Marcum Antonium, & Herculem fuisse à Comite Gregorio deputatos administratores, & executores testamenti dicti Gregorii. Vnde cum non solum
1 non doceatur, quod se infra 50. dies excusauerint, prout tenebantur, *ad leg. scire. §. multa, & leg. quinquaginta. ff. de excus. tut. l. si tibi pater. C. de testam. tut. Specul. in tit. de tut. §. si autem numer.* 8. maximè cum de anno 1562. fuerint iudicialiter interpellati pro obseruantia, & legitima administratione illis in testamẽto Gregorij iniuncta, & ità
2 per dictam interpellationem fuerint in mala fide constituti, sed etiam probetur vlterius ipsos dictam Administrationem acceptasse in-
3 dubitanter tenentur tam ipsi rationem dictæ Administrationis reddere. *leg. prima. §. Offic. ff. de tutel. & rat. distrah. Dec. cons.* 110. *num.* 7. *& cons.* 192. *num.* 1. *latè Roll. cons.* 49. *num.* 1. *& seqq. lib.* 1. quam etiam eorum hæredes. *leg. omnes tutores, & l. tutela C. arbitr. tutel. Rom. cons.* 413. *num.* 2. *Aym. cons.* 159. *num.* 4. *Dec. cons.* 110. *num.* 7. *Caph. cons.* 446. *num.* 13. *in fin. Caputaq. dec.* 159. *num.* 2. *par.* 2.

Quod autem dicti Comites dictam deputationem acceptauerint, patet ex pluribus in facto deductis, & quoad Marcum Antonium quidem inter alia constat de huiusmodi acceptatione tum ex mandato per eum cuidã Carolo de Agucchijs dato, in quo fatetur se habuisse Administrationem bonorum Comitis Vlissis hæredis dicti Comitis Gregorij, tum etiam
4 ex actu iudiciali ab eodem Carolo vigore dicti mandati facto, in quo apparet, dictũ Carolum tanquam possessorem dicti Marci Antonij vnius ex Comissarijs Testamenti Gregorij, exhibuisse inuentarium, & scripturas coram Vicario, quas in fine eiusdem actus protestatur debere remanere penes dictum Marcum Antonium, & alios Administratores.

Quo vero ad Herculem probatur dicta acceptatio, quia per Archiepiscopum Bonon. fuerunt duobus annis circiter post obitum Gregorij Testatoris renouatæ locationes, & antiquæ inuestituræ dicto Comiti Herculi, vti Comissario relicto à Comite Magiolo ad Comodum Comitis Vlissis hæredis dicti Gregorij, ipso Hercule præsente, & stipulante, quod per necesse concludit dictam acceptationem.

Quæ bene etiam probatur ex transactione inita anno 1569. quæ datur in *Sum. num.* 7. cum Hospitali Sanctæ Mariæ de Vita, in qua dictus Comes Hercules cum duobus alijs administratoribus, & Comissarijs transegit; & confirmatur deniq; cæteris omissis ex transactionibus, & positionibus factis per dictum Herculem nomine Vlissis pupilli cum Barbatiis, & alijs, quas obtinuit ratificari ab Alexandro Patre.

Et ex liberationibus, & quictantijs per dictũ Herculem obtentis propter dictam Administrationem, quas vtique non curasset tanta industria obtinere, si huiusmodi administrationẽ non acceptasset.

Nec obstat, quod dictus Hercules fuit substitutus in absentia Marci Antonij, quę proptereà esset probanda, quia vltra quod ex prædd.
5 apparet, quod ipse defacto administrauit, quod sufficit ad hoc, vt teneatur rationem reddere dictæ administrationis. *Roll. dict. cons.* 49. *num.* 17. *lib.* 1. *Crauett. cons.* 218. *nu.* 8. *Rot. dec.* 634. *par.* 1. *diuersis* satis etiam colligitur ex mandato per Marcum Antonium Carolo, vt dictum est, hic Romæ dato, quod ipse tunc esset absens à Ciuitate Bononiæ, quando fuerunt ab Hercule petitæ, & obtentæ renouationes dictarum inuestiturarum.

Nec facit, quod dicti Marcus Antonius, & Hercules non administrarunt, tamquam administratores deputati in testamento, sed uti personæ coniunctæ Vlissis, nam ex supra dictis probatur, quod administrarunt tamquam administratores, & dicti testamenti executores, & cum constet de titulo præambulo in dubio dicen-
6 dum esset, ipsos vigore dict. tituli administrasse *l. quædam mulier. & ibi glos. in vocabulo sufficiebat. ff. de rei vindic. Crauett.* 284. *num.* 6. *Bal. cons.* 10. *nu.* 7. *lib.* 5. *Menoch. præsumpt.* 74. *nu.* 3. *lib.* 2. *Capit. dec.* 180 *num.* 4. *vers. sed ad hoc respondetur*, vltra quod dict. Vlisses erat prohibitus se ingerere in dicta hæreditate, ideòque nullo modo dici potest dictos Comites eius nomine, vel contemplatione administrasse.

Minus

7 Minus obstat, quod huiusmodi executores non teneātur reddere rationem, quia contrarium probatur *ex tex. in l. null. C. de Episcopis, & Cleric. & in Clementina vnic. de testam.* & latè cōprobat *Capra in tract. de execut. in 8. memb. num. 1. & seqq.*

Nec obstat, quod non constat de interesse Comitis Francisci ad effectum petendi redditionem rationum dictæ administrationis, quia de ipsius interesse constat eo ipso, quod appa-

8 ret, illum esse vocatum à Comite Gregorio Seniore, nam cum dictus Comes Gregorius in eius Testamento expressè caueatur, ne legata in dicto Testamento soluerentur de bonis stabilibus, aut hæreditarijs, sed de fructibus suæ hereditatis, quos voluit conseruari non solum ad dictum effectum, sed etiam ad effectum, vt inuestirentur vsq; ad summam lib. 60. mill. pro cōmodo suæ hæreditatis, & per consequēs vocatorum ad illam per fideicommissum vtiquenegari non potest, quin, & dicti Comitis Francisci intersit videre, an huic dispositioni fuerit satisfactum à dictis administratoribus, ad quos cura faciendi dictum inuestimentum spectabat, &c.

LVCANA CANONICATVS

Mercurij 2. Decembris 1620.

DECISIO CCCII.

Impressa in Recent. decis. 257. par. 4. tom. 2.

ROMANA DOMORVM

Mercurij 2. Decembris 1620.

DECISIO CCCIII.

Impressa post Merlin. de Legitim. decis. 123.

LVNEN. SARZANEN. IVR. PATRONATVS.

Veneris 4. Decembris 1620.

ARGVMENTVM.

Patet ex summario.

SVMMARIVM.

1 *Lite pendente omnia, quæ fiunt sunt attentata, & numer. 4.*

2 *Amplia etiam interueniente consensu collitigantis.*

3 *Maximè à non habente Iurisdictionem.*

DECISIO CCCIV.

Tentum fuit pro informante, quod constat de attentatis, sicque locus nouo sequestro, quia lite pendente in Rota non poterat absque vitio attentatorum alius se in executione literarum Apostolicarum immiscere,

1 nec minus sequestrum à Rota ex officio appositum violare, sed eadem litteræ in Rota præsentari debebāt, ab eaque dicta executio, & sequestri relaxatio expectari. *Aegid. dec. 66. incip. Auditorum alijs adductis in Pientina 16. Ianu. 1609. coram R. D. meo Decano, & Terdonen. iur. patr. 16. Maij 1616. & 13. Iunij. 1618. coram R. P. D. meo Pamphilio.*

Nec obstat, quod violatio sequestri facta fuit de consensu illius, ad cuius instantiam fuit

2 à Rota impositum, quia non ideò minus fuit attentata, non solum, quia facta fuit in præiudicium litis pendentis in Rota, qua durante, non poterat relaxari dictum sequestrum. *Clem. pri. de sequestr. poss.* & præsertim à non habente iurisdictionem, vt in terminis sequestri relaxati

3 ab vno Auditore de consensu actoris, & Rei causa pendente coram alio est *decis. Guidob. 120. vt lit. pend. incip. voluerunt in vna Baronen. Parochialis.*

Verum etiam, quia cum in eadem causa vltra Hieronymum, & Alexandrum, qui dictæ violationi consenserunt; ad esset quoque Laurentius, non potuit dicta violatio fieri in præiudicium dicti Laurentij, cuius maximè interest, quod beneficium sub eodem sequestro remaneat pendente lite, innouari. *Guidobon. dicta decis. 120. Caputaq. dec. 151. & 157. par. 3. & fuit dictum in Zamaronen. Beneficij 27. Aprilis 1607. coram Reuerend. Lugdunen. quæ est decis. 136. par. 2. in recentioribus, &c.*

ROMANA, SEV VELITERNA AFFICTVS.

Mercur. 9. Decembris 1620.

ARGVMENTVM.

Est in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Administrator affictus de Iure eligi debet Conductor principalis.*

2 *Administrator vigore partium conuentionum remoueri non debet.*

3 *In Administratione Affictus magis idoneus est præferendus.*

4 *Rescripti forma quando non dicatur adimpleta.*

DECISIO CCCV.

ORTA inter partes controuersia super administratione Affictus, de quo agitur, fuit de earundē partium consensu mihi per Signaturā Sanctissimi rescriptum, vt in hac causa procederem cum potestate arbitrio Rotæ decernendi, & faciendi administratorem, siue

tertiam personam, quæ gratis administret priuatiuè ad alium, præstita tamen idonea cautione, quatenus præstita non sit per deputandū de bona administratione stando iuri, & iudicatum soluendo ad omne mandatum Rotæ, & soluendis Affictibus ad contentamentum Capituli Sancti Petri, quoad dictos Affictus altera parte ab obligatione dictorum affictuum ex tunc liberata remanente.

Vndè dubitaui ad cujus ex dictis partibus fauorem intret dictum Arbitrium, & Domini dixerunt, illud intrare ad fauorem Griffoli dūmodò intra 15. dies det cautionem juxta formam rescripti supra relati. Tum quia dictus Griffolus est principalis conductor, & habet maiorem partem in dicto affictu; ac propterea
1 de iure ipsi competit electio *l. Sancimus vbi Bal. in fin. C. de donat. gloss. in l. 2. §. hæres vers. insortiis C. quando, & quibus 4. pars deb. lib. 10.* Tum etiā quia in Capitulis Socialibus expressè sibi reseruauit supremam administrationem huius negotij cum facultate exigendi, & Subcollandi, & alia necessaria pro dicto negotio faciendi. Vndè ab ista administratione, quæ ei vigore dicta-
2 rum conuentionum competit, remoueri non debent *l. pri. ff. de pact. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. cum simil.* Tum, & tertio quia cum in iisdem etiam Capitulis Socialibus partes conuenerint quod Barella teneretur portionis suę, quam habet in dicto affictu, participem facere personam idoneam, & artis Campi expertam, ideoq; satis indè colligatur, quod Barella non fuit à dictis partibus habitus pro idoneo, & sufficiēte ad exercendam artem Agriculturæ, ei præ-
3 ferri debet dictus Griffolus, quem etiam idē met Barella, vt ex dictis Capitulis colligitur, judicauit magis idoneum ad *not. per Dec. in c. proposuisti num. 56. de probat. Racch. de iur. patr. in verb. honorificum quæst. 16. num. 48.*

Non obstat, quod Barella cautionem præstiterit de benè, & fideliter administrando ad contentamentum Reuerendissimi Capituli Sancti Petri, quia præterquam quod ex forma rescripti supra relati cautio præstanda erat, nedum respectu interesse, quod habet in hoc negotio dictum Capitulum, sed etiam respectu interesse partium, & respectu quidem interesse Capituli solum erat præstanda ad dicti Capituli contentamentum, respectu verò interesse partium arbitrio Rotæ, ideoque dici non potest, quod per dictā cautionem fuerit à Ba-
4 rella dicti rescripti forma adimpleta, poterit eādem cautionem ad dicti Capituli contentamentum infrà terminum. 15. dierum sibi assignatum Griffolus etiam præstare, quo facto ipse præferendus erit ex supra alleg. &c.

PAMPILONEN. BENEFICII DE AYBAR.

Merc. 9. Decembris 1620.

ARGVMENTVM.

Habes ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Prouisus anterior est preferendus in Beneficio.*
2 *Prouisionis anterioritas ex data litterarum apparet.*
3 *Clericus quilibet præsumitur habilis ad Beneficium simplex.*
4 *Sufficientia ad Beneficium probatur ex fide examinis.*
5 *Clericatus probatur ex fide Secretarij, seù Notarij Episcopalis.*
6 *Fides examinis in Clerico facit præsumi Clericatum.*
7 *Clericus quod sit natus in aliquo loco probatur ex testibus, & ex litteris ordinum sui Episcopi, in quibus talis denominetur.*
8 *Vacatio beneficij probatur per confessionem partis.*
9 *Beneficium non excedere certam summam probatur ex confessione Partis.*

DECISIO CCCVI.

FVit dictum Philippo tantum informante, ipsi esse adiudicandū Beneficium, de quo
1 agitur, quia habet anteriorem prouisionem
2 Apostolicam per 11. dies, vt ex data suarum litterarum apparet, *c. tibi de rescrip. l. 6. c. cum qui de præb. eod. lib. c. Capitulum, & ibi Abb. n. 3. & Fel. num. 5. de rescript.*

Et dicta prouisio satis appatet iustificata, Quo enim ad idoneitatem, vltra quod quili-
3 bet Clericus præsumitur idoneus ad Beneficiū simplex. *c. fin. de præsumpt. Card. Seraph. decis. 968.*
4 *nu. 2.* constat etiam de ipsius sufficientia, ex fide examinis, quæ datur.

Clericatus quoque probatur ex fide Secre-
5 tarij, seù Notarij Episcopalis, *cap. 2. vbi Abb. in pri. notab. de Cleric. Peregr. Fel. in c. post cessionem, num. 3. & 13. vers. fallit. 7. de probat. Gramat. dec. 81. num. 1.* nec non ex dicta fide examinis, quæ
6 faciunt præsumi Clericatum, vt *in Calag. de Olauari 15. Decembris 1904. coram bo. me Penia.*

Quod autem sit Patrimonialis constat ex testibus, qui viderunt librum Baptismi, & de-
7 ponunt de publica voce, & fama, nec non ex titulo primæ tonsurę, & ordinum, vbi nominatur à suo ordinario Filius incolarū de Aybar, quod sufficit, vt fuit dictum *in Conchen. Benefi-*
8 *cij 10. Decembris 1605. coram Reuerendissimo D. Damasceno.*

Et obitus denique in possessione huius beneficij Petri Perez, in Mense Nouembris, qui
9 semper est fixus, & reseruatus, & non excessus scutor. 24. probetur ex confessione aduersarij similì, & sui authoris, *in summ. num. 2. & 3. ad trad. per Gonzal. in reg. 8. Glos. 9. §. pri. numer. 55.*

RAGV-

RAGVSINA IVRISDICTIONIS

Vener. 11. Decembris 1620.

DECISIO CCCVII.

Impressa in Recent. decis. 264. par. 4. tom. 2. & post tract. Posthij de manut. decis. 285.

ARIMINEN. DOMVS

Veneris 11. Decembris, 1620.

DECISIO CCCVIII.

Impressa in Recent. decis. 265. par. 4. tom. 2.

REGIEN BONORVM

Luna 14. Decembris 1620.

ARGVMENTO.

Non indiget;

SVMMARIVM.

1 *Possessio non acquiritur per simplicem cessionem absq; corporali apprehensione.*

2 *Possessio posterior præsumitur clandestina, & turbatiua, & non est manutenenda.*

3 *Emphyteusi deuoluta Dominus directus potest possessionem apprehendere, non obstante possessione alterius.*

4 *Limita quando deuolutio non est clara.*

DECISIO CCCIX.

ITerum proposito dubio, cui esset dandũ mãdatum de manutenendo, Domini responderunt mãdatum esse dandũ Monti Pietatis, qui post decisionem alias factam venit ad causam Nam quoad Herculem placuit DD. quod in dicta decisione dicebatur, quod non poterat ei dari dictum mandatum, quia non probatur quod ipse esset in possessione terrarum, de quibus agitur, quodque ad hunc effectum ei non poterat suffragari cessio à dicto monte obtenta
1 quia per semplicem cessionem absque corporali apprehensione non acquiritur possessio ex alleg. in eadem decisione.

Quo verò ad D. Episcopum non videbatur ei dandum dictum mandatum, quia vt in dicta decisione fuit firmatum, ante captam per ipsum possessionem dictarum terrarum, fuerat in eandem possessionem vigore decreti Gubernatoris Regij dictus Mons Pietatis immissus. Vndè dicta D. Episcopi possessio vti posterior
2 præsumitur clandestina, & turbatiua, & per consequens dictum mandatum nõ ei, sed Mõti Pietatis concedi debet, *iurib. vulg.*

Nec obstat, quod dicitur, Montem Pietatis non fuisse immissum in possessionem illarum terrarum, quarum possessionem D. Episcopus acquisiuit, quia Mons Pietatis dedit mandatũ ad capiendam possessionem residui bonorum hæreditatis Camillæ, & eiusdem mãdati vigore fuit capta possessio domus cum duobus Colũbariis, & terrarum ei contiguarum sitarum in loco dicto *la Catania* Bubulgarum 18. vel circa, super quibus est alia Domuncula, ac propterea quatenus D. Episcopus prætendat se acquisiuisse possessionem aliarum terrarum poterit eas retinere, & mandatum de manutenẽdo concedi Monti Pietatis in terris in Instrumento cum suis confinibus, sicut dictum est, specificatis.

Non obstat, quod stante deuolutione dictarum terrarum possessio Ciuilis, quæ erat penes Episcopum, fuit consolidata cum naturali, ac
3 propterea potuit D. Episcopus illarum possessionẽ etiam non obstante possessione dicti Mõtis, capere *iux. cons. Beroi 45. num. 13. & seq. l. 3.* quia huic obiecto fuit iam in alia decisione satisfactum, & nullo modò procedit, quando,
4 prout in casu isto, deuolutio non est clara, & ab hæredibus controuertitur, vt in specie fuit firmatum, *in Mantuana Bonorum 14. Maij 1612. coram R. P. D. meo Vbaldo*, in qua plures aliæ decisiones referuntur, &c.

CALAGVRITANA, IVR. PATRONATVS DE VIANA.

Veneris 18. Decembris 1620.

ARGVMENTVM.

Successor in Officio Notariatus potest extrahere illius scripturas absque compulsorialibus, & de consuetudine Hyspaniarum circa hoc.

SVMMARIVM.

1 *Scripturæ extractæ à successore in officio illius, qui fuit rogatus, probant etiam si sint extractæ absque compulsorialibus.*

2 *Successor in officio alterius dicitur, quando est, subrogatus in locum illius in eodem officio.*

3 *Capitula, & Episcopi de consuetudine Hyspaniarum retinent publicam Scribaniam, in qua deputant scribam, qui relinquit omnes Scripturas, quæ extrahuntur à successore, & plenè probant.*

4 *Subscriptio Notarij multum valet.*

DECISIO CCCX.

DOmini censuerunt probari, quod Barnabas Diaz sit successor in officio Notariorum, qui de scripturis, de quibus agitur, fuerũt rogati, atque ità dictas scripturas ab eodẽ Barnaba extractas esse in forma probanti, licet fuerint extractæ sine Compulsorialibus lite
1 pendente. *Bar. in l. si quis ex argentarijs §. 1. num. 3. ff. de edendo Caputaq. dec. 246. num. 3. par. 2.*

Nam constat ex testibus, qui dantur, quod Capitulum, & Vniuersitas consueuit tenere vnum Secretarium pro eorum officiali, qui de illorum instrumentis rogaretur, eaque custodiret, etque

et quod Notarij, qui sunt de dictis scripturis, de quibus agitur, rogati, fuerunt dicti Capituli, & Vniuersitatis Secretarij pro tempore, quodque illis successit dictus Barnabas. Vnde sequitur quod ad effectum, de quo agitur dictus Barnabas censetur successor in officio dictorum Notariorum, quia ad hunc effectum consideratur
2 tantummodò quod vnus Notarius sit subrogatus in locum alterius ad idem officium, in quo erat antecessor. ibi *Bart. in d. l. si quis ex argentarijs §. 1. numer. 3.* ibi *si vnus Notarius succedit alteri Tabellioni videtur sibi à lege commissum, vt indè sumat, & conficiat publica instrumenta ff. de edendo Rot. dec. 581. num. 4. par. 2. in recent.* & in terminis Secretarij Capituli, quod dicatur successor in officio ad istum effectum *Rot. dec. 465. nu. 3. par. 1. in recentior, & in Dertusen iuris conferendi 24. May 1596. coram bo. me. Card. Pamphil.* in qua specie fuit approbata hæc cõsuetudo Hyspaniarum retinendi per Episcopos, & Capitula publicam scribaniam, in qua sunt Notarij, quos scribas appellant, qui recipiunt acta, & instrumenta, quæ fiunt in ipsa scribania, & in recessu
3 relinquunt omnes scripturas per ipsos rogatas, quas successores illorum publicant, & authenticant absque alia authoritate, & illis sic publicatis datur plena, & integra fides *ad not. in l. si procuratorem vbi Bart. ff. de procur.*

Vndè nec refert, quod dictus Barnabas in subscriptionibus dictarũ scripturarum non nominauerit se successorem in officio, sed simpliciter se nominet successorem illorum Notariorum, qui fuerunt de dictis scripturis rogati, & imò in aliquibus asserat, quod illæ scripturæ peruenerunt ad eius manus ex gratia Regis, & in alijs, quod fuerunt ei commendatæ, sicque non videtur constare, quod nec dictus Barnabas fuerit successor in officio, nec quod ad eũ tanquam successorem in officio saltem omnes dictæ scripturæ peruenerint, prout requiritur ad effectum, vt dictas scripturas absque alijs compulsorialibus lite pendente possit extrahere.

Quia vt ex supra dictis apparet sufficit, quod constet de existentia publicæ scribaniæ, & quod in ea Notarij de dictis scripturis rogati scribæ extiterint, illisque dictus Barnabas successerit, nam eo ipso probatur dictus Barnabas successor in officio dictorũ Notariorum, seu scribarum, & cum scripturæ contineant res pertinẽtes ad Beneficiatos, & Vniuersitatem, atque ad dictum Barnabam peruenerint tamquàm ad successorem dictorum Notariorum absq; dubio præsumi debent peruenisse vti ad successorem in dicto officio.

Atque hoc quoad scripturas rogatas à Petro Diaz, & Francisco de Carillo cater scrupulo, quia non solum ex prædictis Testibus, sed etiã
4 ex subscriptionibus Barnabæ, cui in hoc statur *iux. decis. Caputaq. 247. par. 2.* apparet, quod dictus Barnabas est successor Petri, quodq; Petrus successit Francisco, qui fuit scriba Vniuersitatis; Vndè benè potuit dictus Barnabas scripturas, de quibus Notarij sui antecessores in eodem officio erant rogati extrahere ex allegat.

ROMANA, SEV VELITERNA AFFICTVS.

Merc. 23. Decembris 1620.

ARGVMENTVM.

Forma Rescripti ex quibus non dicatur impleta.

SVMMARIVM.

1 *Forma non dicitur ad impleta si non sint seruatæ omnes qualitates requisitæ.*
2 *Verba* vel in defectum nouæ cautionis sine præiudicio Iurium, &c. *apposita in rescripto quid operentur.*
3 *Idoneitas personæ quo ad administrationem probatur ex partis assertione, & ex alijs administrationibus diligenter gestis.*

DECISIO CCCXI.

INstante Barella, vt administratio affictus ipsi decerneretur, quatenus Griffolus intra terminum ei iuxta mandatum DD. assignatum cautionem non præstaret, consului DD. in relationibus causarum *die 23. Decembris 1620.* vtrum dicta administratio in defectum dictæ cautionis esset dicto Barellæ decernẽda, & DD. ordinarunt quod ei illa decerneretur, per modum tamen prouisionis, & sine præiudicio aliorum iurium ambarum partium, & alias iuxta formam rescripti Signat. Sanctiss.

Nec mouit DD. in contrariam sententiam quod pro parte Griffoli dicebatur, ipsum iam dedisse cautionem sufficientem, quia cum ex forma dicti rescripti esset præstanda cautio de fidelitèr administrando gratis, & iudicatum
1 soluendo arbitrio Rotæ, & pro affictibus ad contentamentum dicti Capituli, non potest dici, quod per cautionem à dicto Griffolo præstitam fuerit d. forma adimpleta, tum quia dicta cautio non fuit per Capitulum acceptata, rum etiam quia nec Rotæ visa fuit sufficiens, tantoque magis quod à dicto Capitulo, vt dictum est, non fuit pro suo interesse approbata.

Non obstant verba rescripti ibi, *vel in defectum nouæ cautionis sine præiudicio iurium Capituli*, ex quibus Griffolus conatur inferre, quod possit dictum rescriptum adimpleri etiam non præstita cautione ad contentamentum Capituli, quia per dicta verba fuit prouisum casu, quo neutra partium præstitisset cautionem ad contentamentum Capituli; ac propterea cum eam ad contentamentum dicti Capituli præstiterit Barella, cessat dicta prouisio, & administratio dicto Barellæ decerni debet, qui formam dicti rescripti adimpleuit.

Non obstat, quod Barella non potest dici adimpleuisse rescriptum, ex quo Griffolus non fuit per Capitulũ ab Affictibus liberatus, quia sufficit, quod Barella præstiterit cautionem iuxta formam rescripti, eaq; fuerit acceptata à Capi-

Capitulo iuxta eiusdem rescripti formam, nam eo ipso censetur liberatus Griffolus, ità mandante rescripto de consensu partium emanato ibi altera parte ab obligatione affictuum ex tũc liberata remanente.

Non obstant, quæ alias dicta fuerunt de imperitia Barellæ artis agriculturæ, quia imò ex narratius instrumenti, quod datur Summario Barellæ n. 8. apparet, quod ipsemet Griffolus
3 declarauit, dictum Barellam † idoneum pro negotio affictus, & constat etiam, quod Barella retinuit quoque alia bona in affictum, eaq; administrauit, & administrat etiam ea diligentia, qua solent alij Conductores practici.

BONONIEN ALIMENTORVM

Luna 11. Ianuarij 1621.

ARGVMENTO

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Legatum debetur eueniente casu, quo fuit relictum.*

2 *Legatum debetur cohæredi pro parte, pro qua non est heres.*

3 *Declara contrariũ procedere in casu, quo legatum esset factum pluribus, qui omnes efficerentur æqualiter heredes.*

DECISIO CCCXII.

DOMINI steterunt in decisis die 16. Martij præteriti, quia cum, vt tunc dicebatur, legatum fuerit simpliciter factum in casum vi-
1 duitatis † dictusque casus euenerit, merito dictum legatum debetur per *tex. in l. cedere diem ff. de. verb. signif. cum alijs in dicta decisione alleg.*

Nec obstat, quod Eleonora, & Isabella fuerunt pro parte effectæ hæredes, quia nihilominus respectu portionis, in qua ipsæ non sunt
2 hæredes, dictum legatum † non redditur inutile, sed valet *iux. tex. in l. plane §. inde ff. de leg. 1. & l. fiduentia §. 1. ff. de leg. 2.*

Nec his aduersantur plura in cõtrarium cumulata, quia illa procedunt, quando legatum
3 † reperitur æqualiter pluribus factum, & omnes postea æqualiter efficiuntur heredes; nam tunc legatum vel extinguitur, vel deficit actio ad Legatum, quia quilibet teneretur à seipso dictum legatum petere, & si quis suam portionem à cohærede peteret; posset cohæres eamdem portionem ab eo petere, & sic in substantia nihil consequeretur à cohærede, secus verò est, quando in legato potest considerari aliqua inæqualitas, prout in casu isto, in quo legatum debetur tantum illi mulieri, quæ remanserit vidua, & pro tempore quo in viduitate permanserit, nam potest esse, quod vna ex hæredibus sit vidua, & in viduitate permaneat, & alia non, & sic quod vna tantum legatum habeat, quo casu non erit inutile legatum respectũ portionis alterius cohæredis, vt *in dicta l. planè cum alleg.*

IMOLEN BONORVM

Veneris 15. Ianuar. 1618.

ARGVMENTVM.

Habetur ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Clausula in inuestitura noniter apposita censetur per errorem.*

Amplia non docto de mandato Procura illius, qui eam fecit ibid.

2 *Inuestitura in ampliori forma nequit fieri etiam per Episcopum.*

3 *Argumentum à Contrario Sensu quando admittatur.*

4 *Verbum* Alienare *late sumpto vocabulo quid importet.*

5 *Inuestitura dubia ex alijs non dubijs declaranda.*

6 *Prælatus non potest Ecclesiæ conditionem deteriorem facere.*

Amplia vt debeat non solum damna vitare, sed lucra quærere num. 7.

DECISIO CCCXIII.

DOMINI censuerunt, sententias Rotales esse confirmandas, quia apparent validę, & iustæ ex *decisionibus à RR. PP. DD. meis Damasceno, & Buratto* factis, in quibus pluribus rationibus fuit demonstratum, quod bona, de quibus agitur, non erant transitoria ad hæredes extraneos, & abundè etiam satis factum, tam quoad nullitates aduersus primam sententiam ex defectu iurisdictionis transportationis actorum, & defensionis pupillorum, quam etiam quoad alios obiectus aduersus iustitiam dictæ primæ sententiæ deductos.

Nec obstat, quod denuò à Scribentibus pro DD. de Lambertinis inculcatur circa clausulam, *& quicquid placuerit faciendum* : in inuestitura anni 1570. appositam, quia vt in dictis decisionibus, & præsertim *sub die 7. Ianuar. 1616. & 16. Nouembris 1617. coram D. meo Damasceno, & 21. Maij 1620. coram D. meo Buratto* factis dicitur dicta inuestitura debet iuxta limites aliarum inuestiturarum, in quibus dicta clausula non legitur regulari, ità quod potius per er-
1 rorē † censeatur apposita, & maximè quia non constat de merito sufficienti Procuratoris Episcopi, qui dictam inuestituram fecit *Aldobr. cons. 42. n. 10. Rossent. de feud. c. 3. concl. 9. n. 4. Scrader, dicto tract. p. 10. sect. 18. sub n. 137.* & imò nec idemmet Episcopus potuisset dictam inuestituram
4 in ampliori forma, quod fieri consueuit, facere. *Bart. in auth. qui rem. nu. 8. C. de Sac. San. Eccles. Bal. in auth. si quas ruinas numer. 2. C. eod. Alex. cons. 9. num. 2. l. 3. & cons. 5. num. 18. l. 5. cum alijs per Corbulum in tit. de caus. priuationis ob non solut. Canon. limit. 1. num. 3.*

Minus

Minus facit quatenus prætenditur, quod
cum in alijs inuestituris fuerit prohibita alie-
natio in loca pia, censeatur sumpto argumen-
to à contrario sensu dicta alienatio permissa in
3 alias personas, quia argumentum hoc, † vt
in dictis decisionibus latè deducitur, posset pro-
cedere, quādo simpliciter fuisset prohibita alie-
natio in loca pia, neque vlla prius fuisset facta
mentio de alijs personis; verum cum in casu,
de quo agitur, expressè fuerit prohibitum Ioan-
ni, illiusque filijs hæredibus, & descendenti-
bus petiam terræ, de qua in dicta inuestitura,
seù aliquam illius partem alicui dare, vendere,
vel alienare lato modo sumpto vocabulo alie-
4 nationis in cambium, vel raccomandationem
tradere; † & deindè adiectum maximè Comiti
Valuasoni Capitaneo Seruio, vel Manenti, seù
vlli venerabili loco relinquere, nec pro ani-
ma iudicare, nisi Episcopatui prædicto, non est
locus dicto argumento à contrario sensu, sed
dicta verba manifestè apparent adiecta ad de-
notandam maiorem resistentiam erga dictum
Comitem, & Venerabilia loca, non vero ad
restringendam generalem prohibitionem suprà
expressam, vt per se patet, & pluribus in di-
ctis decisionibus comprobatur.

Atque hinc quoque tollitur, quod dicitur
quod cum dicta inuestitura non sit clara, venit
5 ex alijs inuestituris interpretanda, † quia vt ap-
paret ex illius lectura, & ex verbis suprà
relatis, non eget alia interpretatione, & in om-
nem euentum in dubio esset potiùs illa inter-
pretatio summenda, quæ magis fauet Ecclesię
quis Prælatus potest quidem minus concedén-
do conditionem Ecclesiæ meliorare, sed non
6 peiorem † facere c. 1. *de reb. Eccles. non alien. l. 6.*
& imò debet sicuti tutor non solum damna
7 vitare, sed lucra quærere *c. vlt. in q. 4. l. quicquid
C. arbitr. tut. Pedrr. de sen. con. 210. n. 1.*

Alijs etiam fuit sufficienter in alijs decisio-
nibus responsum, quibus nihil videtur addi
posse.

COMEN DECIMARVM

Sabbati 23. Ianuar. 1621.

ARGVMENTVM

Plura deducuntur ad probandam Ecclesię Pa-
rochialitatem.

SVMMARIVM.

1 *Parochialitatis qualitas semel existens durare præsu-
mitur, dum non docetur adempta.*
2 *Parochialitas arguitur ex necessitate administrandi,
& recipiendi Sacramenta.*
3 *Cura penes Capitulum, & Canonicos ex quibus re-
sidere dicatur.*
4 *Cura ad eum pertinere dicitur, sine cuius licentia e-
xerceri non potest.*
5 *Probationes coniunguntur ad probandum, curam per-
tinere ad Capitulum præsertim contra Laicos ad ef-
fectum decimandi, & dum non concurrit alius, qui
curam prætendit.*
6 *Cura non arguitur pertinere ad Præsbyterum quam-
uis eligatur ab Vniuersitate.*
7 *Verba debent intelligi iuxta tenorem relati.*
8 *Electiones Capellanorum ad instantiam Vniuersitatis
censentur potius simplices nominationes, & suppli-
cationes.*
9 *Verba*: Capellanus, Præsbyter, & Rector,
confunduntur, ac vnum pro alio sæpe ponitur.

DECISIO CCCXIV.

DOMINI dixerunt, constare de Parochia-
litate Ecclesiæ Sanctæ Euphemiæ, atque
ita Capitulo, & Canonicis dictæ Ecclesiæ de-
beri integra decima in omnibus fructibus iu-
xta dispositionem *c. fin. de Paroch. c. cum contingat
de decimis.*

Nam quoad dictam Parochialitatem satis
videtur de ea cōstare ex pluribus pro parte di-
ctorū Canonicorū deductis, & pręcipuè ex lau-
do de an: 1440 in quo dicitur, quod ex quo dicti
Canonici nō possunt cōmodè ire, stare, & resi-
dere in Ecclesia Lezzeni pro cura, & Sacra-
mentis ibi administrandis, nec homines dicti
loci ire ad Ecclesiam S. Euphemiæ, propterea
fuit laudatum, & conuentum, quod liceret
dictis hominibus tenere in Ecclesia S. Quirici
loci Lezzeni vnū Præsbyterum pro dictis Sa-
cramentis administrandis, ita tamen quod si a-
liquis ex dictis Canonicis vellet residere in ip-
so loco Lezzeni hoc facere posset, & homi-
nes tenerentur dimittere talem Præsbyte-
rum, & respondere de tota decima, & primi-
tia dicto Capitulo, cui etiam liceret in festo S.
Quirici ire ad Canendum Vesperas, & Missam
solemnem in dicta Ecclesia, & homines tene-
rentur ire ad conducendum Canonicos suis
expensis, vt latius in dicto laudo. Nam hinc
apparet, quod non solum Capitulum, & Ca-
nonici de tempore, quo emanauit dictum
laudum erāt Parochi dictæ Ecclesiæ, & curam
animarum exercebant in dicto loco, quę si non
1 fuit adempta † adhuc penes eos esse videtur
Rot. dec. 321. n. 1. p. 1. in recent. sed etiam, quod
eandem curam hodie habent, cum fuerit in di-
cto laudo conuentum, quod ipsi possent acce-
dere pro administrandis Sacramentis, & ho-
mines dicti loci eos acceptare teneantur, sicq;
constat de necessitate vicessitudinaria admini-
2 strandi, & recipiendi Sacramenta † quod inter
Curatum, & eius Populum reperitur *Abb. in
cap. de multa nu. 24. de preb. Rot. decis. 52. num. 10.
par. 2. diu. & dec. 231. num. 5. in fin. par. 1. & 228.
num. 4. par. 2. in recentior.*

Præterea cum dicto laudo concurrit quoq;
sententia de anno 1495. lata, in qua dicitur, li-
cere Archipræsbytero S. Euphemiæ, & in eius
absentia cuilibet Canonico in Sacerdotio exi-
stenti deferre stolam ad quæ cumq; officia cele-
branda in dicta Ecclesia de Lezzeno, tam pro
cura animarum, quā aliter, & non licere Re-
ctori Ecclesiæ S. Quirici, nec alteri Sacerdoti
prædicta facere in præsentia dicti Archipręsby-
3 teri, & Canonicorum † etiam hinc quoque
apparet curam penes dictos Canonicos, & Ca-
pitulum residere ad *not. per Gonzal. ad reg. 8. glos.
6. num. 104. & seq.*

Et ad

Et ad idem facit alia sententia lata de anno
1560. in qua Ordinarius condemnat quemdã
Præsbyterum, qui sine licentia Archipræsby-
teri S. Euphemiæ in die S. Quirici se intromi-
serit in cura, & celebratione Diuinorum in
dicta Ecclesia; ex quo enim dictus Præsbyter
non poterat sine licentia Archipræsbyteri cu-
4 ram exercere † constat, quod non ad dictum
Præsbyterum, sed ad Archipræsbyterum dicta
cura pertinuerit *Rot. dicta decis.* 52. *num.* 16. *par.*
2. *din. & dec.* 153. *num.* 4. *par.* 2. *in recentior.*

His accedunt Testes vsque de anno 1494.
examinati, qui dicunt Ecclesiam S. Quirici es-
se filialem, & suppositam Ecclesiæ S. Euphe-
miæ, eamque recognoscere in matricem, ex
quibus omnibus saltem simul iunctis proba-
tur, quod dicta cura dicti loci ad Capitulum,
5 & Canonicos Ecclesiæ S. Euphemiæ † pertinet,
& maximè cum modo agatur aduersus Laicos
recusantes integram decimam soluere, neque
in causa adsit alius, qui curam dicti loci ad se
pertinere prætendat.

Non obstat, quod Prẹsbyter Ecclesię S. Quiri-
ci fuit solitus ab hominibus dicti loci eligi, quia
6 indè non infertur † quod cura dictæ Ecclesiæ
ad dictum Præsbyterum spectet, tantoque ma-
gis quod dictæ electiones habent relationem
ad laudum latum de anno 1440. iuxta cuius te-
7 norem debent † intelligi *l. asse toto ff. de hered.*
instit. Dec. cons. 63. *nu.* 6. *vers. nam in tali Gozzad.*
cons. 57. *num.* 15. *Rot. decis.* 397. *numer.* 3. *par.* 1. *in*
recent. Et quia regulariter huiusmodi Electio-
nes censentur potius nominationes simplices,
8 † & supplicationes; vt per *Ferret. cons.* 212.
numer. 4.

Non obstat, quod in dictis electionibus di-
ctus Præsbyter appellatur Rector, quia in alijs
scripturis vocatur etiam Cappellanus, & sæ-
pius vnum istorum nominum pro alio ponitur
glos. in Clem. 1. *§. non vili vers. Rectoribus de excess.*
prælat. cum alijs adduc. in Vrbe bonen. iuris conferen-
di 2. *Decembris* 1605. *coram bon. mem. Litta, quæ*
est decisio 153. *par.* 2. *in recentior.*

ROMANA VIGESIMÆ

Sabbati 23. Ianuarij 1621.

ARGVMENTVM

Latè agitur quando diminutio facta à Papa alicuius officij reddituum sit perpetua, vel temporalis.

SVMMARIVM.

1 *Cardinalis Sacratus creatus fuit Datarius.*
2 *Diminutio est realis, si verba quibus concipitur sonant in rem.*
3 *Verba directa in rem, & non in personam denotant realitatem, & excludunt personalitatem, & num.* 5.
4 *Diminutio indefinita, & absque temporis taxatione indefinita debet intelligi.*
6 *Dispositio qualibet à sua causa declaratur.*
7 *Factum ex aliqua causa secundum illam determinari debet.*
8 *Obseruantia subsequuta explicat dispositionem forsan dubiam.*
9 *Accessorium sequitur suum principale, & num.* 10. *&* 11.
12 *Pontifices volentes dismembrationes perpetuas facere perpetuitatem exprimunt.*

DECISIO CCCXV.

FVIT in hac causa 2. *Iunij coram Illustrissimo*
D. Cardinali Sacrato tunc Rotæ Auditore reso-
lutum, Vigesimam de qua agitur, non fuisse
dismembratam, sed suspensam ab officio Ca-
merariatus ad vitam Cardinalis Vastauillani,
reseruato, vt videretur, an mortuo Cardinali
talis vigesima ipso iure redierit ad officium
Camerarij, super quo auditis sæpius partibus
eodem Illustrissimo Cardinali Sacrato referen-
te resoluerunt DD.; fuisse necessariam restitu-
tionem; verum autem illa adsit, reseruarunt
particulariter videri. Quoniam vero non mul-
tis interiectis diebus dictus D. Illustriss. Cardi-
1 nalis fuit à Sanctissimo D. N. ad officium Da-
tarij assumptus, & paulo etiam post Cardina-
lis creatus; ideòque alijs negotijs detentus
non potuit dictæ resolutionis rationes exten-
dere, fuit hoc onus mihi vti dicto Illustrissi-
mo D. Cardinali in hac causa suffecto imposi-
tum, cui vt pro viribus satisfaciam præmittendu
duxi in facto quod *Fel. record. Greg. XIII. in*
decreto Consistorial. emanato de mense Maij 1584.
super prouisione officij Camerarij Cardinali
Vastauillano expressit, quod dicto Cardinali
concesserat dictum officium pro scutis 50. m.
cum facultatibus, & alijs, prout in Bulla desu-
per expedienda, in quo decreto leguntur ista
formalia verba, *& dicit Sanctitas sua, quod dimi-*
nuit pretium ipsius officij ab eo, habuerant, pro quo An-
tecessores eo quia diminuit etiam ipsius officij redditus.

Et quod postea in litteris facultatum dicti
Cardinalis expressè excipiuntur emolumenta
ex collectoria Regni Hyspaniarum.

Quodque Sixtus V. 29. Martij 1585. assi-
gnauit Parisano Collectori decimam spoliorũ
mandando Camerario Thesaurario, & Cleri-
cis Cameræ, vt totum id computum ei admit-
tant, vt in Breui, cuius copia datur.

Et quod eamdem decimam concessit idem
Pontifex Passamontio in dicta Collectoria suc-
cessori, vt in alio breui dato 16. Maij 1587.

Ex hac enim facti seriè plura colliguntur, &
primo, quod diminutio de qua in dicto decreto
Greg. XIII. ibi *eo quia diminuit etiam ipsius*
officij redditus, est indefinita, & indetermina-
ta absque vlla præfixione temporis.

Secundo quod eadem diminutio est Realis,
& non personalis; quia verba, quibus illa con-
2 cepta legitur, sonant in rem † non autem in
personam: nam Papa dicit, quod diminuit red-
ditus officij non autem quod diminuit reddi-
tus Cardinalis; vnde verba apparent directa in
officium, & non in personam Cardinalis, &
quod per consequens dicta diminutio dicitur
realis ad *not. per Bar. in l. peto §. frater num.* 3. *ff.*
de leg. 2. *Socc. Sen. cons.* 62. *numer.* 10. *l.* 3. *Card.*
Mantic.

Mantic. de coniect. vlt. volunt. l. 2. tit. 2. nu. 6. Rot. decis. 709. num. 9. par. 1. in recentior.

Tertio quod Papa diminuit pretium eo quia diminuerat redditus, & sic quod diminutio pretij est accessoria ad diminutionem redditiuum, & non è contra.

Quarto quod ista vigesima diminuta ab officio Camerariatus remanūt ipsis Collectoribus, qui tempore, quo soluebatur, grauati erant illam soluere Camerario, quodq; huius diminutionis beneficio gauisus est non solum ille, qui tunc temporis officium Collectoris exercebat in illis partibus, sed alij quoque in officio Successores, & in specie tempore Sixti V. Paresanus, & Passamontius, quibus fuerūt concessæ decimæ spoliorum Colligendorum absque mentione oneris soluendi Vigesimam, quod factum non fuisset, si Papa voluisset eos ad dictam solutionem teneri.

Quinto colligitur, quod officium Camerarij etiam tempore, quo illud fuit post mortem Vastauillani venditum Cardinali Caetano carebat emolumento dictæ vigesimæ, quia in cōputatione emolumentorum facta eo tempore de ordine Sixti V. non reperitur computatum emolumentum dictæ Vigesimæ.

Ex quibus omnibus simul iunctis DD. concluserunt, vt dictum est, fuisse necessariam restitutionem itá scilicet vt ad effectum vt redditus officij Camerarij semel à Gregorio XIII. diminuti, censeantur reintegrati necessarium sit probare interuenisse ministerium habentis facultatem illos reintegrandi. Nam quia vt dictum est, dicta diminutio fuit inde-
4 finita, & absque præfixione temporis † facta debet indefinitè intelligi *l. 1. vbi Bar. ff. de aleator. Cassad. decis. 2. numer. 3. de vnion.* & cum sit concepta verbis sonantibus in rem; sicque di-
5 catur realis, vt supra probatum est; censetur perpetua. *Oldr. cons. 223. num. 2. ver. sed in contrarium Federic. de Sen. cons. 68. per tot.*

Et quia causa, quæ mouit Pontificem ad faciendam diminutionem fuit perpetua; debet etiam ipsa diminutio censeri perpetua, hoc est quod durare debeat quamdiù durat illius cau-
6 sa, quia quælibet dispositio † declaratur á sua causa *l. cum pater §. dulcissimis ff. de leg. 2. l. cum tale falsum ff. de condit. & demostrat. Angel. in l. obligatione generali ff. de pignor. Natt. cons. 546. num. 12.*
7 & quidquid fit propter aliquā causā, secūdum illam venit terminandum. *Bar. in l. scio & ibi Alberic. ff. de annuis legat. Pedemont. decis. 98. num. 10.* cum maximè concurrat obseruantia sub-
8 secuta, ex qua apparet, quod dicta diminutio non fuit restricta ad vitam vnius, vel alterius Collectoris, aut etiam Camerarij; sed quod intentio Pontificis fuit, quod duraret donec aliter ab habente ad hoc sufficientem facultatem fuisset ordinatum.

Nec propterea obstat, quod dicebatur, quod sicuti venditio officij Camerarij facta Cardinali Vastauillano non fuit perpetua; sed ad vitam tantum Cardinalis; ita nec potest censeri perpetua dicta diminutio vti facta accessoriè ad di-
9 ctam venditionem ex alleg. *in decis. coram Illustrissimo Cardin. Sacrato* facta, quia ex supradictis apparet, quod licet diminutio fuerit facta occasione dictæ Venditionis, seu Vacationis officij, non fuit tamen facta accessoriè ad dictam Venditionem, sed quod primum in intentione Sanctissimi Pontificis fuit diminuere redditus officij Camerarij; secundum vero diminuere illius met officij pretium eo quia diminuerat redditus, & officium pro pretio sic diminuto vendere, vnde venditio pro tali pretio facta potius dici potest accessoria ad diminutionem pretij, quæ fuit principalis, vt dictum est, & non è contra, & per consequens etiam
10 argumentum ex regula accessoriorum, retorquetur, vltra, quod licet venditio officij fuerit temporalis vti facta ad vitam Cardinalis tamen officium est perpetuum; ac propterea cū diminutio facta sit ante venditionem, & habito respectu ad officium, non autem ad vitam Cardinalis debet censeri eadem diminutio per-
11 petua; prout est officium ad dictam regulam accessoriorum.

Minus placuit DD. obiectum, quod non sit facienda vis in Verbis dicti decreti Concistorialis, quia imò in dicto decreto declarantur intentio Papæ, & causa, quæ eum monit ad vendendum officium Camerarij pro minori pretio, vnde omisso etiam argumento de sumpto ex propria significatione verbi diminuere, de quo in dicto decreto bene deseruit dictum decretum ad effectum inuestigandi dictæ diminutionis redditiuum qualitatem, vtrum scilicet illa censeri debeat restricta ad vitam vnius, vel alterius Collectoris, aut Camerarij vel potius sit perpetua.

Nec facit, quod in litteris, in quibus fuit cōcessum dictum officium Camerarij Cardinali Vastauillano fuit exceptuata Vigesima, de qua agitur, quod factum non fuisset, si diminutio fuisset perpetua; cum exceptio debeat esse de regula ex allegatis, quia est aduertendū, quod dictum officium fuit dicto Cardinali in dictis litteris concessum cum omnibus emolumentis ab alijs Camerarus percipi solitis; vnde ne videretur, fuisse concessam etiam istam Vigesimā quam alij Camerarij habuerant; necesse fuit eam exigere.

Nec refragatur, quod Summi Pontifices quando volunt facere dismembrationes perpe-
12 tuas solent id exprimere, & alteri applicare, quia præterquam quod videretur, quod nulla in hoc possit notari differētia inter diminutiones perpetuas, & temporales, cū vtroque casu consueuerit fieri applicatio, cessat etiam scrupulus ex eo, quod vt modo dictum est, dicta vigesima remansit penes collectores, & ipso iure collectoris officio incorporata.

Et ita, &c.



VRBE-

VRBEVETANA DOTIS

Merc. 27. Ianuarij 1621.

ARGVMENTO

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Confessione propria nulla datur maior probatio.*
2 *Cõfessio dotis recepta in parte resultat ex eo,quod quit reliquerit filijs ius agendi pro rata non exacta.*
3 *Actiones quando dicantur confusa.*
4 *Probibitio Testatoris in vna parte facta, quando in alia censeatur repetita.*

DECISIO CCCXVI.

FVIT extra Rotam lata sententia,qua Coradus, & fratres fuerunt condemnati ad soluendum Lucæ, & Gentili Sc. 973. b. 73. nec non & Camillus ad soluendum Sc. 3539. b.86 vndè proposito per me dubio, An huiusmodi sententia esset confirmanda,vel infirmanda. Domini censuerunt respectu Coradi, & fratrum fore confirmandam, quo autem ad Camillum, quod coadiuuetur probatio, nam quantum ad dictũ Coradum, & fratres attinet, constat de credito Lucæ, & Gentilis ex causa dotis Maternæ, ex quietantia manu Iacobi communis Patris subscripta. Vnde resultat propria eiusdem Iacobi confessio, qua nulla datur
1 maior probatio *l. cũ te la 2.C.de transac.Roll.consf. 75.n.23.l.2 Verall.dec.107.n.2.p.3.*

Non obstant,quæ contra dictam qui etantiã opponuntur, quia non sunt aliqua consideratione digna, & præsertim quia idemmet Iacobus in eius vltimo testamento reliquit eius filijs ius agendi pro rata dotis non ex acta;nam ex dispositione confirmatur tanto magis veritas dictæ quietantiæ, cum ex ea resultat impli-
2 cita saltem confessio, † quod partem dotis receperit *iux.not.in l.generaliter n.29.& seq.& ibi Adden.C.denon num.pecun.*

Non obstat, quod cum omnes prędicti sint heredes Iacobi Patris communis,censeãtur actio-
3 nes cõfusæ; quia allegata iura procedunt pro quota cuiuslibet, nõ aute quoad quotas aliorũ cohæredum *l. si vxor.C.de bon.auth.iud.poss. l.licet C.ad leg.falcid. Bald.consf.145. nu.2.l.4. Crauett.consf. 131.n.6.& seq.Paul.de Castr.consf.19.n.1.& consf.120 n.2.& seq.l.2.*

Minus obstat, quod Iacobus Pater omnium prædictorum prohibuit huiusmodi repetitionem in suo Testamento, quia & si disposuerit,quod præter legatum annuum non possint aliquod petere ab eius hæredibus occasione dotis Maternæ,tamen postea idem Testator declarauit, quod si dicti Lucas, & Gentilis nollent acceptare dictam dispositionem, habeant portionem hæreditatis eis ab intestato competentem. Vnde cum dicti filij non solũ non acceptauerint dictam dispositionem, sed expresse etiam eamdem impugnauerint, vt patet ex declaratione per eos iudicialiter facta debent habere dictam portionem ipsis ab intestato competentem ex clara dicti Testatoris dispositione.

Nec dicatur, quod dictam portionem debeant habere cum dicta prohibitione, quia cũ fuerit ipsis data facultas impugnandi dictum legatum factum cum dicta prohibitione, & acceptandi portionem hæreditariam, debet dicta facultas impugnandi intelligi de legato facto cum dicta prohibitione, prout cautat in-
4 strumentum,nec eadem prohibitio potest censeri in hac secunda parte repetita *l.si mihi, & tibi §. in legatis ff.de leg. 1. l. translatio ff.de adim. leg. Bart.in l.sentẽtia §.Caio nu.2.ff. de fund.instruc.Dec. consf.213.n.5.& 6.*

Quo vero ad Camillum, licet plura fuerint deducta ad probandam dotis constitutionem ad summam Sc.5.mill;tamen, quia non videbatur ex illis resultare plena probatio,dixerunt quod ea coadiuuaretur.

COMPOSTELLANA PAROCHIALIS

Lunæ 1. Martij 1621.

ARGVMENTVM

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Iurispatronatus existentia probatur ex Testibus deponentibus de immemorabili.*
2 *Item ex publica voce,& fama,quando concurrit longissima quasi possessio.*
3 *Præsentationes continuatæ probant Iurispatronatus existentiam.*
4 *Ennunciatiuis antiquis Ordinariorum* Rota *deferre solet in probatione Iurispatronatus.*
5 *Præsentatus ab eo, qui est in quasi possessione, est instituendus.*
Amplia vt num. 6.

DECISIO CCCXVII.

DOMINI responderunt pro informante, quod scilicet Ioanni sit danda immissio, quia existentia Iurispatronatus Parochialis, de qua agitur,probatur iã ex testibus deponẽtibus
1 etiã de immemorabili † cũ omnibus requisitis, de quibus per *glos. fin.in c.1.de præscript.in 6.* cum tamẽ in casu, de quo agitur, sufficeret sola probatio de publica voce, & fama, cum longis-
2 sima † quasi possessione *Put.dec.60. in fin.l.1. Achill. decis.6. de iurepatronatu Cardin. Seraph.decis. 1141.n.6.cum alijs adduc.in vna Fesulana Iurispatronatus coram R.P.D. Canalerio,quæ est decisio 333.p. 1.in recentior.*

Quam etiam ex pluribus presẽtationibus de an.1155. & sic vltra spatiũ centũ annorũ effe-
3 ctũ fortitis, quæ probãt † iuspatronatus *Rocch. de iurepatronatu in v.ipse, vel is nu.87. & seq. fad.decis.2.n.6.de probat.Card.Seraph.dicta de-*

O nu

numer. 1. & fuit dictum in Neapolitana Rectoria 19. Decembris 1608. coram Reuerendissimo Attrebaten.
& maximè quia concurrunt enunciatiuæ an-
tiquissimæ emanatæ etiam in visitationibus
Ordinariorum, quibus Rota deferre solet, cum
4 ipsi faueant potius libertati Ecclesiarum. *Rot.
decis. 11. de iur. patr. in nou. Cardin. Seraph. decis.
1232. num. 2. cum alijs adduc. in Fesulana Iur. pa-
tronatus coram Bubalo, quæ est dec. 13. sub numer. 1.
par. 1. & in Tuden. Parochialis 7. Nouembris 1611.
coram R. P. D. meo Vbaldo, quæ est decisio 300. nu. 3.
& 11. par. 2. in recentior.*

Ac propterea cum de sola pertinentia dicti
Iurispatronatus possit esse controuersia, con-
stetque dictum Ioannem fuisse præsentatum à
5 Gomesio Sotomajor, qui est in quasi possessio-
ne præsentandi; debet dictus Ioannes institui
*iux. trad. per Abb. & alios in c. consultationibus de
iurepatr. Calderin. cons. 12. eod. tit. cum alijs adduc.
in Firmana Altaris 15. Februarij 1610. coram Reue-
rendissimo Lugdunen.* præsertim cum fuerit etiam
6 ad ius aliorum, qui fuerunt à prætensis patro-
nis præsentati, subrogatus, &c.

FIRMANA PRÆDII.

Vener. 5. Martij 1621.

DECISIO CCCXVIII.

Impressa in Recent. decis. 420. par. 5. tom. 2.

CAMERINEN. SEV MACERATEN. CENSVS.

Lunæ 8. Martij 1621.

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo possidenti conceditur. Posseſsio ex quibus probetur Sententia suspenditur per appellationem. Census non dicitur extinctus ex disdicta, non probata illius purificatione.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de manutenendo in Censu datur existenti in possessione exigendi illius fructus.*
2 *Possessio constat ex quietantia producta ab alijs, & ex illius productione confessio oritur num. 3.*
4 *Mandatum de manutenendo conceditur contra aliquẽ se asserentem heredem illius, qui possidebat.*
5 *Appellatio interposita suspendit effectum sententiæ.*
6 *Census non potest dici extinctus ex disdicta conditionali, donec non doceatur de adimplemento.*

DECISIO CCCXIX.

TEntum fuit pro informante, quod illis de
finis sit dandum mandatum de manute-
nendo in quasi possessione exigendi fructus
1 census, de quo agitur, quia de illorum posses-
sione constat ex pluribus quietantijs, quæ cum
fuerunt in actis productæ ab eademmet Ca-
therina, contra quam hodie prætenditur dictũ
2 mandatum, dubitari non potest, quin de dicta
possessione satis constet etiam ex propria con-
fessione dictæ Catherinæ, quæ oritur ex dicta
3 productione *Abb. cons. 12. num. 7. circa med. lib. 2.
Aym cons. 77. num. 8. Surd. cons. 5. numer. 37. Paris.
cons. 125. num. 20. par. 1. & cons. 79. num. 1. lib. 3.*
ita quod dictis de Finis concedi debeat dictum
mandatum, maximè cum ad hunc effectum
sufficiat vnica solutio. *Abb. in cap. cum Ecclesia Su-
trina num. 23. & ibi Rip. num. 52. de caus. poss. & pro-
priet.* & in terminis Census fuit dictum, *in Ia-
nuen. Census 17. Iunij 1601. coram R. P. D. meo Man-
zanedo impress. post tract. de censibus decis. 212.*

Non obstat, quod solutiones, de quibus in
dictis quietantijs non fuerunt factæ à dicta Ca-
therina, sed à quodam Mariano Brigante, ideo-
que non videantur suffragari posse dictis de Fi-
nis ad effectum obtinendi mandatum contra
Catherinam in dictis quietantijs non nomina-
tam, quia cum dicta Catherina in eadem pro-
4 ductione fateatur se hæredem Mariani, sufficit,
quod constet de possessione contra Marianum
ad hoc, vt detur mandatum contra Catherinam
dicti Mariani hæredem, *Put. decis. 151. l. 3.* & in
terminis Census fuit dictum in *vna, Rom. Cen-
sus 8. Iul. 1577. coram Bubalo, & in Aquileien pen-
sionis 21. Maij 1610. coram R. P. D. meo Manza-
nedo.*

Non obstat sententia ab A. C. lata super dicti
Census extinctione; quia stante appellatione à
dicta sententia interposita, fuit per dictam ap-
5 pellationem effectus dictæ sententię suspensus,
1 *Franch. in cap. Pastoralis §. verum quia de appellat
DD. in c. non solum eod. tit. lib. 6. Cassad. dec. 13. de
rescript. Rot. decis. 350. par. 1. diu.* itaque interim
procedi debeat, ac si omnia essent integra, *Cas.
de Graff. dec. 4. num. 4. de caus. poss. & propriet.* &
in terminis manutentionis in possessione exi-
gendi fructus census fuit dictum, *in Beneuenta-
na Census 13. Iunij 1594. Coram Corduba.*

Quod maximè in casu isto procedit, quia
sententia lata ab A. C. super extinctione Cen-
sus fundatur in petitione facta de sorte, & fru-
ctibus huius Census in causa discussionis An-
geli Bertarij, quæ cum fuerit facta cum prote-
statione, quod Census non censeatur disdictus,
nisi in casu, in quo sequeretur effectualis resti-
6 tutio, donec doceatur de effectuali restitutio-
ne, non potest dici constare de extinctione, vt
fuit dictum, *in Rom. Census 4. Iulij 1618. coram
R. P. D. meo Dunozzetto, &c.*

BONONIEN. PECVNIARIA.

Merc. 10. Martij 1621.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Cessante causa cessat effectus.*
2 *Pactum seruari debet.*
3 *In fauorem quod inductum, est in odium retorqueri non potest.*

DECISIO CCCXX.

CVm venditis quibuscumque bonis per D. Marcum Antonium Decio, Antonio, pro lib. 6000. cum pacto affrancandi, & eisdem bonis per dict: D. Marcum Antonium in affictum receptis, Marcellus Ferrarius se obligasset dicto Decio, tam pro euictione dictorum bonorum, quam etiam pro solutione affictuũ D. Marcus Antonius ad reddendũ mágis cautum dictum Marcellum, nè posset aliquod dãnum sentire ex dicta obligatione, conuenit cũ dicto Marcello in quodam Instrumento 5. *Februarij* 1610. inter eos celebrato, quod posset idemet Marcellus ex affictibus bonorum ipsi à dicto D. Marco Antonio locatorum retinere lib. 4600. easque conuertere in affrancationem dictorum bonorum à D. Marco Antonio venditorum, quatenus tunc Antonini haberent residuum dicti pretij, quod penes se retinuerant, & quatenus non haberent in promptu dictum residuum, quod posset dictus Marcellus dictas lib. 4600. retinere vsque quo Antonini dictum residuum prouiderent, & cum effectu dicta bona affrancarentur, nec alias dictus Marcellus posset cogi, neque ad soluendum, neque ad deponendum dictas lib. 4600. Vnde proposito dubio, An Marcellus teneretur deponere, seu soluere dictas lib. 4600. Domini censuerunt, eum non teneri, tum quia non constat, quod dictus Marcellus retinuerit penes se dictas lib. 4600. atque ità quod fuerit vsus facultate sibi in dicto instrumento data eas penes se retinendi, quod esset probandum,
1 quia cessante retentione, cessat quoque causa solutionis, & ex eo quod erat data facultas Marcello dictã summam retinendi, non sequitur, quod illam penes se retinuerit.

Tum etiam quia nec fuit probatum, quod Antonini in promptu haberent residuum pretij, ac propterea cum fuerit conuentum, quod donec Antonini prouiderent dictum residuũ, Marcellus non posset cogi neque ad soluendũ, neque ad deponendum dictam summam lib.
2 4600. seruari debet huiusmodi pactum, donec constet, quod Antonini habeant in promptu dictum residuum.

Nec obstat, quod in eodem instrumento fuit datum mandatum Marcello ad intimandum Antoninis depositum, & ad exigendum ab ijsdem residuum, quia hoc fuit factum pro maiori cautela dicti Marcelli ad effectum scilicet, vt si vellet, posset per se ipsum procurare dictorum bonorum affrancationẽ, per quam ipse liberabatur ab eius obligatione pro D. Marco Antonio, vt dictum est, facta, ideòque non debet in ipsius odiũ retorqueri, quod in fauo-
3 rem fuit inductum *l. quod fauore C. de legibus l. nulla iuris. ff. eod. tit. l. in ratione §. tamen ff. ad leg. Falcid.*

Vltra quod constat etiã de intimatione facta à Marcello, & sic cessat negligentia, ex qua prætenditur, dictum Marcellum teneri ad damna, & interesse.

ALBANEN. BONORVM.

Lunæ 15. Martij 1621.

DECISIO CCCXXI.

Impressa in Recent. decis. 178 part. 4. tom. 2. & apud Nigrum de subhastation. decis. 11. & apud Postium pariter de subhastat. decis. 53.

BRACHAREN BENEFICII

Merc. 12. Martij 1621.

ARGVMENTVM.

In Resignationibus debet seruari Bulla Gregorij XIII.

SVMMARIVM.

1 *Resignatio ad hoc, vt sit valida, debet publicari ex constitut. Gregor. XIII.*
2 *Publicatio est pars resignationis.*
3 *Publicatio debet fieri in Ecclesia beneficij, & non sufficit in Ecclesia Cathedrali.*
4 *Resignationis gratia gaudere volens, debet probare adimplevisse Bullam Gregorij XIII.*

DECISIO CCCXXII.

LITE pendente in Rota inter Gasparem, & Matthiam super beneficio, de quo agitur, Matthias resignauit ius, quod prætendebat habere super dicto beneficio ad fauorem Balthassaris, qui prætendens, quod ex decisionibus alias in hac causa factis satis, superque constaret de bono iure cedentis, dubium obtinuit, an causa esset ad sui fauorem expedienda, quo proposito Domini censuerũt, quod illa potius sit expedienda ad fauorem Gasparis Rei, & possessoris, quia non constat de iure valido dicti Balthassaris, cũ
1 non doceatur de publicatione dictæ resignationis iuxtà formam Bullæ fel. rec. Gregor. XIII. prout requiritur, cũ ipse teneatur docere proculdubio de resignatione valida ad effectum obtinendi beneficium vigore dictæ resignationis, & sic etiam de eiusdem resignationis publicatione, quia publicatio est pars resignationis.
2 *Rot. decis. 190. num. 2. par. 2. Card. Seraph. decis. 1309. num. 1. & fuit dictum in Calagur. Thesauraria 4. Febr. 1579. coram Fel. rec. Clem. 8. & in Hyspalen, & Corduben. præstimoniorum 14. Iunij 1600. coram bo. me. Card. Lancell.*

Non obstat, quod dicitur, fuisse factam publicationem in Ecclesia Cathedrali; quia hæc publicatio non sufficit, nisi fiat in Ecclesia be-

neficij vt *in dicta Bulla in verb. ipsa autem publicatio.*

Præterea non apparet etiã, quod dictus Balthassar infra tempus ad publicandum præscriptum litteras suæ prouisionis præsentauerit, & pro earum executione insteterit, *prout in dicta Bulla* disponitur *in vers. his quoque* ac propterea cum eadem Bulla annullet resignationes, nisi
4 fuerint omnia in dicta Bulla disposita adimpleta, vel dictus Balthassar probare debet omnia prædicta se adimpleuisse, vel gratia prouisionis vigore dictæ resignationis gaudere non potest ex supra allegat.&c.

AVENIONEN DOMVS

Mercurij 17. Martij 1621.

ARGVMENTVM.

Scriptura quando sit benè extracta è suo transumpto.

SVMMARIVM.

1 *Scripturarum Commissarius benè extrahit scripturas absque vlla citatione, & compulsoriali.*
2 *Assertioni alicuius quod sit standum ex Stylo Rotæ.*

DECISIO CCCXXIII.

Domini dixerunt, iura esse benè extracta à quodam transumpto facto per Iacobum Gerardum coram Iudice Auenionen. vtrum autem dictum transumptum fuerit solemniter factum ita, quod scriptura ab eo extracta fidē faciat, reseruarunt particulariter videre,

Nam quoad dicta iura constat illa fuisse extracta à Rastagno Cõmissario scripturarum di-
1 cti Gerardi, qui propterea potuit illa extrahere absque citatione, & litteris compulsorialibus non minus ac si ipsemet Rastagnus fuisset de eis rogatus *Card. in cæum P. Tabellio num. 1. vers. 6. quod vocentur. de fide instrumentorũ Verall. dec. 346 num. 1. par. 2. Rot. dec. 381. num. 1. par. 2. in recentior, & fuit dictum in Calagur. Iurispatronatus de Viana 18. Decembris 1620. coram me.*

Quod dictus Rastagnus sit Cõmissarius scripturarum Gerardi probatur non solũ per eius
2 assertionem, cui in hoc esset standum iuxtá stylum Rotæ, de quo testatur *Capuaq. decis. 247. num. 1. par. 2. Sur. decis. 475. lib. 21 Rot. dicta decis. 581. sub num. 3. par. 2. in recent. & fuit dictum in vna Iuris votandi 27. Maij 1613. coram R. P. D. meo Vbaldo,* sed etiam ex legalitate apposita per Iudicem Auenionen. *Cardin. in Clem. primum. 2. vers. & propter prædicta de procurat. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt 78. num. 14. & fuit dictum in Mediolanen decimarum S. Donati 23. Ianu. 1612. coram R. P. D. meo Pirouano.*

LVCANA CANONICATVS

Luna 22. Martij. 1621.

DECISIO CCCXXIV.

Impressa apud Spadam post cons. 77. lib. 2.

BONONIEN DE MANZOLIS

Luna 27. Martij 1621.

ARGVMENTVM.

Latissimè agitur de statuto Bononien permittente vsuram dotalem Viduis, facta interpellatione tantum extraiudiciali.

SVMMARIVM.

1 *Statutum facit intentionem fundatam.*
2 *Statutum Apostolica authoritate confirmatum est validum.*
3 *Onus probandi non interueniße interpellationem extraiudicialem requisitam à statuto spectat ad negātem, quando constat, solutos fuisse fructus.*
4 *Diuturna præstatio fructuum facit præsumere interueniße interpellationem.*
5 *Interpellatio requisita de necessitate ex solo cursu temporis nunquam præsumitur.*
6 *Ex longissima possessione percipiendi fructus præsumitur titulus, & obligatio in futurum, num. 8. nisi militet aliqua legis prohibitio. num. 7.*
9 *Laycus non est capax decimarum.*
10 *Interpellatio extraiudicialis requisita à statuto ex possessione 30. annorum dicitur probata.*
11 *Nemo præsumitur iactare suum.*
12 *Ex solutionibus longo tempore præstitis probatur census constitutio cum requisitis Bullæ Pij V.*
13 *Viduæ solent esse diligentes in repetitione dotium, & transferunt onus probandi dotes, non fuisse petitas in negantem, num. 14.*
15 *Probatio interpellationem extraiudicialem interueniße vix aliter haberi potest, quam per obseruantiã subsecutam.*
16 *Solutiones factæ ex titulo valido non debent trahi ad titulum prohibitum, & num. 19.*
17 *Partes possunt super vsuram licitam pacisci.*
18 *Solutio non attenditur quo nomine fiat, sed quo titulo fieri potuit.*
20 *Semper facilitas est interpretatio excludens delictum.*

DECISIO CCCXXV.

Domini steterunt in decisis 9. *Decembris* 1619. quod fructus dotis fuerant D. Iotte
1 debiti, ex rationibus tunc deductis, & præcipuè, quia dicta D. Iotta fundatam habet intentionem suam in statuto Bonon. permittente Viduæ dd. fructuum exactionem. Nec
2 potest de dicti statuti validitate dubitari, quia illud est Apostolica authoritate confirmatum,

Gabr.

Gabr. conf.15 num.3.vers. cum igitur l.2. Modern. l.3. disceps.Forens. c.466.num.14.& fuit in puncto
dicti Statuti firmatum *in vna Bonon. de Lamber-
tinis 19. Aprilis 1619. coram R.P. D. Manzanedo.*
Nec obstat,quod D. Isotta dicto Statuto iu-
uari non potest,nisi probet,quod fuerint per eã
hæredes Mariti interpellati,prout à dicto statu-
to requiritur;quia omisso quod vt in alia deci-
sione dicebatur, videtur potius in casu isto onus
probandi negatiuam,quod dicta interpellatio
nõ interuenerit hæredibus incumbere;in om-
nem etiam euentum cum dictum statutum so-
la extraiudiciali interpellatione contentetur;
visum fuit DD. quod dicta extraiudicialis in-
terpellatio eo ipso dici potuit probata, quod
dicti fructus fuerunt D. Isottæ à dictis hæredi-
bus per spatium plusquam 30.annorum soluti,
tum quia verisimile nõ est,quod dicti hæredes
dictos fructus soluissent, nisi fuissent interpel-
lati, quod sufficit ad effectum saltem transferẽ-
3 di onus probandi contrarium in negantem *l.
in fideicommissi in princ. ff. de vsur. Dec. in c. nouit.
num.148. de iudic. cum alijs per Rom.singul.402. in-
cipit. quis debet probare,&c.* Tum etiam quia di-
cta diuturna præstatio operatur, vt præsu-
mantur omnia solemnia,atque ità etiam dictã
4 interpellationem interuenisse,vt latè fuit *in alia
decisione* comprobatum.
*N*ec obstat,quod cum dicti fructus minimè
debeantur absque tali interpellatione, videatur
potius agi de præsumendo titulo, seù substan-
tia necessaria ad effectum consequendi dictos
fructus,quæ tamen ex solo cursu temporis nũ-
5 quam præsumuntur *Alex.conf. 50.nu.5. l. 5. Dec.
consil. 442. numer. 22. cum allegat.* quam de
præsumẽda aliqua solemnitate tituli;quia præ-
terquam quod titulus, seu obligatio oritur ex
statuto,& interpellatio per dictum statutum ad
effectum validæ obligationis requisita, nõ po-
test dici ipsamet substantia, sed qualitas, sola
etiam diuturna præstatio sufficit ad præsumen-
dum titulum, & substantiam obligationis,nam
satis est, quod is,qui agit ad solutionem annuę
præstationis alleget titulum,atq; ad huiusmodi
titulum probandum inducat longissimam pos-
sessionem,quia ex hac possessione præsumitur
titulus,& obligatio etiam respectu futuri tem-
6 poris *Bar. in l. cum de in rem verso num.14.vers.sed
si non soluisset simpliciter, & ibidem Fulgos.numer.9.
vers. si aliquando soluisset Salic.num.4.& numer.11.
ff. de vsur. Abb.conf.6.num.2. post med.vers. secundũ
remedium principale est par. 1. Alex.conf.124.num. 1
& 2. l.4. cum alijs adduc. per Menoch. de præsumpt.
lib.3.præsumpt. 131. num.59.*
*N*ec obstat,quatenus dicatur hoc non proce-
7 dere,quãdo cõtra eum,qui se fundat in diutur-
na præstatione, militat aliqua legis prohibitio,
quia huic etiam motiuo fuit in alia decisione
responsum, & præsertim, quod agitur de fru-
ctibus à Statuto permissis, quodque in termi-
nis vsurarum ex causa dotis,quod scilicet ex lõ-
ga præstatione dd. vsurarum præsumatur, ti-
tulum necessarium ad effectum consequendi
8 dictas vsuras,præcessisse *ex tex. in l. cum de in rem
verso ff. de vsur.*
Nec obstant plura in contrariũ allegata,quia
illa procedunt,vel quando adducitur solus cur-
sus temporis sine possessione, vel quando in
fundante se in dicto temporis cursu cum ob-
seruantia adest talis incapacitas,quod ei nõ suf-
fragatur cursus longissimi temporis,sed neces-
sè habet probare tanti temporis cursum, cu-
jus initij memoria nõ existat;sicuti est in Layco,
8 qui non est capax decimarum, & in similibus,
nec propterea huic casui applicantur, in quo
supposito statuto permittente vsurarũ exactio-
nem, agitur de præsumenda, seù probanda in-
terpellatione,quæ cum etiam extraiudicialis, vt
dictum est,sufficiat,atque ita ad illius probatio-
10 nem nõ requiratur scriptura,satisdicitur ex di-
cta possessione 30. annorum probata,quia ve-
risimile non est, quod hæredes, qui absque di-
cta interpellatione dictos fructus soluere non
tenebantur,illos tanto tempore soluissent, nisi
fuissent requisiti, & interpellati, cum nemo
11 præsumatur iactare suum, vt in terminis vsu-
rarum fuit dictum *in Rom. Cambiorum 17. Decem-
bris 1584. coram bo.me. Gipsio.& in Romana Census
24. Nouembris coram Reuerendissimo Atrebaten*, in
qua etiam firmatum fuit,quod ex solutionibus
longo tempore præstitis probabatur census cõ-
stitutio, quodque huiusmodi census præsume-
12 batur impositus seruatis requisitis Bullæ fel.
rec. Pij V.
Quod eo magis in casu isto procedit, quia
huic validissimæ præsumptioni accedit quoq;
alia, quod à Communiter contingentibus Vi-
13 duæ solent esse diligentes in petitione sua-
rum dotium, quæ sola videtur sufficiens ad ef-
fectum reijciendi onus probandi,quod dotes nõ
14 fuerint petitę in negantem *iux. not. per Rom. de
singul.* 402. cum alijs in alia decisione allegatis
aut saltẽ iuncta vna cum dicta longissima ob-
seruantia probat,dictam interpellationem ex-
traiudicialem interuenisse, cum etiam vix ali-
15 ter probatio dictæ extraiudicialis interpella-
tionis haberi possit.
Non obstat,quod videatur probatum, quod
solutiones D.Isottæ factę,fuerint potius ex par-
culari, & à iure prohibitâ conuentione factæ,
quam vigore dicti statuti permittentis dictorũ
fructuum exactionem, quia inter alias respon-
siones, quæ huic obiectioni à scribentibus pro
D. Isotta dabantur,placuit DD. quod diceba-
tur, quod cum constet de titulo valido, non
debent dictæ solutiones titulo à iure prohibito
16 adscribi *l. quoties, & ibi DD.ff.de reb. dub.l.meri-
tò ff.pro soc. Corn. conf.237. sub numer.3. vers.et qui
potest facere l.1. Cas.de Grass. decis.19. nu.5. de pro-
bat.*
*N*on quidem ex eo quod,vt dicitur, fuerunt
dictæ D. Isottæ dicti fructus soluti ad rationem
quinq; pro centenario, cum tamen iuxtà dis-
positionem dicti statuti debebant solui ad ra-
tionem 7. quia cum data vsura licita,non pro-
17 hibeantur partes super quantitate vsurarum
pacisci, dummodò non excedant quantitatem
vsuræ taxatæ, atq; ità D. Isotta, cui dicti fru-
ctus in maiori quantitate debebantur, potue-
rit partem vsuræ, vel expresè, vel tacitè reci-
piendo diminutam solutionem remittere, dici
non potest,quod quantitatem receptam ex il-
licita conuentione receperit, sed dicto statuto
permittente.

Minus aliquid facit, quod prætenditur, D.
Isottam recepisse dictos fructus pro affictibus,
non autem pro alimentis, de quibus loquitur
18 dictum statutum, quia nõ attenditur quo no-
mine fiat solutio, sed quo titulo fieri potuit.
Aym. cons. 20. num. 9. & semper censetur facta ex
causa licita, & approbata, vt in similibus termi-
19 minis fuit dictum. *in Senogallien. Census 20. Nouembris 1617. coram R. P. D. meo Pamphil.* in qua
fuit firmatũ, quod ex Solutionibus nomine Cẽ-
sus resultabat obseruantia pro debito Quartæ
Episcopalis, quia illa, & non census de iure
debebatur, ac propterea dicendum erit, quod
vel dicti fructus fuerint D. Isottæ soluti pro af-
fictibus bonorum pro sua dote assignatorũ, &
deinde reconductorum iuxta formam Mandati
à Comite Vlisse Comiti Ioanni Baptistæ dati,
quod licitè fieri potuit, vel quod fuerint solu-
ti vigore dicti statuti, non autem ex conuentio-
20 ne illicita, quia semper debet fieri illa inter-
pretatio, quæ excludit delictum, &c.

ROMANA HÆREDITATIS DE SIRENIS.

Lunæ 29. Martij 1621.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio possidenti datur, & multo magis quando possessio est titulata, numer. 2. imò sufficit quasi possessio num. 6.*

3 *Insolidum potest vna, & eadem res à duobus possideri.*

4 *Procurator sine mandato non potest suo principali præiudicare.*

5 *Administrationi in dubio non censetur renunciatum.*

DECISIO CCCXXVI.

DOmini dixerunt, mandatum de manute-
nendo esse dandum Margaritæ in admi-
nistratione tantum, quia de ipsius possessione
quoad dictam administrationẽ constat ex plu-
ribus solutionibus, & quietantijs per ipsam vti
administratricem factis. Vndè non potest ei
1 quoad dictã administrationem denegari ma-
nutentio §. *retinendæ instit. de interdic.* eoque ma-
gis quod dicta possessio est titulata ex disposi-
2 tione Testatoris, qua mãdauit, quod tota ipsius
hæreditas deberet à dicta Margarita admini-
strari, *Caput. decis. 339. par. 2.*

Nec obstat possessio tertiæ partis hæredita-
tis à Martia capta præsente Procuratore dictæ
Margaritæ, quia dicta possessio non præiudicat
Margaritæ quoad dictam administrationem,
nam potest stare in simul, quod Martia dictæ
tertiæ partis hereditatis possessionẽ acceperit, &
nihilominus eiusdẽ tertiæ partis administratio
ad Margaritã vigore dictæ dispositionis perti-
neat, & sic quod ambæ dictæ Sorores eadem
3 bona in solidum possideant, diuersis tamen
respectibus, vna scilicet respectu proprietatis,
altera verò respectu administrationis, *l. permi-
sceri ff. de acquir. poss. Menoch. de retin. poss. rem. 3.
num. 79.*

Quinimò nec dictus Procurator Margaritæ
4 potuisset suæ principali absque mandato quo-
ad dictam administrationem præiudicare *l. si
quis mihi §. sed si mandauit, & ibi DD. ff. de acq.
hæred.*

Et in dubio omnis interpretatio esset facien-
5 da, quod dictæ administrationi non renuncia-
uerit, *l. si quis intentione, ff. de iudic. Rom. cons. 445.
Mohed. decis. 2. de restit. Spoliat.* præsertim quod
nullus actus per Martiam gestus concernit di-
ctam administrationem.

Nec obstat, quod facultas administrandi da-
ta Margaritæ à testatore non est perpetua, quia
hoc respicit petitorium, & erit suo loco discu-
6 tiendum, nec interim potest retardari dicta
manutentio, cum ad hunc effectum attendatur
sola quasi possessio vulgar. iuribus, &c.

ASCVLANA SPOLII

Lunæ 29. Martij 1621.

DECISIO CCCXXVII.

Impressa in Recent. decis. 288. par. 4. tom. 2. & apud Postium de Manut. decis. 507.

CORDVBEN PRÆSTIMONII

Veneris 30. Aprilis 1621.

ARGVMENTVM.

Quando intret arbitrium Rotæ ad substinendam sententiam sine citatione ad videndum examinari testes.

SVMMARIVM.

1 *Suprema Tribunalia magis amplectuntur veritatem, quam iuris rigorem, & n. 3.*

2 *Rota non solet admittere Arbitrium ad confirmandum spolium.*

4 *Executio ad hoc vt substineatur, debet sententia ex ijsdem actis iustificari.*

5 *Ad obtinendum arbitrium Rotæ sufficit, vt veritas ex nouiter deductis appareat.*

DECISIO CCCXXVIII.

DOMINI censuerunt, intrare arbitrium, atque ità esse recedendum à decisis die 13. Nouembris præteriti coram Illustrissimo Cardinali Sacrato. Nam licet negari non possit, quod iuris rigore attento, examen testium fa-
ctum

ctum ad iustificandum, quod Michael obierit in possessione beneficij, de quo agitur; sit nullum ex deffectu citationis ad videndum iurare testes, quodque huiusmodi rigor non facilè relaxari soleat, quando testes fuerunt sine interrogatorijs partis, prout in casu isto euenit, examinati, vt benè fuit in dicta decisione deductum. Nihilominus quia de veritate depositionis dictorum testium, quod scilicet dictus Michael in possessione dicti Beneficij obierit, clarè constat ex instrumento captæ possessionis à dicto Michaele in vim mandati de immittendo sibi à Rota dati, & etiam ex mandato de manutenendo per eum ab hoc eodem Sacr. Tribunal. obtento iuncta iuris præsumptione, qua dictus Michael præsumitur dictam possessionem vsque ad eius obitum continuasse *iux. not. in glos. in l. fine possidetis C. de probat. Natt. cons. 400. numer. 6. Rot. decis. 4. de probat. in nou.*

Domini censuerunt, locum esse dicto Arbitrio, tum quia cognita veritate suprema Tribunalia semper magis eam amplectuntur, quã iuris rigorem. *Acchill. decis. 3. in fin. de testam. Rot. dict. decis. 12. n. 2. p. 2. & dec. 60. n. 2. p. 2. in recentior*, tum etiam quia ratio illa, ob quam dictum arbitrium denegari solet, quando testes fuerunt sine interrogatorijs examinati; quia scilicet possibile est, quod si testes fuissent super interrogatorijs exanimati, dixissẽt aliquid, quod vel substulisset, vel declarasset illud, quod dixerunt super articulis, cessat in casu isto, quia ex dictis instrumentis detegitur, quod veritas se habet prout dicti testes deposuerunt; & sic quod etiã si fuissent super interrogatorijs examinati, nihil plus, aut minus, deposuissent, quam super articulis deposuerunt.

His accedit, quod pars fuit citata ad videndum committi iuramentum testium, & licet in dicta citatione fuerint per inaduertentiam eius, qui dictam citationem fecit, omissa verba, ad videndum iurare, tamen dicta citatione stãte nõ potuit Procurator aduersarij ignorare, quod testes debebant iurare, quo fit, vt nec videatur adesse totalis defectus dictæ citationis, & quod per consequens tanto magis intret æquitas ad effectum reijciendi dictam nullitatem cessante præsertim omni præiudicio partis, vt dictum est.

Nec obstat, quod Rota non solet interponere arbitrium ad confirmandum spolium, quod prætenditur fuisse mediante executione sententiæ ex dicto defectu citationis nullæ commissum, quia hoc procedit, quando nullitas est inexcusabilis, & etiam releuans, puta, si fuit commissa in actu aliquo principali, & respicit defensionem de iure naturali parti competentem, secus vero si illa est excusabilis, & prouenit ex mero iuris rigore, ac cessat partis præiudicium, quia tunc Rota veritatem amplectitur, & ad euitandos circuitus, & litium expensas dictum iuris rigorem iuxtà facultatem ei à Signatura tributam remittit, vt in puncto fuit firmatum in vna *firmana Beneficij 13. Ianuar. 1617. coram me*, in qua prius DD. coram R. D. meo Decano simile arbitrium interposuerant ad effectum reijciendi nullitatem hec spolio commixtam.

Nec obstat, quod dicta instrumenta, ex quibus probatur veritas depositionum dictorum testium, fuerunt post sententiam contra Seminarium latam, & eius executionem producta, quod fieri non potuit, cum ad substinendam
4 executionem deberet dicta sententia ex ijsdem actis iustificari *Abb. in c. inter cetera, n. 8. & ibi Fel. n. 4. vers. vel dic etiam de re iudic. Card. Seraph. dec. 279. n. 5.* quia ad effectum de quo agitur, sufficit vt quouis modo Rotæ constet, quod verum deposuerunt dicti testes, nam eo ipso intrat dicta æquitas; quia scilicet cessat præiudicium partis ex omissione dictæ citationis, & sententia, illiusque executio substinetur ex probationibus factis per dictos testes, atque ita dicta instrumenta deseruiunt tantummodo ab ostendendum, quod licet fuissent data interrogatoria, dicti testes nihil plus, vel minus deposuissent, & sic ad coadiuuandum dictas probatio-
5 nes, quod etiam ex nouiter deductis facere permissum est, vt fuit dictum in *Romana de Sacchettis 26. Nouembris 1611. coram R. P. D. meo Caualerio*, & alijs sæpissimè, seù ad mouendum iudicis animum pro dicto arbitrio.

CIVITATIS CASTELLI PECVNIARIA

Mercurij 5. Maij 1621.

DECISIO CCCXXIX.

Impressa in Recent. decis. 228. par. 4. tom. 2. & post Gilian. ad Statut. Perus. decis. 78.

VLIXBONEN BENEFICII DE AZAMBVSA

Veneris 14. Maij 1621.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Familiaritas ex pluribus simul iunctis probatur.*
2 *Testes non constantes negatiuam non probant.*
3 *Testes numero plures præferendi sunt paucioribus.*
4 *Testes deponentes magis verisimilia præferendi sunt.*
5 *Matricula sola iunctis adminiculis probat familiaritatem alicuius.*

DECISIO CCCXXX.

DOMINI steterunt in decisis 7. *Febr. 1618. coram R. P. D. meo Pamphilio*, quia constat de reseruatione, eo quod satis superquè probatur, Emanuelem, per cuius obitum vacauit beneficium, fuisse familiarem claræ mem. Enrici Cardinalis Portugalliæ. Nam testes ad probandam dictam familiaritatem inducti deponunt,

nunt; quod dictus Emanuel erat familiaris di-
cti Cardinalis etiam antequam ingrederetur
Collegium, quodque fuit in dicto Collegio ab
eo educatus, & alimentatus, & quod idem-
met Cardinalis subministrauit ei vti suo fami-
liari expensas necessarias ad obtinendũ gradum
Doctoratus, quodque in eadem familiaritate
continuauit etiam post doctoratum, & in spe-
cie, quod dictus Emanuel fuerit post dictum
Doctoratum familiaris, & commensalis
dicti Cardinalis, deponit 13. super 2. & super
10. 12. super 2. & alij plures *Summario num. 4.*
& iidem testes deponunt, quod fuit ad plura
officia à dicto Cardinali deputatus videlicet
Concionatoris, vt deponunt testes *Summario n.*
5. Visitatoris, de quo deponunt testes *num. 3.* &
Cappellani, vt in dicto *Summario n. 4.*

Et cum eorumdem testium depositionibus
concurrunt litteræ collationis Beneficij, in qui-
bus dictus Cardinalis vocat eundem Emanue-
lem famulum, nec non litteræ, in quibus eum
deputauit in Cappellanum cum assignatione
certæ pensionis, & aliæ denique litteræ in qui-
bus recepit dictus Cardinalis eum in Cubicu-
larium ità, quod dubitari non possit, quin ex
1 omnibus saltem simul iunctis resultet plena
probatio dictæ familiaritatis, vt latè fuit in alia
decisione deductum.

Nec obstant testes, qui conantur probare,
quod dictus Emanuel non fuerit familiaris Car-
dinalis, tum quia non coarctant negatiuam
2 prout necesse est. *Roll. cons. 93. n. 7. vol. 4. Cardin.*
Seraph. dec. 1102. n. 8. tum etiam quia in omnem
euentum præferendi essent testes deponentes
3 pro affirmatiua, quia sunt numero plures *c. in*
nostra, de testibus Socc. iun. cons. 144. num. 50. & cons.
159. num. 13. vol. 2. & deponunt magis verisimi-
4 lia *l. 3. §. 1. ff. de testibus Fel. cons. 50. nu. 27. Curt. iun.*
cons. 178. n. 4 p. 2. Ruin. cons. 92. nu. 16. l. 4. & cons. 12.
n. 12. l. 5. Gozzad. cons. 8. n. 46. & cons. 79. n. 13. Afflict.
dec. 362. n. 6. & quia regulariter magis statur te-
stibus affirmantibus, quam negantibus *c. super*
iu fin. de renunciat. Dec. cons. 534. num. 13. Ruin. dicto
cons. 12. n. 2. vol. 5. Soccin. iun. cons. 88. nu. 20. & cons.
181. n. 4. & n. 14. vol. 2.

Minus facit, quod dicitur Cardinalem deco-
rasse dictum Emanuelem titulo Concionato-
ris, & Visitatoris, ac etiam Cappellani, &
Cubicularij honoris causa, non quod cum ef-
fectu in dictis officijs dicto Cardinali inseruiret,
quia imo, quod actu inseruierit, probant te-
stes, vt dictum est, idque comprobatur ex lit-
teris patentibus Cardinalis, in quibus mandat
suis Officialibus, quod dicto Emanueli trade-
rent portiones ei in dictis litteris assignatas, &
etiam ex eo, quod constat, dictum Emanuelem
fuisse descriptum in matricula, seù Rollo fa-
miliarium Cardinalis, hæc enim manifesta
signa sunt, quod dictus Emanuel fuit verus fa-
miliaris, & Commensalis dicti Cardinalis, cum
5 etiam sola matricula, seù Rollus iunctis admi-
niculis probet familiaritatem *Paris. cons. 136. nu.*
92. l. 4. Menoch. de præsumpt. præsumpt. 78. n. 3. l. 2. Rot.
decis. 411. nu. 1. l. 3. & fuit dictum in Comen. Beneficij
18. Martij 1595. coram bon. me. Cardin. Pamph. & in
Hispalen Beneficij 7. Martij 1604. coram S. D. N.
tunc Rotæ Auditore.

Reliquis fuit in alia decisione satisfactum.

CONCHEN. DECIMARVM

Vener. 14. Maij. 1621.

ARGVMENTVM.

Agitur de sententia extracta à suo originali
quomodo sit ritè, & rectè extracta.

SVMMARIVM.

1 *Sententia quando sit in forma probanti vigore Inno-*
centiana.
2 *Notarius potest plura exempla ex vno originali ex-*
trahere, & omnia habentur pro originali.
3 *Notariatus quomodo probetur.*
4 *In antiquis præsumitur pro scriptura sine proba-*
tione Notariatus.
5 *Sententia licet minus solemnis si sit antiqua, & ab*
Alijs obseruata in dubium reuocari non po-
test.
6 *Processum ritè, & rectè fabricatum fuisse præsumi-*
tur.
7 *Sententia ex pluribus roborata plenè probat.*
8 *Copia Copia concurrentibus adminiculis fidem ha-*
bet.
9 *Copia extracta è suo originali fidem habet etiam si*
originale, vel protocollum non reperiatur.

DECISIO CCCXXXI.

DOMINI censuerunt, sententiam anni 1516.
esse in forma probanti, quia illa fuit ex-
tracta ex quodam processu fabricato in Ciui-
tate Alcala à quodam Michaele Mongeraz.
1 Notario actuario], ac propterea probat etiam
in Curia vigore Innocentianæ iuxta *decis. Veral.*
354 n. 5. & seq. p. 2. & fuit dictum in Hispalen Ille-
gitimatis coram R. P. D. meo Vbaldo, quæ est decisio
389. nu. 1. p. 1. in recentior. & in Perusina beneficij S.
Crucis & S. Luciæ 4. Decembris 1619. coram me.

Nec obstat, quod dicitur esse sumptum de
sumpto, quia imo sententia, quæ fuit in dicto
processu producta, fuit tradita à quodam Al-
fonso Cespedes Notario de dicta sententia ro-
gato; ideoque habetur etiam dicta sententia
pro originali, cum Notarius possit plura extra-
cta ex suo originali, seu Prothocollo extrahe-
re, quæ omnia habẽtur pro originalibus quoad
2 effectum probationis *Bart. in auth. si quis in aliquo*
in 2. opposit. nu. 3. C. de edendo, & ibi Cagnol. & alij
Caputaq. dec. 170. p. 1. Rot. dec. 1. n. 1. de fide instrum. in
nou. & dec. 4. num. 1. eod. tit. in antiq. cum alijs addüc. in
vna Dertusen. Parochialis 11. Ianuarij 1662. coram
S. D. N. tunc Rotæ Auditore.

Non obstat, quod non probatur Notariatus
Alphonsi, qui dicitur de dicta sentẽtia rogatus,
nec minus Notariatus Michaelis, qui dictam
sentẽtiam ex dicto processu extraxit, quia quo-
ad Notariatum Michaelis, satis videtur de eo
constare saltem in præiudicium Capituli, ex
subscriptione monitorij per ipsummet Capitu-
lum obtenti super solutione decimarum, & a-
lijs acti-

3 Iiis actibus, in quibus dictus Michael ad instantiam eiusdem Capituli se enunciat Notarium *Verall. dec. 247. par. 2.*

Quo vero ad Notariatum Alphonsi, licet de eo aliundè, quam ex illius assertione non constet, non tamen ideò minus probat dicta
4 sententia, tum quia sumus in antiquis, quo casu præsumitur pro scriptura, nec requiritur alia probatio Notariatus. *Aym. de antiq. temp. par. 3. §. vidimus num. 2. Put. dec. 205. num. 4. & 5. l. 2. in nou.* tum & maximè, quia dicta sententia fuit ab anno 1516. quo fuit lata, perpetuo obseruata, & ipso Capitulo sciente, & patiente, quo fit, vt fides dictæ sententiæ licet ea minus
5 solemnis esset, in dubium reuocari non valeat *Crauett. conf. 101. num. 4. & conf 158. nu. 1. Surd. conf. 262. num. 62. l. 2. Card. Seraph. dec. 928. nu. 2. & dec. 903. num. 15. & fuit dictum in Calaguritana de Aluerite 20. Maij 1592. coram bon: mem: Gipsio,* & alias sepissimè.

Nec obstat, quod de huiusmodi obseruantia non videatur sufficienter constare, quia de ea deponunt plures Testes *in summario Didaci num. 2.* & præsertim *21. & 22.* qui in specie dicunt, quod decimæ, de quibus agitur, fuerint solutæ DD. de Inestrosa vigore sententiæ latæ in Ciuitate Salamantina.

Vnde etiam cessat, quod dicitur, dictam obseruantiam esse æquiuocam, sicque non posse deseruire ad augendam fidem dictæ scripturæ, cum possibile sit, quod dicti DD. de Inestrosa dictas decimas perceperint vigore possessionis, in qua existebant ante dictam sententiam, illam scilicet continuādo, & non in vim dictæ sententiæ, quia ex dictis Testibus in specie, vt dictum est, deponentibus, quod dicti DD. dictas decimas perceperunt vigore sententiæ in Ciuitate Salamantina latæ apparent, quo titulo dictas Decimas dicti DD. perceperint.

His accedit, quod Michael, qui dictam sententiam extraxit ex dicto processu, testatur illam extraxisse ex suo originali, quodque nunc nihil contra dictam sententiam oppositū, & quod regulariter etiam præsumitur pro va-
6 liditate processus, quod scilicet fuerit ritè, & rectè fabricatus. *Dec. in cap. quoniam contra num. 33. de probat. Menoch. conf. 100. num. 4.* ex quibus omnibus saltem simul iunctis adeò roboratur
7 fides dictæ sententiæ, vt plenè probet, cum etiā
8 copiæ copię fides habeatur concurrentibus adminiculis. *Verall. dec. 234. par. 1. Rot. dec. 418. num. 5. par. 2. in recentior.*

Non obstat, quod factis diligentijs non fuerit reperta dicta sentētia originalis in actis Alphonsi, qui dicitur de ea rogatus, quia cum
9 semel dictus Notarius dederit exemplum dictæ sententiæ etiam si originale, seu Prothocollum non reperiatur, nihilominus huiusmodi exemplo fides habetur *Alex. conf. 175. nu. 4. l. 7.* quia dictum quoque exemplum habetur pro originali ex supra alleg.

BONONIEN. FRVCTVVM DE GOZZADINIS.

Lunæ 17. Maij 1621.

ARGVMENTVM.

Latè agitur de fructibus Legati facti pro dote, quando debeantur, & à quo peti debeant.

SVMMARIVM.

1 *Actio dotis competit mulieri, & viro; contrarium num. 2.*
3 *Fructus Legati pro dote relicti vxor non consequitur, nisi facta interpellatione.*
4 *Debitor dotis constituitur in mora eo ipso, quod maritus substinet onera matrimonij declara vt num. 5. & 6.*
7 *Ignorantia excusat à mora.*
8 *Ex facto alieno iustè ignorato non constituitur in mora.*
9 *In dubio quis præsumitur factum alienum ignorasse.*
10 l. final. §. propterea C. de iure dotiū *declaratur.*

DECISIO CCCXXXII.

DOMINI steterunt in decisis 15. *Februarij anni præteriti*, quod fructus scutorum mille ab Vlisse Legatorum filiabus fœminis nascituris ex altera ipsius filia, non debeantur D. Camillo, ex rationibus tunc deductis. Quibus
1 non obstat, quod sumus in dote legata, cuius actio competit mulieri, & viro, *per tex. in l. Titio centum §. Titio genero, & ibi Bar. & alij ff. de condit. & demonstrat.* tum quia *in dicta l.* præsupponitur, quod dos esset legata, viro licet filiæ nomine, ac propterea mirum non est, quod actio in eo casu competat etiam viro de æquitate, quod secus est in casu isto, in quo
2 Legatum factum est Nepti nasciturae ex filia Testatoris, quando illa nupserit, nulla facta mentione viri; vnde nec dictæ legis dispositio huic casui applicatur.

Tum etiam quia in omnem euentum, quod etiam in hoc casu actio competeret viro ex æquitate pro dicto Legato, non tamen indè sequeretur, quod ei debeantur fructus dicti Legati ab hærede absque alia interpellatione; aliud enim est, quod ex æquitate vir admittatur ad petendum Legatum nomine vxoris,
3 aliud, quod possit petere fructus dicti Legati, quos nec vxor consequi potuisset absque alia interpellatione *l. si ex Legati causa ff. de verb. oblig.* cum simil.

Nec propterea obstat, quod debitor dotis
4 constituitur in mora, eo ipso, quod maritus substinet onera Matrimonij etiam absque alia interpellatione, quia vt in alia decisione fuit comprobatum, hoc procedit, quando dos fuit promissa marito, & contra ipsius dotis promissorem, siuè eius hæredem, tunc enim di-
5 citur maritus substinendo onera matrimonij adimpleuisse contractum promittendi, & à debitore promittente contrahitur mora, secus autem est, quando dos non fuit promissa marito, sed, vt in casu isto, legata Nepti nasciturę quando

6 quando illa nupserit, & sic sub conditione in-
certa, nam tunc impossibile est, quod per im-
plementum mariti contrahatur mora quoad
legantem, siuè eius hæredem, qui dicto ma-
rito nihil promisit, & cui propterea nec dictus
maritus aliquid adimplere potuit, vt latè *per
Ruin. cons. 222. lib. 1.* cum alijs in alia decisione
adductis, & maximè quia verisimiliter etiam
potuit talis hæres ignorasse, quod euenerit dies
nuptiarum, in quem fuit relictum Legatum,
vel quod legatum fuit factum, & in dotem
7 datum, ignorantia enim excusat à mora *Pur-
purat. in l. quod te numer. 75. vers. 3. infertur & ibi
Cagnol. num. 42. ff. si cert. pet.* & ex facto alieno,
8 quod quis iustè ignorare potest, non constitui-
tur in mora. *Bero. cons. 193. numer. 35. cum seq.
l. 1. & cons. 205. in princ. l. 3. Surd. dec. 177. n. 11
Cas. de Grass. dec. 2. num. 8. & 8. de fideiuss.* & in
dubio præsumitur quis factum alienum igno-
9 rasse, nisi probetur contrarium *l. verius ff. de
probat. Bar. in l. fin. ff. pro socio,* ac propterea Le-
gataria sibi imputet, quod hæredem non inter-
pellauit *l. fin. ff. quorum Legatorum.*

Nec pariter obstant, quæ deducuntur ex
l. fin. §. propterea C. de iu. dot. vbi deciditur, vsu-
ras dotis deberi etiam ab extraneo post bien-
nium, quia in dicta lege etiam exprcsse
10 præsupponitur, quod dos fuerit promissa viro
per stipulationem, quodque etiam per conse-
quens debitor dotis habuerit scientiam debiti,
quod non est in casu isto, cum, vt sepè dictum
est, nec dos fuerit promissa viro, sed simplici-
ter Legata Nepti nasciturae absque mentione
viri, nec minus probetur, quod heres Legan-
tis habuerit scientiam Legati, aut saltem, quod
huiusmodi Legatum fuerit datum in dotem di-
ctæ Nepti; vnde nec dicta lex applicatur.

Nec obstant cessiones dictorum fructuum
factæ D. Camillo, à quo fuit dos soluta, quia
cessio ei à filio facta fuit penitus inutilis, cum
filiæ nulli deberentur fructus, eo quod dicta
scuta mille fuerant ei legata in pecunia, & ipsa
non supportabat onera matrimonij, alia vero
cessio facta eidem D. Camillo à Genero, non
poterat ei suffragari, nec pro tempore ante li-
tem contestatam, quia pro illo tempore dicti
fructus non debebantur, ex quo nulla aderat
mora, vt dictum est, nec etiam pro tempore
futuro, quia huiusmodi fructus debentur tan-
tummodo viro ratione onerum matrimonij,
quæ substinet, ac propterea cum D. Camillus
non substinuerit huiusmodi onera, non potest
neque etiam dictos fructus prætendere, & sibi
imputet, quod infructuosum creditum emere
voluit vt ex *Bal. in rub. C. de vsur. n. 13. Surd. cons.
269. & de Aliment. quæst. 42. numer. 22. vers. contraria
tamen opinio,* & alijs fuit in alia decisione fir-
matum.

TIBVRTINA. OLIVETORVM.

Lunæ 17. Maij 1621.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Contra bona fideicommissaria non est relaxandum mandatum.*
2 *Descendentes per lineam masculinam dicuntur comprehensi in fideicommisso perpetuo.*
3 *Vocatio facta in portione Patrui de descendentibus omnibus in infinitum, intelligitur etiam in portione Patris.*
4 *Inter descendentes facilius inducitur fideicommissum.*
5 *Coniectura ex quibus filij filiorum, & cæteri descendentes censentur vocati ad fideicommissum, afferuntur, & num. 6. 7. & 8.*
9 *Coniecturæ, quæ singulæ non prosunt, vnitæ iuuant ad inducendum fideicommissum.*

DECISIO CCCXXXIII.

Domini censuerunt, mandatum non esse
relaxandum contra bona q. Marci Anto-
nij illi obtenta ex hæreditate Vincentij, quia
dicta bona sunt subiecta fideicomisso dicti
1 Vincentij, & iam ad fauorem filiorum dicti
q. Marci Antonij, ac propterea non dicuntur
amplius de bonis, & hæreditate Marci Antonij,
sed ea sunt dictorum filiorum propria, & ex hæ-
reditate Patris detrahenda ad trad. *in l. cohæredi
§. cum filiæ ff. de vulg. & pupill. & per Peregrin. de
fideicom. art. 6. n. 7. & 8. Cardin. Seraph. dec. 855. n. 1.*

Quod autem dicta bona sint de fideicomisso,
etiam ad fauorem dictorum filiorum subiecta,
apparet ex lectura testamenti, in quo dictus
Vincentius instituit sibi hæredes Ioannem Do-
minicum, & Lutium eius filios, & si alter ip-
sorum sine filijs decederet, alium substituit, si
viueret, sin minus eius filios, hac expressa di-
spositione adiecta, quod hoc obseruaretur in
2 infinitum, durante linea masculina. Nam cum
dicti quoque filij Marci Antonij sint de de-
scendentibus per lineam masculinam à dicto
Vincentio, dubium non est, quin ipsi quoque
sint in dicto fideicomisso, quod dictus Vincen-
tius durare voluit in infinitum, dicta linea ma-
sculina durante, comprehensi *Aym. cons. 62. n. 10.
& cons. 386. n. 3. Bal. cons. 334. num. 10. l. 3. Surd. cons.
344. n. 14. Peregrin. dicto tract. de fideicom. art. 22. nu.
24. Rot. diu. dec. 146. n. 4. p. 1. in recentior.*

Nec obstat, quod dicta dispositio videatur
restricta ad casum, quando vnus ex filijs institu-
tis sine filijs decederet, & sic quod dicti de-
scendentes censeantur vocati in portione Pa-
trui tantum, non autem etiam in portione Pa-
3 tris, & Aui, quia vocatio facta in portione Pa-
trui de omnibus descendentibus in infinitum,
arguit quoque eorumdem descendentium vo-
cationem in portione eorum Patris. *Aym. dicto*

cons. 62.

conf.62.n.10.& dicto conf.326.n.7. Honded. conf.14. n.38.& seq. Ruin.conf.160.n.24. l.2. cum alijs latè congestis *in Bononien. de Pannolinis* 10. *Decembris* 1610. *coram R. Lugduuen.* in qua etiam dictum fuit, quod secundum hanc opinionem sæpius Rota respondit, & signãter in causa *Rom.fideic. de Quinq.12.Nouembris* 1607.*coram S. D. N. tunc Rotæ Auditore,* & fuit firmatum *in Vrbeuetana fid.* 10. *Decembris* 1607. *coram R. D. meo Decano* vbi quod Testator magis censetur deligere descendentem in portione ascendentis, quam in portione tranuersalis.

Quod maximè in præsenti facti specie procedit, non solum quia versamur in descenden-
4 tibus, inter quos facilius inducitur fideicomissum *Dec. conf. 242. circa fin. vers. & quoniam filij Rot.decis.105.sub n.3.p.1.in recentior.*

Verum etiam quia plures aliæ coniecturæ concurrunt, & præsertim, quod Testator digressus est ad plures gradus substitutionis, excludendo etiam proprias filias, quam diù exta-
5 rent masculi, quodque vsus est verbis denotantibus perpetuitatem, & quod inter institutos fecit reciprocam substitutionem, quæ omnes sunt coniecturæ fortissimæ ad hoc, vt filij filiorum, & cæteri descendentes in infinitum censeantur vocati, vt de coniectura desumpta ex digressione ad plures gradus substitutionis tradit post alios *Menoch.conf.458.num.20.Cardin. Mantic.de coniect.vlt.vol.l.11. tit.3.nu.13.cum alijs adduc.in vna Bonon.fideicom.26.Ian.1618.coram me,*
6 & de coniectura desumpta ex verbis denotantibus perpetuitatem *Menoch.conf.197.num.25.Roll. conf.23.n.18.& seqq.l.4.Simon.de Pret.de interpret. vlt.vol.l.3.interprat.3.dub.1.solut.10.num.16.& seq. Peregr.de fideicom.art.13.n.77.Rot.diu. dec.231.n.4. p.2.in recentior.*

Et de coniectura reciprocæ substitutionis fa-
7 ctæ inter institutos, quod videlicet Testator multo magis eam facere voluerit inter descendentes, & remotiores minus dilectos, *Crauett. conf.130.n.6.Socc.iun.conf.101. num.10.& seqq.l.3. Surd.conf.344.n.17.cum aliis adduc. in dicta Bonon. de Panolinis coram R. Lugdunen.*

His accedit, quod dictus Testator decedentibus eius filijs, & hæredibus institutis sine filijs, substituit filias feminas, & eorum filios,
8 nepotes, & pronepotes in infinitum, nam & hoc manifestum signum est, quod ipsius intentio erat inducere fideicomissum perpetuum & absolutum inter eius descendentes, ne dicatur, voluisse præferre extraneos suis descendentibus, vt in puncto arguit post alios *Paris. conf. 78.n.3.l.2.Card.Mant.de coniect.vlt.volunt.l.11.tit. 20.n.11.cum aliis per Rot. dec.380. n.5. p.2.in recentior.* Et quatenus singulæ coniecturæ non suffi-
9 cerent, simul tamen iunctæ iuuant, vt fuit dictum *in dicta Bononien. de Pannolinis*, vbi quod Coniecturæ simul iunctæ considerari, non autem separatim discuti debent, & fuit sæpius decisum.

CREMONEN. PRÆPOSITVRÆ

Veneris 28. Maij 1621.

DECISIO CCCXXXIV.

Impressa in recent. decis.292. par.4. tom.2.

NARNIEN. BONORVM

Veneris 28. Maij 1621.

DECISIO CCCXXXV.

Impressa in Recent. decis. 294. par. 4. tom. 2.

ASTEN. CANONICATVS

Mercurij 2. Iunij 1621.

ARGVMENTVM.

Beneficia Subcollectorum sunt reseruata, sed debent esse deputati generaliter, non autem solum ad exigendum, & qualiter probetur deputatio tantum ad exigẽdum, habetur latè per totam decisionem, vbi multa recensentur.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio regulatur, & restringitur à sua causa, & ex proœmio causa desumitur.*
2 *Dictio* ad hæc *restringit dispositionem.*
3 *Beneficia Subcollectorum non sunt reseruata, nisi sint Subcollectores vnici.*
4 *Deputatio Subcollectoris probatur ex litteris Thesaurarij iunctis alijs, de quibus in decisione.*

DECISIO CCCXXXVI.

DOMINI steterunt in decisis, quod probatur Balagnum non fuisse vnicum Collectorem in Diœcesi Asten. & sic quod non constat de causis restitutionis in integrum; nam ex lectura litterarum deputationis dicti Balagni apparet, quod ipse fuit deputatus tantum pro exactione taxæ scut. 100. concordatę inter Thesaurarium, & Capitulum Asten. non autem generaliter ad omnia spolia etiam in dicta concordia reseruata.

Idque colligitur tam ex proœmio dictæ deputationis, in quo narratur dicta concordia inita super spolijs Clericorũ pro summa scut. 100. quodque quidam Clerici Beneficiati dictę Ciuitatis, & Diœcesis Asten. soluere recusabant taxam vigore dictæ concordiæ debitam, & etiam ex ipsius deputationis dispositiua ibi, *nos volentes, vt omnes dictæ Ciuitatis, & Diœcesis Clerici beneficiati dictam taxam persoluant, propterea aliquem idoneum Commissarium deputare volumus, qui tàm pro dicta Cameræ Apostolicæ,*

quam

quàm ipsius Capituli, & Clerici Asten. indemni-
tate ea, qua decet diligentia præmissa exequatur,
ex hac enim dispositiua iuncta præsertim
dicto eius proemio, apparet causa dictæ
deputationis, ad quam ipsa etiam deputa-
1 tio restringi debet, quia quælibet disposi-
tio declaratur à sua causa *l. cancellauerat ff. de his,*
quæ in test. del. l. Seio amico in princ. ff. de annuis leg.
& ad ea restringitur *l. cum pater. §. dulcissimis ff.*
de leg. 2. Ang. in l. obligatione generali ff. de pignor.
Bar. in d. l. cancellauerat numer. 2. ff. de his, quæ in
testam. del. Bal. in l. emancipatione in fin. C. de fid.
instrum. Surd. cons. 16. num. 15. & seq. & dec. 176.
num. 6.

Tum & clarius ex ipsamet deputatione, in qua expressis verbis deputatur dictus Balagnus ad exigenda scuta 100. iuxta taxam, & repartitionem desuper faciendam, & iuxtà formam dicti Instrumenti pro rata dictos Clericos, & eorum quemlibet tangente, & denique ex facultate dicto Balagno data, quod siquidem Clerici dictâ ratam noluissent soluere; possent post eorum mortem eorum bona inuentariare, & tamquam spolia applicare Capitulo, & Clero, nam cum spolia in dicta concordia reseruata nullo modo pertinuissent ad Clerũ Asten. sed immediatè ad Cameram Apostolicam; clarè etiam hinc colligitur, quod intentio Thesaurarij fuit deputare dictum Balagnum ad exigendam dictam taxam; non autem dicta spolia reseruata.

Non obstat, quod tum iuxtà dictam concordiam initam inter Clerum Asten. & Reuerendam Cameram Apostolicam deputari debuerit etiam pro spolijs reseruatis in dicta concordia Canonicus Ecclesiæ Cathedralis Asten. dictusque Balagnus fuerit deputatus iuxtà dictæ concordiæ formam, censeatur etiam deputatus pro dictis spoliis reseruatis, quia vltra quod in dicta concordia non dicitur, quod Thesaurarius teneatur deputare Canonicum etiam pro dictis spoliis, sed solum reseruatur cognitio causarum dictorum spoliorum reseruatorum eidem Thesaurario, seù Commissario pro exactione taxæ deputato, ex quo non potest inferri, quod Thesaurarius teneretur deputare Canonicum etiam ad exigenda spolia reseruata, cessat etiam in hoc casu difficultas, quia ex supra deductis apparet, quod Balagnus fuit deputatus ad exigendam dictam taxam tantum, & sic quod verba iuxtà formam concordiæ intelligi debent quoad exactionem taxę concordatæ, ad quam præcisè, vt dictum est dictus Balagnus fuit deputatus; prout etiam ex eadem ratione ad dictam exactionem taxæ restringi debent illa verba *Commissarium specialem, & generalem cum omnibus, & singulis honoribus, & oneribus, &c.*

Et eo maximè quia hic intellectus confirmatur ex clausula immediatè subsequenti ibi *& cum reuocatione omnium aliorum Comissariorum ad hæc forsan Deputatorum*, ex hac enim clausula apparet, quod Thesaurarius, non voluit reuocare omnes alios Subcollectores etiam pro spolijs reseruatis deputatos, prout procul dubio fecisset, si voluisset dictũ Balagnum deputare ad omnia spolia etiam reser-
2 uata in concordia, nam per verbum, *ad hæc*, †
in dicta clausula appositum restringitur gene-
ralis illa reuocatio ità, quod non censeantur re-
uocati alij Collectores, seù Commissarij, qui
fuerunt deputati pro alijs spolijs in dicta con-
cordia reseruatis, & de quibus in dicta depu-
tatione Balagni nulla prorsus mentio facta
fuit, sed solum illi, qui forsan anteà dati fue-
runt pro eiusdem taxæ collectione.

Posito autem, quod dictus Balagnus non
fuerit deputatus generaliter ad omnia spolia,
& in dicta concordia reseruata, quodque non
fuerint per dictam deputationẽ Balagni reuo-
cati alij Collectores pro spolijs in dicta con-
cordia reseruatis deputati, sequitur, quod re-
3 seruatio, de qua in regula quarta † non intrat,
tum quia per dictam regulam reseruantur so-
lum beneficia vnicorum Subcollectorum in
quacumque Ciuitate, vel Diœcesi, & sic illo-
rum Subcollectorum tantum, qui deputati
sunt ad colligendum omnia iura, & spolia ad
Cameram spectantia, tum etiam quia ex fusè
deductis in alijs decisionibus in hac causa fa-
ctis satis colligitur, quod aderant in eadem
Diœcesi, eodemque tempore alij etiam Col-
lectores pro dictis spolijs reseruatis deputati, &
in specie Episcopus Saonen. de cuius deputa-
tione in Subcollectorem pro vniuerso statu Se-
renissimi Ducis Sabaudiæ constat ex litteris da-
tis *summario num.* 4. & Iosephus Merlazzinus,
4 de cuius deputatione ex † litteris Thesaurarij
4. *Nouembris* 1605. scriptis, iunctis præsertim lit-
teris Episcopi Bouini illinc ad duos menses
nempè die 8. Ianuarij 1606. datis ad dictum
Merlazzinum, in quibus eundem Merlazzi-
num requirit, quod in exactione spoliorum
vtatur persona Canonici Balagni pro suo sub-
stituto, & substitutione posteà dicti Balagni ab
eodem Merlazzino facta præterquam in spo-
lijs reseruatis, quæ sibi idem Merlazzinus re-
seruauit, vt in litteris Merlazzini ad Balagnum
scriptis die 1 Februarij 1606.

ROMANA PECVNIARIA

Mercur. 2. Iunij 1621.

ARGVMENTO

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Solutiones benè facta soluenti suffragantur.*
2 *Solutio facta de mandato Iudicis soluenti suffragatur.*
3 *De iure communi tam masculi, quam femina Patri succedunt.*
4 *Soluens Procuratori non debet solutionem reiterare.*

DECI-

DECISIO CCCXXXVII.

DICTVM fuit, solutiones suffragari D. Zeccadoro, quia constat Scuta duo millia fuisse ab eo soluta Elcon. Priuostat, de ordine, & mandato Ludouici Patris filiorum, & hæredum Ardouini, & Ambrosiæ eorum Matris, & Tutricis, ac Curatricis, solutio enim & mandatum Ludouici probatur ex quietantijs dicti Elcon, & Ludouici *Summar. Zeccadori nu.* 5. *&* 6. Et quod dictus Ludouicus esset Procurator D. Ambrosiæ in specie ad exigendum, apparet *dicto Summar. nu.* 4. quodque Ambrosia esset Tutrix, & Curatrix dictorum filiorum, & hæredum *num.* 3. alia vero Scuta duo millia fuerunt à dicto Zeccadoro soluta eidem Ludouico Procuratori Ambrosiæ, vt apparet ex quietantia, quæ datur *dicto Summar. num.* 7. Vndè dubitari non potest, quin dictæ solutiones sic factæ dicto D. Zeccadoro suffragetur ad *l.lucius* 2. §. *Tutela*, *&* §. *fin. ff. de administr.tut.l. quod si forte* §. 1. *& seq. vbi Bar. & DD. ff. de solut.l.* 1. *C. si aduers. solution. cum aliis per Tiraq. de retract. lignag.* §. 1. *glos.* 13. *nu.* 22. *& seq.* quod & eo magis etiam procedit quoad hæc scuta duo millia, cum illa fuerint, etiam de mandato Iudicis soluta *l. sancimus la* 1. *C. de administr tut. Rot. decis.* 722 *n.* 1. *p.* 1. *diu. & fuit dictum in vna Macerat. pecuniaria* 4. *Iulii* 1614. *coram me*.

Nec obstat declaratio facta per Zeccadorum in actu solutionis dictarum pecuniarum, quod illæ soluerentur filijs masculis, & fœminis Ardouini, cum tamen ex dispositione facta per Ardouinum dictę pecunię pertinerent ad filios masculos tantum; quia pręterquam quod Iure Communi inspecto æqualiter succedebant Patri filiæ fœminę, & masculi *l. maximum vitium C. de libr. præter*. Ideòque cum non probetur, quod Zeccadorus habuerit notitiam dictæ dispositionis Ardouini, non potest ei aliquid imputari ad trad. per *Rimin. sen. cons.* 408. *n.* 12. *& seq. l.* 3.

Sufficit etiam, quod Zeccadorus dictas pecunias dicto Procuratori soluerit, quodque illas dictus Procurator sub modo, & forma, quibus ei solutæ fuerunt, receperit, eo enim ipso censetur per talem solutionem liberatus, ità quod minimè debeat ad reiteratam solutionem cogi.

Eadem etiam ratione tollitur, quod dicitur de alijs modis, sub quibus fuit per D. Zeccadorum facta solutio; vltra quod dicti modi, etiam de Iure inerant, & fuerunt appositi per Iudicem, de cuius mandato D. Zeccadorus soluit dicta Scuta duo millia.



LVNEN SARZANEN CAPPELLANIÆ

Veneris 4. Iunij 1621.

ARGVMENTVM.

Quomodo probetur Descendentia ad affectum obtinendi Beneficium.

SVMMARIVM.

1 *Descendentia de linea ad obtinendum beneficium sufficit, quod constet in genere, & num.* 2.

3 *Et sufficit quod descendentia probetur per testes deponentes de tractatu, & opinione.*

4 *In materia probationis descendentiæ ad obtinendum beneficium sufficiant leues probationes.*

5 *Enunciatiua Notarij non probat iuramentum testium, declara n.* 6.

7 *Testes examinati in termino à Iudice præfixo cum interrogatorijs Partis nihil opponentis censentur iuramentum præstitisse.*

8 *Pars examinans testes eo modo, quo fecit Aduersarius non potest dicere testes Aduersarij non fuisse benè examinatos.*

9 *Verba à* quocumque, & Descendat *porriguntur in infinitum.*

DECISIO CCCXXXVIII.

DOMINI dixerunt, Laurentium esse instituendum, quia ex instrumento, quod datur, apparet, quod Cappellania, de qua agitur ea lege fundata est, quod quotiescumque est aliquis Sacerdos de Domo Scacalosorum in quocumque gradu, siue à masculo descendat siue à fœmina, talis Sacerdos habeat dictum Beneficium sine electione Patronorum, & in dicto Laurentio concurrit vtraque qualitas, quia ipse est Sacerdos, vt etiam pars admittit, & quod descēdat à Domo Scacalosorum saltem per lineam fœmininam, probatur satis sufficienter ex testibus, qui dantur, & quidem non

1 solum in genere, quod scilicet dictus Laurentius descendat per lineam fœmininam ex dicta domo, quod solum sufficeret, vt fuit dictum *in Placentina Cappellaniæ* 15. *Nouembris* 1593. *coram bo:me: Peoia*, vbi quod licet ad probandam consanguinitatem in causa matrimoniali, vel cum agitur de successione fideicomissi, aut in alijs casibus, in quibus considerantur certi gradus, necessarium sit tunc probare gradus distinctos descendentiæ, secus tamen est, quando ex dispositione legis, vel hominis non requiritur talis graduum distinctio, sed sufficit probatio in

2 genere, quamuis distinctio graduum specifica non probetur, etiam quod dicti testes depo-

3 nant de dicta descendentia per tractatum, & opinionem *glos. in l.* 1. *in verb. quoties, & ibi Salic. n.* 2. *vers. sed probatur ff. de probat. Aretin. cons.* 37. *n.* 2. *vers. igitur ad secundum*, & per famam *Put. decis.* 106. *num.* 1. *l.* 2. *in nou. impress. cum alijs per Garz. de Benef. p.* 7. *c.* 15. *num.* 12. sed etiam per gradus distinctos videlicet, quod dictus Laurentius est filius Ioannis Vgerij, qui fuit filius Federici, quodque dictus Federicus fuit filius Ioannis

Piccinini, & Mariæ de Scaccalossis, & sic quod
ipse descendit mediante dicta Maria sua pro-
auia per lineam fœmininam ex dicta domo de
Scaccalossis.

Nec obstant, quæ contra dictos Testes de-
4 ducuntur, quia in hac materia sufficit leuior
probatio. *Caputaq. decis. 208. numer. 7. par. 1.* &
quod Testes deponant de communi reputa-
tione, & fama. *Bar. in l. filius num. 1. ff. de his,
qui sunt sui, vel alieni iuris. Alex. cons. 51. num. 3.
lib. 1. & fuit dictum in Giennen. Cappellaniæ 20.
Iunij 1608. coram bon. mem. Card. Lancellotto*, &
maximè cum simus in antiquis *Fel. in cap. tam
litteris num. 2. in fi. de Testibus cum alijs per Garz.
de Benef. dicta parte 7. cap. 15. num. 32.*

Minus obstat, quod dicti Testes dicuntur
nulliter examinati ex defectu citationis, & e-
tiam ex eo, quod non constat, quod iuraue-
5 rint, nisi per enunciatiuam Notarij, quæ non
probat Iuramentum, cum ad hunc effectum
necessè sit, quod Notarius testetur de huius-
modi iuramento dispositiuè per verba deno-
6 tantia actus, quibus solet præstari iuramen-
tum videlicet *tactis &c.* quia fuit responsum,
quod cum dicti Testes fuerint examinati in
termino à Iudice præfixo ad probandum, &
7 pars non solum non opposuerit de huiusmodi
nullitate, sed & interrogatoria dederit, cense-
tur legitimum iuramentum, & citationem in-
teruenisse, & examen substinetur, vt quoad nul-
litatem ex defectu citationis fuit dictum *in Cō-
chen. decimarum de infantado 11. Decembris 1614
coram bon. mem. Andres*, & quoad nullitatem, ex
defectu iuramenti *in Paplen. Censurarum 2. Iunij
1608. coram bon. mem. Penia*; Idque tantò ma-
gis, quod dicta pars eodem modo suos etiam
8 Testes examinauit, vt fuit dictum *in Auximana
Tutela 16. Februarij 1592. coram Rubeo, & in Ia-
nuen. Pecuniaria 16. Martij 1612. coram R. P. D. meo
Vbaldo, quæ est decisio 393. par. 1. in recentior.*

Nec subsistit, quod dicitur, verba fundatio-
nis esse intelligenda de descendentibus imme-
diatè à fœminâ, quia huic intellectui repu-
gnant illa verba *à quocumque gradu*, & ver-
9 bum *descendat*, quod porrigitur in infinitum
Card. Seraph. dec. 939. num. 5.

Nec denique facit, quod Laurentius non
sit præsentatus ab aliquo ex Patronis, quia
sufficit, quod veniat ex suo iure verificando
suas qualitates, & istud ius assimilatur præsen-
tationi actualiter deductæ coram Ordinario
*iux. decis. Put. 252. num. 3. l. 3. iuxta nouam impress.
& fuit dictum in Salamantina dimidiæ portionis co-
ram Reuerendissimo Lugdunen. quæ est decisio 253. par.
2. in recentior.* vltrà quod Testator expressè dis-
posuit, quod vt suprà dictum est, talis Sacer-
dos haberet hoc beneficium sine alia electione
Patronorum.

CENETEN. PENSIONIS

Luna 7. Iunij 1621.

ARGVMENTVM.

Indultum concessum Reipublicæ Venetæ su-
per Decimis non comprehendit Cardinales,
& illorum Pensionarios.

SVMMARIVM.

1 *Pensio reseruata immunis, & libera à quocumque one-
re debetur integra.*
2 *Indultum Decimarum concessum per Paulum V.
Republica Veneta derogat cuicumque exemptioni,
& immunitati.*
3 *Intellige ad fauorem Reipublicæ met, cui pacta inter
beneficiatum, & pensionarium non præiudicant, se-
cus quoad Contrahentes.*
4 *Et hoc Indultum eximit Cardinales.*
5 *Exemptio à decimis concessa Cardinalibus suffraga-
tur eorum Pensionarijs.*
6 *Titularis non potest inuito Pensionario ratam decimæ
ex pensione soluenda retinere.*
7 *Solitum non probatur ex fide non concludenti.*

DECISIO CCCXXXIX.

DVbitaui, An deberetur integra Pensio ab
Illustrissimo D. Cardinali Priulo, D. Ab-
bati Podacattaro, & quicquid esset dicendum
de tempore ante assumptionem dicti Illustris-
simi Priuli ad dignitatem Cardinalatus, DD.
1 censuerunt, quod post assumptionem ad dictā
dignitatē debeatur integra. Fundamentū hu-
ius resolutionis fuit, quia dicta Pensio fuit D.
Abbati reseruata ex causa resignationis Abba-
tiæ ad fauorem dicti D. Cardinalis libera, &
immunis à quocumque onere etiam decimæ
impositæ, & imponendæ, & alijs quibuscum-
que.

Nec obstat, quod huiusmodi immunitas fuit
sublata in concessione decimarum facta Rei-
2 publicæ Venetæ, *per fel. rec. Paulum V.* in qua
fuit amplissimè derogatum cuicumque exem-
ptioni, & immunitati, sub quibusuis pactis, &
cautelis conceptæ; vt in similibus terminis fuit
dictum *in Toletana Pensionis coram Cantuccio quæ
est decis. 161. par. 2. diu. & in alijs relatis per Garz.
de Benefi. par. 1. cap. 5. nu. 173. & seq.* Quia præ-
terquam quod aliquibus ex DD. videbatur
substineri posse, quod dictæ clausulę derogato-
riæ quarumcumque exemptionum respiciant
3 fauorem tantum Reipublicę, cui Papa non vo-
luit posse pręiudicare pacta inter Pensionarios,
& Titularem inita quominus cōsequeretur in-
tegram decimam, habita ratione ad omnes fru-
ctus, non autem etiam Titularis ad effectum, vt
ipse non obstante quocumque pacto possit
sibi retinere eam ratam, quam cogitur dictæ
Reipublicæ ex fructibus sui beneficij etiam
pro Pensionario soluere, vt in terminis subsi-
dij, & excusati fuit dictum *in Vercellen. Subsidij
coram bo. me. Card. Seraphino, quæ est inter impress.
decis. 1348. & in Valentina subsidij 14. Maij & 29.
Nouembris 1611. coram bo. me. Penia, & in eadem*

22.

22. Maij 1615. coram R. P. D. meo Pamph. quæ est 702. p. 2. recen. & in Monopolitana pensionis 13. Iunij 1597. coram Orano.

Cessat in casu isto difficultas quoad tempus
post assumptionem dicti Illustrissimi ad digni-
tatem Cardinalatus, ex eo quod in eodē indul-
4 to in specie eximuntur à solutione dictarum
decimarū Cardinalitia dignitate fulgentes, nam
cum dicta exemptione stante dictus Illustrissi-
mus Cardinalis à dicto tempore nihil soluerit,
nec aliquod damnum propter dictum Indul-
tum senserit, non potest assignari ratio, quare
non teneatur ad solutionem integræ pensio-
nis.

Nec dicatur, quod licet sit exemptus à solu-
tione dictarum decimarum Illustrissimus D.
5 Cardinalis; non tamen est exemptus ab ea D.
Abbas; quia imo priuilegium Cardinalium Ti-
tularium, videtur etiam in hac parte eorū pen-
sionarijs suffragari, maximè quod passim, & præ-
sertim in Dominio Veneto obseruari videmus,
quod dicti Illustriss. Cardin. eorumq; beneficia
pro dictis decimis non molestantur; vnde, &
alij Cardinales etiam; prout satis notum est in
Curia; soluunt suis pensionarijs integram eo-
rum pensionem, & in omnem euentum quod
6 dicta exemptio non suffragaretur pensiona-
rijs; non posset D. Cardinalis ratam per D. Ab-
batum soluendam retinere, nec etiam ipso in-
uito dictam ratam Reipublicæ soluere, quia
Papa in dicto Indulto Reipublicæ concesso nō
grauauit Titulares ad soluendum decimas pro
pensionarijs, sed pensionarios ipsos, vt ex le-
ctura dicti Indulti apparet, ex qua constat
Papam discretiuè procedendo imposuisse pri-
us 8. decimas super fructibus Beneficiorum, &
deinde per §. penitus separatum 8. alias super
pensionibus, ac propterea non est, quod dictus
Illustrissimus Cardinalis timeat quod pro solu-
tione dictarum decimarum pulsetur.

Nec obstat quædā fides, in qua dicitur, quod
Titulares regulariter solent retinere ratam a
pēsionarijs debitam, quia nec dicta fides loqui-
7 tur de Cardinalibus Titularibus; nec minus ex
dicta fide colligitur, quod dicti Titulares retine-
ant dictam ratam inuitis pensionarijs, ac pro-
pterea frustra allegatur, &c.

ROMANA SPOLII.

Luna 7. Iunij 1621.

ARGVMENTVM

Duæ sententiæ quando habeant vim trium. Mandatum procuræ quando præsumatur, & ex quibus.

SVMMARIVM.

1 *Si secunda sententia confirmat simpliciter primam dicuntur conformes.*

2 *Inter ciues, & incolas duæ sententiæ conformes habent vim trium.*

3 *Mandatum procuræ præsumitur habere, qui comparet pluries, iura producit, appellat, & impensas facit.*

4 *Quis non præsumitur temerè se facere Procuratorem.*

5 *Mandatum probatur per præsumptiones, & coniecturas.*

6 *Sententia lata contra cedentem valet contra cessionarium.*

DECISIO CCCXXXX.

FVere in hac causa latæ duæ sententiæ ad fa-
uorem Catherinæ Maiolæ, contra D. Iu-
lium Pheum, & alios litis Consortes; quibus
cum D. Iulius, & litis consortes non acquie-
scerent; obtinuit Catherina à Signatura mihi
rescribi; vt constito de duabus conformibus di-
ctas sententias executioni demandarem iuxtà
formam *Statuti Vrbis l. 1. cap.* 180. Vnde pro-
posito per me dubio, an sit locus dicto Statu-
to de duabus cōformibus; DD. affirmatiuè re-
sponderunt, quia agitur inter Ciues, & inco-
las, & secunda sententia est simpliciter con-
firmatoria primę latæ ab A.C. ac propterea du-
1 bitari non potest, quin sint conformes, vt *per
Couar. pract. quæstionum cap. 25. num. 5. 6. & sequ.
Gabr. de execut. rei iudic. concl. 1. n. 33. & seqq.* Et
2 quod per consequens sit locus dispositioni
dicti Statuti, quo cauetur, quod duæ sententiæ
inter Ciues, & incolas latæ habeant vim triū,
nec liceat tertio prouocare, vt in similibus ter-
minis fuit resolutum, *in vna Romana locorum mō-
tium 25. May 1611. coram R. P. D. meo Vbaldo, &
in alia Rom. rescissionis contractus 18. Martij 1616.
coram R. P. D. meo Caualerio*, & alias sæpissimè.

Nec obstat, quod dictæ sententiæ prætendū-
tur nullę ex eo quod pręter monitorium, quod
pro parte Catherinæ fuit legitimè executum,
in alijs actibus fuit semper citatus D. Hierony-
mus Valentinus vti procurator; cum tamen de
eius mandato non constet; quia cum D. Va-
lentinus tam in prima instantia, quam in se-
3 cūda semper vti procurator comparuerit, litem
substinēdo, ac diuersa iura produxerit, & à sē-
tentijs contra suos principales latis appellaue-
rit, multasque impensas fecerit, præsumitur le-
gitimum mandatum habuisse *Cas. de Grass. decis.
3. de procurat.* cum non sit credendum quod
temerè quis se offerat defensioni causę absque
mandato *Rot. dec. 2. de caus. poss. & propriet. in an-
4 tiq. Card. Seraph. dec. 973. num. 4. & fuit dictum in
vna Rauennaten pecuniaria 25. Iuny 1618. coram
R. P. D. Pirouano*, & quando de mandato verò
5 non constat, sufficit, quod illud probetur præ-
sumptionibus, & coniecturis, vt fuit dictum
*in Bonon. pecuniaria coram S. D. N. tunc Rotæ Au-
ditore, quæ est decisio 55. par. 2. in recentior.* in qua
in specie fuerunt approbatæ supradictæ præ-
sumptiones, & multis authoritatibus confir-
matæ.

Minus facit alia nullitas allegata ex defectu
citationis ad dicendum contra commissionem,
quia talis defectus tollitur ex processu, in quo
legitur dicta citatio facta in terminis substātia-

libus, quod sufficit, *Vestr. in prax. cap. 11. l. 5.*
Nec obstat, quod dicta Catherina nō est nominata in prima sententia, sed illa fuit lata ad
fauorē Flammmij Pennini, quia cum ipsa fue-
6 rit admissa ad causam vt cessionaria, & hæres
dicti Flaminij eius filij, fecit omnia acta sua,
& sic sententiam ad fauorem eius authoris latam *iux. trad. per Conar. prac. quæstionum c. 13. sub num. 1.*

CORDVBEN PRAESTIMONII

Venet. 18. Iunij 1621.

ARGVMENTVM.

Vnio beneficiorum quando possit fieri per Episcopum, & præsertim quando beneficia sunt litigiosa.

SVMMARIVM.

1 *Sententia debet iudicari nulla, vel iniusta ex eisdem actis.*
2 *Actio spolij intrat quando de facto notoriè apparet iniustitia.*
3 Concilium Trident. in vnione beneficiorum *declaratur.*
4 *Beneficium litigiosum non potest vniri, non facta mentione litigij num. 5.*
6 *Episcopus potest vigore Concil. Trid. vnire beneficia affecta, & reseruata, non tamen litigiosa, num. 7.*
8 *Papa nunquam intelligitur vnire beneficia litigiosa.*
9 *Nuncij, seu Legati non conferunt beneficia litigiosa, nisi habeant specialem facultatem.*

DECISIO CCCXLI.

PRæsupposita decisione in hac causa coram me facta quod intret arbitrium ad effectū sanandi nullitatem testium coram A.C. pro iustificatione clausulæ *constito, &c.* examinatorum ex defectu citationis ad videndum iurare, &c. dubitaui, an esset recedendum *à decisione coram Illustrissimo Card. Sacrato 16. Decembris 1619.* & DD. affirmatiuè responderunt, quia in dicta decisione firmatur Seminarium esse reintegrandum, eo quia fuit spoliatum sua possessione, in qua reperiebatur mediante sentētia dicti A.C. notoriè nulla, & iniusta, & dicta nullitas, & iniustitia ex eo solum deducitur, quod nō fuit iustificata clausula *constito, &c.* quia testes pro illius iustificatione inducti fuerunt nulliter examinati, vnde cum postea DD. placuerit pro sanatione dictæ nullitatis arbitrium interponere; cessat fundamentum, ex quo prætendebatur, quod dicta clausula, *constito*, non esset iustificata, & per consequens etiā spolium, nec locus est dictæ reintegrationi.

Nec obstat, quod in *eadem decisione coram Illustrissimo Cardin. Sacrato* dicitur, quod aliquibus ex DD. videbatur, quod dicta sententia A. C. esset etiam ex eo iniusta, quod non constabat de reseruatione beneficij, de quo agitur, cum illud fuerit vsque de anno 1598. & sic ante obitum illius, ex cuius persona desumitur reseruatio, vnitum Seminario, quia neque hoc motiuum Romæ, sed aliquorum ex DD. fuit, nec potest substineri, non solum quia dicta prætensa vnio non fuit coram A.C. producta, ac propterea non potest dici ipsius sententia, qui dict. vnionem indonimare non potuit, spoliatiua, cum ad hunc effectum necessè sit, quod
1 appareat de iniustitia, seu nullitate dictæ sententiæ ex eisdem actis, vt in terminis fuit dictum *in causa Terracinen. Cappellaniæ 6. Nouembris præteriti coram Reuerendissimo D. meo Decano*, sed etiā quia licet dicta vnio fuisset producta; non tamen intraret spolium, quia allegatio vnionis non reddit sententiam pro executione litterarum Apostolicarum latam, quando dictæ literæ sunt iustificatę de facto, notoriè iniustam, prout requiritur ad effectum, vt intret actio
2 spolij, vt in puncto fuit resolutum *coram Card. Seraph. decis. inter impress. 867.*

Quod sine difficultate in casu isto procedit: quia multa cōtra dictam prætensam vnionem opponuntur, ex quibus illa apparet inualida, itaut neque in petitorio canonizari posset. Et præsertim quod facta fuit de sexdecim beneficijs, & cum clausula, quod vnio, & annexio censeatur habere locum in illis tantū, quæ primitus vacarent, quorum fructus ascendant ad valorem scutorum 2000. & illa, quæ postea vacarent; censeantur libera ab vnione, quod nō videtur fieri potuisse, cum talis forma vniendi sit omnino insolita, & suspecta, ac con-
3 traria decretis Sac. Concil. Trident. quibus disponitur, quod in casibus ibi expressis vniantur aliqua beneficia certa, quodque ad hunc effectum adhibeantur deputati à Capitulo, qui videant, quænam beneficia expediat vnire, & sint valoris sufficientis.

Et quatenus dicta forma admitteretur, posset Ordinarius sub illa vnire omnia beneficia suæ Diœcesis, & sic impedire quascunque resignationes, & reseruationes Apostolicas, omniaque confundere, quod non videtur permittendum.

Quibus accedit, quod nō probatur, quod ante vacationē beneficij, de quo agitur, non vacauerint alia beneficia ascendentia ad valorem dictorum scutorum 2000. vt requiritur *ad decis. Put. 322. in fin. lib. 3.* & quod neque dictum
4 Beneficium potuisset vniri, cum esset litigiosum *Rebuff. super reg. de vnion. Glos. 11. num. 18.*
5 *& sequ.* & maximè non facta mentione de lite
6 *Lancellott. de attent. par. 2. cap. 4. 736. cum ibi alleg.*

Nec obstat, quod Concilium dat facultatem Episcopo vniendi Beneficia affecta, & reserua-
7 ta, quia sub ista dispositione non veniunt beneficia litigiosa *ad not. per Mandos. super reg. de impetr. Benef. per obit. famil. Cardin. quæst. 9. nu. 9. & seqq. Simonett. de reseruat. quæst. 10. numer. 3. &*
8 *seqq.* vbi quod Papa nunquam censetur intellexisse de litigiosis, nisi exprimat, aliud enim est Beneficium reseruatum, & affectum, & aliud litigiosum *Gonzal. ad reg. 8. Glos. 32. num. 40. in fin.* vbi in indiuiduo ità responsum fuisse dicit *in Aurien. Canonicatus 4. Iunij 1576. coram Card. Lancell. Seniore*, & Beneficia litigiosa requirunt specialem facultatem ad hoc, vt conferri possint,

Ideòque non conferuntur à Nuntio, vel Lega-
9 to. *Put. dec. 56. de prab. cum alijs per Garz. de Benef. par. 5. cap. 3. nu. 56. & seqq.* & quamuis concursus fieri debeat in Parochialibus reseruatis, & affectis, non tamen fieri debet in litigiosis. *Gonzal. ad reg. 8. Glos. 6. num. 142. &c.*

CALCIATEN. IVRISDICTIONIS

Luna 21. Iunij 1621.

ARGVMENTVM.

Ad Carcerationem Clerici propter stuprum quid requiratur, latissimè agitur.

SVMMARIVM.

1 *Ad carcerationem sufficiunt leuia indicia, & suspiciones.*
2 *In stupro proceditur ad carcerationem etiam sine indiciis.*
3 *Stuprum est defloratio Virginis.*
4 *Aliquem esse de fuga suspectum, ex quibus probetur, & num. 5. & 9.*
5 *Solus Episcopus potest ad carcerationem deuenire in crimine incontinentia, & in atrocioribus delictis.*
6 *Ob stuprum Clericus deponitur ab ordine, & beneficio, & num 8.*
7 *Pœna stupri est arbitraria Iudicis quo ad Laycos, quo verò ad Clericos est pœna depositionis. num. 8.*
10 *Ad capturam in casu stupri non sunt necessaria indicia.*
11 *Ordinarius præsumitur habere notitiam gestorum à suo Vicario Foraneo.*

DECISIO CCCXLII.

Domini dexerunt, Carcerationē Didaci fuisse iustam, quia ad capturam sufficiunt le-
1 uia quæq; indicia, vel suspiciones *Farinacc. in prax. Criminali tit. de carcer. & carcerat. quæst. 27. num. 117. & seq.* & maximè vbi agitur, prout in
2 casu isto de stupro, & crimine occulto, & contra fuga suspectum, quo casu nulla sunt necessaria indicia *Farinacc loco prox. citato, numer. 125.*

Quod autem in casu isto ageretur de Crimine stupri, & per consequens etiam de crimine occulto patet ex querela contra dictum Didacum porrecta, in qua fuit accusatus de raptu, & violatione Virginis, & sic de stupro, nam quā-
3 do aliqua Virgo defloratur, committitur stuprum, *l. inter liberas §. lex Iulia, & l. stuprum ff. ad l. Iul. de adult. Nauar. in Manuali. cap. 16. Clar. §. stuprum vers. sed pone num. 4.*

Et quod dictus Didacus esset de fuga suspectus, probatur ex attestatione Notarij, & etiam
4 ex resistētia per ipsum Curiæ facta, & ex effectu subsecuto post carcerationem, quia ad hunc effectum sufficiunt præsumptiones, & coniecturæ, quinimò id totum pendet à Iudicis ar-
5 bitrio, cui in hoc statur, *Rip. in l. 2. num. 57. ff. sol. Matrim. Castrens cons. 328. sub num. 2. par. 2.*
5 nec est necessè, quod causæ huiusmodi suspicionis probentur positiuè.

Nec obstat, quod solus Vicarius non potuerit procedere ad dictam carcerationem absque adiunctis, siuè coniudicibus electis à Capitulo stante dispositione. *Conc. Trident. sess. 25. cap. 6. de reform.* quia idemmet Concilium, *in dicto c. 6. in vers.* in criminibus tamen exceptis, quando agitur de crimine incontinentiæ, & de atrocioribus delictis, depositionem, aut degradationē requirentibus, & timetur de fuga, tunc enim
6 ne iudicium reddatur elusorium decernit, quod solus Episcopus possit ad necessariam detentionem procedere.

Nec dicatur, quod quia *Concilium* se refert *in dicto c. 6.* ad decretum de Concubinarijs, illud intelligi debet de crimine concubinatus tantū non autem de crimine stupri, & sic iuxtà terminos illius decreti ad quod *in dicto c.* se refert; Nam præterquam quod in dicto quoque decreto de Concubinarijs generaliter loquitur, & non de solo concubinatu, ibi *in impudicitiæ sordibus*, & ibi *ne concubinas aut alias mulieres*, ac propterea *dictum Capitulum*, quatenus intelligi deberet inxtà terminos dicti decreti, non posset nihilominus restringi ad solum crimen concubinatus, cessare videtur difficultas quia *in dicto cap. 6.* expressè loquitur de delictis requirentibus depositionem, & degradationem & sic proculdubio comprehendit etiam crimen stupri, quia propter stuprum etiam de iure
6 Canonico in foro exteriori deponitur Clericus ab ordine, & Beneficio. *Menoch. de arbitr. casu. 288. num. 8. l. 2. Clar. post alios per eum relatos in §. struprum num. 3.*

Nec obstat, quod pœna stupri est arbitraria
7 Iudici *Menoch. loco præcitato num. 9.* quia hoc est quoad Laycos, & de iure ciuili, secus verò quoad Clericos, quia ipsi puniuntur pœna de-
8 positionis, *vt per Clar. loco proximè citato*, vbi quod hæc est communis opinio, & quod in hoc non est difficultas.

Non obstat, quod Concilium requirit vlterius, quod timeatur de fuga, quia sufficit, vt dictum est, quod Ordinarius habuerit dictum
9 Didacum suspectum de fuga, & in terminis Cōcilij fuit resolutum in *Canchen. Iurisdictionis 3. Martij 1617. coram Illustrissimo Card. Sacrato.*

Non obstat, quod nō fuit capta aliqua summaria in formatio ante carcerationem, quia præterquam quod per Sacr. Concilium non requiritur, quod præcedat talis informatio, &
10 regulariter in captura non sunt necessaria indicia. *Bal. in l. & si certus sub num. 1. ff. ad Sen. Consultus Syllanian.* cessat etiam obiectum ex facto, quia constat, quod 3. *February* fuit recepta depositio Puellæ, & aliorum testium super delicto per dictum Didacum commisso, & denique die septima subsecuta carceratio, ex quibus satis constat de delicto per dictum Didacum commisso.

Nec obstat, quod dicti testes fuerunt recepti à
11 Vicario Foraneo, quia præsumitur, quod Ordinarius habuerit notitiam eorum, quæ gesta sunt à suo Vicario Foraneo. *Card. Seraph. decis. 306. num. 6.*

Et imò in casu isto, quod habuerit notitiam dictæ informationis captæ, clarè probatur ex

præcepto eidem Didaco transmisso, in quo mandatur dicto Didaco, ne à Ciuitate discederet attento quod suæ Dominationi constat quod Vicarius accepit informationem ex officio, *ut in summ. dicti Episcopi num. 8.*

CORNETANA LEGATI

Veneris 25. Iunij 1621.

ARGVMENTVM.

Clausula *arbitrio Rotæ* quando relaxet rigorem iuris.

SVMMARIVM.

1 *In iudicio possessorio seruatis quatuor terminis intrat arbitrium Rotæ pro seruatione aliorum terminorum omissorum & num. 2. & 3.*

4 *Si constet de bono iure Clausula* arbitrio Rotæ *relaxat rigorem iuris.*

5 *Ad obtinendam immissionem probando sunt duo extrema.*

6 *Exceptiones requirentes altiorem indaginem non impediunt immissionem in Saluiano.*

DECISIO CCCXLIII.

CVM alias coram Reuerendiss. Seleucien. fuisset resolutum, sententias in hac causa latas esse confirmandas, nisi obstet defectus aliquorum terminorum substantialium, & post dictam resolutionem pars, ad cuius fauorem sunt latæ dictæ sententiæ, adiisset Signaturam Sanctissimi pro sanatione dicti defectus, atque ab ea mihi rescribi obtinuisset cum clausula *arbitrio Rotæ* dubitaui, an intret dictum arbitrium, itaut sit recedendum à dicta resolutione coram D. Seleucien. facta, & DD. responderunt intrare arbitrium, nec propterea esse à dicta resolutione recedendum, quia cum versemur in iudicio possessorio immis-
1 sionis, fuerintque seruati termini ad articulandum, dicendum contra articulos, producendum omnia, & dicendum contra producta, vel omissio aliorum terminorum videlicet ad declarandum, & iurandum de calumnia, non causat nullitatem, *ut per Vestr. in prax. lib. 1. cap. 2. sub num. 1. Cassiad. decis. 8. de rescript. nu. 6. Card. Tusc. in verb. termini substantiales conclus. 74. sub numer. 2.* vbiquod cæteri termini non sunt de
2 substantia, licet benè sit abundare saltem in reiteratione ad euitandas lites, & propter aliquale interesse Notariorum.

Vel quatenus attento iuris rigore ex dicta
3 omissione resultaret aliqualis nullitas, poterit dictus rigor stante dicta clausula, *arbitrio Rotæ*, relaxari *Crescent. decis. 4. numer. 3. de testibus.*

Et maximè quia constat de bono iure Capituli, tum ex duabus sententijs in partibus latis,
4 tum etiam ex rationibus *in decisione Reuerendiss. Seleucien.* deductis, vt in terminis dictæ clausulæ fuit dictum in vna *Cordubeñ. prestimonij 30. Aprilis præteriti coram me.*

Nec obstant, quæ contra dictam decisionem coram Reuerendiss. Seleucien. factam deducuntur, quia omnibus fuit abundè in dicta decisione satisfactum, & ex adductis in ea satis apparet de purificatione fideicommissi per obitũ Dianæ ad fauorem Capituli, & de duobus extremis
5 necessarijs ad effectum obtinendi immissionẽ vigore Saluiani.

Nec obstat exceptio fideicommissi Glesidę, quia requirit altiorem indaginem, ideòque non admittitur in hoc iudicio Saluiani ad im-
6 pediendam immissionem. *Rot. decis. 387. nu. 3. par. 1. in recentior. cum ibi alleg. &c.*

CONCHEN. DECIMARVM DESINFANTADO.

Vener. 25. Iunij 1621.

ARGVMENTVM.

Causa decimarum an dicatur prophana ad effectum concedendi remissoriam.

SVMMARIVM.

1 *Causa decimandi Episcopo competens reputatur prophana ad effectum concedendi remissoriam.*

2 *In prophanis remissoria conceditur etiam sine fumo, si materia est releuans.*

3 *Ex mutatione seminis non mutatur ius decimarum in præiudicium Episcopi.*

4 *Quotiescumque variatur modus facti, possunt secundo produci testes super eisdem articulis, licet articuli non varientur in substantia.*

5 *Testibus vtriusque partis deponentibus vnum rem non datur remissoria ad probandum contrarium.*

6 *Oliua tardè profert fructum.*

DECISIO CCCXLIV.

DOmini dixerunt, dandam esse remissoriam D. Episcopo, quia agitur super iure decimandi dicto Episcopo competente, & ad istũ
1 effectum causa reputatur prophana, vt fuit dictum *in Pampilonen. decimarum 23. Iunij 1600. & in Valentina decimarum de Gandia 9. Febr. 1601.*
2 *coram bo. me. Card. Pamphilio,* in prophanis autem remissoria indistinctè concedi solet, etiam sine fumo, dummodò materia sit releuans. *l. iudices. & Auth. apud Eloquentissimum C. de fide instrum. Caputaq. decis. 68. par. 3. Cas. de Grassi. decis. 1. num. 10. de dilat. & fuit dictum in Toletana decimarum de Daniel. 28. Februarij 1614. coram R.P.D. Caualerio.*

Quod verò materia sit releuans apparet, quia dictus D. Episcopus probare intendit, quod in terris, ex quibus ipse percipiebat decimas tritici, fuerunt plantatę, à 40. annis ante litem motam in magna quantitate Oliuæ, quod si præstiterit, vtique obtinebit in hoc iudicio, quia ex
3 mutatione seminis non potuit mutari obligatio,

tio, seù ius decimandi in præiudicium Episcopi *iux. nōt. in Eclsm in sua de decimis*, & fuit dictum in hac causa *coram R. P. D. Pirouano & bo. me. Andrea*, & in omnem euentum quatenus ex hoc capite prætendatur esse denegandam remissoriam, poterit in causa procedi habitis articulis pro probatis.

Non obstat, quod super iisdem articulis fuerūt examinati alij testes in partibus, quia quicquid dicatur ex collatione articulorum antiquorū, & illorum, qui modo dantur, apparet, quod in antiquis articulis non fuerunt specificata prædia particularia, nec minus tempus prout specificatur in istis, quod sufficit, nam licet non variaretur articulus in substantia, semper tamen quādo variatur modus facti, tunc ad idē includendum possunt secundo produci testes
4 super iisdem articulis. *Fel. in c. Fraternitatis sub num. 10. circa fin. de testibus, & fuit dictum in vna Burgen. sepulturæ 21. Aprilis 1600. coram Reuerendissimo Attrebaten*, & imò sufficit, quod aliquid addatur magis specificè. *Gabr. de test. conclus. 21. num. 122. & 125. & fuit dictum in Toletana decimarum 4. Decembris 1615. coram Reuerendissimo Seleucien*, & alias sæpissimè.

Non obstat, quod testes tam pro parte Rectorum, quam etiam pro parte D. Episcopi examinati deponunt, antiquitus ad fuisse Olìueta in locis, de quibus agitur, prout modo adsunt;
5 ideòque videatur, D. Episcopum non esse admittendum ad probandum contrarium *ad not. per Glos. & DD. in l. scriptura C. de fide instrum.* cum allegatis, quia vltra quod dicti testes deponunt tantum de eorum iudicio, & credulitate, & sic nihil probant. *Ang. in l. sciendum vol. 2. ff. de verb. oblig. Alex. cons. 74. num. 6. vol. 1. Natt. cons. 315. numer. 9.* dicunt etiam se non posse explicare loca particularia, & in omnem euentum potest esse, quod etiam antiquitus ad fuerint Olìueta in magna quantitate, & tamen
6 ante annos 40. vel nulli, vel parui fructus ex illis perciperentur; quia Oliua, vt omnibus notum est, tardè profert fructum. Vnde nihil potest inferri ex dictorum Testium depositionibus in dicti D. Episcopi præiudicium, &c.

DERTVSEN ARCHIDIACONATVS.

Veneris 25. Iunij 1621.

ARGVMENTVM.

Prouisio facta ab Ordinario quando non sit contra formam statuti Ecclesiæ. Statuta semper intelligenda sunt, vt non sint contraria iuri comuni.

SVMMARIO.

1 *Prouisio facta ab Ordinario non eget iustificatione.*
2 *Ordinarius dicitur prouidere motu proprio.*
3 *Prouisio facta contra formam statuti Ecclesia dicitur nulla.*
4 *Qualitas requisita a statuto in Canonico sufficit de tempore collationis adfuisse.*
5 *Statutum semper intelligi debet vt minus sit contrarium iuri comuni & num. 7.*
6 *Collatio beneficiorum debet esse libera.*

DECISIO CCCXLV.

DOMINI censuerunt, gratiam *si neutri* non intrare, quia non est iustificata, quoad non ius Iosephi Simi, cum imo constet de ipsius iure ex eius prouisione, quæ cum sit
1 facta ab Ordinario, non eget iustificatione, cum
2 Ordinarius dicatur prouidere motu proprio *Fel. in c. ad aures num. 15. de rescript. Put. decis. 195. l. 3. Card. Seraph. dec. 1467. nu. 1, cum alijs per Gonzal. super reg. 8. glos. 32, num. 43.*

Nec obstat vnicū fundamentum exadu. adductum, quod cum iuxta decretum Illustrissimorum Interpretum Sac. Concil. Trident. dictus Iosephus non possit retinere Archidiaconatum, de quo fuit prouisus, vna cum Canonicatu, eoquod dictus Canonicatus habet anne-
3 xum munus pænitentiariæ, videatur dicta prouisio nulla vti facta contra formam statuti Ecclesiæ Dertusen, quo disponitur, quod vltra numerum 20. Canonicorum nullus admittatur in Canonicum, nec aliquis valeat in ipsa Ecclesia obtinere, percipere, vel habere, aut quauis authoritate consequi dignitatem, personatum; administrationem, vel officia Canonicis assignari solita, nisi dumtaxat illis, qui fuerint de numero viceonario prælibato.

Quia etiam supposita sine veri præiudicio articulata immemorabili obseruantia dicti statuti, atque illius validitate, non tamen dici potest dicta prouisio contra formam dicti statuti facta, tum quia dictum statutum loquitur de dignitatibus, & personatibus Canonicis assignari solitis, & non probatur, quod dictus Archidiaconatus solitus sit conferri Canonicis.

Tum & maximè, quia dicta forma statuti eo ipso fuit adimpleta, quod prouisio facta fuit Iosepho existenti Canonico, quia statutum considerat hanc qualitatem de tempore colla-
4 tionis, & sic sufficit eum de illo tempore ad fuisse *iux. glos. in c. statutū in verbo Canonicus ad fin. de rescript. in 6.* & pluribus fuit in hac causa coram Illustrissimo D. Card. Sacrato firmatum.

Nec obstat, quod dicitur dictum statutum vlterius requirere, quod dignitas perpetuo vna cum Canonicatu retineatur; quia imo nec verbum legitur de retentione in toto dicto statuto.

Et licet illud vtatur etiam verbis, *obtinere, & habere*, tamen dicta verba non important de necessitate retentionem, ideòq; commodissimè etiam intelligi possunt de impetratione, & assecutione, vt optimè fuit deductum *in vlt. decis. in hac causa facta coram Illustrissimo Card. Sacrato*, & clarè probatur *ex tex. in c. non potest de preb. in 6.*

Et in dubio interpretari debent de sola assecutione, ad hoc scilicet, vt dictum statutum
5 minus exorbitet a iure comuni, atque ita intelligatur, quod dignitas non possit conferri nisi

nisi Canonico, non autem etiam, quod talis Canonicus non possit, postquam assecutus fuit dignitatem dimittere, si vellit, Canonicatum, sed teneatur etiam inuitus perpetuo retinere duo beneficia incompatibilia sub eodem tecto, quod certè esset nimis absurdũ et exorbitans a iure comuni, cum dicto iure inspecto, nec collatio beneficiorum possit restringi ad certum genus personarum, sed illa debeat omnino esse libera *c. ad decorē* vbi *glos. in verb. undecumque* allegat concordantia *de instit.* nec possit quis in eadem Ecclesia retinere dignitatem cum Canonicatu *Clement. vltim. de preben.* cum alijs *per Hoied. de incompatibilit. Benef. part. 1. c. 11 numer. 1*, & multo minus cogi ad retinendum perpetuo vtrumq; ac propterea admisso etiam quod dictum statutum voluerit in eo a dicta iuris dispositione recedere, quod mandauit dignitates conferri certo generi personarum, & etiam in eo, quod permittit posse retineri Canonicatum cum dignitate, tamen dicendum non est, quod vlterius voluerit, etiam quod postea quam, vt dictum est, talis Canonicus assecutus fuit dignitatem, teneatur retinere vtrumque.

6

Nec obstat, quod statutum emanasse dicitur ad effectum, vt non essent in Ecclesia plures præbendati quàm 20. quia neque hoc probatur, quatenus interdictos præbendatos connumerentur dignitates, nam dum dictum statutum disponit, quod non assumantur plures Canonici quam 20. non loquitur de dignitatibus, ideoque nec implicat quominus possit adesse in eadem Ecclesia vltra dictos 20. Canonicos aliæ dignitates.

Nec valet argumentum, statutum disponit quod non assumantur plures Canonici, quam 20. idque mandat, quod dignitates conferantur Canonicis, ergo disponit, quod non sint plures præbendati etiam connumeratis dignitatibus; quam 20. quia si conferatur dignitas Canonico, isque Canonicus resignet postea Canonicatum, erit vltra 20. Canonicos alia dignitas, nec propterea violabitur statutum quia non reperitur in dicto statuto prohibitum, quod vltra dictos 20. Canonicos non possit existere dignitas, & imò illud potius censeri debet emanasse ad fauorem Canonicorum, vt scilicet mediante collatione dignitatum, haberent pinguiores redditus, non ad diminuendum numerum inseruientium Ecclesiæ, adeoque nec Canonicus obtinens dignitatem possit, si velit esse contentus sola dignitate, dimittere Canonicatum, & fauori suo renunciare.

7 Et facit, quod statuta sunt strictè interpretanda, & vt minus quam fieri potest derogent iuri communi. *Abb. in c. cum dilectus num. 6. ad fin. de consuetud. Anan. conf. 72. num. 2. Alex. conf. 52. num. 1. lib. 1. & conf. 83. numer. 5. lib. 2. Rimin. Senior. conf. 43. num. 13. Ruin. conf. 169. numer. 8. lib. 3. &c.*

APRVTINA PRÆPOSITVRÆ

Luna 28. Iunij 1621.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria conceditur constito de non paritione.*
2 *Declaratoria fertur contra contumaces.*
3 *Constito de non tuto accessu, potest procedi per affixionem.*

DECISIO CCCXLVI.

IN hac causa fuit ad fauorem Pauli prouisi Apostolici, & contra quosdam præsentatos per D. Principem Casertæ per diffinitiuam sententiam pronunciatum, dictum Paulum immittendum fore, & esse in possessionem præpositura, de qua agitur, & illius annexorum, dictoque Principi, & ab ipso præsentatis nullum ius competere, 1 & huiusmodi sententia in iudicatum transacta, fuerunt illius vigore relaxatæ executoriales, quibus denique in partibus intimatis, & in Rota reproductis, seruatis quatuor terminis seruari solitis dubitaui, An esset danda declaratoria, & Domini responderunt, dandam esse, nisi infra mensem quia non solum non constat de aliqua paritione in præstando patientiam, quod dictus Paulus in possessionem dictæ Præpositura immitteretur, & in offerendo saltem fructus, atque expensas, in quibus dictus D. Princeps, & præsentati condemnati fuerunt, quod solum sufficit ad effectum, vt contra eos possit ferri declaratoria *iux. decis. Acchill. 1. de sententia ex comm.*

Sed imò appareat de manifesta contumacia & contemptu ex testibus, qui etiam de facto proprio deponunt, quod ipsi tentarunt accipere possessionem vigore dictarum executorialium, & illis fuerunt illatæ minæ à Ministris dicti D. Principis, ne id facerent, quodque dictus D. Princeps mandauit suis officialibus, ne litteras executoriales, aut alias pensiones, seu mandata Rotalia exequerentur, quod cum factum etiam præsumatur ad instantiam dictorum præsentatorum, arguit eorum quoque contumaciam, ità, vt contra ipsos quoque ferri debeat dicta declaratoria, ad *not. per Bar. in l. fin. n. 5. ff. de quæst. & in l. de pupillo §. si quis ipsi nu. 19. ff. de nou oper. nunciat.* & fuit pluries in his terminis resolutum, & signanter *in Corduben. Archidiaconatus 27. Ottobris 1606. coram Illustriss. Cardin. Sacrato, & in Astoricen. Scolastriæ 31. Ianuarij 1614 coram R. P. D. meo Pamphilio, & in Panormitana Archipresbyteratus 8. Iunij 1618. coram R. P. D. meo Buratto.*

2

Nec obstat, quod dictæ executoriales non fuerunt personaliter intimatæ, quia stante commissione speciali mihi directa, quod constito de non tuto accessu procederem in hac causa per edictum, & quod sufficienter probatus fuit in actis

in actis non tutus accessus, potuit ritè procedi, prout factum fuit, per affixionem dictarum
1 executorialium in duobus locis vicinis in partibus, & in Curia iux. not. per *Cassad. decis. 1. de dolo, & contum. Rot. decis. 5. & ibi Adden. de rescript. in nou. Vestr. in prax. l. 4. c. 3. n. 4.*

MACERATEN. SEV CAMERINEN. BONORVM

Luna 28. Iunij 1621.

DECISIO CCCXLVII.

Impressa apud Postium de subbstat. decis. 59.

LEODIEN CANONICATVS

Luna 28. Iunij 1621.

ARGVMENTVM.

Resignatio nulla an abdicet ius à resignante, & an per resignationem nullam beneficium remaneat affectum Pontifici latissimè explicatur.

SVMMARIVM.

1 *Elector Colonien potest vigore indulti prouidere de Canonicatibus.*
2 *Resignatio nulla non abdicat ius à resignante.*
3 *Resignatio est nulla, quando non fuit expressum beneficium collatum esse in titulum.*
4 *Forma potest adimpleri per aequipollens.*
5 *Ex duobus requisitis non sufficit vnum tantum adimplere.*
6 *Decretum irritans operatur, ut forma non possit adimpleri per aequipollens.*
7 *Concilium generaliter loquens generaliter accipi debet.*
8 *Dispositio Concilij Tridentini cap. 2. de reformat. sess. 21. habet locum etiam in resignationibus factis in manibus Papae, & non corrigitur ex Const. Pij V. num. 9.*
10 *Forma seruari debet.*
11 *Canonicatus remanet affectus per appositionem manus Papae.*
12 *Ex resignatione nulla beneficium non remanet affectum Pontifici, declara vt n. 13. & 14.*

DECISIO CCCXLVIII.

DOMINI dixerunt, Canonicatum esse adiudicandum Theodoro, quia ipse fuit de eo prouisus per obitum Balduini à Serenis-
1 simo Electore Colonien. vigore Indulti amplissimi, quod habet à Sede Apostolica.

Nec obstat, quod dicitur dictum Canonicatum vacasse per resignationem dicti Balduini ad fauorem Aegidij, & n oper ipsius obi-
2 tum, quia dicta resignatio fuit nulla, ideoque nec ius, quod prius habebat, fuit ab eo mediante dicta resignatione abdicatum, sed vacauit per mortem *Caputaq; decis. 215. p. 1. Card. Seraph. dec. 1498. n. 8.*

Quod autem resignatio fuerit nulla, patet, quia fuit facta contra formam *Concilij Tridentini c. 2. de reform. sess. 21.* ex quo non fuit in ea ex-
3 pressum, quod Balduinus esset promotus ad titulum dicti Canonicatus, prout in dicto capitulo expressè disponitur, & quod hoc casu resignatio sit nulla, tradit *Paris. de resign. l. 2. q. 6. n. 36. & 39. Garz. de benef. c. 5. n. 192. & seq. Gonzal. ad reg. 8. glos. 5. §. 10. n. 35.* & tenuit *Rot. in Aretina plebis coram Illustrissimo Cardin. Millino relata per per eumdem Garz. d. c. 5. p. 1. n. 438.*

Nec obstat, quod dictum Sacrum Concilium decreuit, quod dicta mentio fieret in resignatione ad effectum tantum, ne Clericus in opprobrium Ordinis Clericalis mendicare cogatur, & cum huic inconuenienti satis fuerit prouisum mediante clausula *consito*, quod resignans habeat aliunde, in dicta resignatione apposita, videatur dictam resignationem ob defectum dictae expressionis non posse dici
4 nullam eo, quod forma potest adimpleri per aequipollens, quando habetur effectus à lege desideratus, quia fuit responsum, quod dictum Concilium vt pinguius prouideret, ne Clerici vllo tempore in mendicitatem inciderent, non solum disposuit, quod resignationes non admitterentur, nisi constito, quod resignans haberet aliunde, vnde commodè viuere posset, sed vlterius decreuit, quod in resignationibus mentio fieret, quod resignans fuerit promotus ad titulum Beneficij, quod resignat, ad hoc vt vincularetur ab eo, à quo resignatio erat admittenda, si ità videretur patrimonium resignantis, quod alias potuisset distrahere, perindè atque fuisset vinculatum si ad titulum illius fuisset ordinatus; Vnde non potest dici quod mediante dicta clausula *constito* fuerit intentioni dicti Concilij satisfactum, quia ex
5 duobus requisitis non sufficit alterum adimpleuisse *l. cum hi. § si Praetor, & ibi glos. ff. de transac. l. si haeredi plures ff. de condit. instit. Dec. cons. 433. n. 6. Sarnen. in reg. de public. resignat q. 8. n. 2. Put. dec. 193. l. 1.* & imo cum dictum Concilium vlterius etiam procedendo annullet resignationes aliter factas, sicque contineat decretum irritans,
6 non potuisset forma ab eo tradita per aequipollens adimpleri, sed debebat seruari ad vnguem *Aldobrand. cons. 92. nu. 27. l. t. cum alijs per Marescott. var. resolut. l. 2. c. 38. n. 10.* & in terminis dicti cap. quod non possit adimpleri per aequipollens, firmat ex sententia Sac. Congregationis Illustrissimorum DD. Sacri Concilij interpraetum, quā refert ad extensum *Garz. loco proximè citato num. 193. Gonzal. vbi supr. nu. 35. & fuit dictum in dicta Aretina Plebis coram Illustrissimo Cardinal. Millino.*

Non obstat, quod Concilium non comprehendit resignationes factas in manibus Papae, quia hoc esset nimis restringere dispositionem
7 dicti Concilij, quod loquitur generaliter de omnibus resignationibus, & propterea generaliter intelligi debet, maximè cum eadem rami-

tio militet in omnibus, nec subsistit causa dictæ restrictiuæ. Et quod locum habeat etiam
8 in resignationibus factis coram Papa firmat *Garz. vbi supra nu. 193.*

Non obstat, quod Constitutio Pij V. solum mandat apponi clausulam *constito*, quia non
9 est correctoria decreti dicti Sac. Concilij, nec loquitur de beneficijs, ad quorum titulum resignans est promotus.

Non obstat, quod Papa in genere cogitare potuerit, quod resignans esset promotus ad titulum Beneficij, quod resignat, quia Concilium, vt dictum est, requirit pro forma, quod
10 fiat expressio dictæ qualitatis; Vndè illa seruari debet *ex allegat.* Vltra quod Papa potuit etiam cogitare, quod resignans non esset promotus ad titulum illius Beneficij eo ipso, quod sibi hoc non fuit expressum.

Non obstat, quod saltem Canonicatus remansit Sede Apostolicæ affectus per appositio-
11 nem Manus Pontificis, quia dicta affectio per
12 appositionem Manus non intrat, quando te signatio est nulla, & per consequens Beneficium vacat per obitum, & non per resignationem. *Archidec. 14. de restit. spol. Rot. dec. 24. sub n. 1. vt lit. pend. in nou. & 419. par. 1. diu. & decis. 170. vers. vel diuersa eueniat p. 1. in recentior.*

Non obstat, quod, etiam quod resignatio sit nulla, tamen locus est affectioni, quando ta-
13 lis nullitas prouenit culpa resignantis. *Garz. dict. tract. de benef. p. 5. c. 1. §. 2. num. 170.* quia hoc procedit, quando resignans est in culpa quor minus resignatio fortiatur effectum ob non implementum conditionis, nam tunc dicta conditio habetur pro impleta in præiudicium resignantis, & per consequens abdicatur ius à resignante, & beneficium vacat in Curia, remanetque affectum, & reseruatum, secus est quando resignatio fuit nulla de perse, & ex alia causa, quam ob non implementum, tunc enim per huiusmodi resignationem non abdicatur
14 ius à resignante, vt benè per eundem. *Garz. p. 11. c. 3. n. 217.* vbi exemplum adducit in resignatione simoniaca, per quod non abdicatur ius à resignante, etiam quod sit pura, & per consequens nec Beneficium vacat, nec illud remanet affectum, quia Papa non voluit prouidere, nisi in euentum, in quem vacaret per resignationem, & affectio non porrigitur ad vacationem diuersã, vt *in dicta decisione 570. nu. 8. p. 1. in recentior.*

Vndè cum in casu, de quo agitur, resignatio non fuerit nulla ob non adimplementum, sed quia non fuit in eo seruata forma Concilij, meritò non fuit ius abdicatum à resignante, & per consequens Canonicatus vacauit per obitum, & non per resignationem, neque, vt dictum est, remansit affectus *ex allegatis.*

PAMPILONEN. BENEFICII DE AYBAR.

Luna 5. Iulij 1621.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Narratiua dicitur iustificata ex assertione Aduersarij, & ex Testibus.*

2 *Narratiua quamuis paululum mutata si non retraxisset Pontificem à concessione, non vitiat gratiam.*

DECISIO CCCXLIX.

DOMINI steterunt in decisis *die 20. Decembris præteriti*, quia, vt in decisione tunc extensa dicebatur, Philippus habet anteriorem gratiam, illaque est in omnibus iustificata.

Nec obstat, quod dicta gratia non potest dici iustificata quoad narratiuam, quod beneficium, de quo agitur conferri debet ex indulto Apostolico filijs Patrimonialibus in Ecclesia baptizatis, quia imò hoc quoque probatur ex
1 Testibus, & ex narratiua Ioannis Aduersarii in gratia per eum obtenta, quod sufficit. *Aegid. dec. 298. Put. dec. 325. l. 2.*

Non obstat, quod Ioannes non narrauit, quod debeat conferri ex indulto Apostolico, sed ex cõsuetudine, & minus etiam dixit, quod illud debeat conferri filijs Patrimonialibus baptizatis in illa Ecclesia, sed implicitè filijs Patrimonialibus, quia leuis est differẽtia inter vnam, & alteram narratiuam, neque ea difficiliorem reddidisset Papam ad concedendum gratiam,
2 minusque retraxisset à concedendo, ideòque nec dictam gratiam vitiat *cap. super litteris, & ibi Fel. num. 8. de rescript. Aym. cons. 182. num. 17. Cassad. decis. 12. num. 14. de preb. & fuit dictum in Burgen. pensionis 4. Nouembris 1585. coram Gipsio*, vbi quod modica, & non dolosa subreptio non vitiat gratiam, & alias sæpissimè. Et maximè quia dum Ioannes narrauit, quod debeat ex consuetudine conferri filijs Patrimonialibus, absque dubio Papa intellexit de consuetudine Canonica, & à Sede Apostolica approbata; alias enim dictam consuetudinem non approbasset, & sic nulla videtur adesse differẽtia inter vnam, & alteram narratiuam, vt dictum est.

TVLLEN. SCHOLASTRIÆ

Luna 5. Iulij 1621.

DECISIO CCCL.

Impressa in Recent. decis. 311. par. 4. tom. 2.

ROMA-

ROMANA HÆREDITATIS DE AGAZZARIIS.

Luna 5. Iulij 1621.

ARGVMENTVM.

Latissimè differitur quando quis possit impedire immissionem ex Testamento asserendo matrem præterijsse se filium. Filiatio quomodo debeat ad hunc effectum in continenti probari.

SVMMARIVM.

1 *Probatis extremis immissio conceditur.*
2 *Vitium præteritionis non impedit immissionem, contrarium num. 3. declara num. 5.*
4 *Filius ad hoc, vt dicatur præteritus debet in Testamento nominari.*
6 *Allegatio præteritionis non impedit immissionem quando probanda est filiatio.*
7 *Sola nominatio non sufficit ad probandam filiationem, nam nominatio fit ad blandiendum numer. 8. & num. 15.*
9 *Declarationi iuratæ standum est, similiter declarationi factæ in extremis num. 10. & num. 14.*
11 *Verisimiliter non præsumitur, quem facere Testamentum nullum.*
12 *Filio in quasi possessione filiationis existenti non præiudicat contraria assertio.*
13 *Nominatio in filium dubia potest à nominante declarari.*
16 *Feruentius amantur nepotes, quam filij.*
17 *Iudicium adipiscendæ absorbet iudicium summariissimum possessionis, & ab illo non datur appellatio num. 19.*
18 *Inter ciues, & incolas seruatur ius ciuile.*

DECISIO CCCLI.

DOMINI dixerunt, Clericæ, & Magdalenæ
dandam esse immissionem, quia ipsæ a-
gunt vigore Testamenti earum Matris non
aboliti, neque cancellati, in quo sunt institu-
tæ heredes vniuersales, & quod dicta earum
Mater bona, de quibus agitur, possederit, cla-
rè ostendunt, ne dum ex locationibus Domo-
rum, & perceptione fructuum locorum Mon-
tium; sed etiam ex confessione Francisci in
mandato obtento, ab A. C. de immittendo in
possessionem bonorum per dictam Liuiam tē-
pore sui obitus possessorum, ac propterea nul-
1 la ratione potest eis denegari dicta immissio vi-
gore *l. fin. C. de edic. Diu. Adr. toll.* vt passim tra-
dunt scribentes *in dicta l. fin. & post eos Gab. cons.
31. num. 5. lib. 1.* cum alijs latè adductis per *Pe-
regr. de fideic. art. 44. num. 6. & 16. & in Montis
Falisci fideicom. coram S. D. N. quæ est decisio 131.
num. 1. par. 2. in recentior.*

Nec obstat prætensa exceptio præteritionis
Francisci, quia regula est, quod vitium præ-
2 teritionis tamquam vitium inuisibile non im-
pedit immissionem hæredis scripti. *Bar. & cō-
muniter DD. in dicta l. fin. cum alijs latè congestis per
Menoch. de adipisc. rem. 4. nu. 726. & de arbitr. iud.
l. 2. cap. 12. num. 2. & ex tex. expres. in l. 2. C. eod.
tit. de edicto.*

Et licet ab ista regula recedatur quando is,
3 qui dicit se præteritum, offert in continenti
probaturum præteritionem *glos. in dicta l. 2. ver.
quamuis, & ibi Bal. in princ. cum aliis per Menoch.
de arbitr. dicto casu 12. num. 3. & latius dicto remed.
4. num. 729. & fuit dictum in Rom. de Marescottis
20. Nouembris 1613. coram Illustrissimo Card. Sa-
crato, quæ est decis. 526. par. 1. in recentior.* Nihilo-
minus hoc videtur intelligendum quando ex
ipso Testamento resultat talis probatio, puta
si Testator in vna parte Testamenti de filio
4 mentionem fecit, & deindè nec illum insti-
tuit, nec exhæredauit. quo casu dicitur præte-
ritus, vt per *Menoch. dicto remed. 4. num. 729.* se-
cus autem est quando præteritio ex alio ex-
trinseco deducitur, quia sit probanda filiatio,
& suitas aliundè ad effectum, vt tamquam ta-
lis dicatur præteritus, tunc enim exceptio præ-
teritionis nullo modo impedit immissionem,
5 & habet locum dispositio *dicta leg. 2.* itá in spe-
cie. *Dec. in dicta l. fin. num. 43. vers. non omitto.
Menoch. dicto remed. 4. num. 731.* vbi quod allega-
tio præteritionis non admittitur, quando ea
6 admissa necessariæ forent probationes filiatio-
nis ad effectum probandi præteritionem, & ad-
mittit *Rot. dicta decis. 526. num. 9.*

Et in omnem euentum, quod dicta exceptio
admitteretur, etiam quando illa eget extrinse-
ca probatione dictæ filiationis, non potest ta-
men in casu isto dici in continenti probata,
itá quod saltem non requirat altiorem indagi-
nem, quia fundamentum, quod fit in nomi-
natione facta per Liuiam erga Franciscum
7 tamquam filium, non subsistit, quia sola no-
minatio non sufficit ad probandam filiationem
*Dec in cap. per tuas sub nu. 28. vers. & ista est com-
munis opinio de probat. Paris. cons. 29. num. 29. l. 2.
Menoch. de arbitr. cas. 89. numer. 77.* nisi directè
probetur facta super filiatione, & in præsentia
nominati *Abb. in c. per tuas, & ibi Fel. num. 12.
de probat. Alex. cons. 181. nu. 1. & seq. l. 7.* & prin-
cipaliter ad indicandam filiationem *glos. in c.
cum Michael de fil. presbyter l. fin. cum glos. ff. de
probat.* aut concurrat tractatus, & alia latè pon-
derata in *Rom. de Sauellis 13. Nouembris 1613.
coram R. P. D. meo Vbaldo.* Filiatio enim pro-
8 uenit à natura, quam sola nominatio efficere
non potest, & nominatio potius blandiendi
gratia, quam veritatis inducendæ proferri so-
let, vt inquit *Menoch. loco proximè citato.*

Et quod re vera si quando dicta Liuia nomi-
nauit dictum Franciscum filium, nominauerit
eum talem, potius blandiendi gratia, vel etiam
ob particulares quosdam respectus, & non
quod verè esset ex ea genitus, satis euidenter
probatur, tum ex eo, quod in pluribus instru-
mentis nominauit eumdem Franciscum nepo-
tem, & etiam ex testibus pro parte Clericæ, &
Magdalenæ examinatis, de quibus infra dice-
tur, tum & maximè ex declaratione iurata per
eamdem Liuiam in eius testamento facta,
quod ipsa non habebat alios filios masculos
præter Iulium Cæsarem, & Ioannem Baptistam
subdendo rationem dictæ suæ declarationis,
*acciò si sappia che se si trouasse mai altre persone no-
minate*

minate per miei figlioli, che il tutto hò fatto per amorevolezza, se bene erano nepoti.

Et huic declarationi videtur standum, non
9 solum quia est confirmata iuramento *Crauett. consf.55. num.4. & fuit dictum in Bonon. Bonorum 30. Martij 1607. coram bon.mem. Penia*, sed etiam quia emanauit in extremo vitæ spiritu, quo
10 tempore non præsumitur quis immemor salutis eternæ *l. fin. C. ad leg. Iul. repetund. Hended. consf.91. nu.88. l.1. cum alijs adduc. in dicta Bonon. Bonorum coram bon. mem. Penia.*

Et quia verisimile non est, quod si dictus Franciscus verè fuisset illius filius, id voluisset
11 negare, & per consequens eius Testamentum vitio nullitatis subijcere, vt fuit ponderatum in *Rom. de Bonellis 13. Maij 1607. coram R. P. D. meo Vbaldo.*

Nec obstat, quod filio semel in quasi pos-
12 sessione filiationis constituto, non præiudicat contraria assertio. *Menoch. præsumpt.53. num.26. & seq. lib.6.* quia negatur, quod Franciscus fuerit vnquam in dicta possessione filiationis constitutus, & quatenus ab eo ad probandam huiusmodi possessionem dicta pretensa nominatio deducatur, benè replicatur, quod dicta nominatio ei suffragari non potest, eo quod cum esset dubia, potueritque emanasse, vel ad indicandam filiationem, vel ex diuersis alijs respectibus, vt dictum est, potuit per dictam
13 Liuiam, à qua emanauit, dicta nominatio, declarari. *Gabr. de reg. iur. concl.3. num.81. vers.5. limita Menoch. consf.766. & num.9.* & huiusmodi
14 declaratio maximè cum sit iurata attendi debet *ex alleg.*

Minus potest fieri vis in testibus pro parte dicti Francisci examinatis, quia deponunt de sola nominatione, & tractatu, & tamen nominatio non sufficit ad probandam filiatio-
15 nem, vt dictum est, & tractatum non concludunt; maximè quia probari deberet dictus tractatus ad effectum, vt indè resultaret probatio filiationis per actus proportionabiles soli filio, quod tamen cum non prætendatur, quod dictus Franciscus sit omninò extraneus, sed nepos Liuiæ ex alia ipsius filia, videtur propè modum impossibile, quia ijsdem signis amoris tractari solent nepotes, quibus tractantur
16 filij, & imò ardentius descendit amor in nepotes, quam vigeat in filijs *l. liberorum in fi. ff. de verb. signif. Curt. iun. consf.169. num.13. Surd. dec. 205. num.3.*

Et omnis difficultas tollitur ex depositione plurium Testium pro parte DD. Cleriæ, & Magdalenæ examinatorum clarè, & dilucidè deponentium, quod Franciscus non est filius Liuiæ, sed illius nepos ex alia illius filia, quorum vnus deponit etiam se vidisse illum nasci, itàquod vel ista probatio sit præferenda probationi per dictum Franciscum factę, & prętertim quia cum ea concurrit dicta iurata declaratio Liuiæ, & nominationes per eam in pluribus instrumentis factæ, vel saltem per dictam probationem taliter confunditur dicti Francisci probatio, vt nullo modo dici possit ex ea constare de dicta prætensa filiatione, maximè ad effectum impediendi dictam immissionem, quod & ipse Franciscus agnouisse videtur, dum licet diù expectatus fuisset, sub prætextu tamen quod esset ei vlterior dilatio concedenda ad effectum inducendi alios Testes in huius dubij propositione informare neglexit.

Non obstat quatenus prætenderetur, quod retardari debeat dicta immissio, donec terminetur iudicium summariissimum possessionis,
17 quia imò iudicium adipiscendæ absorbet dictū iudicium summarijssimum possessionis, & maximè eum, stante Ægidiana, & etiam quod
18 agatur inter Ciues, & incolas, ac propterea seruari inter eos debeat ius ciuile ex dispositione *Statuti Vrbis*, non detur à sententia in dicto iu-
19 dicio adipiscendæ lata appellatio. *Put. decis. 469. num.6. vers. quia mens Accbill. decis.8. nu.1. & 2. de appellat.*

Non obstant, quæ latè deducuntur pro parte D. Camillæ, quia sunt extra præsens dubium, quod disputatur inter duas Cleriam, & Magdalenam, & dictum Franciscum tantum, & poterunt suo tempore examinari.

SENOGALLIEN IVRIS PASCENDI

Lunæ 5. Iulij 1621.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Generalis petitio facta in commissione cum clausula* cum facultate manutenēdi, *habetur loco libelli.*
2 *Articuli habentur loco libelli in Iudicijs summarijs.*
3 *Causa ansit summaria ex quibus cognoscatur.*

DECISIO CCCLII.

CVM alias fuisset in hac causa resolutum deberi fructus Illustriss. Cardinali Commendatario à die petiti mandati de manutenendo; dubium quę esset quo die fuerit; dictum mandatum petitum. DD. in relationibus causarum super hoc consulti censuerunt dictum mandatum fuisse petitum saltem tempore productionis articulorum. Nam generalis petitio facta in commissione signata cum clausula, *cum facultate manutenendi*, quæ commis-
1 sio fungitur vice libelli. *Specul.de libell.concept. §.nunc dicendum n.5. l.4 Felin.in c.ad audientiam il.2 nu.2. post medium vers. & quod non sit opus libello de rescript. Cassi.de Graff.dec.1. num.6. de Iudic.* fuit ad speciem deducta in dicta saltem productione articulorum, in quorum conclusione fuit expressè petitum, quod Abbatia manuteneretur, & Aduersarij cogerentur desistere à molestationibus, & vexationibus, nam in summarijs
2 Iudicijs articuli etiam libelli vim habent. *Oldr. consf.244. sub.n.1. vers.ad hoc respondetur Menoch. de recuper.remed.15.q.20.n.245. Marsil.singul.102.n.1. Rot. dec.18.de testib.& dec.29.de probat.in antiq.dec. 254.n.5.p.1.diu.*

Nec dubitari potest, quod ista causa sit summaria

maria, quia id satis apparet ex commissione, &
3 eius rescripto, in quibus legitur, quod summariè procederetur, & etiam citationibus, & inhibitionibus Comunitati factis, ne audeant accedere ad locum differentiæ, pendente Iudicio super manutentione, & ex omnibus alijs tam iudicialiter, quam extraiudicialiter gestis.

TIBVRTINA IVRIS MOLENDI

Luna 5. Iulij 1621.

DECISIO CCCLIII.

Impressa in Recent. decis. 308. par. 4. tom. 2.

ROMANA AFFICTVS

Veneris 5. Nouembris 1621.

ARGVMENTVM.

Agitur de quadam consignatione, seu restitutione, an & quando, & cui competat. Ex cassatione vnius Instrumenti quando censeatur extiucta obligatio, quæ in eo erat.

SVMMARIVM.

1 *Consignatio probatur ex Instrumento.*
2 *Ex Instrumento resultat tacita confessio.*
3 *Non datur maior probatio, quam propria confessio.*
4 *Consignatio probatur ex Inuentario, & ex quietantia Procuratoris.*
5 *De iure finita locatione Conductor tenetur restituere omnia accepta.*
6 *Si in instrumento dicatur vni spectare commodum, & alter solum nomen habere, omnia iura tam actiua, quam passiua spectant ad illum, qui habet commodum.*
7 *Ennunciatiua secundi Instrumenti non probant contra principaliter enunciatum in primo Instrumento.*
8 *Apoca Instrumento contraria standum est.*
9 *Obligatio in solidum facit propriam obligantis totam obligationem.*
10 *Incassatione Instrumenti debet fieri actus retrospinilis.*
11 *Cassatio Instrumenti restringi debet ad suam causam.*

DECISIO CCCLIV.

DOMINI dixerunt, constare de consignatione Capitalis, & D. Pompilium teneri ad eius restitutionem. Nam quoad dictam
1 consignationem satis videbatur illam probari tum ex instrumento affictus celebrato *die 26. Augusti* 1605. in quo D. Dux promisit consignare Capitale, & vice versa etiam conductores se obligauerunt illud restituere in fine affictus insimul cum omnibus mobilibus ipsis cōsignatis, vt *in Summar. D. Ducis n. 1.* quod etiam Capitale fuit æstimatum vna cum non nullis
2 mobilibus in Sc. 15. mill. circiter, ex quo resultat tacita saltem dictorum conductorum confessio dictæ consignationis, qua nulla est maior
3 probatio *c. per tuas de probat. c. si cautio de fid. instr. cum vulg.* Tum & maximè ex alijs iuribus datis *in eodem Summar. numer. 2. & 3.* ex quibus apparet de reali consignatione d. capitalis facta à Magistro domus D. Ducis Philippo Tassino procuratori D. Pompilij, specialiter ad recipiendum d. capitale deputato cum confectione d. Inuentarij de singulis bonis consignatis, & quietantia d. Procuratoris, ex quibus vtique
4 probatur dicta consignatio *l. si procurator ff. de procur. Aym. cons. 815. n. 14. Rot. Ian. dec. 133. n. 5. & 6. & dec. 186. n. 3.*

Nec obstat, quod in quodam instrumento celebrato inter easdem partas de anno 1607. fuit cassatum in omnibus, & per omnia d. instrumentum affictus de anno 1605. quia ad omne peius, quod dicta cassatio posset deseruire pro annullanda confessione consignationis facta in dicto instrumento, non tamen suffragari potest ad effectum annullandi consignationem realem factam in manibus procuratoris D. Pompilij specialiter, vt dictum est, ad recipiendum d. capitale deputati.

Nec dicta consignatione stante, dubitari potest, quod D. Pomphilius non teneatur dictum capitale restituere, tum quia de iure est, quod
5 finita, vel annullata locatione teneatur conductor omnia accepta restituere locatori *l. non ab re C. vnde vi cum similibus*; tum etiam quia dictus Pompilius in specie, vt dictum est, se obligauit ad dicti capitalis restitutionem, & sic tenetur etiam vigore suæ propriæ obligationis ad dicti capitalis restitutionem.

Nec obstat, quod in secundo instrumento affictus celebrati *de anno* 1607. dicitur D. Pompilium habuisse nudum nomen in priori affictu & omne commodum, & incommodum dicti affictus spectasse ad Guicciardinum, vndè
6 infertur, quod dictus D. Pompilius non teneatur ad dicti capitalis restitutionem, sed Guicciardinus, in quem transierunt omnia iura tam actiua, quam passiua *l. 3. & 4. C. si quis alt. vel sibi Mohed. dec. vn. de procur. cum alleg.* Quia præterquamquod hoc dicitur enunciatiuè tantum in dicto instrumento, ac propterea non probat
7 vbi principaliter agitur de enunciato *l. non epistolis l. non nudis C. de prob. Paris. cons. 94. n. 19. lib. 1. Put. decis. 381. in fi. l. 1. Card. Seraph. dec. 1273. nu. 2.* & maximè quia fuit facta absente Guicciardino *d. l. non nudis vbi glos. in verb. asseuerationibus C. de prob. Alex. cons. 147. n. 5. l. 6. & fuit dictum in vna Virdunen. Abbatiæ 27. Nouembris 1615. coram R. P. D. meo Buratto, quæ est dec. 768. sub num. 2. p. 2. in rec.* & quia de contrario constat ex apocha, ex qua apparet, dictum Pompilium, & Guicciardinū egisse inter se vti conductores, & interessatos de obtinenda prorogatione affictus, cui decla-
8 rationi est stãdum in præiudicium dicti D. Pompilij, *ad l. Lucius §. tutela ff. de adminstr. tut. Bal. cons. 41. n. 1. vol. 3.*

Cessare etiam videtur difficultas ex eo, quod

Q idem

idem Pompilius se obligauit dicto D. Duci in solidum pro D. Guicciardino, nam hac obli-
9 gatione stante, D. Pompilius fecit totam obligationem Guicciardini suam *Aym. conf. 77. n. 3. Rot. div. dec. 153. n. 8. p. 2.* & vigore dictæ suæ obligationis tenetur, ac si pro Guicciardino conduxisset *Socc. Sen. conf. 154. n. 9. & seq. lib. 2. Cardin. Mant. de tacit. l. 8. tit. 9. n. 7. & seq.*

Non obstat dicti primi instrumenti cassatio, quia non propterea censetur dictus Pompilius liberatus à restitutione capitalis, sibi realiter, & extra dictum instrumentum consignati. &
10 maximè quia dicta cassatio non continet actū retrosimilem restitutionis, quæ erat præuia æstimatione facienda ad *l. si ab emptione ubi Ang. n. 5. vers. sequitur Bal. n. 3. ff. de pact.* nec in ea legitur vllum verbum de restitutione dicti capitalis.

Vltra quod dicta cassatio fuit facta ad effectum tantummodo renouandi affictum soli
11 Pompilio, ac propterea restringi debet ad suam causam, nec vltra eam aliquid operatur *Bart. in l. 2. n. 2. ff. de his quæ in testam. delent. Bal. in l. emancipatione in fin. C. de fid. instr. Surd. conf. 16. numer. 15. & seqq.*

Non obstat, quod in hac secunda locatione fuit facta noua consignatio mobilium Ministris Pompilij, & confectum nouum Inuentarium vt deponunt testes *Summar. Pompily. num. 3.* ex qua noua consignatione arguitur, quod capitale prius eidem Pompilio consignatum fuerit D. Duci restitutum, tum quia dicta noua consignatio fuit facta de mobilibus consistentibus in loco Siluenæ, & pertinentibus ad negotium Vetrioli, quod in dicta prima locatione non erat comprehensum, tum etiam quia in omnem euentum non constat de identitate mobilium in Inuentario, de quo supra, & istorum post hanc secundam locationem, vt prætenditur, consignatorum.

Et eadem ratione tollitur, quod dicitur de consignatione facta Administratori deputato ab A. C. *de anno* 1614. quia dicta quoquè consignatio facta est in loco Siluenæ, & non continet capitale *de anno* 1605. consignatum. Vnde D. Pompilius non potest dictam restitutionem euitare, & maximè quia intentio D. Ducis, quod dicta restitutio facta non fuerit, benè comprobatur ex laudo Bubali inter Pompilium, & Guicciardinum, de quo in *Summ. D. Ducis num.* 10. & etiam ex calculo inter eosdem producto, in quo capitale ponitur ad creditum affictus, vti restituendum D. Duci *dicto Summ. num.* 11.

CALAGVRITANA IVRISPRÆSENTANDI DE VIANA

Lunæ 15. Nouembris 1621.

ARGVMENTVM

Iuspatronatus Vniuersitatis quandò præsumatur vsurpatum, & quid requiratur ad probandum non esse tale.

SVMMARIVM.

1 *In Iurepatronatu Vniuersitatis requiritur copulatiuè immemorabilis, & per authenticas scripturas doceri de præsentationibus continuatis, & effectuatis.*
2 *In Ecclesia receptitia non dabatur vacatio.*
3 *Si non datur vacatio, neque præsentatio.*
4 *Continuatio præsentationum in Ecclesia receptitia fieri debebat per expressionem nominis illius, qui fructus percepit.*
5 *In materia contra ius tantum censetur præscriptum, quantum possessum.*
6 *In vniuersitate si præsentationes non sunt continuatæ præsumitur vsurpatio.*
7 Decisio 481. p. 1. recent. *declaratur.*
8 *Enunciatiua Instrumēti longe post præsentationē facta non probat concludenter effectuationem dictæ præsentationis.*
9 *Probatio requisita à Concil. Trident. Iurispatron. Vniuersitatum debet fieri per authenticas probationes, & num. 10.*

DECISIO CCCLV

DOMINI steterunt in decisis *die* 9. *Maij* 1616. quod non constat de Iurepatronatus Vniuersitatis.

Nam quicquid dicendum esset, vtrum sit probata immemorabilis requisita per *Sacr. Concil. Trid.* deficit aliud ab eodem *Sacr. Conc.* copu-
1 latiuè cum dicta immemorabili requisitum, quia scilicet non docetur per authenticas scripturas iuxta dict. Concil. præscriptum de præsentationibus continuatis, & per spatium 50. annorum effectum sortitis. In toto enim processu exhibentur 13. tantū præsentationes, quarum tres fuerunt factæ ante annum 1555. & sic tempore quo Ecclesia, vt prætenditur, erat receptitia, aliæ vero 10. post dictum annum 1555. & sic postquam dicta Ecclesia fuit effecta numerata, & tamen nec illæ tres probantur continuatæ, nec effectuatæ, nec minus istæ decem, cum non probetur, quod vna præsentatio fuerit immediatè post aliam, ita vt non interuenerint mediæ liberæ prouisiones, quodque præsentati vigore huiusmodi præsentationis fuerint legitimè instituti.

Nec obstat, quod dum Ecclesia erat recep-
2 titia, non poterat fieri huiusmodi continuatio, ex quo tunc non dabatur vacatio, *iux. tex. in c. dilecto S. propterea de preb. cum alijs per Card. Mant. dec. 229. nu. 1.* quia præterquamquod dictum obiectum retorquendo posset dici, quod si non
3 dabatur vacatio, non poterat etiam dari præsentatio *ad trad. per Lambert. de Iurepatr. p. 1. 2. l. q. 6. prin. art. 1. n. 3. & art. 18. n. 2.* cessare videtur difficultas; tum quia præsentationes poterant fieri ad fructus cessantes, exprimendo nomen illius per cuius mortem dicti fructus excreuerunt, prout in huiusmodi Ecclesijs in illis partibus
4 fieri consueuit, quod cum obseruatum non fuerit, non potest dici sufficienter constare de continuatione per dictum Concilium requisita.

Tum etiam quia vel prætenditur, quod istæ

tres

tres præsentationes fuerunt factæ immediatè vna post aliam, & ad eamdem portionem, & vltra quod hoc non probatur, non possent etiã huiusmodi præsentationes suffragari Vniuersitati quoad alias portiones, quia cum versemur
5 in materia, in qua ius dictæ vniuersitati resistit, tantum censetur præscriptum, quantum possessum *Put dec. 310. l. 2. Rot. dec. 416. nu. 2. p. 2. in recent.* & maximè quia non probatur, quod Vniuersitas habeat titulum, vel causam vniuersalem quoad omnes portiones *Rom. cons. 368. num. 14. & 15.*

Vel prætenditur, quod dictæ præsentationes fuerint factæ immediatè vna post aliam, sed nõ ad eamdem portionem, & vltra quod nec hoc probatur, minus potest censeri fuisse Iuspatronatus dictæ Vniuersitati per dictas præsentationes in omnibus portionibus acquisitũ, non solum quia, vt dictum est, non probatur causa vniuersalis possidendi, sed etiam quia constat, quod per dictum temporis spatium fuerunt plures beneficiati admissi, qui cum nõ probentur fuisse à dicta Vniuersitate præsentati, absurdum omnino esset dicere, quod ex dictis tribus præsentationibus fuerit tale ius dictæ Vniuersitati acquisitum, cum imo potius dictæ tres præsentationes etiam quod probarentur effectuatæ, quod tamen non subsistit, vt statim dicetur, præsumi deberent merè vsurpationes, eo quod minimè sunt conformes
6 dispositioni dicti Conc. quod requirit, quod præsentationes sint sine vlla interruptione in quolibet beneficio, vt tenuit *Rot. decis. 199. num. 2. p. 2. diu.*

Nec obstat *decisio in causa Illerden portionis coram R. P. D. meo Pirouano, quæ est dec. 481. par. 1. in recent.* quia in ea non firmatur, quod ex præ-
7 sentationibus ad vnum beneficium probetur iuspatronatus in omnibus alijs beneficijs in eadem Ecclesia existentibus, sed tantum adducuntur pro coniectura ad excludendam præsumptionem vsurpationis præsentationes ad alias portiones factæ, & omnes dictæ præsentationes erant per tempus à Sac. Conc. requisitum effectuactæ, quod secus est in casu isto, in quo non dantur præsentationes, neque etiam ad vnum beneficium per dictum tempus effectuatæ, vnde tanto minus etiam *d. decis.* applicatur.

Nec obstat, quod dictarum trium præsentationum effectuatio satis probatur ex instrumentis, in quibus dicti præsentati enunciantur beneficiati, quia huiusmodi enunciatiuæ sunt nimis recentes, & emanarunt multis annis post præsentationem, ideòque quatenus etiam dictæ enunciatiuæ probarent, quod reuera nominati in dictis præsentationibus fuerint tempore, quo emanarunt enunciatiuæ beneficiati, nõ tamen indè probaretur, quod beneficia acquisiuerint vigore dictarum præsentationum, cum possibile sit, quod illo medio tempore fuerint de dictis beneficijs alia ratione prouisi, & potissimum ad hunc effectum aduertendum videtur, quod ad probandam effectuationem præsentationis Ioannis de Carillo facta *de anno* 1549. non adducitur, nisi quædam enunciatiua emanata *de anno* 1593. & sic ferè per quinquaginta annos post præsentationem. Vnde vel non concludit effectuationem præsentationis quinquaginta annos antè factæ; maximè cum
8 dictæ enunciatiuæ emanauerint per duos tantum annos ante motam litem.

Vel saltem non potest dici ex dicta enunciatiua plenè, & concludenter probata dicta effectuatio, & prout ex dicto Sac. Conc. præscripto requiritur vt in puncto de probatione ex simili enunciatiua deducta fuit firmatum. *In Hyeracen. iuris patronatus 27. Iunij. 1614. coram R. P. D. meo Verospio*, vbi quod non sufficit enunciatiua, sed requiritur probatio per authentica do-
9 cumenta ex forma à Sac. Conc. præscripta, quæ omninò venit seruanda; nec potest per æquipollens adimpleri.

Minus probatur effectuatio, & continuatio aliarum præsentationum factarum, vt prætenditur postea quam Ecclesia fuit effecta numerata; non solum quia non docetur de aliqua legitima institutione, aut possessionis apprehensione, sed etiam quia omnes enunciatiuæ adductæ ad probandam dictam effectuationem sunt recentes, & patiuntur easdem oppositiones, de quibus supra dictum est, itàquod ad summum ex dictis enunciatiuis resultet tantum quædam præsumptiua probatio, quæ ad effectũ, de quo agitur, non suffragatur; cum vt sæpè dictum est inxtà decretum dicti Concilij requiratur pro-
10 batio per autenticas scripturas *Card. Seraph. dec. 1367. n. 5. in fine.*

His accedit, quod cum lis inceperit *de anno* 1595. non adesset in omnem euentum tempus quinquaginta annorum per dictum Concilium requisitum.

ROMANA PECVNIARIA.

Lunæ 15. Nouembris 1621.

ARGVMENTVM.

Iudex facto decreto fauorabili potest reponendo à dicto decreto nouam ferre sententiam.

SVMMARIVM.

1 *Sententia valida, & iusta est confirmanda.*
2 *Iudex facto decreto fauorabili functus est officio suo.*
3 *Iudex cum facultatibus A. C. potest decretum reponere, & deindè ferre sententiam.*
4 *Producens iura Iudicis iurisdictionem approbat.*
5 *Producens iura non potest dare de defectu Iudicis.*
6 *Promissor de euictione non obligatur, nisi docto de intimatione.*
7 *In particularibus pretium non succedit loco rei.*
8 *Pretium rei obligatæ non dicitur obligatum, nec venit actione hypotecaria.*

DECISIO CCLVI.

1 DOMINI dixerunt, sententiam extra Rotã latam esse confirmandam, quia est valida, & iusta.

Nec obstat nullitas ex eo deducta, quod Iu-

dex, qui dictam sententiam tulit, fecerat prius
decretum ad fauorē Domini Raphaelis, & re-
laxauerat mandatum executiuum pro scutis
500. contra Dominum Oddum Marchionem
donatarium Dominæ Flaminię, *vt in Summa-
rio dicti D. Raphaelis numer.2.* Vnde videbatur
2 dictus Iudex functus officio suo ad *l. Iudex postea
quam ff. de re Iudic. Rot. dec.264. nu.3. in fin. par.
1. in recentior.* ità quod non potuerit posteà ferre
sententiam ad fauorem eiusdem D. Marchio-
nis, quia placuit responsio, quod cum Index es-
set Deputatus cum facultatibus A.C. vt in co-
pia Cōmissionis, quæ datur *Summario D. Mar-
chionis numer.1.* potuit iuxtà stylum D.A.C. re-
ponere Marchionem à dicto decreto, & man-
dati relaxatione, & præuia huius modi reposi-
3 tione pro dicto D. Marchione ferre sententiam
prout fecit vt *in dicto summar. D. Marchionis nu.
3 iux. trad. per Galles ad formam oblig. Camer. quest.
36. num.27.*

Quod sine difficultate in casu isto procedit,
ex quo ipse D. Raphael post dictum Decretum
ad sui fauorem emanatum, de nouo ad iuit In-
4 dicem, & produxit noua iura vt *in summar.
num.3.* & sic dicti Iudicis iurisdictionem appro-
bauit, quo fit vt nec hodie amplius de dictæ iu-
5 risdictionis defectu dare possit *ad trad. per Alex.
cons.39. sub num.4. lib.1. & cons.12. num.6. lib.9.
cum alijs alleg. in dec.440. num.3. par.2. in recentior.*

Minus faciunt, quæ de iniustitia dictę senten-
tiæ adducuntur; nam admisso etiam quod eue-
nerit casus euictionis prædij, in quem Flami-
nia auctrix. D. Marchionis promiserat restitue-
re D. Raphaeli *scuta* 500. ab ea recepta ex pre-
tio dicti prædij; nihilominus potuit Iudex
absoluere D. Marchionem à dictorum scuto-
rum 500. restitutione; tum quia in illo iudicio
non fuit doctum de dicta euictione, nec quod
molestiæ fuissent intimatæ D. Marchioni, aut
quod Raphael legitimè appellauerit à senten-
tia in causa dicti prædij contra eum lata, di-
ctamque appellationem prosecutus fuerit, pro-
6 ut tenebatur ad effectum, vt intraret obligatio
dictæ Flaminiæ iuxtà ea, quæ *trad. Alex. cons.
117. numer.3. lib.7. Dec. cons.74. num.2. cum alijs
adductis in Ferrarien. de Zaualeis 14. Decemb.1618
coram R. P. D. meo Vbaldo.*

Tum etiam quia cum D. Raphael duas re-
præsentet personas vnam emptoris prædij
alteram verò creditoris hæreditatis q. Do-
mitij, tanquam conductoris sui casalis de Boc-
caleone, dictusque Raphael ex causa sui crediti
consecutus fuerit plures pecuniarum summas
cum expressa obligatione de restituendo
prioribus, & potioribus; Ideòque vigore huius
obligationis ipse teneretur dictas pecunias re-
stituere D. Flaminiæ vti anteriori creditrici di-
cti Domitij; benè potuit Iudex ad euitandum
circuitum absoluere D. Marchionem à solu-
tione dictorum scutorum 500. debitorum Ra-
phaeli ex capite euictionis prædij, quæ sta-
tim Raphael eidem Marchioni vigore suæ o-
bligationis erat restituturus.

Nec obstat, quod Raphael licet sit posterior
creditor, fuit tamen declaratus potior super
fructibus Casalis per eum dicto Domitio loca-
ti, vt in sententia graduatoria à b. m. Ala lata,
Quia præter quam quod non constat, quod
pecuniæ à Raphaele receptæ sint redactæ ex
fructibus Casalis, super quibus ipse fuit decla-
ratus potior; cessat etiam difficultas; quia in
7 particularibus pretium non succedit loco rei,
ac propterea potioritas super fructibus non
suffragatur dicto Raphaeli indictorum fructuū
pretio. *Alex. cons.58. num.13. vers. vnde vbi lib.
3. Castr. cons.326. num.2. lib.2. cum alijs per Nega-
zan. depig. in quarto membro secunda partis num.149.*
pretium enim rei obligatæ non dicitur obliga-
8 tum, nec venit actione hypothecaria *tex. est in
l.1. ff. de distrac. pig. Gabr. cons.137. num. 15. vol.
2. Ceph. cons.20. num.10.*

PERVSINA EXPENSARVM

Veneris 19. Nouembris 1621.

ARGVMENTVM.

Quæ nam expensæ sint reficiendæ.

SVMMARIVM.

1 *Expensæ, de quibus ad huc pendet appellatio, non di-
cuntur liquidæ.*
2 *Expensæ nec vtiles, nec necessariæ non sunt refi-
ciendæ.*
3 *Expensæ vtiles quamuis non necessariæ in partem
sunt reficiendæ.*
4 *Expensæ non tantum necessariæ; sed etiam vtiles sunt
reficiendæ Iudicis tamen arbitrio.*

DECISIO CCCLVII.

DVBITAVI, quę expensę debeantur in
casu, de quo agitur, & difficultas non
erat quoad expensas in genere, quia non du-
bitatur, quod deberentur omnes expensæ fa-
ctæ in causa, in qua D. Lutius succubuit hoc
est in causa executionis factæ in bonis stabili-
bus per D. Hectorem possessis, in qua fuit de-
claratum, dictam executionem cum omnibus
indè sequutis fuisse nullam, sed in eo confi-
stebat, vtrum deberentur omnes expensæ in li-
sta taxatæ.

Et quoad illas quidem, quæ factæ fuerunt
in liquidatione fructuum, & Damnorum, Do-
mini censuerunt non deberi; non quod D. Lu-
tius non fuerit in dicta sententia contra eum
lata ad restitutionem fructuum, & damnorum
condemnatus, sed quia expensæ in liquidatio-
ne fructuum, & damnorum factæ non taxan-
tur; nisi postea quam fuit supra huiusmodi li-
quidatione præuia cognitione quod ea fuerit
rectè, & legitimè facta, pronunciatum, quia
1 imò datur etiam ab huiusmodi taxatione ap-
pellatio, & ea pendente non possunt dici aliquo
modo debitæ expensæ in huiusmodi liquida-
tione factæ, ac propterea cum adhuc non fue-
rit cognitum, nec pronunciatum suprà dicta
prætensa liquidatione fructuum, & imò quo-
ad liquidationem damnorum iam etiā sit reso-
lutum coram Reuerendissimo D. meo Decano
non

non probari dicta prætensa damna; meritò non
erit locus pro nunc taxationi expensarum in
huiusmodi prætensa liquidatione factarum,
sed expectari deberet finis Iudicij super dicta
liquidatione, eoque finito ratio habebitur illa-
rum expensarum, quæ ritè, & legitimè factę
apparebunt.

Quo verò ad alias expensas, de quibus in di-
cta lista, quarũ aliquę prætenduntur nec vtiles,
nec necessariæ, aliquæ verò non necessariæ li-
cet possint censeri vtiles; Domini dixerunt, illas
2 quæ non sunt neque vtiles, neque necessariæ
non deberi, & eo magis, quia fuit protestatum
pro parte D. Lutij non deueniri ad actus non
pertinentes ad articulum nullitatis executio-
nis, & alias expensæ cederent damno D. He-
3 ctoris, earum verò, quę sunt vtiles, licet non
necessarię, habendam esse aliquam rationem
*iux. trad. per glos. in cap. finem litibus in vers. & no-
ta quod & ibi Butr. nu. 24. vers. ad quintum de dol.
& contum*; non enim solum veniunt restituen-
4 dæ expensæ necessariæ, sed etiam vtiles Iudicis
tamen arbitrio moderandæ *Abb. dicto cap. finem
litibus num. 28. de dol. & contum. & est tex. in cap.
cum dilect. in fin. eodem tit.* vbi Papa condemna-
nit contumacem ad moderatas, & legitimas
expensas, & sic non tamen ad necessarias.

AVENIONEN DOMVS

Veneris 19. Nouembris 1621.

ARGVMENTVM.

Latè agitur de transumpto, quando censeatur legitimè extractũ è suo originali vigore decreti Iudicis, & an requiratur citatio ad interessendum.

SVMMARIVM.

1 *Transumptum, in quo concurrunt requisita* tex. in cap. fin. de fide Instrum. *solemniter factum dicitur, similiter si sit de Iudicis mandato per publicam personam exemplatum n. 2. & 4.*

3 *Exemplum traditum ab vno ex Notarijs rogatis in solidum habetur pro originale.*

5 *In exemplatione Instrumenti non requiruntur testes pro illius veritate, sed sufficit quod inspiciatur non esse neque abolitum, neque cancellatum.*

6 *In exemplatione Instrumenti statur Iudicis arbitrio.*

7 *In transumptando Instrumento non requiritur recognitio manus Notarij, quando transumptum est factum à successore in Officio.*

8 *Iudici asserenti talem esse Notarium standum est, & num. 9.*

10 *Iudex informando se talem esse Notarium non tenetur facere processum in scriptis.*

11 *Citatio interesse habentium præsumitur ex cursu 30 annorum, & ex decreto Iudicis, & n. 12.*

13 *Ex lapsu 100. annorum omnia solemnia interresse præsumuntur.*

DECISO CCCLVIII.

FVIT in alia huius causæ disputatione re-
seruatum, vt videretur, an transumptum
ex quo fuit extractum exemplum, de quo tunc
agebatur, esset solemniter factum. Vnde stri-
ctè per me proposito dubio quoad dictum trã-
sumptum, Domini censuerunt, illud fuisse so-
1 lemniter factum, quia interuenerunt in illius
confectione omnia requisita per tex. *in c. fin. de
fid. instr.* nam fuit originale instrumentum corã
Iudice exhibitum, vt ex oculari illius inspe-
ctione posset dignoscere, verum requireret e-
xemplationem, & de eiusdem Iudicis manda-
2 to fuit per publicam personam exemplatum
*ad trad. per Butr. in d. c. fin. nu. 2. Abb. nu. 2. Fel. nu. 11.
cum alijs per Couarr. pract. quæstion. capit. 21. nu-
mer. 4.*

Nec obstat quatenus dicatur, quod non fuit
exhibitum ipsum originale coram dicto Iudi-
ce, sed quoddam exemplum à dict. originali ex-
tractum, quia cum dict. originale fuerit tradi-
tum per vnum ex Notarijs in solidum de dicto
3 instrumento rogatis, habetur idem met exem-
plum pro originali *Bart. in auth. si quis in aliquo
n. 3. & 10. vers. puto etiam C. de eden. Fel. in d. c. fin. n.
5. Rot. dec. 1. de fid. instr. in nou. & dec. 581. nu. 2. p. 2. in
rec.* cum ibi cumulatis

Non obstat, quod instrumentum coram di-
cto Iudice exhibitum non fuit recognitũ, quia
sufficit, quod fuerit oculis dictis Iudicis sup-
positum, quodque Iudex illud viderit non abo-
litum, nec cancellatum, aut in aliqua sui par-
te vitiatum, & tale quod fidem mereatur, quod
que ità fuerit à dicto Iudice decretum, & ex
4 eius mandato exemplatum, vt in puncto tradit
*Guidop. in d. cap. fin. col. 3. vers est ergo necesse, & ibid.
Host. num. 7. Bal. num. 10.* vbi quod quando exem-
platur instrumentum, non debent super veri-
tate instrumenti examinari testes secundum
Inroc. ibid. sed sola scriptura examinatur, & si
5 non reperitur vitiata, exemplatur, nec aliud
requirit litera illius tex. *Couar. pract. quæst. c. 21. n.
4. in 2. requisito.*

Nec obstat, *Put. decis. 336. in fin. l. 2.* cum aliis
in contrarium alleg. quia non loquuntur de
transumpto facto in terminis *d. c. fin.* vbi, vt di-
ctum est, Pontifex non requirit dict. recogni-
6 tionem, sed confidit de religione Iudicis, cui
hoc remittit, vt fuit dictum *in Treueren. deci-
marum 24. Maij 1619. coram Reuerendissimo Sel-
cucien.*

Minus obstat *dec. 702. p. 2. in rec.* quia loquitur
de recognitione manus Notarii, qui transum-
ptauit, quæ recognitio in casu isto est necessa-
7 ria, cum transumptum fuerit extractum à suc-
cessore in officio illius Notarii, qui transum-
ptauit, vt fuit in alia decis. firmatum, & sic d.
dec. non applicatur.

Non obstat, quod non constat de Notariatu
illorum, qui dicuntur de dicto instrumento o-
8 riginali rogati, quia in hoc standum est asser-
tioni Iudicis, qui in decreto per eum interpo-
sito enunciat eos Notarios publicos ibi *sum-
ptum per Magistrum Matthaum Torquilon,
& Laurentium Manchardi Notarios, publicos*

habitatores Sancti Marcellini Alex.cons.101.nu.10.in fin.lib.7.Rot.dec.193.num.1.& seq.p.2. diu. vbi quod *Doct.in auth.si quis in aliquo* communiter ponunt hanc fallentiam, quando exemplum fuit sumptum aucthoritate Iudicis, quod credatur Iu-
9 dici super requisitis ad exemplandum instrumentum.

Nec obstat *decisio in causa Maceraten. fideic. 29. Nouembris* 1619. *coram R.P. D. meo Vbaldo* quia ibi non constabat, quod sumptum fuisset factum Iudicis auctoritate.

Non obstat, quod Iudex Auenionen:, ex cuius authoritate fuit factum dictum trāsumptum, non potuit verisimiliter habere notitiā Notariorum exterorum, quales erant illi duo rogati de dicto instrumento, quia præterquam quod Iudex poterat se extraiudicialiter informare, quod essent Notarij, cum non tenere-
10 tur facere super hoc processum in scriptis, vt per *Rot. dicta dec. 193. num. 6. cum ibi alleg.* cessat etiam prætensa inverisimilitudo, quia dicti Notarij erant ex oppido admodum vicino, & quod de illis Iudex plenam notitiam habebat patet etiam ex eo, quod licet in subscriptione vnus tantum se enunciet habitatorem S. Marcellini, nihilominus Iudex in narratiua suę trāsumptionis ambos appellat Notarios publicos, & habitatores S. Marcellini, quod est signum euidens ipsum habuisse plenā notitiam eorum.

Non obstat defectus citationis generalis om-
11 nium sua interesse putantium, quia ex lapsu 30. annorum, & ex decreto iudicis præsumitur *Put.dec.327.num.2.& 3.l.2.in nou.Rot.d. decis.193. num.11.par.2.diu.cum ibi alleg.*

Non obstat, quod ex ipsa transumptatione apparet non interuenisse dictam citationem, quia cum simus in solemnitate extrinseca, quæ non solet semper in ipso actu adhiberi, etiam quod in ipso actu nō enuncietur, tamē præsu-
12 mitur stante dicto decreto, & lapsu temporis, vt in puncto fuit dictum *in dicta decis. 193. numer. 14.*

Non obstat, *dicta decis. Maceraten. fideicom. coram R.P.D.meo Vbaldo*, quia in casu dict. decisionis non aderat decretum Iudicis, nec à die transumptationis vsque ad litem motam effuxerunt anni 30. in casu autem isto effluxerunt plusquam centum anni, & adest Iudicis decre-
13 tum, vnde merito præsumi debent omnia solemnia interuenisse, & maxime quia, vt dictum est, Iudex non tenebatur de illis conficere instrumentum in scriptis.

NOVARIEN CANONICATVS

Mercurii 24. Nouemb. 1621.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Constito de possessione conceditur mandatum de manutenendo.*
2 *Instrumentum probat possessionem alio non possidente.*
3 *Manutentio conceditur constito de possessione capta seruatis seruandis.*
4 *De eo, quod non constat in actis, ratio habenda non est.*
5 *Littera Apostolica non iustificatę non possunt impedire manutentionem.*

DECISIO CCCLIX.

DOMINI censuerunt absque difficultate
1 Ferrario esse dandum mandatum de manutenendo, quia de eius possessione constat ex instrumento, quod alio non existente in pos-
2 sessione probat possessionem *l. pradia ff. de acq. poss. Put. dec. 350. num. 4. lib. 1. Rot. decis. 365. p. 1. diu.* etiam ad effectum manutentionis *Alex. in lib. quamuis §. 1. ff. de acq. poss. & fuit dictum in Elnen Cameraria 13. Mart. 1617. coram R. P. D. meo Buratto, & in Sarnen praceptoria 19. Iun. eiusdem anni coram Illustr. Card. Sacrato.*

Eoque magis, quod ex eodem instrumento apparet, quod dicta possessio fuit per dictum Ferrarium capta seruatis seruandis vigore col-
3 lationis ei factæ ab Eminentiss. Cardinali Tauerna tunc temporis Episcopo Nouarien *Cassad. decis. 3. de caus. poss. & propr. cum aliis adductis in Meliten. Canonicatus & beneficiorum 24. May 1617. coram R. P. D. meo Burato.*

Nec obstat quatenus prætendatur, quod de eodem Canonicatu fuit à Sede Apostolica prouisus Tritonius, quia nec constat de huiusmodi prætensa prouisione in actis, quo casu nul-
4 la ratio de illa habenda est *Castr. in l. ait prator § si Iudex vers. & sue hoc ff. de re iud.* nec literæ dictæ prouisionis sunt iustificatæ. Vnde non debet
5 interim denegari manutentio Ferrario, vt fuit dictum in *Elnen. praceptoria 1. Febr. 1610. coram Reuerendiss. Lugdunen. qua est decis. 228. num. 2. par. 1. in recent.*

ROMANA PRIMOGENITVRÆ.

Luna 29. Nouembris 1621.

ARGVMENTVM.

Inuestimentum quando dicatur factum in tempore ordinato à Testatore, & quando interuenerit mora post interpellationem. Fructus Legati conditionalis quando spectent ad hæredem. Hæreditas præsumitur semper sufficiens ad onera iniuncta.

SVMMARIVM.

1 *Dictio statim nullum, vel modicum admittit interuallum.*
2 *Dictio statim semper intelligitur cum aliquo temperamento temporis.*
3 *Post interpellationem inciditur in moram, & num*
4 *Dictio pro explicatur in fauorem, & vtilitatem.*
5 *Dominium Legati conditionalis pendente conditione non transit in Legatarium, sed remanet apud hæredem.*
6 *Fructus Legati conditionalis, pendente conditione,*

spectant

spectant ad hæredem, Declara num.7.
7 *Hæreditas semper præsumitur sufficiens ad implendam mentem, & disposita Testatoris.*

DECISIO CCCLX.

DVBITAVI, vtrum assignamentum fuerit factum tempore debito, & sit sufficiens, & Domini dixerunt, non fuisse factum tempore debito, & esse reuidendum. Nam quod non sit factum tempore debito, claré apparet, quia iuxtà dispositionem Testatoris fieri debebat statim post eius obitum, & tamen constat, dictum Testatorem obijsse 28. *Maij* 1602. quodque assignamentum fuit inchoatum *die* 21. *Augusti* 1604. & perfectum de mense Maij 1605. Vnde non potest dici in tempore, cum non fuerit factum statim post obitum dicti Testatoris, prout fuerat ab eo, vt dictum
1 est ordinatum; dictio enim *statim* ex sui natura, nullum, vel modicum admittit interuallum. *Bald. Imol. & alij congesti per Tiraquell. in l. si vnquam, verb. reuertatur num.* 116. *inpr. & num.* 120. *C. de reuoc. donat.*

Nec obstat, quod dicta dictio *statim* recipit varias interpretationes iuxtà subiectam mate-
2 riam; & semper debet intelligi cum aliquo temperamento temporis *iux. tex. in l. quod diximus vbi not. ff. de solut. §. fin. inst. de inutil. stip. cum alijs plené per Tiraq. in d. l. si vmquam in ver. reuertatur numer.* 116. *& seqq. C. de reuoc. donat. Rot. dec.*476. *num.*7. *&* 8. *par.*1. *diu.* illudque remittitur Iudicis arbitrio *Menoch. post alios, quos allegat de arbitr. Iud. lib.*2. *cas.*30. *nu.*3. *&* 4.

Quia cum in casu isto dicta assignatio penderet à sola voluntate ex facto hæredis, sicque incontinenter, aut paucis saltem diebus post obitum Testatoris potuisset fieri, non potest vlla ratione dictio *statim* extendi ad tàm magnum interuallum, & maximè quia etiam hæres fuit iudicialiter interpellatus post sex menses à die obitus Testatoris ad faciendum
3 assignamentum; vndè saltem ab inde citrà fuit in mora *l.* 1. *§. item si ità Legatum, & ibi glos. in verb. spatium in fin. ff. ad l. fal. l. mora ff. de vsur. cum alijs per Surd. cons.*194. *num.*3. *lib.*2. *Rot. dec.* 528. *num.*4. *par.*2. *in recent.*

Nec obstat, quod assignamentum fieri non poterat ante natiuitatem Primogeniti ex Imperia, ad cuius fauorem Testator mandauit dictum assignamentum fieri cum conditione etiam quod dictus Primogenitus assumeret nomen, & insignia ipsius, quia obiectum tollitur ex ipsa lectura Testamenti: ex eo enim apparet, quod Testator non mandauit simpliciter, quod consignarentur scuta decem millia primogenito, sed voluit dari, & consignari *statim* post eius obitum, & ex hæreditate, & bonis ipsius separari *Scuta mille* pro dicto primogenito ad effectum cumulandi fructus dicti assignamenti quousque in totum redigeretur, & cumularetur summa scutorum centum millium; vndè satis apparet quod ad effectum dictæ assignationis, & separationis, necessè non erat, quod expectaretur natiuitas dicti primogeniti, & licet conditio illa sumendi nomen & arma non posset impleri, nisi ab ipsomet Primogenito, post quam esset natus, tamen dicta assignatio, & separatio benè poterat antè natiuitatem dicti primogeniti fieri ab hærede ad effectum multiplicandi eiusdem assignamenti fructus, & illa verba *pro primogenito*
4 idem sonant, quod in vtilitatem, & nomine primogeniti *l. fideicomissa §. interdum, & ibi Bart. ff. de leg.* 3. *Dec. in l. vnic. sub numer.* 15. *in* 1. *lect. vers. & inter alia C. de sent. quæ pro eo quod interest Ruin. cons.*62. *num.*3. *vol.*4. ità quod verus, & germanus sensus dictæ dispositionis sit, quod statim post obitum Testatoris dicta scuta decē millia separentur ex ipsius hæreditate ad effectum illa multiplicandi pro primogenito, hoc est in vtilitatem primogeniti, qui teneretur assumere nomen, & insignia Testatoris.

Atque hic intellectus eo magis confirmatur quod Testator sciuit Imperiā tunc esse innuptā nullumque habere filium, cui possent *dicta Scuta mille* consignari, & nihilominus mandauit, quod statim post eius obitum separarentur, nam hinc manifestè concluditur, quod Testator voluit dicta scuta separari, ad effectum illa multiplicandi pro filio nascituro.

Sicque etiam non obstat, quod dominium Legati dictorum scutorum 10. *mill.* non potuit, pendente conditione, transire in Legata-
5 rium, sed remansit apud hæredem *l. Sempronius Attalus ff. de vsufruc. leg. cum alijs per Peregr.*
6 *de fideicom. artic.*49. *num.*21. ad quem propterea spectant etiam fructus interea ex dicto Legato percepti *l. in fideicommissariam vers. quoties ff. ad Trebell.* quia in casu isto sumus in claris, quod Testator voluit *dicta Scuta* 10. *mill.* separari ab hæreditate, & multiplicari pro Primogenito, quinimò etiam admisso, quod dominium *Scutorum* 10. *mill.* remanserit penes hæredem, tamen dicta dispositione stante fru-
7 ctus non fuerunt acquisiti hæredi, sed debebant multiplicari pro filio nascituro, hoc est ad ipsius vtilitatem, vt dictum est.

Nec obstat, quod dictum assignamentum fieri non potuit propter impedimenta litium, & æris alieni, quia non constat, nec de litibus, quæ potuissent impedire huiusmodi assigna-
8 mentum, nec de dicto ære alieno, & hæreditas semper præsumitur soluendo, & sufficiens ad effectum adimplendi ordinata per Testatorem. Vltrà quod in omnem euentum poterat fieri assignatio iuxtà vires hæreditatis, deducto ære alieno, & Legatis pijs iuxtà dispositionem iuris.

Non obstat, quod Superior Fratrum discalceatorum recusauit se ingerere in dicto assignamento, idcòque videatur D. Lauinia hæres excusanda, quia assignatio, & separatio fuit iniuncta soli hæredi, licet quod fructus Testator mandauerit, vt conseruentur, & cumulētur semper per inuestituram fructuum quodque cumulationi præesset hæres quādiù viueret, & Superior Fratrum Discalceatorum, vndè non potest se excusare dicta D. Lauinia quoad dictam assignationem sub prætextu, quod in ea deberet interuenire dictus Superior, quia ipsi soli incumbebat onus faciendi dictum assignamentum, vt dictum est.

Et omnis difficultas tollitur per interpell

tionem a-

tionem ei, vt dictum est, iudicialiter factam, nam per eam fuit in tali mora constituta, vt
8 non possit esse alicuius excusationis locus *l. mora cum ibi not. ff. de vsur. Ias. in l. 1. sub num. 7. in fi. & seq. C. de instit. & substit. cum alys per Paris. cons. 19. num. 235. l. 2.*

Quoad secundam dubii partem, vtrum assignamentum factum sit sufficiens, quia multa deducebantur contra dictum assignamentum; Domini censuerunt, illud esse reuidendum.

BONONIEN. ALIMENTORVM

Vener. 3. Decembris 1621.

DECISIO CCCLXI.

Impressa in Recent. decis. 324. par. 4. tom. 2.

ROMANA NOMINATIONIS

Veneris 17. Decemb. 1621.

DECISIO CCCLXII.

Impresa in Recent. decis. 326. par. 4. tom. 2.

ROMANA FABRICÆ

Luna 20. Decemb. 1621.

DECISIO CCCLXIII.

Impressa in recent. decis. 330. par. 4 tom. 2.

BONONIEN. FIDEICOMISSI DE LVPARIS

Vener. 10. Ian. 1622.

DECISIO CCCLXIV.

Impress. in Recent. decis. 331. par. 4. tom. 3.

VRGELLEN. OPTIONIS

Luna 10. Ianuarij 1622.

ARGVMENTVM.

Latissimè agitur de Statuto Ecclesiæ Vrgellen an, & quando tollat facultatem Episcopis conferendi beneficia, & quæ beneficia. De Regula secunda hodiè tertia Cancellariæ reseruante Pontifici beneficia vacantia, sede Episcopali vacante, aduersus dictum Statutum.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium semper intrat constito de iniustitia.*
2 *Breue ad hoc vt dicatur iustificatum debet, probari illius fundamentum.*
3 *Beneficia, & dignitates Sede Episcopali vacante reseruantur Papæ ex regula 2. hodie 3. Cancellariæ.*
4 *Canonicatus Catedralium regulariter non sunt liberæ collationis Episcopi.*
5 *In Ecclesia Vrgellen vigore Statuti Apostolica Authoritate confirmati antiquiores Canonici optant dignitates, & Canonicatus etiam Sedi Apostolicæ reseruatos, & num. 8.*
6 *Indultum optandi non impedit liberam collationem Episcopi,* Declara *vt num. 7.*
9 *Reseruatio generalis non tollit priuilegium particulare, nisi de eo fiat expressa mentio.*
10 *Collationes non iustificatæ non constituunt in quasi possessione.*
11 *Canonicis optare nolentibus collatio deuoluitur ad Episcopum.*
12 *Testes in vna causa examinati non probant in alia.*
13 *Pœnitentiarius non potest optare.*
14 *De residentia non dubitatur, quando quis residere debet.*
15 *Productio Statuti ad impediendam executionem Breuis sufficit, quod fiat re integra.*

DECISIO CCCLXV.

DOMINI dixerunt, intrare arbitrium ad effectum supersedendi in Executione
Breuis, quia arbitrium semper intrat, quoties-
1 cumque constat de iniustitia sententiæ super
executione Breuis latæ, & de iniustitia senten-
tiæ de qua de præsenti agitur, constat ex quo nō
fuit sufficienter iustificata clausula constito
quod Canonicatus vacauit Sede Episc. vacante
cum ad effectum, quod dicta clausula dici pos-
2 set iustificata, probari debuisset talis vacatio, ex
qua resultaret reseruatio, quæ est fundamentū
Breuis vt not. *Gonzal. super reg. 8. glos. 51. num. 53. & fuit dictum in Vicen. beneficij. 21. Feb. 1600. coram Illustriss. Cardin. Sacratto, & in Gerunden. beneficij 31. Maij 1600. coram bo. me. Corduba relata per eumdem Gonzal. in dicta glos. 51 n. 54.*

Atque ità ad effectum dictæ reseruationis, & vt intraret dispositio *reg. 2. Cancellariæ* ho-
diè 3. *inter regulas S. D. N.* in qua reseruantur
3 beneficia, & dignitates, sede Episcopali vacante,
necessè fuisset probare, quod dictus Canonicatus sit liberæ collationis Episcopi, ex quo in eadem reg. expressis verbis excipiuntur beneficia, quæ non sunt liberæ collationis Episcoporum, sed ad ipsos pertinent vna cum alijs aut etiam ad alterius præsentationem, vel electionem spectant.

Et tamen non iustificatur, quod dictus Canonicatus sit liberæ collationis Episcopi, sed
imò potius probatur contrarium, non solum
quià Canonicatus Ecclesiarum Cathedralium
4 regulariter non sunt liberæ collationis Episco-
pi, sed simultaneæ cum capitulo, iuxtà opinionem hodie magis receptam *in c. cum Ecclesiast. Valterana, & ibi glos. in vers. postulauit de elect. & per Cassad. decis. 22. de præbend.* vbi quod hanc opi-

nionem

nionem sequitur *Rot.* cum pluribus relatis per *d. Gonzal. glos. 45. num. 36. Rot. dec. 232. n. 2. & seq. p. 1. in recent.*

Verum etiam, quia in ista Ecclesia Vrgellen adest Statutum à Sede Apostolica confirmatum, vt antiquiores Canonici in ea residentes valeant gradatim optare dignitates, & Canonicatus, etiam si dictæ dignitates, & Canonicatus in Romana Curia vacauerint, & fuerint Sedi Apostolicæ reseruatæ generaliter, vel specialiter, vel ex quacumque causa, & in confirmatione expressè cauetur, optiones ipsas, quas de eisdem dignitatibus, & præbendis in dicta Ecclesia fieri contigerit, vim validę collationis, & prouisionis habere, & alia prouisione non indigere.

Nam dicto Statuto stante, tãtum abest, quod dici possit, collationem Canonicatum liberè ad Episcopum pertinere, vt imò appareat, optionem, quę fit inter Capitulares vim collationis habere, & sic dictam collationem nullo modo ad Episcopum pertinere.

Nec obstat, quod Indultum optandi non impedit, quo minus libera collatio pertineat ad Episcopum, vt fuit decisum in alia *Vrgellen Canonicatus 7. May 1583. coram bon. mem. Cardin. Blanchetto* quia *dicta decisio* procedit ad effectum *reg. 8.* reseruantis beneficia ratione mensium, in qua expressè derogatur Iuri optandi; ac propterea benè dici potest, vt intret reseruatio dictæ regulæ, quod optio non operatur quo minus collatio liberè pertineat ad Episcopũ; secus vero est ad effectum reseruationis *regula 2.* nam in *dicta reg. 2.* non derogatur Iuri optandi. nec clausulæ *dicta reg. 8.* trahuntur ad regulas antecedentes, vt latè fuit firmatum *in Eugubina Canonicatus coram R. P. D. meo Manzanedo qua est decis. 767. num. 4. & seq. par. 2. in recent.* Ideòque nec dicta decisio ad effectum dictæ *regula 2.* posset subsistere saltem in terminis dicti indulti, quia in dicto indulto expressè tribuitur facultas optandi etiam reseruata, & disponitur, quod optio habeat vim collationis. Vnde impossibile est, quod Collatio Canonicatus quandocumq; Vacet; possit liberè pertinere ad Episcopum, sed potius ad Capitulum, à quo admittitur optio *iux. Decis. Put. 120. & 125. l. 3.* & indultum optandi reseruata præualet generali reseruationi *Gemin. cons. 30. n. 2. & 3.* neque enim Papa per reseruationem intendit preiudicare priuilegio alicuius, & reseruatio generalis non tollit priuilegium particulare; nisi de eo fiat expressa mentio *Gemin. loco prox. cit. Ferret. cons. 365. n. 5.*

Nec obstat, quod dicitur, Episcopum esse in quasi possessione conferendi, quia tres collationes vna, & eadem die factæ, quæ ad probandam dictam quasi possessionem adducuntur, non ostenduntur effectuatæ.

Alia verò collatio facta vt prætenditur 21. *Decembris* 1608. non releuat: quia in dicta collatione dicitur, quod Episcopus eam fecit Iure deuoluto; eo quod Canonici noluerunt optare, quo casu collatio deuoluitur ad Episcopum: ac propterea ex dicta collatione inferri quidem potest, quod collatio deuoluitur ad Episcopum, quando Canonici nolunt optare, sed non sequitur, quod collatio Canonicatuum extra dictum casum pertineat ad Episcopum.

Nec aliquid faciunt Testes deponentes, Episcopum esse in quasi possessione conferendi Canonicatum, qui dimittitur, postquam omnes optauerunt, quia omisso, quod dicti Te-
12 stes fuerunt examinati in alia causa, ideòque non probant in ista *Alex.* qui de communi restatur *cons. 212. nnmer. 15. & seqq. lib. 6. Gabr. cons. 40. num. 43. & seqq. l. 2. Put. decis. 352.*

Secundo cessat omnis difficultas ex quo in præsenti non agitur de Canonicatu dimisso postquam omnes optauerunt, sed de Canonicatu optato à Sebastiano, cuius Canonicatus collatio non probatur, quod liberè pertineret ad Episcopum, vt requiritur.

Non obstat, quod non constat, quod Sebastianus, qui optauit Canonicatum, de quo agitur, resideret, prout requirit dictum Statutum quodq; in omnem euentum non poterat op-
13 tare, cum esset Pænitentiarius vt *in Lucana optionis 24. Ianuarij 1607. coram R. P. D. meo Manzanedo & in Mantuana optionis 12. Septembris 1608. coram Reuerendissimo Lugdunen.* quia præterquam quod fuit præsens in Capitulo, quando optauit; Ideò-
14 que non videtur posse dubitari de ipsius residentia, maximè cum teneretur residere ad nor. per *Gonzal. ad reg. 8. glos. 43. nu. 100.* placuit etiam quod dicebatur, quod nunc non agitur de Iuribus dicti Sebastiani rei, & possessoris; sed de Iuribus Monserrati actoris, qui impetrauit Breuè, & petit illius executionem. Ideòque videndum est, an ipse probet reseruationem, hoc est quod dictus Canonicatus non obstante dicto Statuto, quo datur facultas Canonicis optandi præbendas, & dignitates sit vigore *reg. 2.* & modo *3. inter reg. S. D. N.* reseruatus.

Non obstat, quod dictum Statutum non fuit ante sententiam coram A. C. productum, quia ad effectum. vt possit intrare arbitrium
15 pro retardatione executionis sufficit, quod hodiè re integra produeatur ad trad. per *Bart. in l. fin. n. 21. vers. quandoq; quis, & ibi Zucardus nu. 408. & 412. C. de edic. diu. ad. toll. Rot. decis. 728. nu. 4. p. 2. in recent. & fuit dictum in Gerunden. Prioratus 11. Iunij 1620. coram R. P. D. meo Vbaldo.*

ROMANA HAEREDITATIS DE AGAZARIIS

Veneris 14. Ianuarij 1622.

DECISIO CCCLXVI.

Impressa in Recent. decis. 334. part. 4. tom. 2.



BONO-

BONONIEN DOTIS

Veneris 14. Ianuar. 1622.

DECISIO CCCLXVII.

Impressa in Recent. decis. 335. par. 4. tom. 2.

ROMANA BARCHI

Mercur. 19. Ianuar. 1622.

DECISIO CCCLXVIII.

Impressa in Recent. decis. 336. par. 4. tom. 2.

VELITERNA AFFICTVS

Luna 14. Ianuar. 1622.

DECISIO CCCLXIX.

Impressa apud Spadam post Consil. 18. lib. 2.

SIGNINA CASTRORVM

Luna 24. Ian. 1622.

DECISIO CCCLXX.

Impressa in Recent. decis. 320. part. 4. tom. 2. & post Feuzon. ad Stat. Vrb. decis. 130.

AQVILANA BENEFICII

Mercurij 26. Ianuar. 1622.

DECISIO CCCLXXI.

Impressa in Recent. decis. 343. par. 4. tom. 2.

MONTIS REGALIS, SEV FOSSANEN. BONORVM.

Mercur. 26. Ianuarij 1622.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Sententia valida, & iusta executioni demandanda sunt.*
2 *Validitas sententiæ resultat ex processu.*
3 *Iustitia sententiæ probatur ex duobus extremis.*
4 *Omnia bona, & iura translata transeunt in translatarium.*
5 *Moniales non possunt dismembrari sine solemnitatibus.*
6 *Monialibus dismembratis sine solemnitatibus competit reintegratio.*
7 *Præfixo termino, causa non introducta Iudice quo non certiorato, nec reproducta citatione, appellatio dicitur deserta, & sententia transit in iudicatum.*
8 *Appellans fit est contumax in prosequenda appellatione statuto termino, siue à iure siue ab homine habetur pro desertore appellationis.*
9 *Appellante non negligente in introducendo causam, sed tantum in certiorando Iudicem, causa non non dicitur deserta.*

DECISIO CCCLXXII.

Domini, informantibus tantum Monialibus Cellæ nouæ, resoluerunt, locum esse executioni sententiarum ad fauorem dictarũ Monialium à D. Episcopo Vercellen, & Dominis Nuntio, & Archiepiscopo Taurinen. la-
1 tarum super reintegratione dictarum Monialium ad bona, de quibus agitur, quia dictæ sen-
2 tentiæ apparent validæ, & iustæ, & validitas quidem colligitur ex reuolutione processus;
3 iustitia verò ex eo quod de possessione Monialium, atque ità de primò extremo necessario in hoc iudicio constat ex depositionibus testiũ *summar. num.* 6. secundum autem extremum probatur ex litis substẽtatione per tot instãtias, & alijs adminiculis *Caputaq. decis. 372. par. 2. Rot. decis. 85. num. 1. in fin. par. 2. in rec.* & fuit pluries decisum.

Non obstat, quod in translatione dicti Monasterij ex loco campestri intra Mœnia Ciuitatis Regalis fuerunt dicta bona ab eo dismembrata, & Monasterio Fossanen. applicata, quia omnia bona, & iura Monasterij Cellæ nouæ transierunt in Monasterium, in quod fuerunt
4 dictæ Moniales translatæ, *c. & hoc, diximus vbi Gloss. 16. quæst. 7. Io. Andr. in c. cum persona sub num. 9. de priu. in 6. Lap. alleg. 68. sub num. 3. Oldr. consl. 267. num. 2. Card. Seraph. decis. 1149. numer. 16.*

Nec potuerunt à dicto Monasterio sine so-
5 lemnitatibus de iure requisitis dismembrari, & Monasterio Fossanen. applicari, *Calder. cons. 21 sub numer. 1. vers. & licet dubitetur de regali Socc. cons. 52. num. 15. l. 4.* & per consequens etiam
6 dicta dismembratione non obstante competit dictis Monialibus reintegratio *Caputeq. decis. 170. par. 3. & fuit dictum in Toletana Parochialis de Madrid. 27. Iun. 1601. coram Corduba.*

Non obstat appellatio à dictis sententijs interposita à Monialibus Fossanen. quia cũ ipsis fuerit præfixus terminus 50. dierum ad introducendam causam appellationis, & aliorum 20 ad certiorandum de huiusmodi introductione, & nihilominus non fuit ab illis dicta causa nec

inita

intra dictum terminum introducta, nec minus
7 Iudex à quo de introductione certioratus, quinimo neque hodie constat de reproductione citationis de mense *Nouembris* 1620. decreta, vtique remansit dicta appellatio deserta, & sententia transiuit in iudicatum, aut saltem locus est executioni dictarum sententiarum, *Rot. decis. 25. sub numer. 3. de appell. in nou. Lancell. de attent. appell. pend. limit. 13. num. 1. & & seqq. & fuit dictum in vna Colleñ. pensionis 9. Iun.* 1604. *coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Nec obstat, quod præfixio termini ad prosequendum, & certiorandum de prosecutione non operatur, quod appellatio censeatur deserta, quia imò quando appellans est contumax in
8 appellatione introducenda, tunc siue terminus sit statutus à iure, siue ab homine talis appellans habetur pro desertore appellationis *iuxt. addit. ad d. decis. 25. nu. 3. post med. vers. vbi verò primò termino de appell. in nou.*

Et licet causa non censeatur deserta, quando appellans non fuit negligens in introducendo
9 causam, sed tantum in certiorando iudicem, vt per *Rot. d. dec. 13. de appell. in nou.* nihilominus etiam tunc potest Iudex à quo exequi suã sententiam, ad eo, quod sicuti in casu, de quo agitur, potuisset Iudex à quo etiam ex capite quod non fuit certioratus de introductione exequi sentẽtias ad fauorem dictarum Monialium latas, sitã, & pariter poterit eas exequi Rota, in quam est translata potestas exequendi quatenus executioni sit locus mediante rescripto speciali Signaturæ. Et cessat difficultas ex quo causa, vt dictum est, non fuit infra terminum præfixum introducta, & neque hodie cõstat de reproductione citationis decreta ad dicendum contra commissionem. *Rot. dicta decis. 25. de appell. in nou. cum alijs supra alleg.*

VALENTINA BENEFICII

Lunæ 31. Ianuarij 1622.

ARGVMENTVM

Institutio facta ab Ordinario quando sit nulla, vel valida eo quod præsentatus à Patronis non comparuit in termino, vel eo quod non fuit seruata forma *Cap. fin. de Elect. in* 6. quod habet locum etiam in prouisionibus de iure patronatus forma *dicti cap.* quæ nam sit, & ex quibus non dicatur adimpleta.

SVMMARIVM.

1 *Præsentato, & instituto ab existente in quasi possessione regulariter non obstat si verus Patronus compareat post terminum.* fallit *si prima institutio sit nulla, num 2.*
3 *Quod nullum est, nullum parit impedimentum.*
4 *Institutio est nulla non seruata forma* cap. fin. de Elect. num. 6.
5 Cap. fin. de Elect. in 6. *habet locum etiam in prouisionibus de iure patronatus factis.*
6 *In assignatione termini ad comparendum debet haberi ratio ad distantiam.*
7 *In edicto de ordine* Cap. fin. de Elect. in 6. *debet exprimi verbum* peremptorium.
8 *Causæ cognitio non præsumitur facta nimis celeriter.*
9 *Institutio facta non seruata forma à fundatore præscripta est nulla.*
10 Decisio in Valentina beneficij 21. Iunij 1605. coram Pœnia *declaratur.*
11 *Stante nullitate edicti comparens infra quadrimestre dicitur comparere re integra.*

DECISIO CCCLXXIII.

IN hac causa non controuertabatur, quod beneficium esset de iure patronatus ex fundatione Bernardi hac lege expressa, quod patroni teneantur præsentare aliquem presbyterum, qui sit proximior ipsi fundatori.

Nec dubium erat, quod Paulus sit proximior, sed dicebatur, dictum beneficium non deberi dicto Paulo, quia non comparuit in termino ædicti appositi ab Ordinario, sed post præsentationem demum Antonij, & eiusdem institutionem à dicto Ordinario factam, atque ità re non integra. Vnde dubitaui, an dicto Paulo etiam quod post dictam institutionem comparuerit, debeatur dictum beneficium, & Domini affirmatiuè responderunt, quia licet regulariter non attendatur oppositio Veri patroni comparentis post terminum in præiudi-
1 cium præsentati, & instituti ab existente in quasi possessione præsentandi. *Gemin in c. 2. num. 6. vers. & idem esset de off. Vicar. in 6. Cardin. in c. consultationibus num. 6. quæst. 4. de iur. patronatus Oldr. cons. 3. num. 1. & per tot. Rocch. de iur. patronatus in verbo competens sub num. 50. vers. sed hic vide, & nu. seq. Lambert. de iur. patr. 2. par. quæst. 6. art. 20* idemque etiam locum obtinet inter præsentatos, vt fuit dictum *in Valentina beneficij 27. Iunij 1607. coram bo. me. Pœnia.*

Tamen hoc procedit, quando edictum, seu saltem institutio postea subsecuta fuit, vt in hoc
2 casu, nulla, quia tunc non potest dici, quod res non sit integra, nam quod nullatenus est, nul-
3 lum præstat impedimentum, vt in puncto fuit firmatum, *in Gerunden. Beneficij 2. Decembris 1605 coram Illustriss. Card. Sacrato.*

Quod autem dictum edictum, seù saltem institutio subsecuta fuerit in casu isto nulla, pro-
4 batur, quia fuit in omnibus omissa forma *c. fin. de elect. in 6.* quod locum habet non solũ in electionibus, sed etiam in prouisionibus be-
5 neficiorum, quæ sunt de iure patronatus, vt tradunt omnes *in d. c. fin. Lambert. de iure patron. par. 2. l. 2. art. 12. quæst. 6.*

In primis enim non fuit in dicto edicto assignatus terminus competens prout in *dicto c. fin.* disponitur, quia terminus sex dierum de quo in dicto ædicto, fuit nimis breuis saltem respectu Pauli, qui ab erat à loco vbi edictum fuit publicatum per. 150. milliaria ità quod impos-
6 sibile fuerit tam breui temporis spatio ad dictũ locum ad volare, ac propterea in assignatione termini debuisset haberi ratio dictæ distantiæ vt *per Glos. in dicto c. fin. in verbo competens, & in c. pri. in verb. nimis breuem de dilat.*

Præterea in dicto ædicto non fuit expressum

7 verbum

7 verbum *peremptorium* iuxtà formam *in d. c. fin.*
traditam,& *not. ibid. Glos. in verbo peremptorio Io*
Andr. numer. 50. Anchar. num. 3. vers. 7. nota vbi
quod quando est vna citatio, debet exprimi
Verbum *peremptorium*.

Rursus institutio fuit facta absque causæ co-
gnitione, quæ in casu isto non potest præsumi
8 adhibita cum facta fuerit nimis celeriter, vix
finito termino ad *not. per Io. Andr. Anchar. &*
alios in dicto c. fin. in princ.

Et denique dicta institutio fuit nulla, quia
9 non fuit facta iuxtà legem fundatoris, sed de
persona penitus extranea. *Card. Seraph. dec. 1270.*
num. 2. Rot. decis. 15. num. 1. par. 2. in recentior.

Nec obstat *decisio in causa Valentina Beneficij 21*
10 *Iunij 1605. coram bo. me. Pania*, quia in casu di-
ctæ decisionis non constabat de nullitate edi-
cti, & institutio facta fuerat iuxta mentem
fundatoris, Vnde iure merito non fuit admis-
sus, qui post dictam institutionem legitimè fa-
cta comparuerat prętendens ad eum spectare
præsentationem vti proximiorem fundatori
quia comparuit re non integra, quod secus
vt in casu isto ex quo stante nullitate edicti ac
11 institutione subsecuta Paulus, qui infra qua-
drimestre datum ad præsentandum comparuit,
dicitur comparuisse re integra ex allegatis,
in dicta Gerunden. beneficij coram Illustrissimo Card.
Sacrato.

Minus faciunt deducta ad saluandum de nullitate dictum edictum, & institutionem, quia quidquid esset dicendum si dictum edictum peccaret in breuitate termini, & omissione Verbi *peremptoriè*; tamen cessare videtur difficultas ex quo institutio fuit facta nou discusso negotio vt dictum est, & contra legem fundatoris, & quia ex omnibus saltem simul iunctis apparet terminum fuisse abbreuiatum, & institutionem tanta celeritate expeditam ad fauendum Antonio, & dictum Paulum supplantandum, quem verisimiliter cogitare poterant ad volaturum; statim atque habuisset notitiam vacationis adeò quod merito non videatur habenda ratio institutionis tam repentinæ ad effectum, vt censeatur præclusa Via Paulo obtinendi Beneficij ipsi ex lege fundationis debiti. &c.

ILCINEN. IVRISPATRONATVS

11. *Februarij* 1622.

DECISIO CCCLXXIV.

Impressa in Recent. decis. 11. par. 4. tom. 2.

PAPIEN. FRVCTVVM

Lunæ. 21. Februarij 1622.

DECISIO CCCLXXV.

Impressa in Recent. decis. 722. par. 4. tom. 3.

CREMONEN. PRÆPOSITVRÆ

Vener. 25. Februarij. 1622.

ARGVMENTVM.

Dismembratio fieri non potest sine expresso consensu Papæ. Ecclesia quando fit collegiata, & ex quibus dignoscatur. Status Ecclesiæ ex quibus mutatus præsumatur, &

SVMMARIVM.

1 *Asserens statum mutatum debet docere de voluntate, & potestate mutandi.*

2 *Papa præsupponit statum beneficij esse talem, qualis à parte narratur.*

3 *Prouisiones Apostolica non mutant statum beneficij.*

4 *Ex prouisionibus apparet animus mutandi statum Ecclesia, & num. 5.*

6 *Eadem Ecclesia potest esse collegiata, &* Parochia*lis.*

7 *Status Ecclesia non mutatur sine voluntate, & potestate.*

8 Concil. Trident. sess. 24. cap. 18. *non habet locum in dignitatibus in Ecclesijs Collegiatis,* declara pro *vt num. 9. & 10.*

11 *Ius collegij remanet in vno; donec fuerit auctoritate superioris destructum.*

12 *Beneficium non potest mutare statum, nisi authoritate Papa.*

13 *Sub reseruatione Prioratuum comprahenduntur etiā illi, qui nullos Monacos habent.*

14 *Ecclesia habens Canonicos, licet non residentes, est Collegiata.*

15 *Abusus Canonicorum non facit, quod Ecclesia non sit Collegiata.*

DECISIO CCCLXXVI.

POst resolutionem in hac causa factam, con-
stare Ecclesiam S. Syri antiquitus fuisse
Collegiatam, & Præposituram primam digni-
tatem in ea, dubitaui, an talis status fuerit po-
steà mutatus, ità quod dicta Ecclesia non sit
amplius Collegiata, nec Præpositura prima
dignitas in ea. Et Domini D. Horatio tantum
informante responderunt, dictum antiquum
statum non fuisse mutatum, quia cum constet
de dicto antiquo statu vsque ad annum 1538.
vt fuit in alia decisione firmatum, dubium nō
est, quod qui dicit dictum statum mutatum,
1 debet docere, quod ad fuerit potestas, & volun-
tas mutandi, *iux. not. in c. cum de beneficio de preb.*
in 6. Rot. dec. 308. num. 3. par. pri. & dec. 368. n. 4.
par. 2. in rec.

In casu autem isto licet quoad prouisiones
Apostolicas ex quibus talis mutatio deducitur
non possit dubitari de potestate, tamen non
constat de voluntate, non solum quia omnes
dictæ prouisiones emanarunt ad supplicationē
partis, quo casu Papa præsupponit, quod
status beneficij sit prout à parte supplicante
2 narratur, non autem tunc cogitat de mutando
statu beneficij, ideòque etiam passim dici solet
quod

quod prouisiones Apostolicæ non mutant statum beneficij. *Achill. dec. 13. de iur. patr. Verall. decis. 189. par. 3. Card. Seraph. decis. 799. num. 3. & decis. 1273. numer. 2. cum alijs relatis in Tuder. beneficij, seu Parochialis 7. Nouembris 1611. coram R. P. D. meo Vbaldo, quæ est decis. 360. in fin. par. 2. in recen.*

Verum etiam quia, singulas prouisiones percurrendo apparet, non adfuisse animum mutandi statum dictæ Ecclesiæ.

Nam quantum ad prouisionem factam ex causa resignationis Andreasij *de anno* 1538. licet illa legatur facta tamquam de Parochiali, tamen est aduertendum, quod Andreasius resignans sibi reseruauerat nomen, & titulum Præpositi, nec non collationem beneficiorum, ac residentiam, & locum in processionibus, perindè ac si resignatio ipsa facta non fuisset, etiam cum clausula quod quatenus esset principalis dignitas, id possit exprimi in literis, & sic apparet, quod fuit resignata ab eo sola cura Animarum, & Parochialitas, ità quod mirum non sit, quod prouisio facta fuerit tamquam de Parochiali, nec propterea ex tali prouisione elici possit voluntas Papæ mutandi dictum statum Ecclesiæ.

Minus faciunt aliæ dictæ posteriores resignationes tamquam de Parochiali factæ, quia vltra quod prior resignatio facta per Grossum est manifestè subreptitia, cum ipsemet Grossus esset de eodem beneficio prouisus tamquam de Præpositura, cessat etiam difficultas ex eo, quod cum prouisio facta fuerit tamquam de Parochiali, non potest desumi argumentum, quod Papa voluerit mutare statum dictæ Ecclesiæ; nam eadem Ecclesia potest esse Parochialis, & Collegiata, & status Parochialitatis non est contrarius statui Collegiatæ, *c. statutum de elect. in 6. Felin. in c. in nostra num. 14. in 10. Coroll. de rescr. Gemin. cons. 132. num. 1. vers. ex hoc ergo.*

Quo verò ad visitationē exaduerso productā, illa non releuat; tum quia non est facta ab ipso Ordinario, sed à quodam deputato ab eo, qui verisimiliter non erat informatus de statu dictę Ecclesiæ, tum etiam quia deficit potestas in dicta visitatione, atque etiam voluntas mutandi statum dictæ Ecclesiæ *Rot. dec. 163. num. 4. in fin. par. 1. in rec.* & vnicus actus non sufficit, nec vltimus status attenditur, quando constat de statu contrario, & nō agitur de mutatione dicti status, sed quando agitur de vsu, & statu ipsius vsus.

Non obstat, quod ad effectum vt debuisset dicta Ecclesia conferri per concursum *iux. decret. Concil. Trident. sess. 24. cap. 18.* qui est effectus præsentis disputationis sufficit, quod dicta Ecclesia esset in statu Parochialitatis, quia dictum decretum non habet locum in dignitatibus in Ecclesijs Collegiatis, *iux. declarat. Sacr. Cong. Illustrissimorum Sac. Congr. Interpretum*, quam refert post alios *Garz. de benef. par. 9. cap. 2. num. 181. & 195.*

Nec obstat, quod hoc procedit in dignitatibus in Ecclesijs Collegiatis habitu tantum, vt in *Tuder. Prioratus 17. Nouembris 1589. coram bon. mem. Orano.* vbi dicitur, quod hoc casu attenditur actus, non habitus, per *Gloss. notab. in c. licet canon de elect. in 6.* tum quia obiectum
locum sibi vindicare potest, quando Ecclesia
10 amisit Collegialitatem authoritate superioris
iux. not. per Gloss. in c. statutum in verbo Collegiales eodem tit. de Elect. in 6. vbi quod si Collegium
esse desinat per mortem Canonicorum, debēt
substitui alij, & quando ius Collegij remanet
11 etiam in vno, donec fuerit authoritate supe-
rioris destructum. *Barbat. cons. 74. numer. 1. &
seqq. inter cons. Alex. lib. 4. & ipse Alex. ei subscri-
bens cons. seq. num. 34.* in quibus terminis loqui
tur *dicta decisio Tudertina Prioratus*, eo quod ibi
præsupponitur, quod Prioratus, de quo agebatur mutasset statum, & quod in Bullis Pontifi-
cum enunciaretur non conuētualis, & sic quod
desierat esse conuentualis authoritate Summi
12 Pontificis: secus autem quando Ecclesia non
amisit Collegialitatem authoritate Pontificis,
quia tunc sufficit habitus tantum. *Franch. in di-
cto c. licet Canon num. 2. Vers. quod difficultatem, &
ibi Archidiac. sub num. 2. de elect. in 6. Imol. post In-
noc. in c. de multa num. 35. post med. vers. item etiam
aduerte de præb. Mandos. in vig. 3. quæst. 9. sub num.*
13 vbi quod sub reseruatione Prioratuum Con-
uentualium censentur compræhensi etiam illi
prioratus, qui nullos Monachos habent, & sic
sunt Prioratus habitu tantum; tum etiam quia
in omnem euentum Ecclesia, de qua agitur, est
ad huc actu Collegiata, ex quo in ea sunt Ca-
14 nonici, qui licet non resideant; possunt tamen
compelli ad residendum ex sententia *Sac. Con-
cilij* cuius copia data fuit, & culpa seù abusus
dictorum Canonicorum non facit, quod dicta
15 Ecclesia destinat esse Collegiata. *Rot. decis.
368. num. 5. par. 2. in recentior.* multoque minus
in præiudicium collationis Papæ, &c.

PAMPILONEN. CAPPELLANIAE

Vener. 4. Martij. 1622.

DECISIO CCCLXXVII.

Impressa in Recent. decis. 361. par. 4. tom. 2. & post Viuian. de Iurepatronat. decis. 45.

LEODIEN. DOMINII.

Vener. 11. Mart. 1622.

ARGVMENTVM.

In iudicio reintegrationis quæ sint probanda: Iudex quando dicatur nulliter processisse. Aliqua de refectione melioramētorum. Immissio quando dicenda sit iusta, vel iniusta.

SVMMARIVM.

1 *In iudicio reintegrationis requiritur probatio duorum extremorum.*

2 *Probatur possessio ex concessione, & ex mandato de immittendo; & ex immissione subsecuta vnà cum litis substentatione. num. 3.*
3 *Iudex nulliter, & iniustè procedens habetur vt priuatus, & non potest impedire reintegrationem. numer. 5.*
6 *Procedens ad relaxationem mandati sine citatione nulliter procedit.*
7 *Pendente dilatione relaxatio mandati est nulla.*
8 *Cautio non sufficit quando melioramenta sunt liquida, & quando conuentum est, illa refundenda esse.*
9 *Immissio redditur iniusta, quando liquidatis melioramentis illa prius non fuerunt refusa.*

DECISIO CCCLXXVIII.

DOmini dixerunt, hęredes Matthæi esse re-
1 integrandos; constat enim de duobus ex-
tremis in hoc Iudicio requisitis, de possessione
2 scilicet dicti Matthei, quæ probatur ex concef-
sione facta de bonis, de quibus agitur, tamquã
plus offerenti pretio Florenorum 3530. iuncta
interpellatione Emanuelis ad dimittendam di-
ctorum bonorum possessionem, & oblatione
Matthei, quod erat paratus dictam possessionẽ
dimittere refusis sibi refundendis, & sententia
denique lata 24. *Febr.* 1620. in qua ipse Mat-
theus condemnatur ad dimissionem possessio-
nis dominij cum appendicibus, & declaratur
lapso mense vtili ipsi præfixo ad liquidandum
pretensas Expensas Emanuelem immittendum
esse in possessionem bonorum, de quibus agi-
tur.
Et etiam de possessione Emanuelis, quod
3 est secundum extremum; ea namq; probatur ex
mandato de immettendo ab eodem Emanue-
le vigore dictæ sententiæ obtento; & immissio-
ne subsequuta vna cum litis substentatione,
vt fuit sæpissimè in his terminis resolutum.
Nec obstat, quod d. Emanuel fuit Iudicis
auctoritate immissus, quia cum Iudex nulliter,
4 & iniustè processerit; ideoq; dicatur processis-
se vti priuatus, calor Iudicis non impedit
quo minus eidem Mattheo sic expulso debea-
5 tur reintegratio. *Abb. in C. conquerente numer. 8. de*
restit. Spoliat. Crauet cons. 140. sub nu. 2. & cons. 302.
num. 1. Surd. cons. 168. nu. 26. Menoch. de recuper. rem.
8. num. 19. & seq. Caputaq. decis. 186. num. 3.
Quod autem nulliter, & iniustè processerit
patet, quia processit ad relaxationẽ d. mandati
6 nulla præcedente citatione Matthei ad viden-
dum relaxari mandatum *Clem. sæpe vbi glos. in*
vers. adid. de verb. sign. leg. de vno quoq. ff. de re iudic.
& etiam pendente dilatione. Nam in senten-
tia concesserat Mattheo mensem vtilem ad li-
quidandum melioramenta, ad quorum restitu-
tionem tenebatur Emanuel vigore Apocę ven-
ditionis, & licet dictus mensis non incepisset
currere, nisi à *die* 13. *Martij* 1620. qua Mattheus
comparuit, & obtulit se paratum dimittere
possessionem refusis refundendis, & imo idem-
met Iudex mandauerit responderi huic obla-
tioni suspendendo interim quæcumque præ-
iudicialia, prout eadem præiudicialia sępius a-
lias intra dictum mensem suspendit; quibus su-
spensionibus durantibus non currebat termi-
nus in pręiudicium dicti Matthei, tamen Iudex
relaxauit mandatum *die* 10. *Aprilis*, & sic in-
tra mensẽ vtilem, ac per consequens pendente
7 dilatione, & nulliter. *l. per hanc de tempor. appellat.*
l. siue pars C. de dilat. cum simil.
Nec obstat, quod Iudex mandauit dari cau-
tionem per Emanuelem, quia non sufficit cau-
tio, quando melioramenta sunt liquida, & mul-
8 to minus quando vt in casu isto fuit expresse
conuentum, quod omnes pecuniæ pro melio-
randis, & restaurandis bonis expositæ essent re-
fundendę ante retractum faciendum. *Castr. cons*
270. num. 2. Contrad. in leg. vnic. C. si de Moment. poss.
quæst. 3. num. 21.
Atq; hinc etiam resultat iniustitia d. immis-
sionis cum stante liquidatione melioramento-
rum facta per Mattheum, contra quam pro
9 parte Emanuelis nihil fuit oppositum, non
poterat Iudex ad immissionem Emanuelis de-
nenire, nisi refusis dictis melioramentis iuxtà
pacta conuenta in apoca dictæ concessionis ex
proximè allegatis.
Non obstant, quæ dicuntur de nullitate con-
cessionis de dictis bonis factæ Mattheo, quia
vltra quod dicta concessio fuit sępius per eum-
dem Emanuelem approbata: cessat etiam dif-
ficultas ex quo in omnem euentum vltimum
spolium esset purgandum, & sic Mattheus re-
stituendus ad statum, in quo tempore com-
missi spolij reperiebatur. *cap. fin. de Ordin. cognit.*
Mohed. dec. 8. de restit. spol. cum vulgar. &c.

CARPEN. BONORVM.

Vener. 11. Martij 1622.

DECISIO CCCLXXIX.

Impressu in Recent. decis. 364. part. 4. tom. 2.

ROMANA PECVNIARIA.

Vener. 8. Aprilis 1622.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Loca montium empta nomine, & ad cõmodum, & vtilitatem alterius interueniente illius acceptatione, non possunt sine nouo mandato à dicto emptore vendi, Limita si emptor in litteris patentibus sibi reseruauerit liberam dictorum locorum administrationem, & fructuum perceptionem. num. 2.*
3 *Non est impossibile, quod libera administratio sit penes vnum, & penes alium dominium.*
4 *Habita notitia vnius capitis præsumitur etiam habere notitiam alterius capitis.*

DE-

DECISIO CCCLXXX.

Domini recesserunt à *decisis 20. Martij 1620* & moti sunt, quia quod in dicta decisioni dicebatur, quod cum loca montium fuerint per D. Zeccadorum empta nomine DD. de Montautis, & ad ipsorum vtilitatem, & co-
1 modum; consterque, dictam emptionem fuisse etiam à dictis Dominis de Montautis acceptatã fuerit taliter dictorum Montium Dominium, dictis de montacutis per dictam emptionem acquisitum, vt fine nouo, & speciali mandato eorumdem et de Montautis non potuerit dictus D. Zeccadorus ad venditionem dictorum locorum devenire; non videbatur posse procedere, eo quod ex fide Secretarij dictorum Montium apparet, dictum D. Zeccadorum sibi reseruasse omnimodam dispositionem dictorum locorum, atque eorum fructuum perceptionẽ nam etiam quod non obstante hac reseruatione fuerit dominium dictorum locorum dictis de Montautis mediante dicta emptione acquisitum, tamen per dictam reseruationem omnimodæ dispositionis, & fructuum perceptionis censetur, sibi idemmet Zeccadorus saltem liberam dictorum locorum administrationem reseruasse, ità quod vigore huiusmodi facultatis
2 liberè administrandi sibi reseruatæ potuerit etiam dicta loca vendere. *iux. not. in leg. procurator cui generaliter, & ibi Bart. in principio ff. de procurat. Bal. in leg. 1. ad fin. verf. item adde. ff. de offic. proc. Caf. Rot. dec. 454. numer. 3. part. 1. in recentior.* in qua etiam fuit dictum, quod non est impossibile,
3 quod libera administratio sit penes vnum, & pœnes alium dominium.

Nec obstat, quod in litteris scriptis per Zeccadorum, quibus certiorauit DD. de Montautis de dicta emptione nulla fuit facta mentio dictæ reseruationis quia non propterea sequitur, quod dictus Zeccadorus, non potuerit vti ea facultate, quam sibi expressè in dict. emptione reseruauit: quinimo cum dicti de Montautis habuerit notitiam reseruationis facultatis percipiendi fructus, prout colligitur ex eo, quod ipsi exegerunt dictos fructus de ordine Zeccadori, vt constat ex quietantijs de quibus. *in Sum. Zeccadori num. 13.* non videtur dubitandum, quin habuerint quoque notitiam reser-
4 uationis liberæ dispositionis. *Argum. l. non est ferendus, & ibi DD. ff. de transact.*

Et in hanc sententiam eo libentius DD. inclinarunt, quod DD. de Montautis fuerunt de eorum credito scutorum 3000. satisfacti vsque demense *Martij* 1604. vt constat ex eorum litteris missiuis *dict. Sum. num. 8.* in quibus etiam fatentur residuum, de quo nunc agitur, spectare ad DD. Taurinos, vnde apparet dictos de Montautis nullum habere interesse in hoc iudicio, & quoad Taurinosnon videtur, quod ipsi possint conqueri de venditione dictorũ locorũ facta per Zeccadorũ: quia licet fateatur inquadam Epistola scripta ad Montautos d. emptionem fuisse factam ad vtilitatem etiam, & commodum DD. de Taurinis; tamen non constat, quod dicta emptio fuerit vnquam à dict. Taurinis acceptata, quinimo semper institerunt pro actuali transmissione pecuniarum ipsis debitarũ

Nec aliquid facit apoca Zeccadori, in qua enunciat, pecunias esse suo nomine inuestitas, offertque se paratum facere cessiones, & declarationes, quas DD. Taurini voluerint; quia in dicta apoca non fit mentio de locis Montium emptis nomine DD. de Montautis, de quibus hodie agitur, quinimò dicta loca fuerunt vendita *de mense Iunij* 1604. & Apoca fuit confecta *de anno* 1609. Vnde clarè apparet, quod non potest verificari in dictis locis, de quibus, vt dictum est modo, agitur.

Pari ratione cessat, quod dicitur de alia scriptura eiusdem Zeccadori, inqua promisit inuestire illam summam, quæ in eius manibus remansit, quia nec ista scriptura loquitur de dictis locis Montium; neque ex ea potest fieri aliqua illatio ad loca longè antea vendita, &c.

ROMANA SOCIET. OFFIC.

Vener. 8. Aprilis 1622.

DECISIO CCCLXXXI.

Impressa in Recent. decis. 367. par. 4. tom. 2.

ROMANA HÆREDITATIS DE AGARIIS.

Lunæ 11. Aprilis 1622.

DECISIO CCCLXXXII.

Impressa apud Spadam post Consil. 366. lib. 2.

MACERATEN. BONORUM.

Lunæ 11. Aprilis 1622.

ARGUMENTUM.

Manutentio non conceditur habenti seu suspicanti se pro spoliato. Aliquem habuisse se pro spoliato ex quibus deducatur.

SUMMARIUM.

1 *Habens se pro spoliato non potest petere manutentionem.*
2 *Instrumentum ratificatum plenè probat contra ratificantem.*
3 *Suspicanti se posse repelli à iudicio, manutentio concedenda non est.*
4 *Instrumentum semper intelligendum est vt minus praiudicet parti.*
5 *Possessio ciuilis animo retinetur, & ità præsumitur retenta, secus nisi constet contrarium ex aliqua circumstantia. num. 6.*

7 *Ex facti circumstantijs apparet aliquem habere se pro spoliato tam ciuiliter, quam naturaliter.*

DECISIO CCCLXXXIII.

Domini recesserunt à *decisis 28. Iunij praeteriti*, quia Ioannes Crucius se habuit pro
1 spoliato, ac propterea non potest petere manutentionem *Card. Seraph. decis. 1127. in fin.*

Quod autem habuerit se pro spoliato patet ex instrumento transactionis, in quo praemissa narratiua, quod Ioannes Crucius fuerat spoliatus vigore sententiae Iudicis ab A. C. deputati, conuenit dicti Ioannis filius cum Andrea Fino, vt ipse in se accollaret duos census à dict. Crucio debitos, fructusque persolueret vsque quo, Andreas recuperaret possessionem, atque in eandem dictum Crucium reponeret, pacto ctiā adiecto, quod facta recuperatione dicti praedij teneatur idem Ioannes reassumere, seu reaccipere dictos census, & in casu, quo dictus Andreas dictam possessionem recuperare non posset, Andreas teneretur dictos census extinguere, vt fusius in dicto instrumēto, quod quidem fuit postea ab eodem Ioanne ratificatum etiam quoad singula eius Verba; ità quod du-
2 bitari non possit, quin etiam contra ipsum plene ex dict. instrumento probetur, quod habuit se pro spoliato per dictam sententiam Iudicis ab A. C. deputati prout expressis verbis in d. instrumento, vt ex praedictis patet, legitur, cum maximè adhunc effectum sufficiat, quod dictus Ioannes fuerit suspicatus eum posse repelli. *Alex. in leg. quod meo §. fin. num. 2. ff de requir. possess. Ias. in clausul. possidere §. qui ad nundinas nu. 32. & seqq. eod. tit.*

Nec obstat, quod verba dicti instrumenti in-
4 terpraetari debent, vt minus dicto Crucio praeiudicent, atque ita de possessione naturali tantum non autem etiam de ciuili, quam potius praesumi debet animo retinuisse ex adduc. *in vna Rom. de Pinis 21. Ian. 1614. coram Illustrissimo Card. Sacrato.* quia hoc locum sibi vindicare potest quando non constat ex facti circumstantijs, quod ille, qui confessus fuit se spoliatū, habuit se pro spoliato omnimodo, & sic tam ciuili quam naturali possessione; secus vero est, quādo ex aliqua circumstantia facti colligitur, quod deposuit vna cum possessione naturali a-
6 nimum quoque possidendi, vt in puncto simili obiecto r. spondit. *Rot. in vna Rom domorum coram R. P. D. meo Vbaldo quae est decis. 704. part. 1. in recentior.*

In casu autem isto, clarè ex supra deductis colligitur, quod dictus Ioannes deposuit animum possidendi; quia cum esset eiectus à possessione conuenit cum Andrea, quod ipse in se accollaret duos census, quorum d. Ioannes erat debitor, quin imo etiam constat, quod posteaquam Andreas dictos census in se accollauerat, eosq; extinguere pro miseratione, idem met Ioannes egit contra dictum Andream coram A. C. pro extinctione dictorum censuum, atque ab eodem etiam mandatum pro d. extinctione obtinuit; vnde manifestè colligitur, quod
7 dictus Ioannes habuit se pro spoliato omnimodo, penitusque dimisit animum possidendi, cum aliàs minimè potuisset pro extinctione dictorum censuum agere, vt ex concordia suprà relata apparet, & quod expretij receptione, vel actu simili inducatur amissio possessionis latè tradit *Menoch. de recuper possess. remed. 15. numer. 118. vt seqq. &c.*

NERITONEN., SIVE MELITEN. ANTIANITATIS.

Vener. 15. Aprilis 1622.

ARGVMENTVM.

Antianitas Equitum Hyerosolymitanorum, quando currere incipiat.

SVMMARIVM.

1 *Equitibus Hierosolymitanis Antianitas incipit à die quo solutionem passagij integrè fecerint, & num. 4. & num. 6.*
2 *Solutio probatur ex libris.*
3 *Libri scripti à deputatis probant.*
5 *Aliena culpa mihi nocere non debet.*
6 *Probatio habetur se pro completa in tempore quando per probantem non stetit quo minus fieret in tempore.*

DECISIO CCCLXXXIV.

Fvit responsum pro informante deberi scilicet antianitatem D. Scipioni *à die 21. Martij 1596.* quo soluit passagium, vt vocant,
1 quia in stabilimentis Sacrae Religionis S. Ioannis Hyerosolymitani expressè disponitur, quod Antianitas Equitibus Hierosolymitanis incipiat currere à die, quo solutionem passagij integre fecerint, vt in stabilimento, quod datur *Summ. num. 2.*

Quod autem dictus D. Scipio *dicta die 21.*
2 *Martij* soluerit dictum passagium probatur ex libris dictae Religionis, qui tanquam scripti à
3 deputatis ad hoc officium probant. *iur. doct. in d. Bartol. in l. Argentarius in princip. & in leg. quamuis §. nummularios fide edendo Card. Seraph. dec. 431. n. 5. & dec. 1088. num. 4.*

Nec obstat, quod primae probationes factae à dicto D. Scipione suae nobilitatis fuerunt reiectae, quodque fuit ex nouis probationibus postea factis admissus, quia ad effectum, de quo agitur non attenditur tempus probationum, sed tempus solutionis passagij, nam stabilimentum, vt dictum est, disponit, quod currere debeat antianitas à die solutionis, non autē quod
4 currat à die factarum probationum, prout disposuisset, si mens statuentium fuisset, quod attenderetur tempus probationum, ideoque sicuti si priores probationes fuissent legitimae antianitas fuisset debita à die solutionis passagij, non vero à die probationis, ità, & pari ratione debetur dicta antianitas à dicta die solutionis, licet probationes non fuerint legitimae, sed postea demum completae.

Quod

Quod etiam eo magis dicendū est, quia per D. Scipionem non stetit, quo minus etiā priores probationes fuerint factæ legitimæ, sed id euenit culpa delegatorū, qui propter hanc causam fuerunt puniti, ideoq; nec debet aliorū cul-
5 pa dicto D. Scipioni ob esse, sed dictæ nouę probationes per inde haberi, ac si fuissent factæ tēpore primarum. *l. iure ciuili ff. de condit. & demonstrat. l. Celsus §. 1. ff. de arbitr. & fuit dictum in Ciuitaten. habitus, & Antianitatis 28. Nouembris 1609. & in Hispalen. habitus 18. Aprilis 1611. coram S. D. N. tūc Rota Auditore.* in quibus in specie ponderatur, quod Antianitas incipit currere à die
6 solutionis passagij, quodque probatio habetur pro completa ad effectum Antianitatis, quan-
7 do non stetit per admittendum quo minus suo tempore compleretur, &c.

CALAGVRITANA IVRIS ACCEDENDI AD PROCESSIONES.

Vener. 15. Aprilis 1622.

DECISIO CCCLXXXV.

Impressa apud Postium de Manuten. decis. 165.

PAMPILONEN. BENEFICIORVM.

Lunæ 18. Aprilis 1622.

DECISIO CCCLXXXVI.

Impressa apud Postium de Manuten. decis. 494.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE GRACCHIIS.

Lunæ 18. Aprilis 1622.

ARGVMENTVM.

Quando in fideicommissis debeant filiæ habere portiones, quas habuissent eorum matres si viuerent. Feminæ quando censeantur in fideicommisso vocatæ.

SVMMARIVM.

1 *Filia vocantur in portionem matris in fideicommissis.*
2 *Filij, nepotes, & descendentes in conditione positi censentur vocati vigore statut. vrbis & nu. 7.*
3 *Vocati per nomen collectiuum censentur vocati ordine successiuo.*
4 *In successione ascendentis filius assumit locum Patris, seu Matris, & debet habere portionem, quam ipsi haberent, si viuerent & num. 5.*
6 *Semel exclusa semper censetur exclusa.*
8 *Descendentium appellatione veniunt tam masculi, quā femina.*
9 *Femina vocata in fideicommisso quāuis semel dicatur exclusa per existentiam masculorum, non tamen semper sunt exclusa.*
10 *Stante statuto exclusiuo feminarum, descendentium appellatione non veniunt femina* declara vt n. 11.
11 *Testatorem voluisse feminas succedere, apparet si in testamento feminas vocauit.*

DECISIO CCCLXXXVII.

CHRISTOPHORVS heredem scripsit Octauium eius filium, & si ipse Octauius & Nepotes, & descendentes ex eo, vel aliquis eorum moreretur in pupillari ætate, vel postea quandocumque sine filijs legitimis & naturalibus ex legitimo matrimonio nasciturisr; tunc & eo casu succedere voluit in suis bonis Hyppolitam, & Eleonoram eius sorores. Vnde mortuo Octauio, extinctisque tribus filijs masculis dicti Octauij, & duabus fæminis Cinthia videlicet, & Tritonia, Margarita tamen tertia filia superstite, dubitari contigit, an per mortem Rutilij vltimi ex dictis filijs masculis Octauij sit factus locus fideicommisso ad fauorem etiam filiorum Cinthiæ dicti Octauij filiæ, vt ipsis sit danda immissio, & pro qua parte. Et Domini altera tantum parte informante censuerunt, dictos filios esse vocatos
1 pro portione Cinthiæ eorum matris, mandantes, vt de alijs particulariter videretur.

Nam ex tenore testamenti supra relati apparet, quod nedum Cinthia dicti Octauij filia, sed & omnes filij, Nepotes, & descendentes
2 dicti Octauij fuerunt in conditione positi, & per consequens etiam vigore *statuti vrbis* vocati.

Nec obstat, quod cum dicti descendentes Octauij sint vocati per nomen collectiuum diuersarum personarum in diuersis gradibus existentium censētur vocati ordine successiuo
3 itaut per mortem Rutilij fuerit factus locus successioni ad fauorem Margaritæ eiusdem Rutilij sororis, non vero ad fauorem filiorum dictæ Cinthię, qui sunt in gradu magis remoto *ad trad. in l. cum ità §. in fideicommisso & in l. peto §. fratre ff. de leg. 2. cum alijs addnc. per Pereg. de fideicom. art. 21. num. 1. & seqq.* quia in successione
4 ascendentis, qualis est ista, de qua agitur, filius assumit locum patris, siue matris, & habet easdem successiones quas haberet Pater, ac Mater si viueret *§. reliquum in auth. de hered. ab intest. ven.* idque locum habet etiam in fideicommissis vt per *Cephal. consil. 16. num. 29. & cons. 465. num. 6. & seqq. Menoch. cons. 124. num. 554. & seqq. & cons. 194. num. 4. Decian. cons. 9. num. 45. vol. 2. & cons. 55. num. 13. & seqq. l. 3. Crass. in §. fideicom. qu. 11. num. 3. Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. l. 8 fol. 9. num. 9. Card. Seraph. dec. 396. num. 3. & fuit dictum in Romana fideicom. de Serlupis 23. Febr. 1601. coram bo. me. Iusto, & in Tusculana fideicom. 15. Aprilis 1619. coram Reuerendiss. D. meo Decano,* ac propterea cum in casu isto Cinthia, quæ erat in pari gradu cum Margarita simul cum eadem Margarita successisset in bonis, de quibus agitur; meritò concurrere debent cum ea-

5 dem Margarita filij dictæ Cinthiæ pro portio-
ne, quam habuisset Cinthia eorum mater; si
superuixisset.

Nec obstat, quod cum Cinthia fuerit semel
exclusa per existentiam masculorum, censea-
6 tur semper exclusa, etiam masculis non exi-
stentibus, quia præterquam quod eadem ra-
tione excluderetur quoque a dicta successione
Margarita; cessare videtur in casu isto difficul-
tas, ex quo apparet, testatorem posuisse in con-
7 ditione, atque ità vocasse iuxta dispositionem
statuti vrbis descendentes, quorum appellatio-
8 ne cum veniant tam masculi, quam fæminæ
non possunt censeri per dictam dispositionem
perpetuo exclusæ fæminæ, licet masculi vel ra-
9 tione gradus, vel ex dispositione statuti fæmi-
nis preferantur *Socc, Iun. cons. 76. num. 109. &
seqq. l. 1. & cons. 89. num. 8. & 9. l. 4. Card. Mantic.
de coniect. vltim. volum. l. 8. tit. 18. num. 16. cum alijs
latè congest. per Pereg. de fideicom. artic. 19. num. 22.
& art. 27. num. 21. & seqq.*

Nec obstat, quod vbi adest statutum exclu-
10 siuum fæminarum, appellatione descenden-
tium non veniunt fæminæ *ex alleg. per Modern.
discept. forens. c. 664. num. 11.* quia hoc procedit
11 ad effectum, ne fæminæ concurrant cum ma-
culis vt per *Soccin. cons. 227. num. 6. l. 2.* vel quan-
do constat de voluntate Testatoris conseruandi
agnationem, quod secus est in casu isto, quia
testator non solum non cogitauit de conser-
uanda agnatione, sed imò etiam expressè vo-
cauit duas eius sorores fæminas post obitum
Octauij, & eiusdem descendentium. Vnde
manifestè apparet, quod voluit feminas succe-
12 dere saltem masculis non exstantibus, ità
quod meritò non possit censeri exclusa Cin-
thia dicti Octauij filia, sed imo potius, vt di-
ctum est, exprsè vocata masculis saltem non
existentibus &c.

NARNIEN. BONORVM.

Veneris 22. Aprilis 1622.

ARGVMENTVM.

Agitur de quadam subhastatione an benè vel ma-
lè facta dicatur, & quid dicendum de emptore
dictorum bonorum sic subhastatorum an te-
neatur dicta bona restituere, vel detur tan-
tum actio ad pretium. Præscriptio sexdecim
annorum, quando habeat locum tam de iure
comuni, quam statutario.

SVMMARIVM

1 *Mandatum pro summa indebita & ex falsa causa re-
uocandum est.*
2 *Quando detur actio ad pretium & quando contra em-
ptorem sub hasta.*
3 *Tertius emptor censetur habere bona empta in subha-
statione tanquam a priuato, quando iudicium subha-
stationis fuit nullum.*
4 *Venditio facta ex causa, cui obstabat exceptio est nul-
la etiam si non fuerit oppositum a debitore, & n. 5.*
6 *Mandatum quamuis aliquando substineatur, tamen com-
petit restitutio in integrum, & num. 7. & 8.*
9 *Exceptio præscriptionis ante mandati relaxationem
opposita reddit mandatum iniustum.*
10 *Per lapsum annorum sexdecim non solum intrat præ-
scriptio statutaria, sed etiam præsumpta solutio.*
11 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 158. habet locum etiam
in deposito, & ligat etiam forenses in Vrbe degen-
tes num. 12. & illi non obstat mala fides num. 14.*
13 *Præscriptio de iure communi tollit debitum etiam iu-
ratum.*
15 *Actus factus in domo alicuius præsumit scientiam in
illo domino domus.*

DECISIO CCCLXXXVIII.

DOMINI præsupposita decis. nuper in hac
causa coram me facta, quod donatio scu-
torum 700. facta per Martiam ex scutis 900.
prius per eam penes Romulum depositis Tho-
mæ, & Ioanni dicti Romuli filijs, suffragatur
dicto Thomæ, illiusque hæredibus, censuerunt
sententiam Rotalem, qua fuit declaratum mã-
datum pro deposito scutorum 900. contra dd.
Thomam & Ioannem filios & hæredes dicti
Romuli relaxatum esse cum omnibus indè se-
cutis reuocandum, fore confirmandam.

Nam decisione stante, dubium non est, quod
dictum mandatum fuit pro summa omnino
1 indebita & ex falsa causa relaxatum; sicque ve-
nit cum omnibus indè secutis reuocandum ex
pluribus in decisionibus *coram Illustrissimo Car-
din. Sacrato* in hac eadem causa factis doctè
comprobatis.

Nec obstat fundamentum, quo potissimum
Iulius & fratres de Vrsinis dictas decisiones, &
sententiam desuper emanatam impugnare
conabantur, quod cum dicta donatio Martiæ
non fuerit coram A.C. producta, benè potue-
rit per eundem A. C. dictum mandatum rela-
xari, atque illius vigore etiam ad bonorum,
de quibus agitur subhastationẽ deueniri; quod
que propterea detur actio tantummodo dicto
Thomæ, illiusque hæredibus agendi contra hę-
redem Martiæ ad pretiũ, quod habuit ex sub-
2 hastatione dictorum bonorum, non autem cõ-
tra emptorem ad hastam, illiusque hæredes ad
ipsa bona *ex doctr. Bal. in auth. ei qui iurat. sub nu.
47. C. de bon. auth. iud. poss. quem seq. Franch. dec. 120
num. 8.* quia placuit DD. responsio, quod obie-
ctum procedit, quando fuit legitimè deuen-
tum ad executionem, seu immissionem ex pri-
mo, vel secundo decreto, vt in casu *Baldi* in
quo fuit facta executio pro vsuris sub iura-
mento promissis *per C. debitores de Iur. Iu-
rand.* secus vero quando vt in casu isto fuit
actum sine actione eo, quod actio pro depo-
sito erat iam per donationem Martiæ subla-
ta, & sic Iudicium est penitus nullum, tunc e-
nim nec mandatum, nec subhastatio, & delibe-
ratio indè subsecuta potest substineri, & ter-
3 tius emptor censetur, habuisse bona tanquam
à priuato, vt in puncto tenuit *Rota in Anconita-
na Spolij 9. Iulij 1610. coram Illustrissimo Card. Sa-
crato impress. apud Marches de commiss. fol. 235. par. 2*
etiam quod de tali donatione non fuerit ante
sub-

ſubhaſtationem oppoſitum *Bart. in l. fulcinens § cum hoc ſub num. 6. ff. quibus ex cauſis in poſſ. eat.* vbi tradit, quod ſi venditio fuit facta ex cauſa
4 cui obſtabat exceptio, eſt nulla, & debet reuocari, etiamſi non fuerit à debitore oppoſitum per *tex. in l. p. §. hac verba ff. ne vis fiat ei & ſeq. Rain. conſ. 160. num. 26. & 27. vol. 2. Menoch. de retin. remed. 1. num. 35. & ſeqq. vbi etiam num.* 38. tradit idem eſſe, ſi talis exceptio obſtabat tantum pro parte, vt in caſu de quo agitur, in quo exceptio
5 donationis obſtat tantum pro ſcutis 700, non autem pro integra ſumma ſcutorum 900. penes Romulum depoſitata.

His aliqui ex DD. addebant, quod etiam, quod d. mandatum poſſet ſubſtineri ex eo quod ante illius relaxationem non fuit de dicta donatione oppoſitum, nihilominus competeret hæredibus Thomæ aduerſus dictum
6 mandatum, & illius executionem reſtitutio iuxtà communem & magis receptam opinionem, de qua inter alios teſtatur *Odd. de reſtit. in integ. par. 2. quæſt. 73. art. 3. ſub num. 52. verſ. ſed contra* vbi etiam in ſpecie loquitur de inſtrumentis prius ignoratis, id que maximè procedere ait, quando læſus non eſt in aliqua culpa, vel
7 negligentia, puta ſi ignorauit inſtrumentum, *ad latè cumul. per Surd. conſ. 268. num. 32. & ſeqq.* & dicta reſtitutio aufert etiam ius tertio quæſitum *Odd. d. tract. part. 1. quæſt. 44. art. 4.* &
8 competit etiam aduerſus ſententiam in poſſeſſorio latam *idem Odd. d. tract. par. 2. quæſt. 68. art. 6. ſub num. 42. verſ. ſed contra.*

Et ceſſat penitus difficultas in caſu iſto, quia dictum mandatum nedum fuit iniuſtum ex eo, quod conſtat dicta ſcut. 700. fuiſſe iam prius vt dictum eſt ex ſcutis 900. pro quibus mandatum fuit relaxatum, à Maria dictis filijs Romuli donata, ſed etiam quia eidem credito ſcu-
9 torum 900. obſtabat exceptio præſcriptionis de qua fuit ante mandati relaxationem oppoſitum *Card. Seraph. deciſ. 684. num. 8. & dec. 692. num. 11.*

Et dicta exceptio erat abſque dubio clara, quia debitum fuit contractum de anno 1550. & actio intentata de anno 1598. & ſic poſt annos 48. vnde non ſolum intrabat præſcriptio
10 ſtatutaria, ſed potius præſumpta ſolutio per lapſum annorum ſexdecim, iuxtà diſpoſitio-
11 nem ſtatuti vrbis *lib. 1. c. 158.* quod locum habet etiam in depoſito, vt expreſsè diſponitur in dicto ſtatuto, & procedit etiam contra fo-
12 renſes pro eorum crediti conſecutione in Vrbe degentes *Rot. dec. 602. part. 1. diu.* ſed etiam
13 præſcriptio de iure comuni, quæ tollit etiam debitum iuratum *Soccin. Iun. conſ. 145. num. 63. volum. 1. cum alijs per Surd. dec. 3. num. 15. cum 16. alleg.*

Nec obſtat mala fides Romuli depoſitarij, quia quo ad preſcriptionem ſtatutariam non
14 conſideratur mala fides, cum dictum ſtatutum inducat tantum præſumptionem ſatisfactionis vt dictum eſt in odium Creditoris negligentis petere intra 16. annos, quo caſu non attenditur mala fides *Gabr. conſ. 4. num. 4. & 8. l. 1.*

Quo vero ad preſcriptionem de iure comuni ceſſat dicta prætenſa mala fides in Romulo ſaltem quo ad ſummam ſcutorum 700. filijs dicti
15 Romuli donatam; quia donatio facta fuit in domo ipſiuſmet Romuli; Ideòque præſumitur habuiſſe dictæ donationis ſcientiam *Honded. conſ. 83. num. 77. & 78. lib. 1. Surd. dec. 221. num. 9 & fuit dictum in Rom. donationis 21. Aprilis 1614. coram R. P. D. meo Vbaldo* & per conſequens à die dictæ donationis, quæ facta fuit per duos menſes poſt depoſitum, cæpit eſſe in bona fide quia tanquam legitimus adminiſtrator filiorum donatariorum deſiit eſſe debitor deponentis, adeòut cum à die donationis vſque ad diem, quo fuit intentata actio, lapſi fuerint vltra 40. anni meritò intrat dicta præſcriptio, per quam tollitur omnis actio *Surd. dec. 3. nu. 15* cum ibi congeſtis &c.

ROMANA AFFICTVS S. FLORAE.

Merc. 27. Aprilis 1622.

ARGVMENTVM

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium ſemper cenſetur datum, vt ius tertij non lædatur & num. 3.*
2 *Ex ſtipulatione Notarij abſque ratificatione eſt ius quæſitum partibus intereſſatis dicti inſtrumenti.*

DECISIO CCCLXXXIX.

LATA ſententia extra Rotam contra D. Ducem, in qua dictus Dux condemnatus fuit ad ſoluendum D. Pompilio ſcuta 7. mil. D. Dux deuenit cum dicto D. Pompilio ad concordiam, in eaque inter alia promiſit ſoluere ſcuta 4500. quibuſdam creditoribus dicti Pompilij intra ſpatium 18. menſium, quatenus intra dictum terminum non obtineret in Rota coram me, cui de partium conſenſu fuerunt commiſſæ omnes cauſę inter dictas partes vertentes. reuocationem dictæ ſententiæ, pacto adiecto, quod quatenus obtineret dictam reuocationem; dictus D. Dux eſſet ipſo ex facto liberatus ab obligatione ſoluendi d. ſcut. 4500.

Cum vero D. Dux. infra dictum terminum non obtinuiſſet dictam reuocationem, adiuit Signaturam Sanctiſſimi & obtinuit ab ea mihi[1] reſcribi, vt terminum prorogarem ad alios 18 menſes & toties quoties opus eſſet lite pendente de conſenſu creditorum: & quia dictorum creditorum conſenſus, qui videbatur ex forma dicti reſcripti neceſſarius ad effectum prorogandi dictum terminum non potuit obtineri; denuo redijt dictus D. Dux ad eandem Signaturam veriuſque obtinuit reſcribi in hæc verba, *vel ſi magis placet committatur eidem, qui in cauſa & cauſis huiuſmodi procedat, iddut loco conſenſus creditorum ſuppleat arbitrium Rota.*

Vnde dubitaui, an intret arbitrium, & DD. cenſuerunt, non intrare, quia arbitrium ſemper cen-

1 censetur datum, vt ius tertij non lædatur *Bar. in l. filiusfamilias num. 2. ff. de donat cum alijs per Menoch. de arbitr. iud. lib. 1. quæst. 9. num. 8. & seqq.* In casu autem isto vtique læderetur tamen ius creditorum, quod ipsis fuit exstipulatione
2 Notarij per dictam transactionem etiam sine alia cessione, vel ratificatione quæsitum *Corn. cons. 2. num. 3. vol. 4. Menoch. cons. 92. num. 67. Surd. decis. 111. num. 5. & seqq. & cons. 60. num. 16. circa med. vers. non dico & fuit dictum in vna Perusina censuum 13. Febr. 1615. coram me.*

Quam etiamius Pompilij, qui si concedatur noua dilatio D. Duci, molestabitur à dictis suis creditoribus, prout etiam nunc de fa-
3 cto molestatur, & cogetur soluere debita, quę D. Dux in dicta transactione in se accollauit, ideòque merito non est locus dicto arbitrio ex supra allegatis.

Nec obstat, quod D. Dux per dictam sententiam non fuit condemnatus ad soluendum, sed ad deponendum tantum, quia non agitur de executione sententiæ, sed de executione concordiæ, in qua D. Dux promisit soluere cum effectu lapso termino dictorum 18. mensium.

Et dicta concordia fuit dicto D. Duci vtilis ex quo illa mediante obtinuit dilationem dictorum 18. mensium soluendi dicta *scut.* 4500. quæ alias illicò coactus fuisset numerare.

Non obstant, quæ deducuntur de non adimplemento Pompilij dictæ concordiæ, quia prçterquam quod non constat de non adimplemento, sufficit dicere, quod modo non agitur de executione, sed quæritur, An sit danda D. Duci noua dilatio, ad quam obtinendam non potest exceptio suffragari non adimplementi cum imò petendo nouam dilationem videatur tacitè fateri se posse astringi vigore dictæ transactionis ad soluendum *dicta scuta* 4500. & sic quod talis exceptio dicto Pompilio non obstet.

Non obstant asserta impedimenta, quia non iustificantur &c.

BAMBERGEN ALIMENTORVM.

Merc. 27. Aprilis 1622.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Abbati agenti pro recuperatione administrationis sui Monasterij subministranda sunt alimenta, & sumptus litis.*
2 *Alimentorum quantitas pendet ab arbitrio Iudicis.*
3 *Arbitrium in taxatione alimentorum, & sumptus litis regulari debet ex valore fructuum.*

DECISIO CCCLXXXX.

PROPOSITO dubio, an Emerico Abbati Monasterij S. Georgij agenti pro recuperatione administrationis Abbatiæ, & Ioanni eiusdem Monasterij Priori sint subministranda alimenta, & sumptus litis, etiam ad quam summam & in quo loco: Domini censuerunt, dicto Emerico Abbati esse subministranda alimenta quia certi iuris est, quod Abbati agenti pro re-
1 cuperatione administrationis sui Monasterij interim subministrari debent alimenta, vt per *glos. in c. ex parte in v. alia rationabili & ibi Abb. num. 5. & alij de accusat. Surd. de aliment. tit. 1. qu. 127. num. 1. Egid. decis. 88.* vbi respondendo contrarijs per plures rationes concludit, non esse denegaṇda alimenta; alias esset tollere defensionem legitimam & dare occasionem spoliandi.
2 Quo verò ad quantitatem, quæ sit præstanda, quoniam illa pendet à Iudicis arbitrio *l. 2. ff. vbi pupill. educ. deb. l. fin. C. de cognit. cum alijs per Menoch. de arbitrarijs casu* 169. *num.* 1. & arbitrium regulari debet inspecto valore fructuum Monasterij *ad trad. per Aym. cons. 189. numer. 10. Roll. cons. 22. num. 41. lib. 1. Menoch. dicto casu 169. num. 2.* nec de valore fructuum dicti Monasterij constat, Domini arbitrati sunt, alimenta dicto Abbati esse præstanda iuxta capitula firmata de mandato Illustrissimi Episcopi Bambergen., cuius singulari pietati, & eximiæ prudentiæ multum deferendum censuerunt, & de alijs in prædicto dubio contentis particulariter videri mandarunt &c.

CIVITATIS CASTELLI, SEV PERVSINA DOTIS.

Veneris 29. Aprilis 1622.

ARGVMENTVM

Impensa funeris ex quibus probetur. Bonorum emphiteuticorum valor quantus sit, & quanti æstimetur.

SVMMARIVM.

1 *Impensa probatur ex testibus deponentibus de facto proprio.*
2 *Ad probandam impensam verisimilem leuior sufficit probatio.*
3 *Bona emphiteotica æstimantur pro tertia parte minus quam si essent allodialia, & num. 5.*
4 *Bona emphiteotica in perpetuum diminuuntur in valore vsque ad sextam partem, si vero sunt in emphiteusi ad tertiam generationem, diminuuntur vsque ad tertiam partem num. 5.*
6 *In æstimatione bonorum emphiteuticorum statur consuetudini locorum.*

DE-

DECISIO CCCLXXXXI.

PROPOSITO *die* 22. *Aprilis* 1616. dubio vtrum sit facienda diminutio tertię partis in æstimatione bonorum emphiteuticorum, & an probetur impensa funeris; DD. quoad secundam partem dubij responderunt, probari impensam funeris ascendere *ad scuta* 200. & mandarunt, quod de prima parte particulariter videretur.

Nam quod *dicta scuta* 200. fuerint impensa constat ex depositionibus plurium testium, quorum octauus, & nonus deponit de facto
1 proprio, alij vero de publica voce, & fama, ità quod dubitari non possit, ex ijs resultet sufficiens probatio; & maximè quia attenta personarum qualitate dicta impensa est multum verisimilis, & quia in hac materia admittitur
2 etiam leuior probatio, & quæ haberi potest *Feder. de sen. cons.* 119. *sub num.* 4. *& seq. & fuit dictum in causa Parisien. Pecuniaria* 1. *Martij* 1619. *coram Illustriss. D. meo Decano*.

Proposita deinde dicta parte reseruata *die* 29. *Aprilis* 1622. responderunt, diminutionem esse faciendam ad tertiam partem, hoc est quod bona emphiteotica, de quorum æstimatione agitur, sint æstimanda pro tertia parte minus
3 quam communiter æstimentur, si essent allodialia, cum præsupposito tamen, quod emphiteosis, de qua agitur, sit ad tertiam generationem.

Nam licet controuersia sit inter Doctores vtrum diminutio sit facienda sextæ, seù potius tertię partis; vera tamen videtur distinctio,
4 quod vel emphiteusis est perpetua, & tunc detrahitur sexta pars de vero valore rei *auth. perpetua C. de Sac. Sanc. Eccles. vbi glos. in v. b. partem & ibi Doct. Specul. in tit. de locato §. nunc aliqua nu.* 9 *vers. vt autem cum seqq. Ias. cons.* 54. *num.* 26. *vol.* 1. *Alex cons.* 79. *num.* 6. *vol.* 1. *Surd. cons.* 452. *num.* 77. *l.* 3. *Mantic. decis.* 101 *num.* 1. *Rot. decis.* 78. *num.* 5. *par.* 2. *diu. & fuit dictum in Romana domus* 4. *maij* 1601. *coram bo. me. Card. Pamphilio*.

Aut vero agitur de emphiteusi ad tertiam
5 generationem, & tunc detrahitur tertia pars. *Ripa in l. naturaliter §. nihil commune ff. de acquir. possess. Bald. cons.* 133. *in fi. vers. & videmus simile l.* 3. *Moron. de tregua & pace quæst.* 45. *ad fin.* vbi quod vidit pluries seruari per genitorem suum *Alphan. in collect.* 341. *in fi.* vbi refert, quod Restaurus Castaldus præceptor suus profitendo dicebat, quod ità communiter seruatur per totam Italiam subdens, quod ità Perusiæ ipse vidit seruari.

Atque hanc distinctionem eò libentius Domini in isto casu amplexi sunt, quod præter supradictos DD. qui testantur ita Perusiæ seruari, dantur fides Capitularium Ecclesiæ Cathedralis Perusiæ, quod ità communiter seruari viderunt, ac testes non solum deponentes de generali consuetudine, sed etiam in loco Vernazzani, in quo sita sunt bona, de quibus agitur, & nullum dubium est, quod in hac materia ęstimationis bonorum emphiteuticorum
6 maximè attenditur consuetudo locorum, vbi sita sunt bona, vt in puncto *Card. Seraph. decis.* 1464. *num.* 5. *& seq. &c.*

LEODIEN. DOMINII.

Lunæ 2. *Maij* 1622.

DECISIO CCCLXXXXII.

Impressa in recent. decis. 363. *par.* 4. *tom.* 2.

CAMERINEN. APOCARVM.

Mercur. 4. *Maij* 1622.

ARGVMENTVM

Apoca cuinam consignanda sit, & dominus illius quis præsumatur.

SVMMARIVM.

1 *Apocæ productæ consignandæ sunt illi, ad cuius fauorem, & interesse pertinent, & cui consignandas esse dixit producens.*

2 *Apoca consignanda est illi, qui descriptus est dominus illius.*

3 *Creditum acquiritur illi, cui mercatores in apocis soluere promiserunt.*

4 *Descriptio in libris mercatorum probat dominium.*

DECISIO CCCLXXXXIII.

ORTA controuersia inter DD. Hieronymum, & Ioannem de Octonibus super consignatione Apocarum, quas Franciscus in actis exhibuerat, præstito consensu, quod illæ consignarentur Ioanni, citato Hieronymo: A. C. seù deputatus ab eo pronunciauit, dictas Apocas esse consignandas Ioanni, à quo decreto cùm pro parte Hieronymi fuisset appellatum, causaque appellationis huiusmodi mihi commissa, dubitaui, vtrum dictū decretum sit confirmandum, vel infirmandum, & Domini censuerunt, esse confirmandum, tum quia dd. Apocæ expressè cantant ad fauorem Ioannis, cùm in illis legatur descriptus creditor dictus Ioannes, tum etiàm, quia Franciscus, sub cuius custodia erant dictæ Apocæ, consensit, quod illæ
1 consignarentur Ioanni, citato Hieronymo. Nā his concurrentibus fuit iure merito, dicto Hieronymo citato, pronunciatum, dictas Apocas esse d. Hieronymo restituendas.

Non obstat, quod prætenditur, dominium pecuniarum, de quibus in dictis Apocis, spectare ad Hectorem, seù ad dictum Hieronymum ipsius Hectoris donatarium, quia quidquid sit dicendum circa dominium dictarum pecuniarum, insicit ad effectum, de quo agitur, quod

2 Ioan-

Ioannes fuerit descriptus creditor in dictis Apocis, vt dictum est, quodque mercatores, à quibus dictæ Apocæ fuerunt confectæ, promiserint pecunias, de quibus in dictis Apocis, dicto Ioanni restituere; ex hoc enim ipso appa-
3 ret, quod creditum fuit acquisitū Ioanni, etiāsi pecunia fuisset aliena, *l. pp. l. multum interest, & l. penult. C. si quis alt. vel sibi Roman. conf. 291. n. 6. Bald. conf. 67. num. 1. l. 5. Rota dec. 106. num. 1. & decis. 469. num. 3. par. 2. in recent.* quia immo cùm in eadem Apoca dicti Mercatores affirment ipsos descripsisse dictum Ioannem venditorem d. summæ in eorum libris, viderur negari non posse, dominium dictarum pecuniarum spectare ad Ioannē, quia descriptio in libris Mer-
4 catorum probat dominium, ad trad. per *Soccin. conf. 6. sub num. 8. & seq l. 4. Ancharan. conf. 32. sub numer. 2. cum alijs adductis in Romana Bonorum de Ceulis 2. Nouembris 1598. coram bo: mem. Penia.*

Et in omnem euentum satis est, quod dictæ Apocæ cantent ad fauorem Ioannis, quodque ipse reperiatur in illis inscriptus tamquam creditor, & dominus pecuniarum, & quod Franciscus, sub cuius custodia erant dictæ Apocæ consensit, vt restituerentur Ioanni ad hoc, vt decretum censeatur iustum, sitque per consequens confirmandum.

CIVITATIS CASTELLI FIDEICOMMISSI

Luna 9. Maij 1622.

DECISIO CCCXCIV.

Impressa in Recent. decis. 389. par. 4. tom. 2.

S. SEVERINI DOMVS.

Veneris 20. Maij 1632.

DECISIO CCCXCV.

Impressa in Recen. decis. 395. par. 4. tom. 2.

SAONEN. PRÆPOSITVRÆ.

Luna 20. Maij 1622.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium regulatur à iure, & de iure.*
2 *Probatio paupertatis non sufficit quod fiat in genere, sed debet fieri in specie.*
3 *Congrua debetur seruitia Ecclesiæ præstanti.*
4 *Clausula,* arbitrio Rotæ, *laxat iuris rigorem.*
5 *Arbitrium interponitur ad hoc, vt ne quis propter paupertatem impediatur ius suum prosequi.*

DECISIO CCCXCVI.

OBTENTO rescripto à Signatura Sanctissimi per Georgium, vt in hac causa procederetur seruatis fructibus, & expensis in fine litis arbitrio Rotæ, dubium proposui, vtrum intret arbitrium, & DD. negatiuè responde-
1 runt, quia arbitrium regulatur à iure, & de iure ad effectum retardandi solutionem fructuū, & expensarum non sufficit probatio paupertatis in genere, sed requiritur probatio paupertatis
2 tis in specie, ità scilicet, vt constet, quod bona possessa per eum, qui se prætendit pauperē, non sufficiant ad soluendam quātitatem fructuum, & expensarum, de qua agitur, *Bald. in auth. præterea num. 4. C. vnde vir, & vxor, Costa de remedijs subsid. remed. 29. num. 2. Rot. dec. 48. num. 2. & seqq. par. 2. diu. & decis. 532. num. 2. parte 2. in recentior.*

In casu autem isto non probatur talis paupertas, quia agitur de summa scutorum 250. tantum, ex qua etiam deducenda est congrua
3 dicto Geogio debita pro actuali seruitio per eum Ecclesiæ præstito, & tantum abest, quod probetur, dictum Georgium non possidere bona, quæ sufficiant ad effectum soluendi dictam summam, vt imo constet de contrario, ex quo testes deponunt, quod possidet domū, quam vnus ex dictis testibus dicit, esse valoris scutorum 200. alter scutorum 300. atque vlterius etiam probatur, quod habet mobilia, & Canonicatum in Ecclesia Sancti Blasij, necnō & census scutorum 400. aureorum in sorte principali.

Nec propterea etiam obstat, quatenus dicatur, quod stante clausula, *arbitrio Rotæ*, non est necessē probare, quod sit impossibilis Georgio dictorum fructuum, & expensarum solutio, quia ex supra deductis apparet, non modo non esse impossibilem dicto Georgio summæ tam exiguæ solutionem, sed nec adeò difficilē,
4 ac propterea licèt dicta clausula, *arbitrio Rotæ*, relaxet aliquantum iuris rigorem, & facultatem tribuat Iudici amplectendi æquitatem, tamen in casu isto cessat huiusmodi æquitas, & per consequens nec dicto arbitrio locus esse potest, cùm illud solum interponatur ad effe-
5 ctum, ne quis impediatur propter paupertatē ius suum prosequi in petitorio, iuxtà notata in c. olim il secondo, & ibi gloss. & Abb. in princ. Io. Andr. in fin. de restit. spoliat.

PERVSINA PECVNIARIA.

Luna 23. Maij 1622.

DECISIO CCCXCVII.

Impressa apud Spadam post Concil. 311. lib. 2.

IVVE-

IVVENACEN. IVRISPATRONATVS.

Veneris 1. Iunij 1622.

ARGVMENTVM.

Possessio capta intra tempus ad appellandum quando sit attentata; Attentata quando sint excusanda per consuetudinem; Consuetudo quomodo sit probanda ad hunc effectum; Quomodo possit quis præsentare seipsum.

SVMMARIVM.

1 *Possessio capta intra tempus ad appellandum est attentata, & venit reuocanda, num. 2.*

3 *Recursus ad Sedem Apostolicam non potest impediri nec per consuetudinem, nec per iuramentum.*

4 *Ad effectum excusandi attentata, magnus fumus requiritur.*

5 *Quando potest fieri probatio per scripturas, non debet fieri per testes.*

6 *Remissoria petita ab attentante non est concedenda, nisi cum appositione sequestri.*

7 *Quis non potest præsentare seipsum.* declara *num. 8. & 9.*

9 *Si non procedatur ad electionem per viam secretam potest quis accedere alijs, qui ipsum præsentarunt.*

10 *Constito de aliquo iure potest dare de attentatis.*

DECISIO CCCXCVIII.

DOMINI dixerunt, constare de attentatis, & nõ esse dandam remissoriam. Attentata enim ex parte Octauij sunt clara, quia ipse fuit institutus præuiis edictis, & via iudiciali per sententiam diffinitiuam Ordinarij latam 12. Iulij 1621. & eadem die immissus in
1 possessionem, & sic intra tempus ad appellandum, *cap. non solum de appell. in 6. Rot. dec. 6. num. 1. & 2. par. 2. diuers. Lancellott. de attent. par. 2. cap. 11. num. 14. & 16. in fin.* Ità quod cùm fuerit statim secuta appellatio, meritò veniat dicta possessio
2 per viam attentatorum reuocanda, & iuxtà notorium stylum huius Sacri Tribunalis sequestranda, *Rot. dec. 593. num. 3. par. 1. in recent.* & aliàs sæpissimè.

Nec visum fuit, dandam esse remissoriam ad probandam prætensam consuetudinẽ, quod in illis partibus in causis beneficialibus in ipso actu sententiæ, vel paulò post immittitur institutus in possessionem, non obstante appellatione, tum quia articulatur consuetudo immittendi in possessionem per modum prouisionis, & præsertim in actu visitationis; & tamen in casu isto Octauius non fuit immissus per modum prouisionis, sed simplicitèr, & nõ apparet, quod ipsius prouisio, & immissio fuerit facta in actu visitationis; tum etiam, quia dicta prætensa consuetudo non attenderetur etiam quod esset probata, quia non potest nec per iuramentum, nec per quamcumque con-
3 suetudinem impediri recursus ad Sedem Apostolicam *c. venientes de iure iur.* & in puncto tenuit *Rota coram bo. me. Card. Seraph. decis. inter impress. 615. num. 7. & in Mutinen. Iur. patronatus 27 Nouembris 1619. coram me, & in Toletana decimarum desolana 2. Decembris 1620. coram R. P. D. meo Vbaldo.*

His accedit, quod non datur sufficiens fu-
4 mus dictæ consuetudinis, & qualis ad effectum excusandi attentata requiritur, *Put. dec. 219. n. 1.* cum aliis adductis *in causa Bononien. de Pepulis 9. Martij 1609. coram bo. me. Penia*, præsertim cum dicta consuetudo sit contra ius, *Cas. de Graff. decis. 1. num. 1. & 2. de dilat.* quodque consuetudo exequendi primam sententiam, non obstante appellatione potest probari per actus iudiciales, de quibus conficiuntur scripturæ, quo ca-
5 su non admittitur probatio per testes, vt pro denegatione remissoriæ ad probãdam similem consuetudinem ponderauit *Rota in dicta Mutinen. iu. patronat. coram me*, in qua etiam fuit dictũ, quod probandum esset, quod vigore talis consuetudinis fuerit obtenta executio primæ sententiæ in iudicio contradictorio, & succumbente eo, qui prætendebat, appellationem esse admittendam; quod tamen in casu, de quo agitur, non fuit articulatum.

Et quia petiiur remissoria ab eo, qui attentauit ad effectum se confouendi in possessione attentata, non posset in omnem euentum con-
6 cedi huiusmodi remissoria, nisi apposito sequestro, vt in *Bononien. spolij 2. Aprilis 1621. coram bo. me. Card. Pamphilio, & in Bononien. Prioratus 17. Aprilis 1616. coram bo. me. Litta.*

Non obstat, quod constat apertè de non iure Nicolai, ex quo præsentauit seipsum contra
7 dispositionem *cap. per nostras de iurepatr. cum alleg.* quia vltra quod non simpliciter præsentauit seipsum, sed tamquam præsentatus ab alijs patronis supplicauit Ordinario pro institutione, attenta paupertate sua, & quod erat
8 grauatus sororibus, quod non est prohibitum, iuxtà not. per *Lambertin. de iurepatr. l. 2. par. 1. ar. 3. 8. quæst. principalis.*

Non est etiam indistinctè verum, quod quis non possit præsentare seipsum, quia potest accedere alijs, qui ipsum præsentarunt, præser-
9 tim si non proceditur ad electionem per viam secretam, *Rot. dec. 185. sub num. 4. in fin. par. 2. diu.* & fuit dictum in *Bergomen. Beneficij 26. Iun. 1615 coram R. P. D. meo Vbaldo.* Ideòque meritò dici non potest ità clarè constare de non iure Nico-
10 lai, vt non possit dare de attentatis ad tradita per *Lancellot. par. 3. cap. 24. quæst. 1. numer. 18. & seqq.*

FIRMANA BENEFICII.

Lunæ 30. Maij 1622.

ARGVMENTVM.

Fructus Beneficij post mortem Beneficiati ad quem pertineant. Constitutio Marchiæ non habet locum in donationibus rerum Ecclesiasticarum; fructus Beneficij dicuntur Ecclesiastici; Cessio quando non dicatur facta de re litigiosa à tertio.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Fr uctus omnes ante compositionem cum Camera spectant ad successorem vigore cessionis.*
2 *Pater succedit filio.*
3 *Cessio bonorum defuncti citra nomen hæredis fieri non potest.*
4 *Cessio sine causa facta, cum sit mera donatio, requirit solemnitates Marchiæ.*
5 *C onstitutio Marchiæ non comprahendit res ecclesiasticas.*
6 *Fructus debiti ratione beneficij dicuntur ecclesiastici.*
7 *In actione personali non cadit vitium litigiosi.*
8 *Tertius potest facere cessionem rei inter alios duos litigata.*

DECISIO CCCXCIX.

DOMINI steterunt in decisis, quod siue agatur de fructibus non separatis à solo, seu separatis, non tamen recollectis, & in horreum reconditis, vel etiam reconditis spectent stante compositione Cleri Firmani cum Reuerenda Camera Apostolica ad Decium.

Nam cum hac compositione stante nō agatur de interesse dictæ Reuerendę Camerę, ideoque dicti fructus pertinebant vel ad successorem, vel ad hæredes Beneficiati tempore, quo
fuerunt separati à solo, & recollecti, spectant
3 dicti fructus ad dictum Decium, quia ipse est
successor in Beneficio, eique fuerunt omnia
plura, quæ habebant hæredes Beneficiati ante-
1 cessoris in dictis fructibus amplissimè cessa, vt
patet ex instrumento, quod datur.

Nec obstat, quod non constat, quod Theophilus, qui fecit dictam cessionem esset hæres
Theodori, ad quem pertinebant dicti fructus,
2 quia cum Theophilus sit Theodori pater, successio spectabat ad ipsum, *§. intestatorum instit. de legit. agnat. success auth defuncto, C. ad Tertull.* & aditio probatur ex ipsamet cessione, cum illa
3 citra ius, & nomen hæredis fieri non potuerit,
l. pro hærede, §. Papinianus, ff. de acquir. hæred. Bart. in l. gerit num. 21. vers. si verò eod. tit. Surd. cons. 523. num. 7. in fin. & seq. Card. Seraph. dec. 856. numer. 9. cum alijs per Menoch. de præsumpt. præsumpt. 101. numer. 12. & seqq. l. 4. cessatque difficultas eo quod nullus alius concurrit cum dicto Patre *Simon de Pretis de interpræt. vlt. volunt. interpræt. 1. dubii. 3. num. 68.* & dictus Theophilus non negat se hæredem.

Non obstat, quod cum dicta cessio, fuerit
4 facta sine causa, ideóque sit mera donatio substineri non potest eo, quod facta fuit non adhibitis solemnitatibus requisitis à Constitutione
Marchiæ, *l. 5. cap. 25.* quia dicta Constitutio nō
5 compræhendit res ecclesiasticas, *Honded. cons. 20 num. 8 l. 2. Card. Seraph. dec. 424.* & fuit dictum *in Causa Romana domus ad S. Augustinum 19. Ianuarij 1611. coram Reuerendiss. D. meo Decano*; Fructus
autem, de quibus in dicta cessione, debentur
6 ratione beneficij ecclesiastici, ac propterea habentur pro re ecclesiastica; vt in simili de dominio vtili Ecclesiæ; & etiam quando agitur in possessorio firmauit *Rota in dicta Romana domus ad S. Augustinum*, & in specie de fructibus
debitis ratione beneficii, & nondum effectualiter exactis dixit *coram bo: me: Card. Seraph. decis. 594. num. 20. & in Romana pecuniaria 4. Iuly 1593. coram Card. Blanchetto.*

Non obstat, quod dicta cessio sapit vitium litigiosi, cum fuerit facta de fructibus, qui erāt
in lite, quia vltra quod pro dictis fructibus cō-
7 petebat actio personalis, in qua non cadit vitium litigiosi, *Card. Seraph. dec. 1134. num. 4.* cum
dicta lis esset inter Decium, & Annibalem,
Theophilus, qui fecit cessionem vti tertius
8 potuit illam validè facere, *Lancellott. de attent. lit. pend. limit. 20. num. 5. Rot. dec. 19. de rescript. in nou. Verall. dec. 285. par. 1.*

CALCIATEN. IVRISDICTIONIS.

Luna 6. Iun. 1622.

ARGVMENTVM.

Latissimè agitur, an, & quando solus Episcopus possit cognoscere de raptu commisso à Clerico incipiendo à captura ad explicationem *Cōc. Trid. sess. 25. cap. 6. de reformat.* Suspectus de fuga quis dicatur, & quomodo contra eum procedatur.

SVMMARIVM.

1 *Ex* Concil. Trid. *solus Episcopus potest ad detentionem deuenire in delictis requirentibus depositionem, aut degradationem, & timetur de fuga.*
2 Concil. Trid. sess. 25. cap. 6. de reform. *non habet locum in crimine simplicis incontinentia.*
3 *Pro stupro Clerici deponuntur, sic etiam pro raptu, num. 4.*
5 *In raptu, & violatione virginis habet locum* Cōc. Trid. sess. 25. cap. 6 de reform.
6 *An aliquis sit suspectus de fuga statur Iudicis arbitrio.*
7 *Ex facti serie coguoscitur an quis fuerit suspectus de fuga, & num. 8.*
9 *Iudex ante inclinationem processus potest incipere d earceratione.*
10 *Quando alicui obiicitur crimen est in arbitrio Iudicis adhibere modum custodia circa personam.*
11 *Assertioni Nuncii non statur.*
12 *Ad capturam proceditur contra suspectum de fuga solis præsumptionibus, & coniecturis.*
13 *Ex consuetudine ex sola quarela in crimine stupri potest capi reus.*
14 *Ad capturam non proceditur non præcedentibus indiciis. Fallit in crimine occulto, & contra suspectum de fuga, num. 15.*

DECISIO CCCC.

DOMINI steterunt in decisis 21. *Iunij anni præteriti*: Placuit enim, quod tunc dicebatur, Vicarium potuisse in casu isto procedere sine adiunctis, seù Coniudicibus, eo quod agebatur de crimine requirente depositionem, & timebatur de fuga; ideóque locus erat dispositioni Sacri Concilii Tridentini *sess. 25. cap.*

6. d

6. *de reformat. verf. in criminibus*, qua cauetur,
1 quod in delictis requirentibus depositionem, aut degradationem, & vbi timetur de fuga, solus Episcopus possit ad necessariam detentionem procedere, ne iudicium reddatur elusorium.

Nec visum fuit obstare, quod dicebatur, di-
2 ctam dispositionem Concilii non procedere in delictis simplicibus incontinentiæ absque qualitate concubinatus, vt declarauit Sacra Congregatio Illustrissimorum Interpretum dicti Concilii, quia in casu isto non agitur de crimine simplicis incontinentiæ, sed de raptu, & violatione virginis, & sic de crimine requirente depositionem; nam pro stupro de
3 iure Canonico in foro exteriori Clerici deponuntur iuxtà communem opinionem, de qua inter alios testantur *Menoch. de arbitr. iud. l. 2. centur. 3. cas. 288. num. 8. Clar. in §. stuprum num. 3.* &
4 raptus etiam in Clerico pœna depositionis punitur, *cap. eos qui, & cap. de puellis 36. quæst. 2.* cum aliis adductis per *Farinac. de delict. carn. qu. 145. num. 19. & seq.* Ità quod negari non possit, quin
5 versemur in terminis dicti Concilii disponentis, quod in delictis requirentibus depositionem possit solus Episcopus procedere.

Nec obstat, quod prætenditur non adfuisse timorem fugæ, sicque defecisse alterum saltè requisitum per dictum Concilium. Quia præ-
6 terquam quod, vt in alia decisione dicebatur, in hoc statur Iudicis arbitrio, & præsumitur Iudicem iustè fecisse, *cap. in præsentia de renunc. Alex. in terminis carcerationis causa suspicionis fugæ conf. 240. num. 5. lib. 6.* satis ex ipsa serie facti apparet causa suspicionis fugæ; ex ea namque constat, quod statim atque per Vicarium Calciaten. fuit incohatus processus contra Dida-
7 cum de dicto stupro, & raptu accusatum ex dicto loco Calciaten. discessit, & in Ciuitatem Calaguritanam se contulit, vbi cum à Prouisore fuisset per Nuncium monitus, ne indè discederet, respondit, quod dictus Prouisor non erat ipsius Iudex competens, quodque statim erat ascensurus Equum.

Vnde apparet non solum de causis iustæ suspicionis fugæ, sed etiam de vera, & actuali fu-
8 ga, adeò quod iuremeritò fuerit processum ad dicti Didaci carcerationem, ne iudicium redderetur elusorium.

Nec dicatur, quod antequam relaxaretur mandatum de carcerando dictum Didacum debuisset constare in scriptis de causis dictę suspicionis, tum quia hoc nec per dictum Concilium, nec de iure requiritur, quia Iudex etiã
9 ante inchoatum processum potest incipere à captura personæ, *l. 2. & ibi Bald. C. de his qui latro, vel aliis, Roll. conf. 17. num. 7. lib. 3. Marant. in speculo par. 6. vers. citatio num. 60.* & quando alicui crimen obiicitur, est in arbitrio Iudicis adhi-
10 bere modum custodiæ circa personam, ne processus reddatur inutilis, *l. 1. ff. de custod. reor. Alex. d. conf. 240. num. 4. lib. 6.* cum aliis per *Farinacc. in prax. Criminal. sub tit. de carcer. & carcerat. quæst. 27. nu. 126.* tum etiam quia in omnem euentum satis etiam in scriptis constabat Iudici de causis dictæ suspicionis ex responsione data per Didacum ad dictum monitorium, & ex relatione Nuncii, qui eidem dictum monitorium intimauerat.

Nec obstat, quod non statur assertioni Nun-
11 cij, quia hoc potest procedere ad effectũ condemnandi reum, non autem ad effectum pro-
12 cedendi ad capturam tamquam contra suspectum de fuga; ad hunc enim effectum sufficiunt præsumptiones, & coniecturæ, *Castr. conf. 325. sub num. 1. par. 2.* vbi etiam tradit, quod ex eo solum, quod porrigitur contra aliquem querela, & accusatio criminis, vt in casu isto
13 potest capi reus, quodque ità se habet generalis consuetudo.

Non obstat, quod ad capturam procedi non
14 potest non præcedentibus indicijs, quia obiectum hoc locum non habet, quando agitur de crimine occulto, & contra suspectum de fuga; tunc enim potest capi reus etiam non præcedentibus indiciis, aut informationibus
15 propter periculum in mora, ex cumulat. per *Farinac. dicto tit. de carcer. & carcerat. quæst. 27. numer. 125.* propter suspicionem enim fugæ aliquid permittitur, quod aliàs non permitteretur, *Paul. de Castr. in l. si longius §. si filius fam. numer. 1. ff. de iudic.* vltra quod in casu isto non leue indicium præbuit, quod dictum stuprum fuerit à Didaco commissum ipsius discessus ex dicto loco Calciaten. statim atque fuit inchoatus processus contra eum per Vicarium Calciaten. vt dictum est, ità quod benè videatur substineri posse d. Didaci detentio.

PAMPILONEN. DECIMARVM DE TOLOSA.

Merc. 25. Maij 1622.

ARGVMENTVM.

Ecclesia ex quibus diiudicetur Parochialis ad effectum percipiendi Decimas, & quæ bona dicantur esse intra Parochiam ad hoc, vt ex illis eædem percipi possint.

SVMMARIVM.

1 *Parochialis dicitur Ecclesia, quæ habet Rectorem Fontem Baptismalem, & Populum certis limitibus designatum.*

2 *Decimæ, & Primitiæ spectant ad Parochum intra*

cuius fines bona sunt sita, & num. 59. Ampli**a** num. 5.

3 *Primitia spectant ad eamdem Ecclesiam, ad quam spectant Decima.*

4 *Bona esse intra fines alicuius Parochia, probatur ex Testibus.*

5 Amplia *etiam si Testes deponant bona existere intra fines Territorij alicuius Oppidi non expresso nomine Parochia, si Parochialis est vnica; ex limitibus iurisdictionalibus in dubio infertur ad limites decimatorios, non docto de diuersitate* num. 5.

6 *Parochialem non esse Ecclesiã probatur ex Testibus.*

7 *Baptismalis Fons non probat Parochialitatem, nisi alia copulatiuè concurrant.*

8 *Decimarum perceptio non probatur ex Testibus de auditu.*

9 *Immemorabilis, vel quadragenaria requiritur ad effectum praescribendi Decimas contra Ecclesiam Parochialem.*

DECISIO CCCCI.

DOMINI responderunt pro informante; scilicet integras decimas, & primitias Territorij Turramundi, & aliorum, de quibus agitur, deberi Rectori Ecclesiæ Parochialis de Tolosa, quia ex Testibus, qui dantur *sum. nu.* 8. probatur, quod in Oppido de Tolosa adest vna Ecclesia tantum, quæ habet Rectorẽ, qui proprio nomine administrat Sacramẽta, & habet Fontem Baptismalem, & populum certis
1 limitibus designatum, vndè dubitari non potest, quin ista Ecclesia sit Parochialis *iux. not. per DD. in cap. 2. de Capell. Monach. Staphil. in tit. de stat. & qualit. benef. num. 20. & seq. Sarnen. in reg. de idiom. quest. 11. Rot. decis. 52. num. 14. par. 2. diu. & decis. 272. num. 2. par. 1. in recentior & fuit d. in vna Salernit. Parochor. 6. Iunij 1616. coram me.*

Et cum præter dictam Ecclesiam nulla alia Parochialis in dicto oppido, vt dicti testes deponunt, existat, meritò spectant ad dictum Rectorem omnes Decimæ dicti Territorij Tur
2 ramundi, & aliorum intra fines dictæ Parochiæ existentiũ *c. cum contingat & cum in tua c. dudum de Decimis Rebuff. eod. tit. num. 4. & 7. Menoch. conf. 16. num. 20 & 1. cum alijs adduc. in Mediolanen. Decimarum S. Iuliani 13. Ian. 1612. coram R. P. D. meo Pamphilio*, & etiam primitiæ, cum illæ per
3 tineant ad eandem Ecclesiam, ad quam spectãt Decimæ *Put. dec. 169. num. 2. l. 3. in nou. Acchill. dec. 1. & 2. de Decimis.* Quod autem Territorium Turramundi, aliaque, de quibus agitur intra
4 fines Parochiæ existant, probatur ex Testibus *d. sum. num. 2.*

Nec obstat, quod dicti testes non deponunt quod dictum Territorium, seu Terræ Eremitorij S. Michaelis existant intra fines Ecclesiæ Parochialis de Tolosa, quia prẹter quam quod aliqui ex illis expressè deponunt, quod existũt intra fines dictæ Parochiæ, sufficit etiam, quod
5 dicant, dictas terras existere intra fines Territorij dicti Oppidi de Tolosa, quia ex limitibus iurisdictionalibus Territorij in dubio infertur ad limites decimatorios, vbi non datur nota diuersitatis *Butr. in cap. 1. ad fin. de relig. domib. Fel. in c. quia indicante num. 6. vers cum istis concordat de praescript. & fuit dictum in Reatina Decimarum 3. Decembris 1616. coram R. P. D. meo Vbaldo*, vbi plures aliæ decisiones referuntur ità, quod cum in Territorio Oppidi de Tolosa nõ existat, nisi vna Ecclesia Parochialis, & dictæ terræ sitæ sint in dicto Territorio Oppidi de Tolosa; meritò censeantur sitæ dictæ terræ intra fines dictæ Parochiæ ad effectum, vt Decimæ dictarum terrarum pertineant ad dictam Ecclesiam Parochialem ex suprà allegatis.

Nec obstat, quod in eodem Territorio dicti Oppidi existit alia Ecclesia Sancti Michaelis, quia non probatur, quod dicta Ecclesia
6 Sancti Michaelis sit Parochalis, quin imò constat, eam non esse Parochialem ex testibus, qui dantur *d. sum. num. 12.*

Et in specie, quod terræ adiacentes dictæ Ecclesiæ Sancti Michaelis soluant integras Decimas, & primitias Ecclesiæ Parochialis B. Mariæ deponunt testes *d. sum. num. 11.*

Nec obstant testes, qui conantur deponere, quod dicta Ecclesia S. Michaelis habet insignia parochialia, & percipit medietatem Decimarum, quia quo ad insignia non deponunt,
7 nisi de pila Baptismali, quod non sufficit, cum alia etiam signa copulatiuè requiratur ad effectum, vt Ecclesia censeatur Parochialis *Rot. d. decis. 52. p. 2. diu. & d. decis. 272. num. 2. par. 1. in recentior.*

Quo verò ad perceptionem Decimarũ nõ depo
8 nũt, nisi de auditu, & de auditu auditus, quod minus sufficit, præsertim cum agatur contra Ecclesiam Parochialem habentem intentionẽ fundatam ex suprà adductis: quo casu requi
9 ritur vel immemorabilis, vel præscriptio quadragenaria cum titulo *c. de quarta c. ad aures, & c. illud cum ibi not. de praescription. Balb. de praescript. 1. part. 5. partis in princ. num. 2. Put. decis. 252. num. 3. l. 3. & fuit dictum in Sabinen. Decimarum 3. Iunij 1602. coram bo: me: Card. Pamphilio in Comen. Decimarum 28. Iunij 1602. coram Illustriss. Card. Sacrato, & in Conchen. Decimarum de Belmonte 20. Iunij 1616. coram R. P. D. meo Verospio*, & alias sæpissimè &c.



ROMANA LEGATI,

Vener. 3. Iunij 1622.

ARGVMENTVM.

In legatis vtrum numeratio specierum, vel etiā loci adiectio post expressionem generis censeatur, facta maioris declarationis gratia, seu potius ad effectum limitandi genus, & an in materia sit recurrendum ad coniecturas.

SVMMARIVM.

1 *Regula certa vbi firmari non potest, est recurrendum ad coniecturas, & ex varietate coniecturarum variè potest responderi, vt num. 2.*

3 *Legatum conceptum bis verbis.* Item lascio la metà de tutti li miei beni suppellettili di casa, e semouenti di lino, e di lana, *non comprahendit bona stabilia.*

4 *Obligatio omnium bonorum mobilium, & immobiliū non extenditur ad iura, & actiones.*

5 *In dubio est sumenda interpretatio, vt hæres minus grauetur.*

6 *Testator exactè distinguendo, quanam bona voluerit legare, hinc potissima resultat cōiectura illius enixa voluntatis.*

7 *Legatum quando remaneret frustraneum, tunc ad illius exclusionem est sumenda interpretatio.*

8 *Testatoris verba incidenter prolata non sunt attendenda.*

DECISIO CCCCII.

FVIT dictum, standum esse in decisis *die 4. Martij* 1619. nam cum certa regula statui non possit, vtrum enumeratio specierum, vel etiam loci adiectio post expressionem generis censeatur facta maioris declarationis gratia, seu potius ad effectum genus limitandi, ac
1 propterea sit recurrendum ad coniecturas, vt post alios aduertit *Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 9. tit. 3. num.* 19. vbi in specie tradit, posse ex varijs coniecturis variè responderi, &
2 quod à consilio Decij recessit per coniecturas *Soccin. iun. cons. 98. num. 44. l. 1.* Domini censuerunt in hac facti specie sub legato ità concepto *Item lascio à Elisabetta la metà di tutti li miei beni*
3 *suppellettili di casa, & semouenti di lino, & di lana,* non comprehendi bona stabilia Testatoris; tum quia videbatur, dicta Verba *tutti li miei beni* esse coniungenda cum verbo *suppellettili,* ità quod censeantur legata bona suppellectilia cum satis non liqueat, vtrum in originali fuerit de voluntate Testatoris inter ea apposita coma, vt prætenditur.

Tum etiam quia in omnem euentum, quod adesset dicta coma, nihilominus verba *suppellettili di casa,* & quæ sequuntur, censerentur apposita ad declarandum, quæ bona voluerit Testator sub dicto legato compræhendi, vt in
4 simili de obligatione omnium bonorum mobilium, & immobilium, quod scilicet sub ea non veniant iura, & actiones tradit *Neguf. de pignor. 2. memb. secundæ partis principalis num. 9. Bertazzol. de claus. instrum. claus. 12. glos. 2. num. 3. vers. in dicta.*

Quod in casu isto eò magis suadetur, quia non solum nulla adesset verisimilitudo, quod Testator voluerit legare Elisabethæ medietatem etiam bonorum stabilium, & in dubio
5 potius facienda est interpretatio, per quam hæres minus grauatur *l. idem Iulianus §. scio ff. de leg. 1. l. vnum ex familia §. si rem & l. sempronius ff. de leg. 2.*

Sed etiam, quia imo plures coniecturæ concurrunt, ex quibus apparet, Testatorem non voluisse sub dicto legato bona stabilia compræhendi, & potissima illa videtur, quod cum testator in dicto legato adeò exactè distinxerit mobilia bona à semouētibus, & in specie mentionem fecerit mobilium de lino, & de lana, eodem procul dubio modo expressisset bona
6 stabilia, si ea voluisset sub dicto legato compræhendi *ad tex. in l. vltima §. cum dulcia ff. de tritic. vin. & oleo leg. l. vnica §. sin autem ad deficientis C. de caduc. toll.* cum alijs latè congestis per *Surd. cons. 466. num. 7. l. 4. & dec. 8. num. 4.*

Cui coniecturæ accedunt aliæ in alia decisione ponderatæ, & præsertim, quia Testator dictam Elisabetham cohæredem scripsisset, si voluisset ad eam peruenire medietatem omniū suorum bonorum etiam stabilium, quodque d. Elisabethæ non legasset vltra d. medietatem habitationem etiam per sex menses in domo Testatoris, prout fecit, cum tale legatum
7 fuisset hoc casu penitus frustratorium, & quod denique plus percepisset Elisabetha ex dicta hæreditate, quam perciperet hęres institutus, si ad eum medietas omnium bonorum Testatoris peruenire deberet.

Nec obstant testes nuper pro Elisabetha examinati, quia solum deponunt de affectione, quam Testator vir ipsius erga eam gerebat, & de Verbis à dicto Testatore prolatis, quod in animo habebat relinquere ipsam hæredem, quodque d. Elisabethæ petenti à dicto eius viro, vt relinqueret habitationem in domo; Vir respondit iam prouidisse in testamento, quæ nihil faciunt ad effectum, vt possit concludi, quod sub dicto legato censeri debeat compræhensa bona stabilia; cum præsertim de verbis, quod volebat etiam relinquere
8 hæredem incidenter prolatis, non videatur habenda ratio, & dictus Testator satis clara signa dederit affectionis, quam gerebat erga vxorem legando ei vltra lucrum dotale scuta 500. habitationem in domo per sex menses, & medietatem omnium bonorum mobilium cum æquis, & Rheda, ità, quod propterea

pterea legatum, de quo agitur, minimè sit ampliandum ad bona stabilia &c.

CIVITATIS CASTELLANÆ FIDEICOMMISSI.

Vener. 3. Iunij 1622.

ARGVMENTVM.

Filij in conditione positi ex dispositione Statutorum Vrbis vocati, an censeantur vocati ad portionem Patris tantum, vel etiam ad portionem Patrui.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum expirat per obitum heredis grauati cum filijs, quando Testator vlterius non processit.*

2 *Filij in conditione positi censentur vigore Statuti Vrbis vocati.*

3 *Filij in conditione positi vbicumque censentur vocati ex coniecturis; eorum vocatio restringitur ad portionem Patris, cuius respectu sunt inconditione positi.*

4 *Filij in conditione positi ex coniecturis censentur etiã vocati ad portionem Patrui, sed coniecturæ debent esse vrgentes de quibus n. 5.*

6 *Coniectura desumpta ex quo filij sunt positi incommune, non sufficit ad inducendam transmissionem, etiam si versemur in descendentibus.*

7 *Fideicommissum non extenditur vltra personas nominatas.*

8 *Filius in conditione positus succedit ad portionem, ad quam erat vocatus Pater iure proprio, si Pater ante conditionẽ fideicommissi decedat ex Scutentia* Gabriel conf. 115.

9 *Filius in conditione positus non censetur vocatus ad portionem Patrui.*

10 *Filius in conditione positus succedit etiam ad portionem Patrui, quando illius portio fuit incorporata in bonis Patris.*

DECISIO CCCCIII.

MARIANVS instituit in quodam suo testamento heredes vniuersales pro æquali portione Antonium eius filium, & Franciscum, ac Petrum Paulum eius ex filijs præmortuis nepotes, eosque inter se ad inuicem substituit, si cui eorum sine filijs legitimis, & naturalibus mori contigerit quandocumque; adita hæreditate à dictis institutis obijt Antonius, & successiuè Franciscus, relictis Mariano Iuniore, & Iulio eius filijs, & postremo decessit Petrus Paulus absque filijs: vnde dicti Marianus iunior, & Iulius prætendere cæperunt, ipsos esse vocatos per dictam dispositionem Mariani Senioris ad portionẽ dicti Petri Pauli. verum proposito per me dubio, Domini contrariam sententiam amplexi sunt, atque ità sententiam contra eosdem iam prius in partibus latam confirmandam censuerunt. Nam ex supradicta dispositione Testatoris apparet, quod in ea fuerunt quidem ad inuicem substituti Franciscus, & Petrus Paulus, quatenus sine filijs decederent, sed quo ad filios Francisci nulla legitur expressa vocatio; quinimò cum Franciscus, vt dictum est, obierit cum
1 filijs, fideicommissum expirauit, quia Testator vlterius non processit, vt satis ex lectura eius testamenti apparet.

Nec obstat, quod filij Francisci, vtpote ità
2 dictus Marianus Iunior, & Iulius fuerunt positi in conditione; ideòque censentur vigore Statuti Vrbis vocati. Quia hoc procedit, quoad portionem Francisci eorum Patris tantum, non verò etiam quoad portionem Petri Pauli eorum Patrui; nam vbicumque filij in conditione positi censentur vocati ex coniecturis, semper censentur vocati ad portionem Patris, cuius respectu positi sunt in conditione, non
3 autem ad portionem Patruorum *iux. tex. in l. heredes mei §. cum ità ff. ad Trebell. Ruin. conf. 179. num. 1. l. 2. & conf. 141. sub num. 13. post med. l. 3. Aym. conf. 306. sub num. 1. Gabr. conf. 2. num. 6. & 13. l. 2. Peregr. de fideicom, art. 28. num. 19.* vbi quod de hoc non est dubitandum, & in terminis Statuti Vrbis *Card. Seraph. dec. 1479. num. 1. Rot. dec. 100. n. 3. p. 1. in recent.*

Non obstat, quod concurrentibus coniectu-
4 ris à dicta regula receditur, adeò quod tunc filij censeantur vocati ad portionem quoque Patrui, quia coniecturæ debent esse ad hunc effectum vrgentes, quod non esset in casu isto nam vt dictũ est, Testator instituit nominatim Antonium Franciscum, & Petrum Paulum, eosque absque mentione masculinitatis ad inuicem substituit, nec vlterius progressus fuit, aut vllam aliam dispositionem fecit, ex qua colligi posset, quod rationem habuerit conseruandæ agnationis; sicque apparet, decisiones
5 *in causa Romana de quinq; coram Sanctiss. D.N. & Romana fideicomissi 9. Iunij 1617. coram Illustriss. Card. Sacrato*, cum alijs prodicto Mariano, & Iulio allegatis huic casui non applicari, quia in illis concurrebant plures, & vrgentissimæ coniecturæ, vt ex earum lectura apparet, quæ in casu illo penitus deficiunt.

Nec propterea etiam obstant, quæ de transmissione dicuntur, quia non adsunt sufficientes coniecturæ ad illam inducendam. Nam coniectura ex eo desumpta, quod filij heredum
6 institutorum fuerunt positi in conditione, non sufficit; etiam quod versemur in descendentibus *Peregr. de fideic, art. 31. sub num. 6. Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 10. num. 1. Rota d. dec. 100. num. 9. p. 1. in recent.* & in puncto fuit firmatum *coram bon. mem. Card. Seraph. decis. 1014. num. 3. & dicta decis. 1479. num. 5. & seqq.* & aliæ coniecturę ex dispositione colligi non possunt; quinimò eo ipso quod Testator instituit hære-
7 redes nomine proprio, cessat transmissio, nec fidei-

fideicōmissum extenditur vltra personas nominatas *Soccin.iun.consf.14.num.8. lib.4.Ceph.consf.472.sub num.103. & seqq. Card.Seraph.dec.1479. num. 9.*

Minus subsistit, quatenus prætendatur dictū Marianum, & Iulium filios Francisci potuisse
8 succedere Petro Paulo iure proprio ex *Gabr. consf.115. l. 1. quia Gabr. in dicto consf.* conatur defendere; quod filius in conditione positus, atque ità Patri substitutus succedit in portione ad quam erat vocatus Pater iure proprio, si Pater ante conditionem fideicommissi decedat; quod non est præsentis indaginis, quia non agitur de successione filij in conditione positi
9 in portione Patris, sed de successione ipsius in portione Patrui, in quo casu idemmet *Gabr.d. consf.115. num.9.* tenet, filium in conditione positum non censeri vocatum, prout & eandem sententiam latè tuetur in *d.consf.2.& consf.93.l.2*, in quibus respondet ad omnia, quæ in contrarium adduci possunt, & loquitur in proprijs terminis casus, de quo agitur.

Nec denique faciunt alia à scribentibus pro dictis Mariano, & Iulio adducta; quia procedunt post successionem Patris in portione Patrui, quando scilicet portio Patrui est in por-
10 tione Patris incorporata, tunc enim succedit filius in conditione positus etiam in portione Patrui, non tanquā in bonis Paternis, vt optimè declarat *Rota in d. Romana Fideicommissi de Marganis 9. Iunij 1619. coram Illustrissimo Card. Sacrato.*

LAMACEN. BENEFICII.

Luna 6. Iunij 1622.

ARGVMENTVM

Arbitrium, an, & quo casu sit impartiendum ad effectum reijciendi nullitatem stante commissione *arbitrio Rotæ.*

SVMMARIVM.

1 *Clausula* arbitrio Rotæ *relaxat aliquantum iuris rigorem, & tribuit facultatem Iudici amplectendi æquitatem.*
2 *Nullitas quando est clara, et iam detecta non intrat arbitrium ad effectum illam sanandi.*
3 *Arbitrium debet denegari, quando confirmaret possessionem nullam, & attentatam.*
4 *Possessio capta pendente lite super beneficio, remanet nulla.*
5 *Sententia suffragatur tantum illi, ad cuius fauorem emanauit.*
6 *Possessio est capienda ab illo, ad cuius fauorem fuit pronunciatum.*
7 *Forma præscripta in Breui venit ad vnguem seruanda.*
8 *Possessio capta non expeditis litteris est nulla, & infecta.*

DECISIO CCCCIV.

POST resolutionem in hac causa factam, quod possessio Cardosij erat nulla, & attentata, ideoque sequestranda; Cardosius adiuit Signaturam, atque ab ea obtinuit mihi rescribi in hæc verba *vel si magis placet committatur eidem, qui reiecta arbitrio Rotæ nullitate prædicta procedat in causa, prout iuris fuerit.*

Vndè dubitaui, an intret arbitrium ad effectum reijciendi dictam nullitatem, & Domini censuerunt, non intrare, quia licet clausula *arbitrio Rotæ* relaxet aliquantum iuris rigo-
1 rem, facultatemque Iudici tribuat amplectendi æquitatem, vt fuit sæpius dictum, in casu tamen isto nulla subest æquitas reijciendi dictam nullitatem, non solum quia dicta nullitas est clara, & iam detecta, quo casu non so-
2 lent Domini interponere arbitrium ad effectū illam sanandi, vt fuit dictum *in Parmen. Status coram Sanctissimo D.N. tunc Rotæ Auditore*, quæ est decisio 235. *par.1. in recentior. & Calagurit. quatuor quartarum 12. Iunij 1615. coram R. P.D. meo Caualerio*, & alias sæpissimè: verum etiā quia
3 per dictum arbitrium confirmaretur possessio nulla, & attentata, vt dictum est, in præiudicium alterius partis, quod certè esset ab omni æquitate alienum.

Nec obstant, quæ fusè deducuntur ad ostendendum, quod vel non ad sit adeò turbida, vt merito intrare possit dictum arbitrium; quicquid quid dicatur, nullitas est patens, estque mixta cum attentatis, quia possessio legitur in instrumento, quod datur, capta nomine dicti Cardosij, quod tamen fieri non potuit pen-
4 dente lite super beneficio, de quo agitur, vt fuit in alia decisione firmatum.

Nec obstat, quod fuit capta vigore sententiæ A. C. latæ super executione Breuis de capienda possessione nomine Cameræ, quia dicta sententia emanauit ad fauorem Commissarij
5 Cameræ, ideòque non potuit suffragari Cardosio ad effectum capiendi possessionem nomine proprio.

Nec obstat, quod emanauit ad commodum Cardosij, quodque in ea habuit nudū nomen dictus Commissarius, quia nihilominus pos-
6 sessio erat capienda ab ipsomet Commissario, vel procuratore substituto ab eo, & posteà per dictum Commissarium cedenda Cardosio vt per *Salust. in prax. l. 3. cap.6. num.10. & seqq.* vbi quod possessio aliter capta est nulla.

Eo magis quod in dicto Breui fuit præscripta certa forma, quod Commissarius Cameræ con- signet

signet possessionem Cardosio, postquam ipse
litteras Apostolicas præsentauerit; nã hoc stãte
non solum non potuit Cardosius vigore dicti
Breuis capere dictam possessionem nomine
proprio, sed imo nec Commissarius Cameræ
7 potuisset dictam possessionem eidem cedere,
nisi seruata dicta forma *c. cum dilecta de rescript.*
c. cum de non Sacerdotali de præbend. in 6. Alex. cons.
137. n. 15. lib. 2. Ceph. cons. 219. n. 4. Caputaq. dec. 143.
n. 5. l. 3. & sic postquam Cardosius ei præsentas-
set litteras Apostolicas, & præsertim quia d.
Cardosio obstabat etiam constitutio Iulij III. in
qua adest decretum irritans, & clausula sublata
adeò, quod possessio non expeditis litteris ca-
8 pta fuisset nulla, & infecta itaut nec potuisset
allegari, nec aliquod in ea fundamentum fieri
Ruin. cons. 76. n. 9. ad med. l. 5. Put. dec. 50. l. 1. & dec.
377. l. 3. Verall. dec. 134. n. 4. p. 3.

Nec obstat, quatenus prætendatur, quod tẽpore, quo fuit capta possessio per Cardosium essent expeditæ litteræ; quia hoc non probatur ex data in dd. litteris apposita, nam si ea esset attendenda, appareret, dictas litteras fuisse expeditas longè ante expeditionem Breuis, quod non potest subsistere, cũ dd. breuia concedantur, donec expediantur litteræ, non autem post expeditionem litterarum &c.

CALCIATEN. IVRISDICTIONIS,

Lunæ 6. Iunij 1622.

ARGVMENTVM.

In Crimine requirente depositionem, aut degradationem, & vbi timetur de fuga, solus Episcopus, seu Vicarius potest ad necessariam detentionem procedere; ne iudicium reddatur Elusorium.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius potest procedere sine adiunctis, seu Coniudicibus in crimine requirente depositionem, & vbi timetur de fuga.*

2 *Episcopus solus potest procedere ad necessariam detentionem in crimine requirente depositionem, aut degradationem.*

3 *Dispositio* Sac. Concil. Trid. sess. 25. capit. 6, *non procedit in delicto simplicis incontinentiæ absq; qualitate concubinatus.*

4 *Clerici de iure Canonico pro stupri delicto deponuntur in foro exteriori.*

5 *Raptus in Clerico pœna depositionis punitur.*

6 *Fugæ timorem ad fuisse statur Iudicis arbitrio.*

7 *Causa iusta Carcerationis est vera, & actualis fuga.*

8 *Iudex ante inchoatum processum potest incipere à captura.*

9 *Iudicis in arbitrio residet adhibere modum custodiæ circa personam, ne iudicium reddatur elusorium.*

10 *Præsumptiones, & Coniecturæ sufficiunt ad capturam contra suspectum de fuga, secus ad condemnationẽ.*

11 *Querela, & accusatio sufficiunt pro validitate capturæ de generali consuetudine.*

12 *Crimen quando est occultum tunc potest procedi ad capturam etiam non præcedentibus indicijs, maximè quando reus est suspectus de fuga.*

13 *Fugæ suspicio aliquid permittit, quod alias non permitteretur.*

DECISIO CCCCV.

DOmini steterunt in decisis 22. *Iunij anni præteriti*, placuit enim, quod tunc dice-
batur, Vicarium potuisse in casu isto procedere
1 sine adiunctis, seu coniudicibus eo, quod age-
batur de crimine requirente depositionem, &
timebatur de fuga; ideòque locus erat disposi-
tioni *Sacri Concilij Tridentini sess. 25. capit. 6. de*
reform. vers. in criminibus, qua cauetur, quod in
delictis requirentibus depositionem, aut degra-
dationẽ, & vbi timetur de fuga, solus Episcopus
2 possit ad necessariam detentionem procedere,
ne iudicium reddatur elusorium.
Nec visum fuit obstare, quod dicebatur, di-
ctam dispositionem Concilij non procedere in
3 delictis simplicis incontinentiæ absque quali-
tate concubinatus, vt declarauit Sacra Congre-
gatio Illustrissimorum Interpretum d. Con-
cilij; quia in casu isto non agitur de crimine
simplicis incontinentiæ, sed de raptu, & Vio-
lentia Virginis, & sic de crimine requirente de-
positionem; nam pro stupro de iure canonico
4 in foro exteriori clerici deponuntur iuxtà cõ-
munem opinionem, de qua inter alias testatur
Menoch. de arbitr. iud. l. 2. centur. §. cas. 288. nu. 8.
Clar. in §. stuprum num. 3. & raptus etiam in Cle-
5 rico pœna depositionis punitur *c. eos qui & c.*
de puellis 36. q. 2. cũ alijs adductis per *Farinac. de*
delict. Carn. q. 145. n. 19. & seq. ità quod negari nõ
possit, quin versemur in terminis dicti Conci-
lij disponentis, quod in delictis requirentibus
depositionẽ, possit solus Episcopus procedere.
Nec obstat, quod prætenditur non ad fuisse
timorem fugæ, sicque defuisse alterum saltem
requisitum per dictum Concilium; quia præ-
terquam quod vt in alia decisione dicebatur,
in hoc statur Iudicis arbitrio, & præsumitur Iu-
dicem iustè fecisse *c. in præsentia de renunciat. Alex.*
in terminis carcerationis causa suspicionis fu-
gæ *cons. 250. num. 5. l. 6.* satis etiam ex ipsa serie
facti apparent causæ suspicionis fugæ; ex ea
6 namque constat, quod statim atque per Vica-
rium Calciaten. fuit inchoatus processus contra
Didacum de dicto stupro, & raptu accusatum
ex dicto loco Calciaten. discessit, & in Ciuitatẽ
Calaguritanam se contulit, vbi cum à Prouisore fuisset per Nuncium monitus, ne indè discederet, respondit, quod dictus Prouisor non erat ipsius Iudex competens, quodque statim erat ascensurus equum.

Vnde apparet non solum de causis iustæ suspicionis fugæ, sed etiam de vera, & actuali fu-
7 ga; ad eò quod iure meritò fuerit processum ad
dicti Didaci carcerationem, nè iudicium redderetur clusorium.

Nec dicatur, quod antequā relaxaretur mandatum de carcerando dictum Didacum, debuisset constare in scriptis de causis dictæ suspicionis; tum quia hoc nec per dictum Concilium, nec dè iure requiritur, quia Iudex etiam ante Inchoatum processum potest incipere à captura personæ *lib. 2. &* ibi *Bald. C. de ijs qui latro vel alijs, &c. Roll. cons. 17. num. 7. lib. 1. Marant. in speculo par. 6. vers. citato n. 60.* & quando alicui crimen obijcitur, est in arbitrio Iudicis adhibere mo-
9 dū custodiæ circa personam, ne processus reddatur inutilis *l. pri. ff. de custodia reor. Alex. dict. cons. 240. num. 4. lib. 6.* cum alijs per *Farinacc. in prax. crimin. sub tit. de carcer. & carcerat. q. 27. n. 126.* tum etiam quia in omnem euentum satis etiam in scriptis constabat Iudici de causis dictæ suspicionis ex responsione data per Didacum ad dictum Monitorium, & ex relatione Nuncij, qui eidem dictum Monitorium intimauerat.

Nec obstat, quod non statur assertioni Nuncij; quia hoc potest procedere ad effectum cōdemnandi ad capturam, tamquam suspectum
10 de fuga; ad hunc enim effectum sufficiunt præsumptiones, & coniecturæ *Castr. cons. 328. sub num. 1. par. 1.* vbi etiam tradit, quod ex eo solū quod porrigitur contra aliquem querela, & ac-
11 cusatio criminis, vt in casu isto potest capi Reus, quodque ità se habet generalis consuetudo.

Non obstat, quod ad Capturam procedi nō
12 potest non præcedentibus indicijs, quia obiectum hoc locum non habet, quando agitur de crimine occulto, & contra suspectum de fuga, tunc enim potest capi Reus etiam non præcedentibus indicijs, aut informationibus propter periculum in mora *ex cumul. per Farinacc. dict. tit. de carcer. & carcerat. quæst. 27. nu. 125.* propter suspicionem enim fugę aliquid permittitur, quod
13 alias non permitteretur *Paul. de Castr. in l. si longius §. si Filius familias numer. 3. ff. de indic.* vltra quod in casu isto non leue indicium præbuit, quod dictum stuprum fuerit à Didaco commissum, ipsius discessus à dicto loco Calciaten, vt dictum est, ità quod benè videatur sustineri posse dicti Didaci detentio, &c.

BONONIEN. PECVNIARIA

Veneris 10. Iunij 1622.

ARGVMENTVM.

Solutio non præsumitur, sed plenè, & concludenter est probanda.

SVMMARIVM.

1 *Solutio non præsumitur, sed eam allegantu incumbit onus plenè probandi.*

2 *Vnusquisque præsumitur facere id, quod sibi vtilius est.*

3 *Retentionis pecuniarum præsumptio [illegible] ex coniecturis.*

4 *Depositum actuale probat aliquem habuisse in promptu pecuniam.*

DECISIO CCCCVI.

DOmini recedendo à decisis 10. *Martij anni præteriti* censuerunt, Marcellum teneri deponere, seu soluere libras 4600. Nam quod tunc dicebatur, quod non constat, Marcellum retinuisse penes se dictas libras 4600. ex pensionibus ab eo Marco Antonio debitis, non subsistit, quia eo ipso probatur dicta retentio, quod non constat dictas libras 4600. fuisse à dicto Marcello dicto Marco Antonio solutas; solutio enim non præsumitur *l. quinquaginta ff. de probat. l. pri. vbi Glos. in verbo præstare debet C. eod. tit. Aym. cons. 990. num. 69. Natt. cons. 226. nu. 2. & seqq.* & donec plenè, & concludenter probetur, satis dici potest constare de retentione *ad trad. per Surd. cons. 296. num. 18. vers. & si dicatur.*

Quod, & tanto magis in casu isto procedit, quia Marcelli intererat dictas pecunias penes se retinere ad effectum, vt posset cum illis affrancare bona, & se mediante huiusmodi affrancatione liberare à fideiussione per eū pro dicto Marco Antonio præstita; vnusquisque
2 enim præsumitur facere, quod sibi vtilius est *l. pri. cum seq. ff. de solut.* cum alijs *per Menoch. de præsumpt. 136. num. 16. lib. 3.*

Et quia imò constat, quod dictus Marcellus intimauit Antonio, quod ipse erat paratus dicta bona affrancare, quatenus ipsi haberent in
3 promptu libras 170. quas in venditione dictorum ipsis factas pænes se retinuerant, nam hinc quoque eo magis conualidatur præsumptio dictæ retentionis adeò, quod neque huic præsumptioni repugnent deducta pro Marcello, ad docendum de solutione dictarum librarū 4600. quia etiam quod constet, fuisse ab eo solutas plures pecuniarum summas dicto D. Marco Antonio ad computum dictarum pensionum ei debitarum, non potest tamen dici constare, fuisse solutas dictas libras 4600, quas vtile erat Marcello penes se retinere ad effectum faciendi dictam affrancationem, quam habuisse quoque in animo facere apparet ex intimatione, vt suprà dictum est, Antoninis facta; nisi plenè probetur, integrum debitum fuisse à dicto Marcello dicto D. Marco Antonio solutum, quod tamen hactenus plenè, & concludenter probatum non est.

Minus obstat alia ratio in dicta decisione deducta, quod non fuit probatum, quod Antonini

4 tonini haberent in promptu lib. 1700. quia illa pœnitus cessat ex deposito super ab ijdem Antoninis facto, & à D. Marco Antonio dicto Marcello intimato, &c.

ROMANA DE MARESCOTTIS.

Lunæ 13. Iunij 1622.

ARGVMENTVM.

An, & quando constet de re iudicata, ità, vt illius exequutio non retardetur, licet fuerit commissa causa restitutionis in integrum.

SVMMARIVM.

1 *Rei indicata intrat ob lapsum biennij à die lata sententia, & interim non prorogatis fatalibus.*
2 *Sententia, cui assistit iustitia, non est deneganda executio.*
3 *Exequutio rei iudicatæ suspenditur pendente causa restitutionis in integrum.*
4 *Rei indicata exequntio nunquam suspenditur, quando fuit petita prius quam fuerit concessa restitutio in integrum.*
5 *Rei iudicata exequutio non retardatur, quando ante petitam restitutionem fuit acceptata desertio causa.*

DECISIO CCCCVII.

CVM lapsum sit biennium à die latæ sententiæ in hac causa; neque vnquam inte-
1 reà fuerint prorogata fatalia; DD. absque difficultate resoluerunt, constare de re iudicata, *Cassad. dec. 6. n. 8. de appellat. Crescent. decis. 8. eod. tit.* cum alijs per *Rota dec. 385. n. 1. par. 1. in recentior.* & quia dicta sententia lata fuit seruatis seruandis, & præuiis pluribus decisionibus, ex quibus satis superque constat de illius iustitia; censue-
2 runt, locum esse èxecutioni dictæ rei iudicatæ ad *leg. 2. C. de execut. rei indic. leg. si contra C. de appellat.*

Nec obstat, quod dicitur, commissam esse causam restitutionis in integrum, qua pendente suspenditur rei iudicatæ executio, *tot. tit. C.*
3 *de restit. in integ.* quia hoc locum sibi vindicat, quando petitur restitutio antequam petatur rei iudicatæ executio; secus vero si petitur executio, priusquam petatur restitutio; tunc enim non retardatur per superuenientem com-
4 missionem restitutionis in integrum executio iuxtà stylum, quem Rota seruat. *Put. dec. 285. l. 2. Cas. de Graff. dec. 1. num. 14. de restit. in integ. Rota decis. 346. num. 6. part. 1. diuers.* & fuit dictum in *Carthaginen. Decanatus 18. Decembris 1587. coram bo. mem. Bubalo*; ac propterea cum in casu isto ante petitam restitutionem fuerit accep tata deser-
5 tio causæ; atque dictæ rei iudicatæ petita executio, vt in copia petitionis, quæ datur, meritò retardari non debet per dictã Commissionem dicta executio, &c.

SABINEN. IVRIS CONFERENDI.

Lunæ 13. Iunij 1622.

ARGVMENTVM.

Quænam requirantur pro validitate collationis, & quando dicatur acquisita quasi possessio conferendi beneficia.

SVMMARIVM.

1 *Possidenti beneficium vltra Triennium ante litem motam assistit regula de Triennali, qua prohibet quascumque molestationes, etiam si titulus esset inualidus.*
2 *Collatio, vt sit canonica, debet fieri ab habente facultatem conferendi beneficium; alias prouisus non debet admitti ad beneficij administrationem.*
3 *Collatio facta de vno beneficio non potest inseruire ad acquirendam quasi possessionem conferendi alia.*
4 *Collationis effectuatio est absolutè necessaria, vt acquiratur quasi possessio conferendi.*
5 *Quasi possessio conferendi, vt acquiratur, necesse est, quod prouisus nedum capiat possessionem, sed quod etiam permaneat in possessione, & fructus percipiat.*
6 *Collationis effectuatio ad effectum acquirendi quasi possessionem præsentandi, debet resultare ex actibus claris, non autem dubijs.*
7 *Possessio resultans ex actu dubio, & æquiuoco non relenat.*
8 *Planta confecta, parte noncitata, neque Iudicis auctoritate non probat.*

DECISIO CCCCVIII.

DOmini dixerunt, Alphonso non esse dandam immissionem in beneficijs S. Hilarij, & Sanctæ Luciæ, tum quia agitur contra Cæsarem dicta beneficia possidentem vltra Triennium ante litem motam vigore prouisionis, quam habuit ab Episcopo Reatino, ideòque obstat dicto Alphonso regula de Triennali, quæ prohibet quascumque molestationes inferri Triennali pacifico possessori, & etiam quod titulus esset inualidus, facit præsumi aliũ titulum validum, *Cassad. dec. 9. de caus. possess. & propriet.* cum alijs per *Rot. dec. 49. num. 5. part. 2. in recentior.*

Tum etiam quia dictus Alphonsus non docet de aliqua collatione sibi facta ab habente
2 facultatem conferendi, prout requiritur ad effectum,

fectum, vt debeat admitti ad dictorum beneficiorum administrationem *ad not. per Innoc. Hostien. & alios in c. profuit in princ. de concess. præb. Fel. in cap. in nostra nu. 32. de rescript. Lap. alleg. 127. sub num. 3. vers. nam nulli est licitum.*

Nec obstat, collatio ei facta per Episcopum Sabinen. qui erat in possessione conferendi dicta beneficia per collationem factam, vt prætenditur *de anno* 1575. cuidam Marco; quia collatio facta Marco, non loquitur de beneficio Sanctæ Luciæ, ideòque quoad dictum beneficium Sanctæ Luciæ sumus in claris, quod non constat de aliqua possessione Episcopi Sabinen. illud conferendi.

Quo vero ad beneficium Sancti Hilarij non probatur dictæ collationis effectuatio, pro vt requiritur ad effectum, vt per eum conseatur quæsita quasi possessio. *Abb. in cap. cum olim nu. 5. de caus. possess. & propriet. Rip. in c. cum Ecclesia Sutrina sub n. 93. §. requiritur eo d. tit. Innoc. in cap. 2. sub num. 1. de restit. in integ. Dec. cons. 157. sub nu. 2. vers. quod autem quasi possessio Put. decis. 136. numer. 3. lib. 3.*

Nec obstat, quod dicta effectuatio satis prætenditur probata per quoddam Instrumentum adeptæ possessionis, quod datur *Summ. dict. Alphonsi numer. 3.* quia præter quam quod ad effectum acquirendi possessionem conferendi necessè est, quod Prouisus nedum capiat possessionem vigore talis collationis, sed quod etiā in dicta possessione permaneat, fructusque percipiat ex pluribus. *cumul. per Gonzal. super reg. 8. glos. 45. §. 2. n. 37.* est etiam aduertendum, quod collatio dicti Marci loquitur de Ecclesia Sancti Hilarij rurali; Instrumentum vero dictæ possessionis adeptæ de canonicatu, & præbenda; Vnde non videtur resultare ex dicto Instrumento concludens probatio effectuationis dictæ collationis saltem ad effectum, de quo agitur; quia ad hunc effectum requiritur, quod actus sint clari, & certi, non vero dubij, & æquiuoci. *Gonzal. dict. §. 45. num. 28.* possessio enim resultans ex actu æquiuoco non releuat. *Dec. in c. in præsentia numer. 58. de probat. Fel. in cap. cum Bertoldus num. 36. vers. merito dicit Abb. de re iudic.*

Nec aliquid faciunt iura, ex quibus prætenditur probari dicta beneficia esse in Diœcesi Sabinen. quia quoad solutiones Cathedratici apparet, pro quibus beneficijs fuerint factæ, & cui Ecclesiæ, aut saltem sunt Æquiuocæ, quia aliquæ leguntur factæ cuidam Abbatiæ Castri Morapeii.

Quo vero ad præsentationem factam à Cardinale Vrsino de anno 1529. quæ datur *num. 5.* non obstat de ipsius effectuatione, nec minus quod fuerit facta dicta præsentatio ad beneficia, de quibus agitur.

Et in Bulla Clem. 6. de anno 1543. exprimuntur quædam confinia Diœcesis Sabinen. Sed nullibi probatur, quod beneficia, de quibus agitur, sint intra Fines in dicta bulla expressos.

Neque ad hunc effectum potest deseruire planta Dominis exhibita, quia non fuit confecta parte citata, neque Iudicis auctoritate, &c.

ROMANA MELIORAMENTORVM.

Lunæ 20. Iunij 1622.

ARGVMENTVM.

Melioramenta, & illorum fructus ad quem spectent, & an ius illa repetendi sit trāsmissibile ad hæredes.

SVMMARIVM.

1 *Fructus melioramentorum spectant ad hæreditatem meliorantis.*

2 *Confessiones, siue declarationes emanatæ ab Auctoribus præiudicant successoribus.*

3 *Melioramenta regulariter sunt meliorantis.*

4 *Melioramenta, & illorum fructus transmittuntur ad hæredes.*

5 *Fructus melioramentorum debentur melioranti.*

DECISIO CCCCIX.

1 DIctum fuit, fructus melioramentorum per q. Manilium factorum spectare ad hæreditatem Manilii, quia quod meliocamenta fuerint facta in domo communi à Manilio constat ex confessione Octauij Patris Manilij, in eius testamento, cuius copia datur *Sum. num. 3.* nec non ex impositione census facta per Manilium, & etiam ex transactione inita inter fratres, & hæredes Manilij cum Maria hærede Marfisę dicti census creditrice, in qua dictę partes declararent, melioramenta spectare ad hæreditatem Manilij, illorumque valorem ascendere ad *scut.* 500. domumque cum dictis meliorametis esse locatam pro annua responsione *scut.* 150. *dict. Summ. numer. 2.* cum enim hæ

2 confessiones, & declarationes factæ sint ab authoribus RR. Fratrum Sancti Augustini, & Tarquiniæ ipsis præiudicant. *Ruin. cons. 59. n. 13. l. 1. Rot. decis. 776. num. 1. par. 1. diuers.* & interminis confessionis melioramētorū, *Menoch. cons. 2. sub num. 372. & seqq.* quem secuta est *Rot. in Rom. Dotis 25. May 1612. coram R. P. D. meo Vbaldo.*

Et eo ipso quod constat, melioramenta facta esse à Manilio, dicuntur esse ipsius, quia me-

3 lioramenta regulariter sunt meliorantis. *Afflict. decis. 87. num. 7. Rot. dec. 186. num. 6. par. 2. div.* & fuit dictum *in Romana Saluiati 10. Ianuarij 1611. & in dict. Rom. dotis 6. Iunij eiusdem anni coram R. P. D. meo Vbaldo*, & per consequens fuerunt transmissa ad hæredes Manilij, & dici possunt spe-

4 ctare ad eius hæreditatem, vt per *Rot. in dictis decisionibus.* vna cum fructibus, quia fructus pertinent regulariter ad Dominum. *leg. fructus, & l. in fundo ff. de vsur. Ceph. cons. 63. num. 3. & cons. 131. num.*

num.14.l.1. & in puncto, quod fructus meliora-
5 mentorum debeantur illi, qui melioramenta fecit, tenet. *Modern. de fideicom. artic.50. nu.68. Put. decis.275. in fin. lib.3. Immon. Afflict. dict. decis.87. numer.6. Capic. decis.93. in fin. Surd. decis.282. num.29. Franch. decis.112. sub num.12. verf. nec est verum, & decis.705. per tot.*

Quod dicitur, melioramenta fuisse consumpta pro soluendis debitis Manilij, Domini particulari dubio examinari mandarunt, &c.

CIVITATIS CASTELLI FIDEICOMMISSI,

Luna 20. Iunij 1622.

ARGVMENTVM.

Identitas bonorum quomodo probetur, vt sit locus immissioni vigore fideicommissi.

SVMMARIVM.

1 *Identitas bonorum probatur ex possessione tempore obitus fideicommittentis.*
2 *Identitas bonorum probatur ex Testibus.*
3 *Identitas bonorum probatur ex instrumento diuisionis.*
4 *Possessio probatur ex instrumento diuisionis, nedum inter diuidentes, sed etiam contra habentes causam ab eis.*

DECISIO CCCCX.

DVbio proposito, an DD. Bartholomeo, & Curtio sit danda immissio in possessionē prædij Sancti Anastasij: Domini in eo tantum conuenerunt, quod constat de identitate prædij Sancti Anastasij hoc est, quod prædium, de
1 quo agitur, possidebatur à Bartholomeo Seniore fideicomittente tempore eius mortis, vt autem melius diluscidentur reliquæ difficultates, quæ dictæ immissioni poterant obstare, mandarunt, firmari statum hereditatis fideicommittentis.

Quoad dict. vero identitatem Domini cen-
2 fuerunt de ea constare ex testibus potissimum *in Summ. num.3.* qui bonas rationes reddunt suę scientiæ, atque ità sufficienter probant, quod prædium, de quo agitur, fuit à dicto Bartholomeo possessum tempore eius mortis, iuncto præsertim instrumento diuisionis hæreditatis
3 eiusdem Bartholomei, in quo dictum prædiū assignatur Antonio, à quo etiam constat illud fuisse posteà venditum, ità vt non videatur dubitari posse, quin ex omnibus saltem simul iunctis constet, quod hoc prædium fuerit à dicto Bartholomeo possessum; cum præsertim dictū etiam Instrumentum per se solum probet non
4 tantum inter diuidentes, sed etiam contra habentes causam ab eis. *Peregr. de fideicom. artic.44. num.21. &c.*

SIGNINA CASTRORVM.

Mercur. 20. Iunij 1622.

ARGVMENTVM.

Remissoria denegatur quoties de articulorum irreleuantia constat. Periurij exceptio quid operetur.

SVMMARIVM.

1 *Articuli modo aliqua ratione directè, vel indirectè faciant ad causam, vel præstent adminiculum sunt admittendi.*
2 *Exceptione Periurij pendente non admittuntur nouæ probationes, cum talis exceptio repellat Actorem à limine Iudicij.*
3 *Exceptio Periurij operatur, quod actor audiatur super iuribus, quæ habet in promptu, non autem illi conceduntur nouæ probationes.*
4 *Substitutus ante euentum casus substitutionis potest repudiare, siue renunciare substitutioni, seù spei, & iuri de succedendo.*
5 *Probatio non admittitur contra instrumentum, nec contra propriam, & iuratam confessionem.*
6 *Periurus dicitur ille, qui deducit contrarium, quod in instrumento cum iuramento asseruit.*
7 *Probatio admittitur contra propriam confessionem, quando est erronea, sed limita, hoc non procedere in confessione geminata, nisi saltem detur magnus fumus erroris vt num. 8.*
9 *Exceptio Periurij repellit actorem à limine Iudicij.*

DECISIO CCCCXI.

LIcet DD. faciles sint in admittendis articulis in Curia, eosque vix nunquam reijciant modo aliqua ratione directè, vel indirectè faciant ad causam, vel præstent admini-
1 culum. *Vestr. in prax. l.5. cap.14. sub numer.6.* & ibi *Adden. num.26. & 27. Rot. decis.24. de testib. in antiq.* cum alijs latè *addu. in vna Burgi Sancti Donini iuris patronatus 17. Iunij 1615. coram Reuer. P. D. Vbaldo.*

Nihilominus in hac facti specie neque eos admittendos censuerunt; nec minus dandam remissoriam; ea potissimum ratione mo ti, quod videbatur non posse Excellentiss. D. Ducem admitti ad faciendum nouas probatio-
2 nes, pendente adhuc indeterminata exceptione periurij alias dicto Duci opposita, cum talis exceptio repellat actorem à limine Iudicij, vt in specie fuit in hac eadem causa resolutum. *26. Iunij 1602. coram SS. D. N.* tunc Rotæ Auditore.

Nec obstat, quod in discussione dubij super dicta exceptione alias Domini mandauerant, quod D. Dux audiretur super suis iuribus; quia Domini huiusmodi rescriptum strictè accipiē-
3 dum putarunt, ità scilicet, quod audiretur D. Dux super iuribus, quæ tunc in promptu habebat,

bat; non autem quod esset admittendus ad nouas probationes.

Atque in hanc sententiam eò magis inclinarunt, ex quo articuli pro parte D. Ducis exhibiti non videbantur releuantes.

Nam quod primo loco articulatur, quod D.
Dux habuerit aliquando animum acceptandi
substitutionem ad ipsus fauorem factam; nihil
releuat, quia etiam hoc admisso, non tamen se-
quitur, quod non potuerit ante euentum casus
dictæ substitutionis pænitere; & propter super-
4 ueniens æs alienum repudiare, seù renunciare,
prout fecit dictæ substitutioni, seù spei, & iuri
succedendi pro quantitate *scut. 25. mill.* per Car-
dinalem, ad cuius fauorem fuit facta dicta repu-
diatio, eius creditoribus soluta.

Minus releuat, quatenus dictus D.Dux pro-
bare intendit ipsum semel eandem substitutio-
nem acceptasse; quia non propterea cessant alia
fundamenta, ex quibus fuit resolutum, obstare
dicto D.Duci instrumenta per eum celebrata,
vltra quod cum in iisdemmet instrumentis
dictus D.Dux contrarium etiam cum iuramē-
to affirmauerit; non debet admitti ad proban-
5 dum contra eius propriam, & iuratam confes-
sionem, tum quia non admittitur probatio
contra instrumentum. *Card.Seraph. decis. 1460.*
num. 3. Rot. dec. 589. numer. 1. in fin. part. 2. in recentior.
tum, & multo magis, quia eo ipso, quod Dux
deducit contrarium, quod in instrumento cum
6 iuramento asseruit verum esse, dicitur periurus.
Soccin. cons. 136. sub numer. 8. vers. 2. quia pars. vol. 2.
Surd. cons. 37. num. 2. vers. & qui

Nec obstat, quod admittitur probatio erroris
propriæ confessionis, vt in *Turritana bonorum*
23. Febr. 1615. coram R.P. D. meo Vbaldo, quia hoc
non procedit in confessione sæpius geminata,
8 vt in casu isto, nisi saltem detur magnus fumus
erroris, vt fuit dictum in *Moleuitana Baiulatus*
4. Maij ibidem coram Reuerendissimo Seleucien. in
qua fuit responsum ad dictam decisionem in
causa Turritana bonorum, quod multa in ea
concurrebant, ex quibus DD. moti sunt ad
concedendam remissoriam, quæ certè in casu
isto deficiunt ità vt meritò videatur dicta pro-
batio non admittenda; tantoque magis quod,
vt dictum est, remanet adhuc indecisa exceptio
9 periurij, quæ repellit agentem à limine Iudicij
ex supra allegatis, &c.

SENOGALIEN. IVRIS PASCENDI.

Lunæ 27. Iunij 1622.

ARGVMENTVM.

Fructuum liquidatio quando de illorum perceptione non dubitatur, fit per leuiores probationes, & coniecturas; ac etiam per possibile consuetum.

SVMMARIVM.

1 *Fructuum perceptione probata, tunc quantitas potest liquidari per leues probationes, coniecturas, & per possibile consuetum.*

2 *Fructuum liquidatio plurimum pendet à Iudicis arbitrio.*

3 *Liquidatio fructuum fit inspectis antecedentibus locationibus, & considerato eo, quod verisimiliter percipi potuisset.*

DECISIO CCCCXII.

DVbium proposui, ad quam summam sit
facienda liquidatio fructuum percepto-
rum à Communitate Sancti Viti, & quia vbi
non dubitatur de fructuum perceptione, sed
de sola quantitate, vt in casu isto, admittitur
1 leuior probatio etiam per coniecturas, & per
possibile, & consuetum. *Bal. cons. 323. num. 5. l. 2.*
Surd. cons. 263. num. 31. & dec. 282. n. 26. & seqq. Ac-
chill. dec. 22. de rest. spol. ac propterea ista materia
2 plurimum pendet à Iudicis arbitrio, vt fuit di-
ctum *in Bononien. de Pannolinis 28. Aprilis 1614.*
coram R.P. D. meo Manzanedo. & alias sępissimè
Domini arbitrati sunt, liquidationem esse fa-
ciendam ad rationem *scut.* 60. annuorum.

Nam cum ex instrumentis locationum, seù
venditionum factarum à Communitate li-
queat pascua, de quibus agitur, fuisse vendita
Florenis 130. & 200. & de anno 1585. etiam 285.
testesque nouiter examinati deponant, quod
dicta pascua potuissent vendi ab annis 29. *scut.*
120. censuerunt, fructus à Communitate quo-
libet anno perceptos verisimiliter ad summam
3 *dict. scut.* 60. adminus ascendere; atque ità ad
dictā rationem liquidationem fieri debere, &c.

ALBANEN. ADMISSIONIS. AD CAP. ODOARDVS.

Lunæ 27. Iunij 1622.

ARGVMENTVM.

Habetur ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Clausula*, arbitrio Rotæ, *relaxat aliquantum iuris rigorem.*

2 *Arbitrium semper impartitur, quando magna æquitas assistit.*

DECISIO CCCCXIII.

CAVSA ista fuit commissa cum faculta-
te carcerandi Bernardinum, *arbitrio Rotæ*,
1 vnde dubitaui, an intret arbitrium, & quoniā
dicta clausula, *arbitrio Rotæ*, relaxat aliquantum
iuris rigorem. *iux. vulg. decis. Crescent. 4. num. 3. de*
testib. Domini censuerunt, intrare arbitrium
ad effectum ipsum excarcerandi; data tamen
per eum idonea cautione de se repræsentando:
Atque

Atque in hanc sententiam eò magis inclinarunt, quod ex iuribus exhibitis constat, dictum Bernardinum esse senem valetudinarium, & pauperem etiam per duos ferè annos in carceribus detineri; his enim concurrentibus adesse videbatur magna æquitas ad effectum interpo-
2 nendi dictum arbitrium, cum dicta præsertim conditione cautionis de se repræsentando, per quam satis prouisum est indemnitati partis; donec videatur, an dictus Bernardinus sit admittendus ad beneficium, *cap. Odoardus*, prout ab eo prætenditur.

ROMANA FIDEICOMMISSI.

Luna 27. Iunij 1622.

ARGVMENTVM.

Cōstitutio particularis venit strictè interpretanda, nec potest extendi de casu ad casum; Nullitas donationis dum non potest opponi ab ipso donatario, an possit allegari ab eius successoribus.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio Ducalis edita de anno 1551. viget in statu Florentino, quæ mandat registrari donationes in quodam libro nuncupato*, il registro delle donationi.
2 *Causa finalis, & statuentium intentio colligitur ex prohemio.*
3 *Tertius non dicitur qui habet causam à Donatario.*
4 *Donatarius si prohibetur allegare donationis nullitatem, fortius habentes causam ab eo.*
5 *Constitutio est strictè interpretanda, nec extendenda de casu ad casum.*

DECISIO CCCCXIV.

PROPOSITO dubio, an DD. de Rubris agentibus vigore donationis q. Episcopi Papien. Ferdinando, & Sigismundo suis nepotibus cum onere fideicommissi ad fauorem filiorum suorum descendentium factæ in Oppido Prati Status Florentini, obstet constitutio Ducalis edita anno 1551. de registrandis donationibus in quodam libro nuncupato, *il registro delle donationi*.

Domini cēsuerunt, dictam Constitutionem non obstare, nam quidquid dicendum esset, an dicta Constitutio locum obtineat etiam in donatione facta à Clerico Laycis, & comprehendat donationes iuratas, non obstante etiam, quod in dicta Constitutione nulla mentio facta fuerit de iuramento, placuit DD. præcipuè, quod dicebatur, dictam Constitutionem casui, de quo agitur, applicari non posse; quia dicta Constitutio, vt ex eius proemio, ex quo colligi-
2 tur causa finalis, & intentio statuentium apparet, *l. fin.* & ibi *Bart. ff. de hared. instit. Surd. consil. 224. num. 12. Rot. dec. 403. num. 3. & dec. 483. num. 1. par. 1. in recentior.* emanauit tantum ad tollendas fraudes eorum, qui clandestinas donationes faciebant, iisque occultatis diuersa debita contrahebant, & cum à creditoribus vrgerentur, dictas donationes exhibebant, ac propterea annullat etiam dictas donationes, quoad præiudicium tertij tantum; quo verò ad donantem, & donatarium expressè disponit, quod illæ permaneant in suo robore, licèt registratæ non fuerint, vt latiùs in dicta Constitutione.

At in casu, de quo agitur, nec excogitari potest aliqua suspicio fraudis, hoc est, quod dicta donatio facta fuerit animo supplantandi creditores, nec minus agitur de præiudicio ter-
3 tij, sed agitur contra habentem causam à donatario, qui non dicitur tertius, *l. dotalia §. 1. ff. de contrah. empt. Bar. in l. si superatus, ff. de pignor.* cum alijs per *Surd. cons. 424. num. 23. & decis. 173. num. 26. in fin.* Ideòque dicta Constitutio non applicatur, quin & sicuti donatarius non po-
4 tuisset dare de nullitate dictæ donationis ex d. Constitutione, ità nec possunt dare de huiusmodi nullitate habentes causam à dicto donatario, *vulg. l. cum à matre. C. de rei vindic. cum simil.*

Nec obstat, quod auctrix Domini Ducis nō emisset Viridarium, de quo agitur, si sciuisset id esse fideicommisso suppositum; quia quidquid sit de hoc, sufficit dicere, quod Constitutio non prouidet, ne quis in venditione rei alienæ, seu alteri restituendæ possit decipi; sed obuiat tantum, ne fiant donationes clandestinæ in præiudicium creditorum ipsius donan-
5 tis, dictaque Constitutio est strictè interpretāda, nec extendenda de casu ad casum, *ad trad. per Doct. in cap. cum dilectus de consuet. & in l. & si lege, §. vt gradatim ff. de munerib. & honorib. cum similib.*

BONONIEN. ALIMENTORVM.

Veneris 1. Iulij 1622.

DECISIO CCCCXV.

Impressa in Recen. decis. 423. par. 4. tom. 2.

ANCONITANA PECVNIARIA.

Veneris 1. Iulij 1622.

DECISIO CCCCXVI.

Impressa post Zacchiam de Oblig. Cameral. decis. 401. & post Castagn. de Benef. deduct. ne (geat decis. 4.



CON-

CONCHEN. DECIMARVM, SEV FRVCTVVM.

Veneris 9. Decembris 1622.

ARGVMENTVM.

Sententia, quæ fecit transitum in iudicatum ob non interpositam appellationem venit executioni demandanda, & eo fortius quando illi assistit Iustitia.

SVMMARIVM.

1 *Sententia in iudicatum transacta ob non interpositam appellationem est exequenda, quamuis sit iniusta.*
2 *Rota exequitur tantum sententias latas in proprio Tribunali non examinata earum iustitia propter authoritatem rei iudicatæ.*
3 *Iustitia sententiæ desumitur ex antecedentibus decisionibus.*
4 *Spoliatus restitui non debet, nisi doceat de legitimo titulo.*
5 *Laycus est capax fructuum decimarum, ex quo dicuntur potiùs temporales, quàm spirituales.*
6 *Successor conueniri non potest ad restitutionem fructuum, quos eius antecessor percepit.*
7 *Ad fructuum restitutionem, qui percipi potuerunt solet fieri condemnatio à Rota in tribus casibus, de quibus num. 8. & 9.*

DECISIO CCCCXVII.

DOMINI dixerunt, sententiam ad fauorē Rectorum Ecclesiarum Parochialium Ciuitatis Conchen. a bo. me. Orano latam esse executioni demandandam, quia dicta sententia fecit transitum in iudicatum ob non interpositam appellationem ab ea; & omnis res iudicata venit executioni demandanda, *c. cum inter de re iudic. l. 2. C. de execut. rei indic. cum vulg.* etiam non inspecto, an sententia sit iusta, vel iniusta, quia licèt Rota non exequatur sententias aliorum Iudicum, nisi gustata earum iustitia; hoc tamen non procedit quoad sententias ab eadem Rota latas; nam illa propter authoritatem rei iudicatæ etiam non examinata earum iustitia exequitur, *Rot. dec. 84. num. 1. par. 1. diuers.* & fuit dictum *in Perusina affictus* 12. *Nouemb. 1618. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Et nihilominus de iustitia sententiæ, de qua agitur satis constat ex *decisione coram bo. me. Orano die 28. Ianuar. 1591.* facta, eaque comprobatur ex testibus, & partitis librorum nunc denuò DD. exhibitis, quia ex illis constat de quasi possessione dictorum Rectorum percipiendi decimas, de quibus agitur de manu aliorum Rectorum totius Diœcesis, & Archidiaconatus Conchen. Nec dicatur, quod cum dicti Rectores prætendant dictas decimas percipere in alienis Parochijs, sicque eis ius resistat, non debent, licèt essent eorum quasi possessione spoliati, restitui, nisi doceant de legitimo titulo, iuxta *tex. in cap. fin. de rest. spol. in 6.* quia huic obiecto fuit etiam in dicta decisione corā bo: me: Orano satisfactum, quod scilicet dispositioni dictorum textuum in proposito locus esse non potest, eò quia à dictis Rectoribus non prætenditur ius decimandi in aliena Parochia, sed ius percipiēdi decimas, postquam sunt collectæ à manu Parochorum, quo casu cessat iuris resistentia, & sufficit sola quasi possessio ad effectum reintegrationis; quia non agitur propriè de decimis; sed de fructibus decimarum, quorum quilibet est capax, etiam laycus, & di-
5 cuntur decimæ potiùs temporales, quàm spirituales, vt *cap. 2.* vbi not. *Cardin. num. 4. de locat. gloss. in cap. quamuis in verb. concesserit de decim. Rot. decis. 2. de iud. in nou.* & alias fuit *in dicta decis. coram bo. me. Orano* firmatum, quibus addi etiam potest *Abb. in cap. ad hac num. 4. de decimis, Rot. coram S. D. N. decis. 404. num. 2. Cardin. Seraph. decis. 1387. num. 2.*

Quoniam tamen in dicta sententia bo: me: Orani condemnatur Rector Parochialis de Priego ad tradendum, & consignandum dictis Rectoribus omnes decimas, de quibus in dicta sententia ab anno 1558. vsque ad diem realis, & effectualis reintegrationis perceptas, & quas ipse percipere potuit; Domini dixerunt, dictā sententiam non posse in hac parte executioni demandari, quatenus Rector, qui tunc fuit cō-
6 demnatus amplius, prout verisimile est, non viuat, quia successor conueniri non potest pro fructibus ab eius antecessore perceptis, *ad trad. per Abb. in cap. 1. sub num. 1. de solut. Rot. decis. 51. sub num. 2. de probat. in antiq. & decis. 778. n. 2. par. 2. in recent.* & fuit dictum *in Placentina Castancarum* 10. *Ianuar. præteriti coram R. P. D. meo Buratto.*

Præterea aduerterunt etiam non potuisse condemnari dictum Rectorem in fructibus, seu decimis, quæ ab eo percipi potuerunt; quia
7 à Rota nunquam solet fieri condemnatio ad fructus, qui percipi potuerunt, nisi in tribus casibus, quando scilicet agitur contra violentum spoliatorem, *Rot. dec. 9. de restit. spoliat. in antiquior. & decis. 542. par. 1. & 1156. numer. 3. l. 3. par. 3. div. Cassad. dec. 6. num. 3. de prabend. Put. decis.*
8 *373. num. 1. & seq lib. 1.* Vel contra attentantem, *Rot. decis. 5. de restit. spol. in non. cum alijs per Lancellott. de attent. par. 3. cap. vltimo num. 22. cum plurib.*
9 *seqq.* Vel quando agit pupillus minor, aut Ecclesia, *Rom. cons. 454. num. 28. Tiraq. de retract. lignag. §. 25. gloss. 1. num. 28. Crescent. dec. 8. de caus. possess. & propriet. cum allegatis.* In proposito autem non agitur contra violētum spoliatorem, nec contra attentantem, & reintegratio non fuit petita nomine Ecclesiæ, sed nomine Rectorum; Vnde versamur extra dictos tres casus, & per consequens nec poterat fieri condemnatio ad fructus, qui percipi potuerunt.



HIPPORREGIEN. EXPENSARVM.

Luna 12. Decembris 1622.

ARGVMENTVM.

Quæ veniant prius seruanda, vt sit locus relaxationi declaratoriæ. Paritio non consistit in sola patientia, sed in actu positiuo solutionis. Paupertas quomodo sit probanda, vt aliquis admittatur ad beneficium *capit. Odoardus*.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria tunc venit relaxanda consilito prius de intimatione personaliter facta, illaque legitimè reproducta, ac seruatis terminis de stylo.*

2 *Paritio non stat in sola patientia, sed in actu positiuo solutionis.*

3 *Beneficium* cap. Odoardus *non conceditur contra executoriales; Et præsertim ad effugiendam solutionem expensarum factarum occasione iniusta vexationis.*

4 *Paupertas probata in genere non suffragatur ad admissionem* capit. Odoardus.

5 *In executiuis vna via electa, potest actor, illa dimissa, ad aliam conuolare.*

DECISIO CCCCXVIII.

DOMINI dixerunt, dandam esse declaratoriam, quia constat ex relatione Nuncij de intimatione facta personaliter Bernardino litterarum executorialium relaxatarũ pro expensis taxatis in ducatis 165. ac quod dictis litteris vna cum dicta intimatione in Rota reproductis seruati fuerunt termini de stylo seruari soliti; itaut cum pro parte dicti Bernardini non
1 doceatur de paritione, meritò veniat contra eum relaxanda declaratoria, *Vestr. in prax. lib.8. cap. vlt. num.19. Marian. Soccin. in cap. nulli num.7. de sent. excommunic. Achill. dec.5. num.2. eod. tit. Cassad. decis.6. num.10. de caus. possess. & propriet.*

Nec dicatur, quod non constat de contrauẽ-
2 tione Bernardini; quia cum paritio in casu isto non consistat in sola patientia, sed in actu positiuo solutionis faciendæ, constat eo ipso de cõtrauentione, seù de nõ paritione, quod pro parte ipsius non docetur de solutione, *Bar. & alij in l. in illa, ff. de verb oblig. Card. Seraph. dec.1113. nu.3.* & fuit dictum *in Toletana admissionis 16. Nouembris 1620. coram B.P.D. meo Vbaldo.* & aliàs sæpissimè.

Non obstat allegata paupertas, ratione cuius Bernardinus prætendit admitti debere *ad cap. Odoardus*, tum quia contra executoriales non
3 admittitur quis ad beneficium, *cap. Odoardus*, *Mohed. decis.1. num.2. de solut.* & præsertim ad effugiendam solutionem expensarum; in quibus sic condemnatur ratione iniustæ, & temerariæ vexationis, *Put. decis.56. num.7. lib.1.* tum etiam quia in omnem euentum non sufficeret ad di-
4 ctum effectum probatio paupertatis, vt eius bona non sufficiant pro solutione dictorum ducatorum 165. *Costa de remed. subsid. remed.29. num.2. Rot. decis.48. num.2. & seq. par.2. diu. & decis. 573. num.3. & 4. par.3. in recent.* & fuit dictum in *Saonen, Præpositura 20. Maij præteriti coram me.*

Non obstat, quod in partibus fuit cepta executio realis contra dictum Bernardinum, ideòque modò agi non potest cõtra eius personam ad censuras; quia placuit respõsio, quod in exe-
5 cutiuis, in quibus versamur, non cogitur quis vna via electa in ea persistere, sed illa dimissa potest ad aliam recurrere, *Bart. in l. consentaneum num.17. C. quom. & quand. iud. cum alijs per Caputaq. dec.10. num.5. par.1.* & aliàs sæpissimè.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE GALLIS

Luna 12. Decembris 1622.

ARGVMENTVM.

Coniuncti re, & verbis per copulam *&*, vbi non sunt assignatæ partes, censentur vocati pro virili.

SVMMARIVM.

1 *Coniuncti re, & verbis censentur vocati pro virili.*

2 *Testator relinquendo pluribus pro virili bona sua cũ aliquo onere, in dubio omnes grauati æqualiter dicuntur.*

3 *Testator instituendo duas Cappellas cum onere maritandi puellas, vtraque dicto onere remanet grauata, & num.4.*

DECISIO CCCCXIX.

DVBITATVM fuit, an fideicommissum debeatur Capellæ q. Iacobi Galli fideicommittentis pro medietate, & sine aliquo onere; & DD. responderunt, fideicommissum deberi pro medietate, cum onere tamen, non verò sine onere.

Nam quod fideicommissum debeatur pro medietate, non videbatur controuerti posse, quia Testator disposuit, quod vbi non adesset Cippus de Domo Gallorum in suis bonis succederet ipsius Testatoris Capella, & Capella, & eius Societas B. Mariæ Conceptionis sita in Ecclesia S. Laurentij in Damaso, ac propterà cum præsupponatur, factum esse locum fideicommisso, dictæq; duæ Capellæ sunt con-
1 iunctæ re, & verbis per copulam, *&*, nec assignatæ partes, sicque censentur vocatæ pro virili, *l. reos, §. cum in tabulis, ff. de duob. reis, gloss. in §. si eadem in verb. coniuncti instit. de legat.* debetur vtique dictum fideicommissum pro medietate dictæ Capellæ.

Quod autem dictum fideicommissum debeatur dictæ Capellæ cum onere, colligi videtur
2 tum quia cum dictus Testator æquè honorauerit istas duas Capellas, relinquendo vtriq; pro virili bona sua, vt dictum est, in defectum Cippi Domus, videtur in dubio dicendum, vtramque etiam voluisse æquè grauare; tum & maximè quia eadem mens dicti Testatoris clarius etiam colligitur ex verbis eiusdem testamenti, ibi, *in reliquis verò suis bonis succedant dictæ Capel-*

la

la Societas, & fabricatores prædicti, qui pro tempore erunt pro maritandis puellis, vt supra: ex istis enim
3 verbis apparet, quod vtrique Cappellę reliquit bona sua pro maritandis puellis, & sic vtraque fuit grauata dicto onere.

Nec obstant verba, *singula singulis referendo*, quia intelligi debent quoad ministerium maritandi dictas puellas, quod supra iniunxerat hominibus Societatis, & Operarijs fabricæ.

Nec obstat, quod fideicommissum esset inutile Capellæ Testatoris; quia eadem ratio viget
4 quoad Capellam, & Societatem Conceptionis, cui magis inutile esset relictum, si hoc onus maritandi dictas puellas ad ipsam solam spectaret.

CALAGVRITANA IVRISPATRONATVS DE VIANA.

Veneris 16. Decembris 1622.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus probatur ex pluribus præsentationibus effectum sortitis, ac ex immemorabili quasi possessione, quod procedit in personis priuatis; secus autem in personis, in quibus cadit præsumptio vsurpationis, & in materia Testes de auditu an & quando probent.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus probatur duobus concurrentibus requisitis scilicet ex præsentatione continuata per spatiũ 50. annorum, ac ex immemorabili quasi possessione.*

2 *Præsentationes, quæ suum non habuerunt effectum, vel non continuatæ spatio 50. annorum ad nihil inseruiunt.*

3 *Præsentatio, vt sit valida, debet probari, quod fuerit secuta per obitum illius, qui fuit anteà ab vniuersitate præsentatus.*

4 *Pluralitas personarum licet non præsumatur, attamen regula fallit, quando constat, quod plures eodem nomine vtuntur.*

5 *Præsentatio suffragatur ad illa tantum beneficia, adquæ fuit facta præsentatio, non autem quo ad alia.*

6 *Bina præsentationes non sufficiunt ad effectum probandi iuspatronatus in omnibus portionibus Ecclesiæ quidquid esset, si constaret de causa vniuersali.*

7 *Possessio vnius beneficij suffragatur quo ad alia stante dotatione plurium beneficiorum vnico contextu facta.*

8 *Collatio facta per Episcopum vnius, aut alterius Canonicatus in Ecclesia, non ex indè illi acquiritur possessio conferendi per se solum alios Canonicatus deficiente titulo vniuersali.*

9 *Immemorabilis præstat vim melioris Tituli de mũdo.*

10 *Immemorabilis sola non sufficit ad præsumendum titulum fundationis, seù dotationis quando sumus in personis, in quibus cadit præsumptio vsurpationis, quia S. Concilium non confidit de Testibus.*

11 *Immemorabilis deseruire non potest ad hoc, vt dici possit constare de causa vniuersali.*

12 *Præsentationes licet plures non sufficiunt ad probandum iuspatronatus in omnibus portionibus.*

13 *Præsentationes redduntur suspectæ, quando constat quod alij beneficiati non fuerint præsentati ab vniuersitate.*

14 *Testes habentes interesse in causa nullum gradum probationis constituunt.*

15 *Testes de auditu ab interesse habentibus nihil probant.*

16 *Testes de auditu, sed non recordantes à quibus audiuerint, non probant nec auditum, nec famam, quia potest esse, quod audiuerint à personis suspectis.*

17 *Testes deponentes inuerisimilia non sunt attendendi.*

DECISIO CCCCXX.

DOMINI steterunt in bis aliàs resolutis, quod non constat de prætenso Iurepatronatus vniuersitatis, quia non probantur ad
1 hunc effectum requisita, præsentationes videlicet continuatæ per spatium quinquaginta annorum effectum sortitæ, ac immemorabilis quasi possessio.

Nam vt in alia decisione fusiùs fuit deductum, dantur trexdecim tantum præsentatio-
2 nes, quarum aliquæ non probantur effectuatæ, aliæ verò non sunt continuatæ per spatium quinquaginta annorum.

Nec obstat præsentatio facta de anno 1528. de Ioanne Sorano, quæ prætenditur durasse vsque ad annum 1584. ex quo probatur, fuisse admissum per Capitulum ad præsentationẽ vniuersitatis per obitum cuiusdam Ioannis Sorani Ioannem de Ripa, vt in *nouo summar. dicta vniuersitatis num. 2.*

Nec non alia præsentatio Ioannis Carillo facta de anno 1529. quæ pariter prætenditur durasse vltrà spatium annorum quinquaginta eo quod probatur, fuisse per obitum cuiusdã Ioannis Carillo de anno 1593. prouisum quendam Ciordam, quia non probatur, quod Ioannes Soranus, & Ioannes Carillo, per quorum obitum fuit facta prouisio, sint illimet,
3 qui fuerunt anteà ab vniuersitate præsentati, prout in casu isto probari deberet ex quo id, quod regulariter dicitur, quod non præsumi-
4 tur pluralitas, non videtur hic applicari posse; quia omisso, quod verisimile non est, quod dicti Ioannes Soranus, & Ioannes Carillo, qui fuerunt præsentati de anno 1528. & 1529. superuixerint vsque ad annum 1584. & 1593. non est etiam nouum in illis partibus, quod plures eodem nomine vtantur, & in specie quod plures eodem tempore extiterint, qui vocabantur Ioannes Carillo, colligitur ex ipsa prouisione Ciordæ, quia in ea dicitur, dictum Ciordam prouideri per obitum Ioannis de Carillo Seniori, quod satis denotat, extitisse aliũ Ioannem Carillo, ad cuius differentiam dictus Ioannes vocabatur Senior; tum etiam quia licet admitteretur, dictas prouisiones factas ad præsentationem vniuersitatis durasse vltrà annos quinquaginta, atque ità quod dici posset constare de præsentationibus effectuatis vltrà spatium annorum quinquaginta iuxtà præscriptum Sacri Concilii; nihilominus dictæ
5 præsentationes suffragarentur vniuersitati quo ad alia beneficia tantum, ad quæ fuerunt præ-

sentati dicti Ioannes Carillo, & Ioennes Soranus; non autem quoad alia beneficia, in quibus prætendit ius dicta vniuersitas *ad trad. per Mohed. dec. 7. de præscript. Put. decis 107. lib. 1. & decis. 310. l. 2.*

Nec obstat, quod sufficiunt Vniuersitati
6 dictæ duæ præsentationes ad effectum probandi iuspatronatus in omnibus portionibus eiusdem Ecclesiæ, cum magis attendatur causa possidendi, quam actus, vt fuit dictum in *Viterbien. Iurispatronatus 4. Maij 1610. coram Illustrissimo D. Cardinali Sacrato*: quia hoc posset procedere, si constaret de causa vniuersali vera, & sufficienti ad effectum acquirendi Iuspatronatus, vt in *dicta Viterbien*, in qua fuit firmatum, quod stante donatione plurium benefi-
7 ciorum vnico contextu facta; possessio vnius suffragabatur quo ad omnes; verum in casu isto non constat de fundatione, seù dotatione Vniuersitatis quoad omnes redditus, seù portiones Ecclesiæ; de qua agitur, ideóque nec dicta decisio applicatur, & in terminis quod
8 Episcopo per collationem vnius, aut alterius Canonicatus in Ecclesia non censeatur acquisita possessio conferendi per se solum alios Canonicatus eò, quod non habet titulum vniuersalem fuit dictum *in Callien. iuris, conferendi 6. Martij 1617. coram R.P.D. meo Verospio*.

Non obstat, quod de fundatione, seù dotatione dictæ Vniuersitatis constat eo ipso, quod per eam probata fuit, vt prætenditur, immemorabilis quasi possessio præsentandi
9 quoad omnes dictas portiones, quia immemorabilis habet vim melioris tituli de mundo *Gabr. concl. 1. de præscript. num. 44.* cum ibi allegatis, & sic etiam fundationis, vel dotationis.

Nam fuit responsum, quod cum simus in personis, in quibus cadit præsumptio vsurpationis, non sufficit iuxtà dispositionem dicti
10 Sacri Concilij sola immemorabilis ad præsumendum titulum fundationis, seù dotationis; quia hoc casu dictum Sac. Concilium non confidit de Testibus, ac propptereà quidquid esset dicendum, si versaremur in personis priuatis, in hac facti specie non potest dici probatus titulus ex sola immemorabili, & per
11 consequens, nec eadem immemorabilis potest deseruire ad hoc, vt dici possit constare de causa vniuersali, quæ veniat attendenda.

Atque in hanc sententiam eò libentius iuerunt DD. quod, vt dictum est, non dantur,
12 nisi trexdecim præsentationes Vniuersitatis spatio ferè centum annorum, quæ certè non possunt sufficere ad probandum Iuspatronatus in omnibus portionibus, quæ vt ex actibus Capitularibus ab eadem vniuersitate productis apparet, sunt in dicta Ecclesia vltrà viginti quatuor; quinimò cum non doceatur, quod alij beneficiati, quorum nomina sunt in dictis actibus Capitularibus expressa, fuerint ab Vni-
13 uersitate præsentati, redduntur eo magis suspectæ dictæ præsentationes Vniuersitatis, aut saltem dici non potest, quod constet de præsentationibus continuatis, vt requiritur.

Et cessat penitus omnis difficultas quo ad omnes portiones; quia nec dicta prætensa immemorabilis dici potest probata ex quatuor Testibus, videlicet 5. 10. 12. & 22. in quibus potissimum insistitur, cum alij Testes propter
14 interesse, quod habeant in hac causa, nullam penitus fidem mereantur, vt fuit in hac eadem causa resolutum 9. *Maij* 1616. nam quintus & vigesimus secundus dicunt, se audiuisse ab
15 hominibus eiusdem Vniuersitatis, ideóque non probant *Aym. conf. 112. sub num. 13. Achill. decis. 8. de Iurepatronatus Caputaq. decis. 264. nu. 8. l. 1. Card. Mantic. decis. 253. num. 5.* decimus verò dicit, se non vidisse fieri aliquas collationes, & præsentationes, sed solum vidisse examinatores, qui veniebant ad dictum effectum ad oppidum, & deponit de auditu à dicto Michaele Incola dicti Oppidi, & sic à persona
16 suspecta, & licet deponat, se audiuisse etiam ab alijs, cum tamen non recordetur à quibus, non probat, nec auditum, nec famam, quia potest esse, quod audierit à personis suspectis, & interessatis *Aret. in c. cum causam num. 13. in fin. cum seq. de probat. Achill. dicta decis. 8. de iurepatronatus*.

Duodecimus deponit prorsus inuerisimi-
17 lia, dum dicit, quod fuit præsens singulis institutionibus, & præsentationibus factis de tot beneficijs spatio 40. annorum *Abb. in cap. quæ verisimile num. 3. de præsumpt. Aym. cons. 28. num. 1. Caputaq. decis. 276. num. 6. l. 3.* & in omnem euentum remanet vnicus.

Non obstat, quod dicta immemorabilis enunciatur in quadam concordia confirmata per Pium Quartum anno 1562. quia in concordia dicitur tantummodo, quod ab immemorabili tempore Originarij Incolæ admittebantur ad illa beneficia, non autem quod ab immemorabili Vniuersitas sit in possessione præsentandi; quinimò ex ijsdem litteris *Pij IV.* apparet, quod Vniuersitas exposuit Pontifici, quod ipsa erat in pacifica possessione præsentandi iuxtà consuetudinem obseruatam. & sic potius indè colligitur, quod Vniuersitas prætendebat ipsi tale Ius præsentandi competere ex obseruata consuetudine; non verò ex immemorabili quasi possessione, &c.

TERRACINEN. MOLENDINI

Lunæ 19. Dec. 1622.

ARGVMENTVM.

Dominus fundi vbi Aquæ exoriuntur, potest nouum molendinum construere, vel antiquum restaurare, licet ex eo resultet præiudicium, & minuatur concursus molendini inferioris.

SVMMARIVM.

1 *Aquam oriri in proprio fundo, & defluere ad proprium molendinum potest probari ex Testibus.*

2 *Testium depositiones coadiuuãtur ex instrumentis antiquissimis.*

3 *Molendinum restaurare, vel nouum construere permittitur*

mittitur in fundo, vbi aqua exoriuntur.

4 *Molendinum nouum construere prohiberi non potest, licet inferius molendinum damnum patiatur, dũmodo constructio noui molendini non fiat animo nocendi.*

5 *Molendinum inferius damnum non patitur, quando habet alias aquas sufficientes ad molendum.*

5 *Molentium concursus licet minuatur, ex constructione noui molendini, non est præiudicium considerabile, vt sit locus prohibitioni.*

DECISIO CCCCXXI.

DOMINI responderunt pro Capitulo Ecclesiæ Sæxemonetæ informante, quod ipsi scilicet liceat restaurare antiquum molendinum, de quo agitur, quia quod dictum molendinum sit Capituli, quodque aqua defluens ad illud oriatur in terris Ecclesiæ benè probatur per testes Capituli, qui dantur *Summ. num.* 1. & melius etiam ex testibus pro parte D. Ducis examinatis, qui explicitis verbis deponunt, quod dictæ aquæ oriuntur infundis Ecclesiæ, non verò in via publica; sed subtus viam, & in ipsius viæ limite, vt ipsi dicunt, quodque dictæ aquæ fluunt super dictis bonis Ecclesiæ, ac decurrunt vsque ad molam Sancti Ioannis, quæ est Capituli.

Et eadem probatio coadiuuatur ex instrumento antiquissimo anni scilicet 1518. locationis dicti molendini factæ per Capitulum, ità vt nullatenus dubitari possit, quin re vera dictũ Molendinum sit Capituli, & super propria aqua eiusdem Capituli instructum.

Atque hoc supposito indubitanter sequitur, quod liceat Capitulo dictum Molendinum restaurare, cum imò liceret eidem de nouo construere vt per *Rip. in l. quominus nu.* 25. vbi etiam Testatur de communi *ff. de flumin. Thesaur. decis.* 16. *n.* 1. *& seq. Rossental. de feud. l.* 1. *c.* 5. *conclus.* 28. *nu.* 1. *& conclus.* 29. *nu.* 2. Quod procedit etiam si ex huiusmodi Molendino inferius Molendinum aliquod damnum pateretur, dummodo constructio noui Molendini non fiat animo nocendi *Rip. vbi supra num.* 26. *& seq. Bero. cons.* 135. *n* 4. *Thesaur. dicta decis.* 16. *num.* 10. *in fin. Rossental. dicta conclus.* 29. *n.* 3.

Quod tamen in casu isto penitus cessat, quia supradicti testes deponunt, quod dictæ aquæ à Molendino ipsius Capituli defluunt ad Molendinum inferius D. Ducis, quodque hoc idem inferius Molendinum habet alias aquas sufficientes ad Molendum ità, quod posset molere etiam si dictæ aquæ ad illud non descenderent.

Nec obstat, quatenus prætendatur, quod si detur facultas Capitulo instaurandi dictum antiquum Molendinum; præiudicabitur in eo Molendino inferiori, quod habebit minorem concursum Molentium; quia hoc præiudicium non est considerabile *Rip. in l. quominus num.* 82. vbi pariter testatur de communi *ff. de flumin. Bald. cons.* 463. *vers. & notandum est num.* 5. *l.* 4. *Alex. cons.* 144. *n.* 11. *l.* 2. *Afflict. dec.* 388. *nu.* 12. & fuit dictum in *Bononien Molendini* 9. *Decembris* 1619. *coram Renccensi. Seleucien.*

EVGVBINA PAROCHIALIS SANCTI VENANTII

Vener. 13. *Ianuar.* 1623.

ARGVMENTVM.

Plures quando aspirant ad gubernium Ecclesiæ; tunc electio pendet absolutè ab Ordinarij Iudicio, pro quo semper stat præsumptio, & qui illius iudicium allegat irrationabile plenè probare debet: laxissimè examinantur qualitates, quæ in electione inspici debent.

SVMMARIVM.

1 *Præsumptio stat pro Iudicio Episcopi, vndè qui id allegat irrationabile, id probare tenetur plenè, & concludenter.*

2 *Doctoratus, Maior natu non sunt qualitates, vt aliquis dicatur aptior ad regendam Ecclesiam, quia ne dum ætas, & doctrina, sed mores, & prudentia in electione inspici debet, & nu.* 3. *&* 4.

5 *Iudicium Ordinarij, vt possit redargui, vel plenè requiritur probatio, vel saltem concurrere debent vehementissimæ coniecturæ, & præsumptiones, & num.* 6.

7 *Episcopi Iudicio relinquitur iudicare aliquem magis aptum, non autem pertinet ad Examinatores.*

8 *Ordinarius in electione potest præferre eum, qui sibi magis idoneus, & habilior videtur, licet alius ab Examinatoribus sit magis idoneus approbatus.*

9 *Ordinarius præsumitur benè instructus de vita, & moribus concurrentium ad gubernium Ecclesiæ, & propterea illius iudicio standum est n.* 10.

11 *Electio Episcopi redditur suspecta, quando carnalitatis, aut alius humanæ passionis impulsus concurrit, secus verò his remotis, nam tunc præsumitur Canonica.*

DECISIO CCCCXXII.

DOMINI dixerunt, non constare de irrationabili iudicio Domini Episcopi, quia certum est, quod is, qui dat de irrationabili iudicio, id probare tenetur, & quidem plenè, &

1 concludenter, quia alias præsumptio est pro iudicio Episcopi *c. in præsentia de renunciat.* & fuit sæpissimè dictum, & signanter *in Beneuentana Parochialis* 7. *Decembris* 1592. *coram bon. mem. Cardinali Arigono in nullius Parochialis, seù concursus* 4. *Decembris* 1600. *coram S. D. N. tunc Rotæ Auditore in Fauentina Parochialis* 23. *Iunij* 1613. *coram R. P. D. meo Pirouano in Aquen Parochialis* 6. *Aprilis* 1612. *& in Pampiloneñ Beneficij de los Achos* 9. *Decembris* 1619. *coram R. P. D. meo Vbaldo.*

In casu autem isto non probatur, quod dictum Iudicium Domini Episcopi fuerit irrationabile.

Nec obstat, quod dicitur, Guidobaldum esse ætate maiorem Mariano electo ab Episcopo doctoratus gradu insignitum Sacerdotem, & in audiendis confessionibus exercitatum, quia nõ

2 propterea sequitur, quod esset ad regendam Ecclesiam vacantem aptior, atque ità quod iudicium Episcopi fuerit irrationabile, ad hunc namque

namque effectum nc dum ætas,& doctrina,sed
mores etiam, & prudentia inspicitur itá,quod
cum possibile sit, quod etiam quod Guido-
baldus dictas qualitates habeat; nihilominus
Marianus eum antecellat integritate Vitæ,pru-
dentia, alijsquæ virtutibus ad regendam Ec-
clesiam oportunis;meritò dici non valeat con-
stare, quod dictus Guidobaldus sit dicto Ma-
riano ad regendam dictam Ecclesiam aptior,
3 quodque perconsequens dicti Iudicium Epi-
scopi fuerit irrationabile, vt in specie simili o-
biecto fuit responsum *in dicta Rauennaten Paro-
chialis 2.Decembris* 1590.*coram Cardinali Arigono,
& in Fauentina Parochialis 28. Iunij* 1613. *&* 13.
Ianuarij 1614.*coram R.P.D.meo Pirouano*, & alias
sæpissimè.

Nec propterea etiam obstat, quod eo ipso
quod dictæ qualitates in dicto Guidobaldo cõ-
4 currunt, præsumitur aptior Mariano ad regen-
dam dictam Ecclesiam; quia præterquã quod
ex eo, quod dictus Guidobaldus est doctor,&
maior ætate Mariano, nulla oritur præsum-
ptio, quod eum superet Vitæ, ac morum in-
tegritate, & prudentia, quod potissimum re-
quiritur in administratione Curæ Ecclesiæ Pa-
rochialis *ex adduct.per Gonzal. ad reg.*8. *glos.*4. *nu.*
114. *& seqq.* non sufficeret etiam in omnem e-
uentum ad redarguendum Iudicium Ordinarij
talis præsumptio,cum ad hunc effectum neces-
5 saria sit vel vera, & propria probatio, vt *in di-
cta nullius Parochialis, seù concursus coram S.D.N.*
quæ est inter impress.*decis.*3.& alijs super alleg.
aut saltẽ concurrere debeant vehementissimæ
præsumptiones, quod iudicium Episcopi fue-
rit dolosum, hoc est, quod Episcopus, vt sunt
Verba bullæ *Pij V. Carnalitatis, aut alias humana
passionis affectum,non rationis iudicium fuerit secutus,*
cũ alias nulla electio fieri posset, quæ litibus,&
cõtrouersijs non vexaretur in maximũ damnũ
6 Ecclesiarum *Couarr.in reg.peccatum in* 2.*p.§.*7.*sub
n.*4.*vers.igitur iura humana*, & fuit dictum *in di-
cta Rauennaten. Parochialis corã bon.mem. Cardinali
Arigono.*

Nec facit, quod dictus Guidobaldus fuit re-
nuntiatus à tribus examinatoribus magis ido-
neus, quia non pertinet ad examinatores iudi-
7 care de maiori aptitudine, sed id relinquitur
per *Sac.Concil.Tridentinum sess.*24.*c.*18. *vers.pera-
cto de reform.* & per Constitutionem *Pij V.* quæ
est 32. *in Bullario iuxta antiquam impressionem*
iudicio Ordinarij,adeò quod potuit Ordinarius
præferre Guidobaldo dictum Marianum, licet
Guidobaldus à dictis tribus examinatoribus
8 fuerit renunciatus magis Idoneus *iux. not. per
Carz.de benef.p.*9.*c.*2.*n.* 109. vbi quod Episcopus
suo Iudicio, & non ex votorum calculo, nu-
mero, & collectione potest, & debet eligere
eum, qui sibi magis idoneus videtur, & *num.*
112. reiectis opinionibus aliorum concludit
hanc opinionem, quod ad examinatores non
spectet renunciare, quis sit magis idoneus, esse
certam ex Concilio, & dicti Concilij Illustriss.
Interpretum declarationibus.

Ac propterea cum D. Episcopus judicauerit
magis aptum ad regendam Ecclesiam vacantẽ
Marianum, atque ipse præsumatur instructus
9 de Vita, & moribus concurrentiũ, & alijs vl-
tra doctrinam requisitis *Cardin. in Clement.* 1. *nu.*
20.*vers.sit autem*, & ibi *Anchar.nu.*7.*vers. hoc ideò
de sequestr.possess.& fruct. Rot. in recent.dec.*537.*sub
nu.*4. *vers. Ordinarius præsumitur instructus p.*1. ne-
que aliquid contra vitam, ac mores dicti Ma-
10 riani obijciatur, meritò standum est Iudicio
D.Episcopi, neque illud dici potest irrationa-
bile.

Ex his patet responsio ad omnia in contra-
rium allegata, & præsertim ad decisionem
in causa Dertusen Parochialis 18. *Decembris* 1580.
coram Gipsio; quia in casu dictæ decisionis Epi-
scopus elegerat eius familiarem,&Secretarium
11 & plura alia concurrebant, ex quibus reddeba-
tur electio suspecta, quod non est in casu isto,
cum non solum adsit causa suspicionis, quod
Episcopus fuerit Carnalitatis, aut alias huma-
næ passionis affectum secutus,sed imò constat,
Marianum fuisse educatum per quimquen-
nium inCollegio Seminarij,quodque est fami-
liæ valdè nobilis, ideòque potius in eo concur-
rant qualitates, ex quibus possit iudicari dicto
Guidobaldo aptior, etiam dato quod Guido-
baldus sit dicto Mariano Doctior.

ARETINA PLEBANIÆ S. FELICIS

Veneris 13. *Ianuarij* 1623.

DECISIO CCCCXXIII.

Impressa in Recent. decis. 449. *par.* 4. *tom.* 2.

ROMANA FRVCTVVM DOTIS

Veneris 27. *Ianuarij* 1623.

DECISIO CCCCXXIV.

*Impressa in recent. decis.*452. *par.*4. *tom.*2.

ROMANA LOCORVM MONTIVM

Mercurij 1.*Februarij* 1623.

ARGVMENTVM.

Vt sit locus Immissioni hæredi ab intestato, quæ requisita veniant iustificanda. Nepotes succedunt æqualiter ad hæreditatẽ Patris, & alia, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

1 *Immissio conceditur concurrentibus requisitis nempe obitu, ac possessione Testatoris.*

2 *Successio ab intestato spectat ad Nepotes æqualiter in bonis Patrui, & sic pro medietate illis debetur immissio, vt n.*3.

4 *Obitus Testatoris probatur ex resignatione locorum montium*

montium facta ab herede, ex qua resultat implicita confessio, cum non detur hereditas viuentis.

5 *Possessio defuncti probatur ex resignatione locorum montium facta ab herede.*

6 *Possessio præsumitur continuata à die acquisitionis vsque ad obitum.*

7 *Proximitas in materia successionis ob intestato quomodo probetur.*

8 *Cessio iurium, quæ ad alium spectant, remanet inutilis ex regula quod nemo plus iuris.*

DECISIO CCCCXXV.

DICTVM fuit, dandam esse immissionem Thadeo in possessionem medietatis sexdecim locorum montium, nisi obstet prætensum creditum Iulij, de quo mandarunt DD. particulariter v deri, constat enim de omnibus requisitis ad hunc effectum, videlicet de obitu Balduini, ac de possessione eiusdem Balduini dictorum locorum sexdecim tempore dicti eius obitus, quodque dictus Thadeus est nepos ex fratre dicti Balduini, ac in pari gradu cum Iulio ex alio fratre nepote: Nam his stantibus vtique debetur dicto Thadeo successio ab intestato vna cum dicto Iulio, & sic pro medietate *iux.tex.in l.2.§.hereditas ff.de suis, & legit. Graff.de success. in §.successio ab intestato n.4.in princ.* cum alijs *per Rot.decis.27.n.1.& seqq.p.1.in recent.* & per consequens immissio in dictis locis môtium à defuncto possessis *l.1. ff. quorum bonorum & l.2.* & ibi omnes *C.eod.tit. Soccin.iun.caus.75.n.4.& 9.l.1.* cum alijs *per Menoch.de adipisc.remed.1 q.4.n.33.Rot.dec.115.num.1.p.1.in recent.*

De obitu autem Balduini, constat ex resignatione eorundem locorum montium facta per Iulium, tamquam hæredem Balduini; ex hoc enim resultat implicita confessio Iulij obitus dicti Balduini, cum non detur hæreditas viuentis *l.1.vbi gloss. ff. de hered. & act.vend.l.2.§. interdum ff. de vulg. & pupill.* & in puncto quod per huiusmodi implicitam confessionem probetur obitus, fuit dictum *in Romana de Bisceglis 11. Decembris 1613. coram R. P. D. meo Pirouano*, quæ est decisio 496. *p.2.in recentior.* & ex eadem resignatione probatur etiam, quod Balduinus dicta loca possederit tempore eius obitus, & maximè quia constat, ea fuisse à dicto Balduino acquisita ex pretio 3. partis cuiusdam domus per eum venditæ, & præsumitur, quod Balduinus à dicto die acquisitionis continuauerit in eorumdem locorum possessione vsque ad eius obitum *iux. trad. in l. siue possidetis C. de probat.Natt. cons.562. num.6.l.3.Peregr.de fideicom. artic.44.n.16.Rot decis.706.num.5. p.2.in recent.* & fuit dictum *in Perusina Bonorum 10.Maij 1610.coram R.Attrebaten.*

Quod vero dictus Thadeus sit nepos ex fratre Balduini, & in pari gradu cum Iulio, vltra quod est satis notum in Vrbe, constat, & ex depositionibus testium, iuncto præsertim instrumento venditionis factæ per Balduinum cuiusdam domus, in quo dictus Balduinus vocat Thadeum eius nepotem ex Ioanne Baptista eius fratre.

Non obstat cessio dictorum locorum montium facta per Iulium ad fauorem Zauli; quia cum meditas dictorum locorum spectaret ad Thadeum, non potuit illa per dictum Iulium alteri cedi ad regulam *nemo plus iuris ff.de reg iur. Aldobr.cons.68. num.2. l.2.Surd.cons.547.num.5.& Dec.308.n.9.& seq. Rot.decis.562.sub num.4. p.2.in recentior.*

CALCIATEN. IVRISDICTIONIS.

Mercurij 1. Februarij 1623.

ARGVMENTVM.

Examen Testium remanet nullum, non seruata forma præscripta in Remissoria. Attentata sunt inexcusabilia commissa post obtentam inhibitionem rotalem.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis recusatio, vt sit valida, requiritur ne dum causa, verum etiam iuramentum & num.2.*

3 *Examen remanet nullum, non seruata forma præscripta in remissoria, & num.4.*

5 *Attentata sunt inexcusabilia, quando sunt commissa post obtentam, & præsentatam inhibitionem rotalem.*

6 *Inhibitio siuè iusta, siuè iniusta semper reuerenter est seruanda, vbi spectat ad Iudices inferiores cognoscere de inhibitionum Rotalium validitate.*

7 *Iudex inferior post obtentam inhibitionem Rotalem debet se abstinere ab omni declaratione.*

DECISIO CCCCXXVI.

DOMINI dixerunt, examen esse nullum, & constare de attentatis.

Nam quoad examen, quidquid esset dicendũ circa nullitatem ex eo deductam, quod Iudex remissorialis fuit allegatus suspectus, & non obstante huiusmodi allegatione processit ad dictum examen, quę aliquibus ex Dominis nõ videbatur eo, quod cum ad effectum validæ
1 recusationis requirãtur copulatiuè iuramentũ, & causa *ex alleg.per Rot.dec.2.p.2.diuers.* satis non constat, vtrumque interuenisse, ex quo verba illa *iuratque in forma enunciata* per Notarium in postrema recusatione, in qua legitur expressa causa non probat, fuisse præstitum iura-
2 mentum tactis scripturis *Caputaq.decis.123. p.2. & 295.p.3.* & fuit dictum *in Beneuentana decimarum 21.Iunij 1620.coram bo.mem. Litta, & in Aretina spolij 9.Iunij 1604.coram Reuerendissimo D.meo Decano.*

Non potest dictum examen substineri, quia in remissoria data per Prouisores Burgenses fuit certa forma præscripta, videlicet cõdito prius, & ante omnia fuisse citatum Fiscalem generalem ad videndum iurare testes, quæ forma non fuit per Iudicem remissorialem seruata,
3 ideòque examen remanet nullum, vt in puncto fuit dictum coram S. D. N. *decis.518. nu.2. & in Parmen. status 4. Iunij 1604. coram Illustrissi. Cardin. Millino relata per Fari acc. in impress. p. 8* seun

se:und ùm Volumen consil.decis. 214. *numer.3.*

Nec obstat, quod sufficit dicto Procuratori
Fiscali fuisse intimatum terminum probato-
rium coram Prouisoribus, quodque infra di-
ctum terminum fuerunt admissi testes ad iu-
randum, vt fuit dictum *in Placentina decimarum
de Trugillo 7. Februarij* 1618. *coram R. P. D. mco
Buratto*; quia id non procedit, quando in re-
missoria fuit pręscripta certa forma; tunc enim
illa debet seruari ad vnguem, nec sufficit inti-
4 matio dicti termini probatorij, quæ alias sup-
pleret defectum dictę citationis ad videndum
iurare, vt simili obiecto fuit responsum *in di-
cta decis.* 518. *coram S. D. N.*

Quo vero ad attentata DD. dixerunt de illis
constare eò, quod apparet, quod post inhibi-
tionem emanatam á Rota, & intimatam *die* 18.
5 *Septembris* fuit per Prouisorem Burgeñ 21. *Octo-
bris* relaxatum mandatum de manutenendo ad
petitionem Decani, & Capituli, quod in cau-
sa procederet, non obstante inhibitione Rota-
li; vndè meritò non possunt dicta attentata
excusari *Put.dec.*385.*l.*2.*Acchill.decis.*29.*de appell.
Caputaq;decis.*93.*p.*2.

Nec obstat, quod commissio vigore cuius e-
manauit dicta inhibitio, sit minus rectè obtēta,
& inualida, quia inhibitio Rotalis siuè iusta, si-
uè iniusta semper est timenda, nec spectat ad
6 Iudices inferiores cognoscere de Validitate inhi-
bitionum Rotalium, sed debent illis reuerenter
parere *Acchill.dicta decis.*29.*de appell.Put.dicta dec.*
385. *in fin.*

Minus facit, quod Prouisor mandauit nihil
esse innouandum, ideóque non videtur con-
trauenisse inhibitioni; quia imo sub prætextu,
quod nihil innouaretur, ipse maximè innoua-
uit declarando, quod omnia obseruarentur,
quæ ipsi videbantur in actis constare, & sic sub
honesto titulo totam causam definiuit; cum
7 tamen debuisset, stante dicta inhibitione, pe-
nitus ab omni declaratione abstinere.

AVXIMANA DOTIS.

Lunæ 6. Februarij 1623.

ARGVMENTVM

Dotis restitutio ex quibus bonis sit facienda, hypoteca tacita pro dote competit ne dum in bonis viri: virum etiam Patris, & subsidium in bonis fideicommissarijs.

SVMMARIVM.

1 *Dos venit restituenda ex bonis possessis de tempore obligationis, & postea acquisitis per virum, & in subsidium ex bonis fideicommissarijs, quando constat de promissione, & quietantia num.*2.

3 *Termini susceptio importat debiti confessionem.*

4 *Hypoteca tacita pro dote competit vxori in bonis viri, quando deficit expressa.*

5 *Hypoteca tacita competit pro dote etiam in bonis Patris viri.*

6 *Hypoteca tacita pro dotis restitutione competit in subsidium in bonis fideicommissarijs vigore Auth. res quæ.*

7 *Fideicommissario incumbit onus probandi adesse bona libera, quando mulier agit pro restitutione suæ dotis ex bonis fideicommissarijs.*

DECISIO CCCCXXVII.

RESPONSVM fuit pro informante,
dotem esse restituendam ex bonis Ioan-
1 nis, & Francisci per eos tentis, & possessis de
tempore obligationis, & posteà acquisitis, &
in subsidium ex bonis fidecomissarijs; reserua-
to tamen; vt particulariter videatur de pręten-
sa satisfactione.

Nam de præcedenti promissione dictæ dotis
2 constat ex apocha matrimoniali, & eiusdem
dotis solutio probatur ex iuribus, quæ dantur
*summar.Bernardinæ n.*2.*&* 3.

Nec controuertitur, quod euenerit casus
restitutionis dictæ dotis, quinimò constat etiā
Ioannem Dulphum iam semel suscepisse termi-
3 num soluendi dictam dotem, ex qua susce-
ptione oritur debiti cōfessio *l.ad solutionem C. de
re iudic Surd.cons.*290.*n.*57.*Card.Mantic. dec.*354.
*n.*5.*Rot.decis.*99.*n.*13.*p.*1.*& decis.*773.*num.*5.*p.*2.*in
recent.* itá quod nullatenus dubitari valeat,
quia dicta dos sit restituenda. Quod vero resti-
tuenda sit ex bonis Ioannis, & Francisci, & in
4 subsidium ex bonis fideicomissarijs, patet, quia
etiam si cessaret hypotheca expressa, compe-
teret nihilominus Bernardinæ tacita hypothe-
ca pro sua dote, ne dum in bonis Francisci,
eius mariti *l.vnic.§.& vt plenius C.de rei ux. act.l.
assiduis C.qui potior. in pig.hab.Surd.cons.*77.*n.*11.*&
cons.*495.*num.*1.*& seqq.* sed in bonis Ioannis Pa-
5 tris Francisci ad notat:per *DD.in l si cum dotem §
transgrediamur ff sol matr. Surd.decis.*62. *n.*32. & in
subsidiū in bonis fideconissarijs *iux.auth.res, quæ
C.comm.de leg.* quæ habet locum etiam in dotis
restitutione, vt tradūt omnes in *dicta auth.res, quæ
Peregr.de fideicom.art.*42.*n.*1. *& seq.Petra de fideic.
q.*8.*n.*17.*& n.*423.*vers.in expressa, etc.Surd.decis.*62
*n.*1.*& seqq.Thesaur.decis.*162.*n.*4. *Rot.* 37.*n.*4.*p.*1.
*diuers.& decis.*266.*n.*1.*& seqq.coram S.D.N.*

Onus vero probandi adesse bona libera in-
cumbit fideicommissario tuenti se ex fideicō-
misso *Curt.senior.cons.*24.*num.*17. *vers. quia ad ista
Crauett.cons.*19.*n.*18.*vers.cui autem Cardin.Mantic.
decis.*152.*n.*1.*vers.& sic aliquis Rot. decis.*66. *n.*4.*p.*
1.*in recentior.*

ROMANA, SEV VELITERNA AFFICTVS.

Lunæ 13. Februarij 1623.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor dicitur verè promisisse omnia, ad quæ tenetur principalis per relationem ad Instrumentum etiam si illa non specificet in Instrumento fideiussionis.*

2 *Instru-*

2 *Instrumentum quod non dicit, nec nos dicere debemus, maximè quando agitur de contractu, qui legem accipit ex partium conuentione num. 3.*
4 *Verba contractus habentur pro textu, cui magis credendum est, quàm glossa.*
5 *Interpretatio est facienda pro adimplemento contractus, quando agitur pro euitanda pœna.*
6 *Fideiussores esse idoneos potest probari ex Testibus.*
7 *Venditor stante reseruatione dominij rei venditæ, venit præferendus omnibus Creditoribus.*
8 *Debitor quando est diues tunc sufficit fideiussor minus idoneus.*
9 *Debitor præstans plures fideiussores, quando tantum vnum præstare tenebatur, dicitur Pinguius adimplere eius obligationem.*
0 *Ad implementum habet pro se mitiorem interpretationem.*

DECISIO CCCCXXVIII.

CVM post resolutionem in hac causa factam dubitaretur, an constet de ad implemento Barellæ, ità vt ipsi debeatur affictus iuxta formam instrumenti, DD. resoluerunt, cōstare de adimplemento, quia lapsis decem diebus Griffolo assignatis, nec per eum adimpletis adimplendis infra alias decem dies dictus Barella dedit in fideiussores quatuor ciues veliternos, qui se obligarunt insolidum ad omnia in instrumento dissolutionis societatis specificata. Vnde meritò censetur adimpleuisse per eum adimplenda, quia fideiussor dicitur verè promisisse omnia, ad quæ tenetur principalis per relationem ad instrumentum, etiam si illa non specificet in instrumento fideiussionis *Bald. cons. 112. l. 5. Dec. cons. 489. nu. 10. & seqq. Decian. cons. 72. n. 43. l. 2.*

Nec obstat, quod iuxtà conuenta in dicto instrumento dissolutionis societatis tenebatur Barella liberare Griffolum ab obligatione per eum facta ad fauorem Reuerendiss. Capituli Sancti Petri, quod cum minimè, præstiterit, non potest dici adimpleuisse ea, quæ tenebatur Vigore instrumenti adimplere, vt per
7 eandem rationem fuit resolutum contra Griffolum, quod scilicet ipse non adimpleuerit per eum adimplenda infra decem dies ei ad hunc effectum assignatos, quia fuit responsum, quod dictæ partes conuenerunt quidem in dicto instrumento, quod ille super quem sors caderet, procuraret liberationem alterius Socij à dicto Capitulo: Verum quo ad illum, cuius affictus esse debebat in euentū, in quem is, qui per sortem erat extractus, non adimpleret per eum adimplenda infra decem dies, nihil fuit dispositum circa dictam liberationem, sed simpliciter conuentum, quod præstare deberet, idoneam cautionem Ciuis Veliterni, ac propterea cum quoad Barellam versemur in hoc secundo casu, meritò nihil ei imputari potest, si dictam liberationem non procurauit.

Nec dicatur, quod saltem censeri debet tacitè repetitum idemmet onus liberandi alterum socium à dicta obligatione etiam quo ad eum, ad quem deuolui debebat affictus in euentum non adimplementi illius, qui per
sortem erat extractus, quia sufficit Barellæ, quod hoc non legitur expreisè in dicto Instru-
2 mento, quod enim Instrumentum non dicit, nec nos dicere debemus *l. quidquid adstringendæ vbi Bar. Alex. & Ias. & alij ff. de verb. oblig. Surd. cons. 127. num. 34. Cephal. cons. 366. num. 7.* præsertim quia sumus in contractu, qui legem
3 accipit ex partium conuentione *c. contractus de reg. iur. in 6. l. 1. §. & si conueniat ff. depositi l. legem C. de pact. Natt. cons. 384. num. 11.* & verba con-
4 tractus habentur pro textu, cui magis credendum est, quàm Glosæ *Oldrad. cons. 258. sub nu. 6. vers. sed talis Aym. cons. 105. num. 2. Henrig. de fideiuss. cap. 22. § 10. num. 40.* & agitur ad effectum pœnæ videlicet caducitatis à commodo
5 locationis, sicque omnis potius interpretatio sumi debet pro adimplemento *ad trad. per Card. Mantic. de tacit. l. 2. tit. 4. num. 90.* cum aliis *per Gabr. de legib. conclus. 3. num. 39.* vbi quod in pœnis conuentionalibus non fit æqualis interpretatio, & pœna adiecta vni ex correlatiuis, in altero non intelligitur repetita,

Non obstat, quod fideiussores dati per Ba-
6 rellam, non videntur idonei facultatibus, quia quod sint idonei, probatur ex Testibus, qui dantur *Summar. Barella num. 2.*

Nec releuant ea, quæ pro parte Griffoli adducuntur ad demostrandum, quod dicti fideiussores sint minus idonei, quia eosdem fideiussores alias etiam approbauit Capitulum S. Petri, etiam cum liberatione eiusdem Griffoli ab obligatione erga dictum Capitulum per eum facta; vndè non est, quod Griffolus timeat de molestijs per Capitulum pro pensionibus dicti affictus.

Et quo ad alios effectus dicti affictus, quorum Griffolus prætendit se esse Creditorem, satis est cautus, ne dum per dictos fideiussores; & quia constat, eundemmet Barellam satis opimas facultates habere, sed etiam quia idemmet Griffolus reseruauit sibi in dicto Instrumento dominium omnium effectuum; donec integrè fuerit de rata ad eum spectante satisfactus, nam hac reseruatione stante, ipse
7 præferendus erit omnibus alijs Creditoribus, tanquam dictorum effectuū Dominus *Gomes. var. resol. tom. 2. tit. de empt. & vend. sub num. 30. vers. item etiam Vincenz. de Franch. dec. 506. nu. 4. & 15.*

Nec obstat, quod Barella non dedit fideiussorem de soluendo infrà sex menses debita affictus, & de releuando indemnem Musciglionum, quia imò dicti fideiussores se obligarunt ad omnia contenta in dicto Instrumento, quod sufficit *ex sup. alleg.*

Nec obstat, quod saltem dicti fideiussores non sunt idonei pro omnibus contentis in dicto Instrumento, quia ex suprà deductis satis apparet, quod sunt idonei pro omnibus, vt dictum est, præsertim cum ipsemet Barella
8 sit diues, quo casu sufficit etiam fideiussor minus idoneus *Alex. in l. 2. num. 4. Ias. nu. 5. ff. qui satisd. cog. Bal. singul. 31. Henric. d. tract. de fideiussor. c. 8. num. 97. vers. 3. limitatur*; Et quia in omnem euentum sufficit, quod dicti fideiussores sint pares facultatibus Griffolo, vt expressè fuit inter partes conuentū in dicto Instrumento c. 3.

Non

Non obstat quod ex forma dd.conuentionũ
debebat præstari vnus fideiussor tantum,
& non plures, quia cum omnes se obligauerint
9 insolidum, & singuli sint sufficientes, Barella
censetur pinguius adimpleuisse, quod non est
prohibitum.

Non obstat, quod non probantur singuli
idonei, seu pares facultatibus Griffolo quia te-
stes *d.sum.num.7.* deponunt de facultatibus sin-
gulorum, & ex collatione facultatum dicto-
rum fideiussorum cum facultatibus Griffoli,
quas iidemet testes demonstrant *d.sum num.8.* sa-
tis apparet, quod illæ superant facultates Grif-
foli, quod Domini admittendum censuerunt,
ad effectum saltem, de quo agitur, vt scilicet
censeatur dictus Barella adimpleuisse ipsi in-
cumbentia, cum maximè ad hunc effectum
10 videatur sumenda mitior interpretatio, & præ-
sertim quia re vera Griffolus, vt dictum est,
cautus per dictos fideiussores & maximè stante
approbatione Capituli dictorũ fideiussorũ, nec
non & reseruatione facta per Griffolum Do-
minij omnium effectuum affictus, ac etiam
diuitijs Barellæ, quo lq; hactenus nunquam
fuit molestatus Griffolus pro pensionibus dicti
affictus, ac propterea dubium non est, quin
per dictos fideiussores fuerit abundè dictarum
partium menti satisfactum &c.

VRBEVETANA BONORVM.

Lunæ 13. Februarij 1623.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Bona vendita seu in solutum data duobus, illa spectat ad vtrumque.*
2 *Res empta ex communi pecunia spectat ad omnes.*
3 *Datio in solutum facta alicui cum clausulis translatiuis dominij dici nõ potest, quod nomen illius fuerit appositum ad cautelam.*
4 *Dominij translatio facta ex falsa causa potest retractari sed interim donec error detegatur, dominium remanet penes eum, cui fuit facta datio in solutum.*

DECISIO CCCCXXIX.

FVIT dictum, bona acquisita à Simoncel-
lis spectare pro medietate ad Io. Baptistam
pro alia vero medietate ad Bartholomeum, de
pretio autem dd. bonotum DD. mandarunt
particulariter videri.

Nam quoad dicta bona constat, illa fuisse
vendita, seu insolutum data Io: Baptistæ,
& Bartholomeo, vnde dubiũ non est, quia illa
1 spectent ad vtrumque *l.si mihi & Titio ff.de verb.*
oblig. l. reos §. cum in tabulis, & ibi Rochegall. nu.
61. ff.de duob. reis l.cum proponas C.pro soc.cum alijs
per Gabr. conf.80. num.1. vol.1.

Nec obstat, quod dd.bona fuerunt data in so-
lutum pro extinctione census empti à solo
Prudentio Patre Io: Baptistæ, nam dato etiam
quod pretium dd. bonorum spectaret ad Pru-
dentium, & sic ad Io: Baptistam eius filium tã-
tum, non verò ad Bartolomeum, de quo lo-
co suo videri poterit, nihilominus bona ex
dicto pretio empta per Io: Baptistam, & Bar-
tholomeum fuerunt pro medietate acquisita,
etiam Bartholomeo, nec Io: Baptista potest
dicta bona vendicare, sed debet alio modo in-
demnitati suæ consulere, agendo ad restitutio-
bem pecuniæ ad se spectantis, vt in puncto de
2 re, quæ dicebatur empta ex comuni pecunia
est *tex..in l.si patruus, vbi Bart.num.4.Bald.num.3.*
vers.1.casu Salic. num.3.vers. & tunc C. commun.
vtriusq. iudic. l. nihil prohibet C. si quis alt.vel sibi
Alex. conf.134.n.2. l.5. Rot. dec. 165. & 166.apud
Modern de censibus.

Nec obstat, quod in instrumento dationis in
solutum dictorum bonorum fuit appositum
nomen Bartolomei ad maiorẽ cautelam DD.
de Simoncellis debitorũ census, vt scilicet hac ra-
tione reportarent quietantiam etiam à dicto
Bartolomeo; quia ex lectura d.Instrumenti ap-
paret, quod dicta bona fuerunt data in solutũ
Io. Baptistę, & Bartolomeo æquè principaliter,
quodq; Bartolomeus eadẽ bona acceptauit sti-
pulando pro se, & hæredibus, cũ clausulis tran-
slatiuis dominij, & possessionis, vndè non
potest dici, quod ipsius nomen fuerit adiectũ
3 ad cautelam, sed imò ad effectum transferen-
di in eum dominium pro medietate dictorum
bonorum ad *l. Reos §. cum in tabulis ff. de duobus*
reis.

Minus facit, quod saltem videatur facta trã-
slatio dominij ex falsa causa, nempe quia par-
tes credebant, censũ pro quo fuerunt dicta bo-
na data in solutum spectare pro medietate ad
Bartolomeũ, ideóq; detecto errore, nõ præiudi-
care Io. Baptistæ; quia etiam quod posset dete-
4 cto errore dicta translatio dominij retractari
Dec.conf.525.nu.6. Menoch.cons.91.num.58.& seq.
lib.1. tamen donec error detegatur, atque di-
ctum dominium retractetur, illud remanet pe-
nes Bartolomeũ, ad quẽ propterea rectè dicitur
dicta bona pro medietate spectare ex alleg.&c.

CAMERINEN. BONORVM

Ven. 17. Februarij 1623.

ARGVMENTVM.

Donatio celebrata contemplatione futuri Matrimonij an egeat insinuatione. Plures de materia referuntur DD. opiniones.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum publicum facit probationem probatam.*
2 *Donatio facta contemplatione futuri Matrimonij eget insinuatione contrarium* num.2. declara vt nu.3.
4 *Donatio non eget insinuatione, quando in illa fuit instituta primogenitura.*
5 *Donatio non subiacet Statuto requirenti certas solemnitates, quando fuit adiectum aliquod onus, & etiam si onus concernat commodum solius donatarij.*

6 *Dona-*

5 *Donatio facta in ipso contractu Matrimonij substinetur absque insinuatione, & tunc non dicitur donatio, sed potius contractus quidam innominatus,*

7 *Statutum requirens insinuationem loquitur de donationibus puris, non autẽ de donationibus factis ob causam, & quæ respiciunt commodum aliorum, quam donatarij.*

8 Dec. in Romana donat. de Cupis 5. *Iunij* 1602 *relata per Picum ad Statutum Vrbis declaratur.*

9 *Diuisio quando non habuit effectum, & in ea adest clausula præseruatiua sine praiudicio quorumcumque iurium, nullum affert praiudicium.*

DECISIO CCCCXXX.

POST relationem in hac causa factam, quod apposito sequestro videretur de bono iure, dubium proposui, an constet de bono iure, & ad fauorem cuius, & DD. censuerũt, constare de bono iure Hieronymi, quia habet donationem irreuocabilem inter viuos ad sui fauorem factam ab Hectore, vt apparet ex publico Instrumento, quod facit probationem probatam *Bald. in leg. interest* | *in vlt. notab. Capitulo de solut, Dec. conf.* 36. *num.* 2. *Surd. decis.* 177. *num.* 4.

Nec obstat, quod dicitur, dictã donationem esse nullam ob defectum insinuationis à statuto Vrbis requisitæ, quia licet magna videatur controuersia inter DD. an in donationibus factis contemplatione futuri Matrimonii, qualis est ista, de quo agitur, sit necessaria insinuatio, cum affirmatiuam opinionem, quod scilicet insinuatio sit necessaria post *Paris conf.* 16. *n.* 26. *& seq. l.* 2. *Tiraq. in l. si vnquã in verb. donatione largitus num.* 241. pluribus rationibus, & autoritatibus tueatur *Gabr. conf.* 57. *num.* 9. *&* 13. *l.* 2. 2. *Surd. conf.* 361. *num.* 23. *seqq.*

Negatiuam vero defendant *Dec. conf.* 414. *nu.* 13. *Alex. conf.* 12. *num.* 5. *vol.* 1. *Natt. conf.* 609. *nu.* 20. *& num.* 31. *&* 39. *Menoch. conf.* 261. *num.* 9. *& seqq. Surd. decis.* 214. *numer.* 16. *Purpur conf.* 353. *num.* 29.

Nihilominus in hac facti specie DD. censuerunt, dictam donationem etiam absque insinuatione substineri, tum quia hanc eandem sententiam sæpius scilicet indistincte amplexa est Rota, & signanter *in causa Beneuentana donationis* 11. *Octobris* 2585. *coram bo: mem: Gispio, & in Spoletana Terrarum* 21. *Iunij* 1599. *& Auximana bonorum* 4. *Martij* 1602. *coram Illustrifs. Card. Millino, & in Fanen. Saluiani* 27. *Febr.* 1612. *coram R.P.D. meo Pamph.* tum, & maximè, quia dicta donatio ne dum fuit ab initio facta contemplatione Matrimonii, sed in eadem quoque donatione fuit instituta primogenitura ad fauorem descendentium Hieronymi donatarij, quo casu substinetur etiã abque insinuatione *Por. Imol. conf.* 6. *num.* 28. *cum. seqq. Molin. de primogenitura Hyspan. l.* 2. *c.* 8. *num.* 18. *in princ. & vers. ex quibus Peregr. de fideicom. art.* 51. *num.* 64. & fuit dictum *in Rom. Viridarij* 19. *Febr.* 1590. *coram bo. me. Orano*, vbi quod donatio non subiacet statuto requirenti certas solẽnitates, quãdo fuit adiectum aliquod onus, & si onus huiusmodi concernat comodum solius donatarii *ad not. per Bart. in l.* 1. *in fin. ff. de don. & in l. filius familias num.* 1. *eodem tit. Ruin. conf.* 126. *nu.* 19 *vers. & per illum tex. l.* 2. *Ripa in l. si vnquam nu.* 25. *C. de reuoc. donat, cum alijs adduc. per Tiraq; in dicta l. si vnq; in verbo donatione largitus num.* 141. *cum pluribus seqq.*

Et fuit ab ipso donante conclusum Matrimonium inter Hieronymum donatarium, & Dianam cum promissione, & confirmatione dictæ donationis, sicq; dici potest dicta donatio facta in ipso contractu Matrimonii, quo casu idem et *Surd. d. conf.* 361. *num.* 25. & pleriq;
6 alij suprà pro parte affirmatiua citati admittũt insinuationem non requiri, quia tunc talis donatio non est propriè donatio, sed potius contractus quidam innominatus, qui nisi suum haberet effectum, remaneret, ne dum donatarius, sed & Diana, quæ alias non nupsisset decepta, nec propterea in huiusmodi donatione potest esse locus statuto requirẽti insinuationem, cum illud loquatur de donationibus
7 puris, nõ autẽ de donationibus factis ob causã, & quæ respiciunt commodum aliorum, quam Donatarij, vt pluribus firmat *Natt. d. conf.* 609. *num.* 13. *& seqq. Roll. conf.* 44. *num.* 17. *& seqq. Caputaq; decis.* 3. *& decis.* 199. *par.* 3. *cum alijs sup. alleg.*

Nec propterea *obstat decisio in Rom. donationis de Cupis* 5. *Iunij.* 1602. relata per Pichum *ad stat. Vrbis decis.* 22: quia præterquamquod Rota, vt supra dictum est, sæpius etiam indistinctè
8 tenuit donationem contemplatione Matrimonij factã substineri sine insinuatione, dicta etiã decisio loquitur de donatione facta à minore, nec illa donatio fuit facta pro conseruatione familiæ, & cum onere restitutionis ad fauorem primogen. nec confirmata à donante in contractu Matrimonij, & propterea huic casui nõ applicatur.

Non obstat, quod prętenditur per instrumẽtum diuisionis fuisse à dicta donatione recessum, quia dicta diuisio non habuit effectum,
9 & vlterius adest etiam in ea clausula prę̨seruatiua *sine praiudicio quorumque Iuriũ*, vnde per diuisionem nõ fuit illatum aliquod prę̨iudicium donatatio *Alciat. in l. qui Roma §. duo fratres num.* 30. *ff. de verb. oblig. Menoch. præsumpt.* 115. *nu.* 61. *l.* 4. *Put. decis.* 34. *num.* 1. *& seq. l.* 2. *innou. Peregr. de fideicom. artic.* 46. *num.* 29.

Minus obstant asserta fideicom. quia non probatur, quod bona donata sint dictis assertis fideicommissis supposita, ità quod non potuerint donari ab Hectore d. Hieronymo &c.



FIR-

FIRMANA DONATIONIS DE OCTONIBUS.

Veneris 17. Febr. 1623.

DECISIO CCCCXXXI.

Impress. *in Recent. decis. 460. par. 4. tom. 2. vbi longa Additio D. Pauli Rubei.*

ROMANA VINEÆ.

Vener. 10. Martij 1623.

DECISIO CCCCXXXII.

Impress. *post Cenc. de Censib. decis. 434. & post Duardum simili tract. decis. 436. & apud Positum de subhast. decis. 59.*

CIVITATIS CASTELLI FIDEICOMMISSI.

Vener. 10. Martij 1623.

DECISIO CCCCXXXIII.

Impressa in Recent. decis. 462. par. 4. tom. 2.

CONCHEN. RESIDENTIÆ.

Luna 13. Martij 1623.

ARGVMENTVM.

Coadiutor tenetur absolutè residere, & horis diurnis, ac nocturnis assistere. Coadiutoria ad quid fuerit adinuenta.

SVMMARIVM.

1 *Coadiutor monitus vt personaliter resideat in Ecclesia cum comminatione priuationis portionis, si neglexerit parere monitorio, potest priuari.*

2 *Coadiutoria fuit ad inuenta, vt Ecclesia debitis non defraudetur seruitijs, quæ propter senectutem, vel infirmitatem, aut aliam inhabilitatem à Coadiuto præstari non possunt.*

3 *Coadiutor tenetur residere, & horis diurnis, ac nocturnis assistere.*

4 Nauarri consilium 2. n. 4. declaratur, *imo tanquam à Sacr. Congregatione Rituum reprobatum reijcitur.*

5 *Coadiutoria non datur fauore Coadiuti, sed potius fauore Ecclesiæ scilicet vt debitis non defraudetur seruitijs.*

6 *Coadiutus non potest liberare Coadiutorem à seruitio siue residentia in praiudicium Ecclesiæ.*

7 *Coadiutor obtinens à Papa Ecclesiam Parochialem in qua cogitur residere cum retentione Coadiutoriæ videtur saltem tacitè dispensatus à residentia in Ecclesia Catedrali declara vt num. 8.*

9 *Dispensatio à Residentia malè infertur, ex quo Papa mandauit in prouisione Ecclesiæ Parochialis quod finito officio Coadiutoriæ, & facto loco futuræ succesioni debeat portionem infra duos menses renunciare in manibus Sanctissimi.*

10 *Dispensatio à residentia difficilius datur, ad quam quis tenetur, quam possit duarum Ecclesiarum emolumentis gaudere.*

11 *Dispensatus ad residentiam nunquam censetur, nisi de dispensatione clarè constet.*

DECISIO CCCCXXXIV.

PRÆTENDENTE Capitulo Cathedralis Ecclesiæ, coadiutoriam obtentam à Io: Baptista in regimine, & administratione portionis, quā Didacus obtinet in dicta Ecclesia Cathedrali minimè suffragari d. Io: Baptistæ, sed potius ipsum priuari debere dicta coadiutoria,
1 propterea quod monitus vt resideret in d. Ecclesia personaliter, & singulis horis tàm diurnis, quam nocturnis assistere cum comminatione priuationis dictæ portionis, ac etiā amissionis Iuris ei quomodolibet competentis super d. portione dictæ monitioni parere neglexit *Iaxt. tex. in c. ex tua de Cleric. non resid. Oldrad. cons. 195. num. 1. cum alijs adduc. in vna Tirasonen. Coadiutoria 14. Ianuarij 1611. coram Reuerendiss. Lugdunen. & in ead. 2. Decembris 1611. coram Illustrissimo Card. Sacrato.*

Dubium proposui, vtrum d. Io: Baptistę suffragetur d. Coadiutoria: Et quia huiusmodi dubij resolutio ex duabus inspectionibus pendere videbatur, quarum prima est; An Io: Baptista teneatur residere; secunda verò virum ob non residentiam sit priuandus dicta Coadiutoria; DD. post plures propositiones responderūt Io: Baptistā teneri residere, quia certū est coadiutoriam fuisse adinuentam, vt Ecclesia debi-
2 bitis nō fraudetur seruitijs, eaq; gestarentur per Coadiutorem vice, & nomine coadiuti, à quo propter senectutem, vel infirmitatem, aut aliā inhabilitatem præstari non possunt *c. ex parte de Cleric. ægrot. c. 1. eodem tit. in 6. Put. dec. 226. nu. 17. l. 3.* Vndè dubium non est, quin teneatur coa-
3 diutor residere, & horis diurnis, ac nocturnis assistere; vt in puncto fuit resolutum *in d. Tirasonen. Coadiutoriæ 14. Ian. 1611. corā Reuerendiss. Lugdunen.* quæ est *decis. 276. par. 1. in recentior.*
4 in qua etiam respondetur ad consiliū *Nauarr. num. 4. de Cleric. ægrot.* Vbi quod Coadiutor non tenetur residere licet possit, si velit, quod scilicet Nauarrus loquitur in casu, in quo Coadiutoria erat concepta verbis facultatiuis *possit, &c.* quodque etiam dictum consilium verum non est, & quod fuit à Sacra Congregatione Rituum proponente bo; mem. Card. Pamphilio reprobatum.

Nec obstat, quod Ioannes Baptista fuit liberatus à Didaco Coadiuto ab onere residendi, quia cum Coadiutoria non sit data fauore tan-
5 rum Coadiuti, sed imò potius fauore Ecclesiæ, vt scilicet Ecclesia, vt dictum est, debitis non

non fraudetur seruitiis *iux. trad. per Parif. de resign. benef. l. 7. qu. 20. num. 11.* non suffragatur Io:
6 Baptistę deliberatio in ipsius Ecclesię præiudicium, & Diuini cultus diminutionem *ad tex. in l. vnus ex Socijs ff. de seruit. rustic. prad. cum alijs per Surd. conf. 447. num. 18. l. 3.*

Minus facit, quod eum Io. Baptista obtinuerit à Papa Ecclesiam Parochialem, in qua cogitur residere cum retentione d. Coadiuto-
7 riæ, videatur saltem tacitè dispensatus à residentia in Ecclesia Cathedrali, quia hoc fortassè procederet, si Io. Baptista vtrique Ecclesiæ deseruire non valeret, tunc enim eo ipso quod fuit concessa vtriusque Ecclesiæ retentio, censetur à residentia alterius dispensatus, cum impossibile ei esset in vtraque residere; verum
8 in casu isto cessat ista impossibilitas, quia vtraque Ecclesia est in eadem Ciuitate, quinimò vt vnus testis deponit *Summ. num. 3.* Parochialis Ecclesia est propè Cathedralem, ideoque d. Io. Baptista potest inseruire vtriq; aut saltem non constat, quod vtrique inseruire non valeat, ac per consequens neque ex eo, quod fuit concessa vtriusque Ecclesiæ retentio inferri potest, quod fuerit à residentia in Cathedrali dispensatus.

Nec dicta dispensatio elici etiam potest ex eo, quod Papa mandauit in prouisione Ecclesiæ Parochialis, quod finito officio Coadiutoriæ, & facto loco futuræ successioni debeat portionem infra duos menses renunciare in manibus Papæ, quia non benè hinc infertur, quod Papa voluerit durante officio Coadiutoriæ d. Io: Baptistã dispensare à residentia in Ecclesia Cathedrali, quinimò videtur potius dicendum, quod Papa noluit, quod Io: Baptista possit frui emolumentis Ecclesiæ Parochialis, & d. portionis, ideòque mandauit, quod finito officio Coadiutoriæ renunciare deberet dictam portionem, multo minus censetur voluisse eum eximere à præstatione seruitij, durante Coadiutoria, quia difficilius vti-
10 que datur dispensatio à residentia, ad quam quis tenetur, quam quod possit duarum Ecclesiarum emolumentis gaudere.

Et in omnem euentum sufficit, quod de a-
11 liqua dispensatione clarè non constat ad hoc ne censeatur dispensatus, & sic teneatur residere &c.

CIVITATIS CASTELLI PECVNIARIA.

Luna 20. Martij 1623.

DECISIO CCCCXXXV.

Impressa in Recent. decis. 488. par. 4. tom. 2.

NEAPOLITANA GRANI, ET HORDEI

Luna 20. Martij 1623.

DECISIO CCCCXXXVI.

Impressa in Recent. dec. 98. par. 4. tom. 2.

PAMPILONEN. BENEFICIORVM DE TAFFALLA.

Luna 23. Martij 1620.

ARGVMENTVM.

Regrauatoria an & quando sit danda contra renuẽtes parere mandatis Rotalibus. Declaratoria an sit relaxanda contra intrusos litè pendente.

SVMMARIVM.

1 *Regrauatoria datur propter nimiam pertinaciam in non parendo mandatis Rotalibus.*
2 *Parere tunc dicitur mandatis Rotalibus, quando ijdem met effectus sequuntur, quos mandata exposcunt.*
3 *Possessionem non dicitur adeptus, qui eam retinere non potuit.*
4 *Attestationi Notarij inseruienti Capitulo minor est adhibenda fides, quam alijs.*
5 *Eiectus non dicitur, qui statim rediens denuò admittitur.*
6 *Collusio resultat quando aliquis fuit eiectus, & deindè denuò admissus in praiudicium prouisorum, & vilipendium mandati Rotalis.*
7 *Declaratoria est relaxanda contra intrusos lite pendente, etiam quod non fuerint citati ad sententiam.*
8 *Intrusio celari non potest, quando fuit præsentata Collatori ante prouisionem inhibitio Rotalis.*
9 *Intrusus debet reuerenter parere mandatis, nec potest allegare nullas, & subreptitias prouisiones Apostolicas.*

DECISIO CCCCXXXVII.

DOMINI dixerunt, dandam esse regrauatoriam contra Beneficiatos, & contra intrusos declaratoriam, nisi infra decem, nam quoad Beneficiatos videbatur danda re-
1 grauatoria propter nimiam eorum pertinaciã in non parendo mandatis Rotalibus *iux. trad. per Ventr. in prax. l. 8. c. vlt. num. 16. vers. quod si sic monitis.*

Nec obstat, quod dicti Beneficiati videntur paruisse mandatis tradendo prouisis Apostolicis possessionem *die 13. Augusti prateriti*, eiectis ab ea intrusis, quia ex datis in summario pro prouisis *num. 7. 8. & 9.* constat, quod licet Beneficiati eiecerint semel dictos intrusos, & possessionem dictis prouisis tradiderint, atque aliquos fructus ad dictos prouisos spectantes restituerint, nihilominus dicti intrusi statim re

 dixe-

dierunt ad easdem sedes, quas prius in Choro habebant, atque in processionibus ipsis Beneficiatis permittentibus incesserunt, & Diuinis Officijs interuenerunt, vndè merito non possunt censeri dicti Beneficiati paruisse dictis mandatis per d. actum momentaneum traditionis possessionis, & eiectionis dd. intrusorum ab ea, quia ad effectum dictæ paritionis necesse fuisset, quod cum effectu traderent dictis prouisis dictam possessionem, dictosque intrusos ab ea eijcerent, ità scilicet quod prouisi potuissent d. possessione frui, atque in ea permanere, ad hunc namque effectum emanarunt dicta mandata Rotalia, quibus propterea nullo modo dici potest satisfactum, nisi idemmet
2 effectus sequatur, vt benè per *Bart. in l. quid ergo §. cum autem factum ff. de his qui not. infam.* vbi quod si lex non considerat simplex factum, non verificatur, nisi factum sit tale, quod producat effectum à lege consideratum, & benè ad propositum faciunt plura similia congesta *per Surd. cons. 3. per tot. & præcipuè num. 20. & 25* vbi quod verba dispositionis intelligi debent, cum effectu, de tali scilicet possessione, quæ
3 potuisset retineri, neque enim dicitur, possessionem adeptus, qui eam retinere non potuit *l. non videtur ff. de acquir. possess. cum alijs per Rot. dec. 445. num. 4. par. 2. in recentior. & dec. 441. nu. 5. Coram S.D.N.*

Nec obstat fides Notarij Capituli, quod post tradi tam possessionem vidit Martinum prouisum continuare possessionem, quia incontrarium adsunt attestationes plurium aliorum
4 Notariorum, quibus magis credendum, quam dicto Notario actualiter inseruienti Capitulo *c. in litteris vbi glos. in v. dè familia de test. l. 2. C. eod. Laurent. de Pin. cons. 44. num. 18. cum alijs per Gabr. de testib. conclus. 10. num. 4.* Et maximè, quia dictæ attestationes sunt de visu, & concurrit cum illis præsumptio resultans ex actu executoris, qui declarauit, dictos Beneficiatos incidisse in censuras in mandatis Rotalibus comminatas ob non paritionem effectualem dictis mandatis.

Minus facit, quod Beneficiati videntur suo muneri satisfecisse, tradendo possessionem prouisis, quodque eis nihil imputari posset, si ijdēmet prouisi fuerunt posteà denuo per intrusos in sua possessione turbari, quia vt iam dictum est in dictis mandatis Rotalibus præcipiebatur Beneficiatis, quod eijcerent, & amouerent intrusos, quod cum intelligi debeat de eiectione cum suo effectu, tenebantur quoque dicti Beneficiati intrusos redeuntes ad suas sedes non admittere, neque enim dici potest verè eiectus, qui statim rediens denuò admitti-
5 tur, ideòque per illam momentaneam eiectionem dicti Beneficiati minimè satisfecerunt dictis mandatis, sed imò potiùs ex eo ipso, quod intrusos redeuntes statim admiserunt, neque vllum conatum adhibuerunt eos reijciendi, detegitur manifesta eorum collusio
6 cum dictis intrusis in præiudicium prouisorum ac vilipendium mandatorum huius sacri Tribunalis, vt in similibus terminis fuit ponderatum *per Rot. dec. 104. num. 3. & seq. par. 1. diuers.*

Quo vero ad intrusos DD. dixerunt, dandam esse declaratoriam, quia cum sint int tusi lite pendente, potest contra eos ferri declaratoria,
7 etiam quod non fuerint citati ad sententiam. *Lancellott. de attent. par. 1. c. 3. num. 82. Scaccia de appellat. l. 3. c. 2. qu. 17. limit. 6. membro 4. nu. 91. Rot. diuers. dec. 545. num. 3. l. 3. par. 3.* cum alijs congestis *in vna Mantuana Bonorum* 10. *Decembris* 1613 *& 1. Iulij* 1615. *coram Vbaldo.*

Nec obstat, quod prætenditur, non probati intrusionem, lite pendente, quia quoad Cruciatum, res caret omni prorsus scrupulo, quia fuit ipsi facta collatio, & tradita possessio post
8 inhibitionem Rotalem, quæ fuit intimata Archidiacono collatori *die* 15. *Aprilis* 1616. 22. *scilicet Martij* 1616. & Remerus pariter fuit prouisus à d. Archidiacono ad præsentationem prætensorum Patronorum *die* 8. *Octobris* 1614. & die nona subsequenti fuit per eum capta possessio, licet tam patronis, quam collatori fuisset prius inhibitum ab Ordinario, *vt in sum. Guglielmi num. 18. & 19.* Vndè non potest negari intrusio, vt fuit etiam in hac causa Coram Reuerendiss. Dño Seleucien firmatum.

Non obstat, quod dicitur, prouisiones Apostolicas Martini & Guglielmi esse nullas, & subreptitias, quia præterquam quod intrusi non possunt sub isto prætextu effugere paritionem mandatorum Rotalium, sed tenentur
9 omninò ijsdem mandatis reuerenter parere, & deindè eorum iura, si quæ habent deducere, cessat etiam omnis difficultas, eo quod nec dictæ nullitates subsistunt, cum Martinus fuerit prouisus de integro Beneficio etiam quod nunquam fuerit dimidius Beneficiatus, vt in ipsius gratia legitur, ideòque nec ipsius prouisio possit dici subreptitia, & quoad Guglielmum constet, Beneficium illi collatum reuera vacasse de mense Maij, prout narrauit, vltra quod idēmet Guglielmus habet etiam gratiam de quocunque mense, siue Maij, siue Iunij vacauerit, ac propterea satis apparet, quam friuola sint hæc subterfugia &c.

ROMANA DOTIS DE MONTORIIS.

Vener. 31. Martij. 1623.

ARGVMENTVM.

Dos venit constituenda ex fructibus Primo geniturae, quando in illius erectione sic fuit conuentum.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio, quæ suum non habuit effectum, & illius nullitas iam fuit agnita, non obstat.*
2 *Mulier ne remaneat exclusa à beneficio dotationis est sumenda benignior interpretatio.*
3 *Primogenituræ renunciari non potest in præiudicium illius, cui ex stipulatione Notarij fuit in erectione ius quæsitum.*

4 *Bona*

4 *Bona libera non adesse satis dicitur constare eo ipso quod non probatur illa adesse.*

DECISIO CCCCXXXVIII.

DOMINI censuerunt, D. Annam Mariam esse dotandam ex fructibus primogenituræ DD. de Montoriis, dotemque esse constituendā ad scut. 9000. Nam quod sit dotanda ex fructibus dictæ primo genituræ, clarè probatur, quia in executione dictæ primogenituræ fuit expresè conuentum inter DD. Io: Baptistam, & fratres de Montoriis, quod fœminæ primogenitorum legitimæ & naturales ex legitimo matrimonio procreatæ debeant ex fructibus bonorum donatorum semper, & quandocumq; secundū conditionem Domus Montoriæ alimentari, & quando erunt nubilis ætatis ex bonis earum Parentium liberis, vel propriis ipsarum dotari, & casu quo non essent alia bona sufficientia pro earum congrua & condecenti dote, & dicti primogeniti nollent, seù non possent eis condecentes dotes tradere; tunc, & eo casu possint dictæ filiæ fœminæ omnes, & singulos fructus, redditus, & prouentus dd. bonorum donatorum propria eorum authoritate percipere, & pretio reperibili vendere, & in earum dotes, seù in computum dotium conuertere.

Ac propterea cum non dubitetur, quod d. D. Anna Maria sit filia naturalis, & legitima q. D. Io: Baptistæ, ad cuius fauorem fuit dicta primo genitura erecta, quodque sit nubilis ætatis, & quod non adsint bona libera, ex quibus ea possit dotari, meritò sequitur, factum esse locum dictæ conuentioni ità, quod d. D. Anna Maria omninò debeat ex bonis, seù fructibus dictæ primogenituræ dotari.

Nec obstat, quod prætenditur Io: Baptistam renunciasse ante natiuitatem D. Annæ Mariæ dictæ primogenituræ ad fauorem D. Federici, adeòque D. Annam censeri non posse filiam primo geniti, tum quia dicta renunciatio non 1 habuit effectum, & fuit ab eodem D. Federico agnita illius nullitas; & fuit *resolutum die 27. Martij 1604. coram Illustriss. Card. Sacrato.*

Tum etiam quia D. Io. Baptista sibi in d. renunciatione reseruauit titulum Marchionatus, & iurisdictionem in Castris dictæ primo genituræ suppositis, & per consequens remansit in eo qualitas dictæ primo genituræ, ità quod d. D. Anna Maria ex eo nata possit censeri filia primo geniti, ad effectum maximè, ne ipsa 2 remaneat exclusa à Beneficio dotationis, ad quem effectum est sumenda benignior interpretatio *l. in ambiguis 83. ff. de reg. iur. Surd. decis. 298. num. 5. & seq* cum præsertim nec d. Io: Baptista potuisset renunciare primo genituræ in 3 præiudicium D. Annæ Mariæ, cui erat ex stipulatione Notarij, in erectione primo genituræ contenta ius quæsitum *l. 1. §. accedit C. de rei vxor act. l. fin. C. de iure dot. Dec. cons. 35. num. 1. & 4. Menoch. cons. 92. num. 67. & seq. Surd. dec. 111. nu. 5. & seq. Peregr. de fideic. art. 51. num. 50. Rot. dec. 112. num. 2. par. 2. diuers.*

Non obstat, quod non probatur, quod non adsint bona libera, ex quibus possit dotari d. D. Anna Maria, quia satis dicitur constare, 4 non adesse alia bona eo ipso, quod non probatur, illa adesse, vt in terminis *Auth. res, quæ C. comm. de leg. Cum. sim. in d. Auth. res quæ n. 50. Roll. cons. 19. num. 9. l. 4. Dec. cons. 519. propè fin.* cum aliis latè congestis *per Peregr. de fideic. art. 42. nu. 73*

Quo vero ad quantitatem dotis, quia in eadem erectione primo genituræ fuit conuentum, quod omnes dotes dandæ simul non excedant valorem, & æstimationem tertiæ partis bonorum donatorum, DD. censuerunt, d. dotem esse constituendam ad scut. 9000. quia iuxtà æstimationem bonorum donatorum factā à Perito nuper electo ascendunt ad scut. 85. m. ac propterea cum tres adsint filiæ nubiles primo genitorum, videlicet d. D. Anna Maria, quæ est filia d. Io: Baptistæ, & duæ aliæ filiæ D. Federici, nec omnium insimul dotes excedere debeant valorem tertiæ partis bonorum, singulis dos erit constituenda in scut. 9000. &c.

CAVALLICEN. DECIMARVM.

Lunæ 3. Aprilis 1623.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1. *Mandatum sustineri non potest, quando fuit nulliter processum.*
2. *Mandatum expeditum per contradictas nō citato prius Reo personaliter, venit reuocandum.*
3. *Mandatum Procuræ Episcopi expirat per resignationem Ecclesiæ* declara *nu. 4.*
5. *Processus factus tanquam contraabsentem non citato illius Procuratore, sustineri non potest.*
6. *Attestationi factæ de re non pertinente ad eius officium nulla est adibenda fides.*
7. *Recognitio manus, quando fuit oppositum, insinuit nullitatem.*

DECISIO CCCCXXXIX.

DICTVM fuit, mandatum ad fauorem Præpositi relaxatum esse reuocandum, quia d. mandatum non potest sustineri, 1 quoad decimas decursas ante resignationem Ecclesiæ factam per bo. me. Episcopum Capponium, nec quoad decimas decursas post resignationem tempore D. moderni Episcopi, quia fuit nulliter processum tàm respectu D. Capponij, quam etiam respectu moderni Episcopi, nec scilicet legitimè citato. Nam quoad Episcopum Capponiū non fuit citatus eius procurator, de cuius consensu fuit expedita commissio. Quo vero ad modernum D. Episcopum fuit processum contra eum per Contradictas, non citato ipso prius personali- 2 ter, quod fieri non potuit *Caputaq. dec. 107. n. 4. par. 1.* & fuit dictum *in Compostellana Paroch. 16. Decembris 1596. coram bb. me. Orano.*

Nec

Nec obstat, quod quoad Episcopum Capponium expirauit ipsius mandatum per resi-
3 gnationem dictæ Ecclesiæ ab eo factam *iuxta Clementin. vlt. & ibi Vitalin. & alij de procurat. Rot. dec. 28. eodem tit. in nou.* cum alijs *per Gonzal. ad reg. 8. §. 50. proamial. num. 24. & seqq.* quia quod dicitur, quod mandatum expirat per mortem Ciuilem, vel naturalem Prælati, procedit quo-
4 ad ea tantum, in quibus datur successio, vt sunt fructus, & expensæ *Crescent. decis. 13. num. 2. de procurat. Put. dec. 458. sub num. 1. vers.* & ideo fuit dictum *in Abulen. Beneficiorum 27. Maij 1611. coram Illustriss. Card. Sacrato*, ac propterea cum in casu, de quo agitur, d. D. Episcopus quoad dictas Decimas decursas habuerit successores, qui sunt sui hæredes, in quos potuit vigore facultatis testandi, quam habuit, dictas decimas transferre; meritò respectu dd. decimarum non expirauit d. mandatum, & sic mandatum d. Procuratore minimè citato relaxatum, remanet nullum ex suprà alleg.

Nec obstat, quod in actis non constabat de mandato dicti Procuratoris, quia sufficit, quod Commissio fuit expedita de consensu illius vti Procuratoris D. Capponij, atque ità quod D. Præpositus habuit notitiam, quod ipse esset procurator D. Capponij, quodque vti talem in hac ipsa causa approbauit, nam hoc stante
5 non potuit procedi tamquam contra absentem, non citato d. Procuratore *Mohed. dec. vltima de indic.* & fuit dictum *in Zamoren. pecuniaria 1. Decembris 1608. coram R. P. D. meo Canalerio & in Amerina Domus 4. Martij 1619. coram R. P. D. meo Pamphilio*.

Minus facit respectu moderni Episcopi, quod dicitur, ipsum fuisse ab initio causæ personaliter in partibus citatum, quia de huiusmodi citatione non constat, nisi per attestationem cuiusdam asserti Præsbyteri, cui tamen de executione citationis non creditur sine te-
6 stibus, quia hoc minimè pertinet ad eius officium *Put. dec. 5. l. 3. Rot. decis. 624. num. 10. par. 1. in recent.* Vltra quod obstat etiam defectus recognitionis manus d. asserti Præsbyteri, de qua
7 tamen ante relaxationem mandati fuit oppositum, *vt in sum. D. Episcopi num. 4. l. instrumenta C. de probat. Innoc. in cap. 1. de fid. instrum. Oldrad. cons. 227. num. 6. Rot. dec. 1156. num. 1. ad fin. l. 3. par. 3 diuers. & dec. 143. num. 3. par. 2. in recentior. &c.*

PACEN. BENEFICII.

Vener. 28. Aprilis 1623.

ARGVMENTVM.

Resultat ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Testes deponentes de communi reputatione, & publica voce, & fama per verbum* fuit, & est *probant aliquem esse Sacerdotem alicuius Diœcesis*.

2 *Valor beneficij per non excessum in ducatis 24. probatur per testes deponentes de publica voce, & fama*

3 *Resignans beneficium quando habet aliundè vndecommodè viuere potest, resignatio est valida, & quomodo id probetur.*

DECISIO CCCCXL.

DOMINI dixerunt, gratiam Alphonsi esse iustificatam, quia quod Alphonsus sit Presbyter Diœc. Pacen. probatur per testes, quorum secundus vidit illum celebrare, & omnes reddunt bonam rationem scientiæ, &
1 deponunt de communi reputatione, & publica voce, & fama per verbum *fuit*, & *est*, quæ sola depositio ad effectum, de quo agitur, sufficeret *Card. Seraph. dec. 962. nu. 1. Rot. dec. 613. n. 4. par. 1. in recent. & coram Sanctiss. dec. 20. n. 1. et decis. 103. num. 7.*

Valor etiam Beneficij narratus per non excessum in ducat. 24. probatur per testes exami-
2 natos in Curia, qui etiam deponunt de publica voce, & fama, quod sufficit *Card. Seraph. d. dec. 962. nu. 2. Verall. dec. 277. nu. 3. par. 1. Put. decis. 29. l. 1.*

Et quod Ioannes resignans haberet aliundè, vndè commodè viuere posset, pariter probant testes, qui deponunt, quod d. Ioannes habet vigore litterarum executorialium Curiæ Regiæ Granatæ singulis annis pro alimentis à quodam suo nepote 2000. Morapetinos, qui conficiunt scuta auri triginta, nec non & 12. fanechas frumenti, quodque percipit alios 12. m. Morapetinos ratione cuiusdam Cappellaniæ, & ex fructibus aliorum Beneficio-
3 rum ducat. 200. ex quibus proculdubio commodè se sustentare potest ad deducta per *Rot. coram bo. me. Card. Seraph. decis. 173. num. 6. & dec. 429. num. 3. coram S. D. N. &c.*

ROMANA SOCIETATIS OFFICII.

Veneris 5. Maij 1623.

ARGVMENTVM.

Societas ex quibus cum aliquo contracta præsumatur.

SVMMARIVM.

1 *Copula natura, est vtrumque coniungere aequaliter atque vniformiter adaquare copulata in omnibus & per omnia.*

2 *Facultas reseruata societatem ratificandi, nec non, & nominandi, & transferendi periculum vitæ, dissidendi societatem; omnia respiciunt substantiam contractus societatis.*

3 *Obseruantia subsequuta probat societatem fuisse contractam.*

4 *Societas quando non est perfecta neque superlucrari, valet fructus, nec producere.*

5 *Officialis fatendo à duobus recepisse pecunias, omnes pariter socios canonizat.*

DE-

DECISIO. CCCCXLI.

IN propositione huius causæ super. resolutis 8. *Aprilis anni præteriti* placuit DD. firmare, Societatem fuisse contractam cum Io: Baptista Vallato, & Iulio Aluaro, atque in hoc esse recedendum à decisis, de reliquis autem mandarunt particulariter videri. Nam quod dicta Societas non fuerit contracta cum solo Io: Baptista; verum etiam cum d. Iulio, suaderi videbatur ex pluribus, & primò quia legitur in instrumento Societatis, Officialem recepisse pecunias à Io: Baptista, & à Iulio, vnde apparet, vtrumque fuisse socium, quia natura Copulæ & est vtrumque coniungere
1 æqualiter, atque vniformiter adæquare copulata in omnibus, & per omnia *l. reos §. cum in tabulis ff. de duobus reis Bald. in l. 1. in fin. ff. nequis eam, qui in ius vocat. & c. Menoch. cons. 399. num. 18. l. 4. Signorell. cons. 199. sub nu. 2. vers. 1. ex Monosyllaba etc.*

Secundo quia eidem Iulio fuit reseruata facultas dictam Societatem ratificandi, nec non & nominandi, ac transferendi periculum vitæ
2 disdicendi Societatem, & disdictam prodocendi, aliaque faciendi, de quibus in d. instrumento quæ omnia cum respiciant ipsam substantiam contractus Societatis iuxtà latè deducta *in dec. 32. numer. 9. et seqq. post tract. Modern. de Societ. offic.* meritò negari non potest, dictam Societatem fuisse initam etiam cum d. Iulio, atque ità substantiam dictæ Societatis non fuisse in solo Io: Baptista radicatam.

Tertio idem comprobat obseruantia subsecuta; Iulius enim cessit dictam Societate m An-
3 tonio Mainardo, quod facere non potuisset, si substantia Societatis fuisset in solo Io: Baptista radicata, & dicta cessio fuit Officiali intimata, qui non contradixit cessioni, & sic saltem tacitè videtur, agnouisse d. Iulium per socio.

Ex quibus omnibus saltem simul iunctis apparet, Societatem fuisse contractam etiam cum Iulio, neque subsistere, quod vt in alia decisione dicebatur, ad Iulium spectet tantum cōmodum, & incommodum Societatis; Ius vero, & substantia ipsius Societatis penes Io: Baptistam resideat; sed quod imò Iulius verè fuit Socius. Nec obstat, quod etiam ante ratificationem Iulij Societas erat perfecta, quia licet id in dubium reuocari non possit, ex quo fuit inter partes expressè conuentum, vt moriente Io: Baptista ante ratificationem Iulij Officialis lucraretur pecunias habitas ad Societatem & ad aliud non teneretur, quam ad solutionem fructuum decursorum, quod subsistere non potuisset, si Societas non fuisset ante dictam ratificationem perfecta; cum tunc So-
4 cietas, nec fructus producere, nec ipsa Societas superlucrari potuisset, nihilominus DD. censuerunt, hinc inferri quidem posse, Societatem non fuisse contractam cum solo Iulio, sed etiam cum Io: Baptista; non vero propterea excludi, quod Iulius quoque non potuerit esse socius; atque ità rectè dici posse Societatem fuisse contractam cum Iulio, & Io: Baptista ex suprà deductis, & præsertim quia
5 Officialis fatetur ab ambobus recepisse pecunias, vt suprà dictum est, & sic nulla subest ratio, quare magis censeri debeat Societas contracta cum Io: Baptista, quam cum Iulio, cuius etiam dicuntur fuisse pecuniæ ad Societatem datæ &c.

PAPIEN. FRVCTVVM.

Lunæ 5. Maij 1623.

ARGVMENTVM.

Sumpto Breuis extracto ex suo proprio Originali, an & quando sit præstanda fides.

SVMMARIVM.

1 *Officiali attestanti de re pertinente ad eius officium, est præstanda fides.*

2 *Sumpto extracto ab ipso Originali, ac exindè collationato, est adhibenda fides, pro vt Originali.*

3 *Sumptum pluries in iudicio deductum, neque vnquam illius fides controuersa, non differt ab Originali et num. 5.*

4 *Sumpto licet in transumptatione deficiat aliquod requisitum adhuc ei est adhibenda fides, quando concurrant indicia, quæ possunt mouere Iudicis animum ad illi credendum, ex quo probationes sunt arbitraria.*

DECISIO CCCCXLII.

DOMINI dixerunt, esse adhibendam fidem sumpto Breuis Iulij Tertij facto Mediolani, qui de existentia dicti Breuis, & sic de veritate, ac substantia dicti sumpti constat ex fide Officialis Secretarij Breuium, qui testatur, quod in libro repertorij dd. Breuium in quo describuntur summaria minutarum Breuium, posteaquam fuerunt expedita, adest
1 dicti Breuis summarium, dicto autem Officiali creditur in ijs, quæ spectant ad eius officium *ad trad per DD. in l. quædam §. nummularios ff. de eden. Abb. cons. 34. num. 1. par. 2. Rom. cons. 205. num. 3. cum alijs per Gabr. de testibus conclus. 1. nu. 19* & ex lectura dicti sumpti apparet, illud fuisse ad instantiam Antonij de Palladijs transumpta-
2 tum per quendam Notarium Rodulphum in audientia Archiepiscopali ab ipso Originali exhibito coram Vicario, quodque dictum sumptum fuit ad eodem Vicario lectum, & collationatum cum d. Originali, etiam cum interpositione decreti eiusdem Vicarij, quod d. sumpto adhibeatur eadem fides, prout Originali.

Quin imò & dictum sumptum fuit in plu-
3 ribus causis productum, neque vnquam hactenus illius fides controuersa, vt apparet *ex consil. Riminal. Iun. 316. num. 31. et seq. et ex decis. Borgnin. 22.* in quibus totus tenor dicti sumpti refertur.

Vndè quatenus etiam dictum sumptum non esset in forma probanti, eo quod fortassis deficiat aliqua solemnitas in huiusmodi tran-

sumptatione requisita, de quibus per *Hostiens.*
in ca. cum P. Tabellio de fide instrum. num. 8. & ibi-
dem *Io: Andr. numer.* 8. *Abb. num.* 1. *et seqq. Couarr.*
prac. q. c. 21. *num.* 3. *Put. dec.* 327. *l.* 2. *in nou.* saltem
4 erit ei adhibenda fides, eo quod etiam scriptu-
ræ informi fides adhibetur, quando concur-
rant aliqua indicia, quæ inducant animum Iu-
dicis ad credendum illi, quia probationes sunt
arbitrariæ, *vt per Caputaq. dec.* 234. *par.* 1. Et in
casu isto non videtur de veritate dicti sumpti
dubitari posse, eo ipso quod, vt dictum est, de
substantia d. Breuis, illiusque expeditione con-
stat ex d. libro repertorij minutarum Breuium
& d. sumptum factum fuit adhibitis tot solem-
nitatibus per publicum Notarium, & Iudicis
authoritate interueniente, illudque fuit in plu-
5 ribus caussis productum *ad trad. per Crauett. cons.*
101. *num.* 4. *Rot. dec.* 113. *nu.* 11. *par.* 1. *diu. Caputaq.*
d. dec. 234. *par.* 1. *&c.*

BONONIEN. DE MANZOLIS.

Ven. 12. Maij 1623.

ARGVMENTVM.

Immissio an, & quando competat Mulieri in bonis Promissoris dotis, & quæ probationes requirantur ad effectum repetendi solutum.

SVMMARIVM.

1 *Immissio est concedenda, quando de credito constat ex publico instrumento.*
2 *Immissio competit mulieri in bonis promissoris dotis.*
3 *Præsumptiones non sufficiunt, sed concludentes requiruntur probationes ad effectum repetendi solutum.*
4 *Solutionis præsumptio non inducitur ex lapsu 24. annorum.*
5 *Negligentia in exigendo creditum, in qua fundatur solutionis præsumptio, non potest considerari in hærede.*
6 *Confessio licet geminata non inducit debitum, quando est æquiuoca, & potest referri ad aliam causam.*
7 *Debitum descriptum in Inuentario non importat concludentem probationem.*
8 *Præsumptio debiti, quæ resultat ex mandatis, quando est debita, & æquiuoca parum attenditur.*
9 *Præsumptiones eliduntur, quando resistit inuerisimilitudo.*

DECISIO CCCCXLIII.

DIE 15. *Febr.* fuit coram bo: me: Andrea
resolutum, dandam esse immissionem
D. Isottæ in bonis, quæ nunc detinentur per
D. Co. Alexandrum iuniorem pro scut. 10. m.
causa verò super iisdem à me proposita; DD.
censuerunt, dandam esse immissionem d. D.
Isottæ in bonis Co. Alexandri senioris pro scu-
tis 4. m. & in bonis Com. Georgij pro scut. 6.
mil. atque ità standum, & recedendum respe-
ctiuè in tunc resolutis: quo enim ad scuta
4. mil. constat de credito d. D. Isottæ per publi-
cum instrumentum, ex quo apparet, illa fuisse
soluta Co: Alexandro Seniori, quod etiam
pro parte Co: Alexandri iunioris non contro-
uertitur, ac propterea meritò danda est immis-
1 sio pro dictis scutis 4. m. d. D. Isottæ in bonis
d. Co. Alexandri Senioris dictorum 4. m. scu.
debitoris *ex cumul. in d. dec. 25. Febr.* 1619. *bo. me.*
Andrea.

Quo verò ad scut. 6000. constat quidem de
credito D. Isottæ, quia apparet, eam fuisse nu-
ptui traditam Co: Alexandro Seniori cum do-
te scut. 10. m. non tamen probatur, quod vl-
tra dd. scut. 4000. fuerunt d. Co. Alexandro Se-
niori soluta reliqua quoque scuta 6000. ac pro-
pterea competit quidem immissio d. D. Isottæ
etiam pro dictis scut. 6. m. non tamen in bo-
2 nis d. C. Alexandri Senioris, qui non est de-
bitor dd. scut. 6. m. sed in bonis Co: Georgij
d. dotis scut. 10. m. promissoris.

Nec obstat, quod ex præsumptionibus *in d.*
dec. coram bo: me. Andrea deductis videatur pro-
bata solutio etiam dd. scut. 6. m. Co. Alexan-
dro Seniori, quia dd. præsumptiones non sub-
sistunt, aut saltem non sunt tales, vt ex illis
resultet plena, & concludens probatio, & qua-
3 lis ad effectum repetendi solutum requiritur
glos. Bart. & alij in l. 2, C. de iur. Emphit, Bald. cons.
219. *num.* 4. *lib.* 2. cum alijs *adduct. in Rom. de Mas-*
sis 13. *Iun. & 4. Iulij.* 1604. *coram bo. me. Corduba*
vbi quod *l. Procula ff. de probat.* procedit tantum-
modo in debitore allegante se non esse obliga-
tum, non autem etiam ad effectum agendi pro
recuperatione soluti.

Prima enim præsumptio deducta ex lapsu
60. annorum non applicatur, quia dd. scuta 6.
mil. ex conuentione inita inter d. C. Georgiū
debitorem dotis, & Co. Alexandrum Senio-
rem creditorem, non erant soluenda, nisi post
obitum Co. Georgij, ac propterea cum d. Co.
Georgius obierit anno 1559. Alexander vero
decesserit anno 1583. non intrat d. præsumptio
quia ab anno 1559. vsque ad annum 1583. non
effluxerunt anni 60. sed tantummodo anni 24.
4 qui non sufficiunt ad inducendam præsumptio-
nem solutionis *Afflict. decis.* 13. *num.* 23. *Menoch.*
præsumpt. 135. *num.* 22. *l.* 3.

Minus militat d. præsumptio quoad Vli-
xem filium Alexandri, vt scilicet censeatur dd.
scuta 6. m. fuisse dicto Vlixi soluta, quia idem-
met Vlixes extitit hæres Co: Georgij debitoris
dd. scut. 6. m. & sic ipse erat dd. scutorum 6. m.
debitor, & creditor, nec propterea in eo potest
5 considerari aliqua negligentia in exigendo cre-
ditum, in qua fundatur d. præsumptio *Paris.*
cons. 137. *nu.* 12. *l.* 4. *Menoch. d. præsumpt.* 135. *nu.* 19.
Afflict. d. decis. 13. *num.* 19.

Et hinc etiam cessat secunda, & tertia conie-
ctura in dicta decisione deducta ex geminatis
confessionibus d. Vlixis, quia dato etiam, quod
6 fassus fuerit, se esse debitorem dotis Isottæ; non
tamen ex tali confessione resultat confessio,
quod dicta dos fuerit soluta Co. Alexandro,
quia potuit esse debitor d. dotis ex persona
Co: Georgij dictæ dotis promissoris, cuius ipse
Vlixes extitit hæres, vt dictum est.

Quarta quoque coniectura non subsistit, quia
in facto verum non est, quod Co: Alexander
iunior descripserit in inuentario hæreditatis Co.
Vlixis Patris debitum dotis Isottæ, & in omnem
nem euentum ex tali descriptione non resulta-
7 ret concludens probatio, quod d. dos fuit Co.
Alexandro Seniori soluta, quia Vlixes erat, vt
dictum

dictum est, debitor dictæ dotis, non tamen ex persona Co: Alexandri Senioris, sed ex persona Georgij.

Eadem quoq; responsione tollitur præsumptio desumpta ex duobus mandatis Co. Vlixis *die 25. & 26. Iunij* 1584. ad consignandum D. Isottę tot bona stabilia pro restitutione suarum dotium; quia præterquam quod dd. mandata
8 possunt intelligi quoad scuta 4.m. ad quorum restitutionem Vlixes tenebatur ex persona Alexandri, cui, vt supra dictum est, constat fuisse soluta, non negatur etiam, quod Vlixes non teneretur soluere Isottæ integram dotem scut. 10. m. non tamen ex persona, seu vti hęres Alexandri, sed ex persona Georgij, & vti ipsius Georgij hæres.

Nec aliquid facit alia coniectura desumpta ex instrumento conuentionum inter Co: Herculem Patruum, & Co: Vlixem Nepotem, in quo legitur eorum communionem teneri ad scut. 10. m. quia dictæ partes in eodem instrumento expressè protestatæ fuerunt, quod hæc confessio solum attendatur inter ipsos, nec valeret ad fauorem alicuius alterius personæ, neque contra ipsos probationem faceret, vt in copia, quæ datur *Sum. D. Co. Alexandri num.* 2. & denique omnes dictæ, & aliæ præsumptio-
9 nes eliduntur ex maxima inuerisimilitudine, quod Alexander dd. scut. 6000. exegerit ab Vlixe eius filio, & dictæ dotis post obitum Georgij debitore.

Et ex geminata etiam ipsius met Isottę confessione in commissionibus, quod ipsa erat creditrix, & volebat suam dotem recuperare in bonis Co: Georgij, ità vt meritò non possit dici sufficienter probatum, quod dicta scuta 6. m. fuerint soluta Co: Alexandro, prout ad effectum, de quo agitur, requiritur &c.

SAONEN. LIQVIDATIONIS FRVCTVVM.

Mer. 17. Maij 1623.

ARGVMENTVM.

Fructuum liquidatio, an & quando resultet ex Testium depositionibus.

SVMMARIVM.

1 *Liquidatio fructuum fit per præsumptiones, & coniecturas.*

2 *Extractio partitarum facta absque citatione & recognitione manus illas scribentis & absque Iudicis decreto nihil valet.*

3 *Testes nulliter examinati nihil probant, maximè quādo eorum depositio est suspecta, & deponunt de credulitate num.* 4.

5 *Testes non reddentes causam scientia nil probant.*

6 *Testes examinati super liquiditate fructuum, quando non deponunt super certa quantitate deductis oneribus non probant.*

7 *Fructus in certi non sunt restituendi, sed illi cedunt pro mercede laboris personaliter præstiti.*

8 *Confessio quæ emanauit ad alium finem, & quæ per vnicum Testem remanet probata, non præiudicat.*

DECISIO CCCCXLIV.

DOMINI dixerunt, non constare de sufficienti liquidatione fructuum, quia scilicet probata possessione, ac fructuum perceptione, quæ in casu isto non controuertitur,
1 sufficiant pro liquidatione leuiores probationes etiam per præsumptiones, & coniecturas *Bal. cons. 323. numer. 5. l. 2. Card. Seraph. decis.* 1132.

Attamen in casu isto nulla pænitus adducitur probatio in suo genere perfecta, fides enim, seu attestatio Æconomi, qui dicit se extraxisse computum in libris sibi traditis de Ordine Georgij, nullam prorsus meretur fidem, quia extractio facta fuit absque ci-
2 tatione, & recognitione manus, qui dicitur scripsisse librum, & absque Iudicis decreto, ideòque nihil valet *Rot. decis. 1. & 2. de fide Instrum. in nou. & sij num. 2. par. 1. in recentior. Verall. dec. 99. par. 2.*

Minus releuant duo Testes, qui deponunt de publica voce, & fama, quia sunt nulliter
3 examinati, & quia ipsi dederunt mandatum, & pecunias, vt impetratio Bernardini tamquam de Præpositura in Colleggiata haberet effectum, vt ipsimet fatentur; sicque eorum depositioni nihil est deferendum *l. omnibus*, & ibi *Bal. num. 3. C. de Testibus Aym. conf. 99. num. 2. Card. Seraph. dec. 768. num. 2.* Et præsertim, quia deponunt de credulitate *Aret. in c. quoties n.* 10. & ibi *Abb. nu. 6. vers. oportet ergo fel. num. 7. de Te-*
5 *stib.* nec reddunt aliquam causam scientię, prout tenentur *Cassad. decis. 19. numer. 3. super reg.*
6 Et quia non deponunt de certa quantitate deductis oneribus *ad l. 1. C. de fructib. & lit. expens. Cresc. decis. 2. de probat.* nec distingunt fructus certos ab incertis, quod facere tenebantur ad hoc, vt posset dici liquidata quantitas, quę per Georgium restitui debebat, cum ipse ad
7 restitutionem fructuum incertorum minimè teneatur, sed illi cedant pro mercede laboris personaliter ab eo præstiti *Verall. decis. 29. part. 2.* cum alijs *per Modern. de Benef. par. 6. c. 3 numer.* 121. & 122.

Nec denique aliquid facit alius testis, qui deponit de confessione Georgij, quia præterquam quod huiusmodi confessio emanauit ad
8 alium finem, non probatur etiam per vnicum testem *Gabr. conf. 40. numer. 58. l. 2. Rot. decis.* 406. *num. 3. part. 2. in recentior.* Et huic etiam testi obstat eadem exceptio, quod dedit mandatum, & pecunias pro ista causa, ideòque nihil probat *ex sup. alleg. &c.*

CIVI-

CIVITATIS CASTELLI FIDEICOMMISSI.

Mercur. 17. Maij 1623.

ARGVMENTVM.

Immissio retardari non potest fideicommissario ex pretextu detractionis legitimæ, quando in hæreditate fuerunt reperta Credita, nam tunc in eis præsumitur consumpta.

SVMMARIVM.

1 *Legitima censetur consumpta in creditis repertis in hereditate à grauato ex actis.*
2 *Creditum præsumitur exigibile.*
3 *Debitorem esse soluendo desumitur ex conductione affictus cum exhibitione Cedulæ Bancariæ.*
4 *Creditum fuisse exactum ex quibus coniecturis resultet.*
5 *Prima alienatio imputatur in legitimam.*
6 *Creditum consistens in modica quantitate de facili præsumitur exactum, maximè quando concurrit lapsus plurium annorum.*
7 *Hæres grauatus non reddens rationem de Creditis hæreditarijs, tunc tenetur illa imputare in legitimam.*
8 *Hæres grauatus cedendo actiones contra debitores hæreditatis non liberatur, cum ei sit imputandum, quod illa non exegit, quando potuit exigere.*
9 *Negligentia præsumitur, quando non probatur fuisse factas diligentias.*

DECISIO CCCCLV.

CVM alias proposuissem dubium, an fratribus de Albizainis, danda esset immissio in possessionem prædij S. Anastasij, DD. ne quid prætermitti posset, quod recto eorum iudicio non esset sufficienter discussum, firmarunt per tres decisiones constare de fideicommisso ad fauorem dd. Fratrum, & de identitate dicti Prædij S. Anastasij, quodque legitima Antonij vnius ex hæredibus grauatis ascendebat ad *scut.* 1280. Vndè dictis decisionibus præsuppositis placuit idem dubium reassumere, quo proposito, dictis fratribus tantum informantibus, DD. censuerunt, ipsis dandam esse immissionem.

Neque enim dictæ immissioni obstat, quod videantur causam habentes à dicto Iacobo hærede grauato posse dictum prædium retinere pro dicti Iacobi legitima, quia vt apparet ex decisione particulari facta super statu hæreditatis fideicommittentis, inter alia aderant in dicta
hæreditate plura credita, ex quibus cum constet obtigisse dicto *Iacobo scut.* 1280. vt in ea-
1 dem decisione firmatur, censetur in eis dicta
eius legitima consumpta. *ad tex. in leg. Marcellus res quæ*, & ibi *Bart. & omnes ff. ad Trebell. Soccin. conf. 36. num. 2. lib. 3. Paris. conf. 17. in fin. l. 2. Cephal. conf. 189. num. 19. lib. 2. Peregr. de fideicom. artic. 39. num. 3. & 4.*

Nec obstat, quod non probatur, dicta Credita fuisse exigibilia, minusque, quod fuerint exa-
cta, quia quod essent exigibilia, præsumitur.
2 *l. si creditores ff. de priuil. credit. Alex. in l. si ab arbitrio num. 4. ff. qui satisd. cog. Menoch. præsumpt. 88. num. 9. lib. 1.* & hæc præsumptio coadiuuatur ex eo, quod constat, *Io.* Baptistam Busalinum, qui fuit in dicta diuisione assignatus dictæ hæreditatis debitor *scut.* 950. tunc conduxisse pro nouem annis à Cardinale Cesio Casale, cum exhibi-
3 tione Cedulæ Bancariæ *scut. 18. mill. vt in Summ. num. 7.* quod satis arguit, ipsum fuisse idoneum soluere dicta *scut.* 950.

Quod verò dicta credita fuerint exacta pariter videtur non posse controuerti, tum quia constat, dictũ *Io.* Baptistam debitorẽ paulo post assignationem huius crediti Antonio factam, vendidisse eidem Antonio censum *scut. auri* 72 pro pretio *scut.* 900. auri, quæ certè dictus An-
4 tonius censeri debet breui manu à dicto *Io.*
Baptista eius debitore recepisse, cum non præsumatur habuisse aliundè tantam pecuniæ quantitatem, nec minus quod quatenus habuisset, eam, voluerit numerare d. *Io.* Baptistæ, non excomputato saltem d. eius credito. Tum etiam quia in *I*nuentario, quod fuit factum de hæreditate ipsius Antonij, non reperiuntur descripta dicta credita, quod est maximum indicium, illa fuisse per d. Antonium exacta.

Nec obstat, quod non probatur, dicta credita fuisse exacta ante alienationem prædij, de quo agitur, ità quod dicta credita, non autem prædium imputari debeat in dictam legitimam,
5 quia imò ex suprà deductis apparet, quod cre-
ditum Busalini, fuit exactum ante alienationẽ prædij, quia fuit exactum paulo post obitum fideicommittentis, qui contigit anno 1561.

Et alia etiam credita cum sint modicæ quan-
6 titatis, & omnia insimul non excedant summã
scut. 320. ideòque facilè exigi potuerunt, præsumitur pariter intra dictum spatium septem annorum exacta.

Et in omnem euentum, quod non constaret etiam de dictorum creditorum exactione, sufficere deberet; quod hæres grauatus de iis non
7 reddat rationem ad effectum, vt illa teneatur
imputare in suas detractiones. *d. l. Marcellus. § res, quæ ad Trebell. & in l. Imperator § fin. ff. de leg. 2. Peregr. de fideicom. art. 10. num. 30.*

Nec liberaretur cedendo actiones, cum ei
8 sit imputandum, quod illa non exegit, quando
potuit exigere. *Castrens. in leg. si seruus §. cum quid sub num. 4 ff. de l. 1. Rimin. iun. conf. 122. vol. 1. Peregr. d. ar. 10. num. 45.* & fuit dictum *in Foroliuien. fideicommissi de Montignanis 27. Nouembris 1595. coram bon. mem. Litta.*

Et eo ipso, quod non probatur, fecisse diligentias per multos annos in exigendo, præsu-
9 mitur negligentia, & culpa. *Rec. conf. 103. numer. 26. & c.*



LE-

LEGIONEN. DECIMARVM

Lunæ 22. Maij 1623.

ARGVMENTVM.

Manutentio in quasi possessione exigendi datur ex vnico actu solutionis, & in hoc Summarijssimo manutentionis iudicio nec titulus, nec causa requiritur, sed sufficit sola possessio, vel quasi, aut saltem sola in sistentia facti.

SVMMARIVM.

1 *Possessio, seu quasi possessio exigendi ad effectum manutentionis ne dum acquiritur ex multiplicatis solutionibus, sed ex vnica tantum.*

2 *Manutentio in quasi possessione exigendi eo fortius venit concedenda, quando vltra solutionem concurrit bonum ius.*

3 *Scientia, & mandatum præsumitur ex solutionibus factis in summa notabili.*

4 *In Manutentionis summarijssimo iudicio nec titulus, nec causa requiritur, sed sufficit sola possessio, vel quasi, aut saltem sola insistentia facti.*

DECISIO CCCCXLVI.

FVit resolutum, RR. DD. Decano, & Capitulo Legionen: informantibus, dandum esset mandatum de manutenendo in exactione decimarum in bonis Cōmendæ de Zenizeros, cum ex quinque testibus datis *in summario dicti capituli n. 4.* de visu deponentibus suprà 40. annos clarè appareat de ipsorū quasi possessione in percipiendo salm. 36. tritici ab Arrendatarijs Commendatariorum Religionis Hyerosolymitanæ pro tempore Cultoribus dictę Cōmendæ, per quas solutiones ne dum multipli-
1 catas, & continuatas, sed etiam per vnicam acquiritur quasi possessio. *Abb. in c. cum Ecclesia Sutrina, nu. 22: & 23. Butr. num. 37. Rip. num. 52. de caus. possess. & propriet. Card. Seraph. decis. 436. num. 1.* cuius quasi possessionis vigore competit dictis Decano, & Capitulo manutentio, *§. retinendæ instit. de interdic. l. pri. §. huius interdicti, ff. vti possid. cum vulgar.*

Et dicta manutentio tanto magis visa fuit DD. dictis Decano, & Capitulo concedenda, cum vltra quasi possessionem exigendi, in qua existunt, constet de titulo ipsorum valido, nimirum ex concordia alias inita inter ipsos, & Cōmendatorem, ac Fratres dictæ Religionis Hierosolymitanæ, in qua Cōmendator se obligauit soluere dictas salmas 36. tritici dictis De-
2 cano, & Capitulo, quæ conuentio benè probat istum titulum exigendi, *c. ex multiplici de decimis Rot. decis. 279. in fin. par. 2. in recentior.* & apparet effectuata ex solutionibus multiplicatis factis ab Arrendatarijs pro tempore, quibus fuerunt concessæ in locationem à Commendatoribus dictæ Terræ, cum onere Capitulo soluendi dictas salmas 36. tritici in cuius pacti executionem fuerunt spatio plusquam 40. annorum sæpe exactę, vt constat ex publicis Instrumētis Arrendatariorū, ex quibus solutionibus taliter factis, & in tam notabili summa, & quantitate non potest dubitari, quin fuerint factæ de mā-
3 dato, & scientia Religionis. *Abb. in d. cap. cum Ecclesia num. 25. Put. dec. 258. num. 1. l. pri. Card. Seraph. decis. 1485. sub. num. 2. vers. Coadiunatur num. 3. Rot. diuers. decis. 28. num. 7. part. 1. & decis. 685. num. 4. par. 1. in recentior.*

Ex quibus satis abundè visum fuit constare ad hunc effectum de bono Iure dicti Decani, & Capituli, cum ad obtinendum in hoc summarijssimo iudicio, nec titulus, aut causa requiratur, sed sufficiat sola possessio, vel quasi,
4 aut saltem sola insistentia facti. *Abb. in c. querelam num. 12. de elect. Card. Mantic. decis. 172. nu. 2. & decis. 185. numer. 6. & 7. Card. Seraph. decis. 717. numer. 2. Rot. dict. decis. 595. num. 1. & decis. 752. num. 6. par. 2. in recentior, &c.*

AQVILANA PENSIONIS

Vener. 26. Maij 1623.

ARGVMENTVM.

Litteræ reseruationis pensionis habent executionem paratam, præsertim stante obligatione Camerali, & reiecta penitus exceptione nullitatis.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ Apostolicæ habent executionem paratam.*

2 *Translatio qua nam requisita pro sui validitate requirat.*

3 *Transactio quando fuit celebrata, reseruato Sedis Apostolicæ beneplacito, vel cum clausula* nō alias aliter &c. *tunc re integra, & antequam beneplacitum accedat, potest rescindi, & datur locus pœnitentiæ.*

4 *Reseruatio pensionis dicitur nulla, quando in ea non fuit facta mentio alterius pensionis super eodem Canonicatu prius reseruato* declara *num. 5.*

6 *Obligatio Cameralis non retardatur exceptione nullitatis pensionis, sed videtur remittenda ad Iudicium ordinarium, & per tres conformes canonizanda.*

7 *Clausula* pro omnibus quorū interest, *apposita à Notario in instrumēto obligatione Camerali val lato, operatur ad fauorem omnium, in quibus iura d. obligationis transfunduntur.*

8 *Pensio prius reseruata, & deinde translata dicitur eadem, non noua pensio.*

DECISIO CCCCXLVII.

DOmini dixerunt, literas Apostolicas reseruationis pensionis, & obligationem Cameralem esse exequendas, quia dictę literę, prout & obligatio Cameralis habent executionē
1 paratam *c. si Capitul. vbi Gloss. in verf. exequatur de concess. præb. in 6 Sarnen. in tract. Breuium num. 4. Mohed. decis. 13. vt lit. pend.* cum alijs adduct. *in Eugubina pensionis 4. Martij 1619. Coram meo Buratto.*

Nec

Nec obstat, quod dicitur, non constare de valida translatione dictæ pensionis, quia ex lectura literarũ dictæ translationis apparet, omnia in dicta translatione interuenisse, quæ ad effectum validæ trãslationis requiruntur, quod scilicet fuerunt præsentatæ litteræ reseruationis
1 nec non, & facultas transferendi Iudici, qui eas accepit, vidit, & intellexit, & illarum tenores diligenter considerauit, *iux. adduc. per Ferrett. cõs. 85. cum alijs alleg. in Carthaginen̄ pensionis Cor. Reuerendiss. D. meo Patriarca Hierosolymitano*, quæ est *decis. 143. par. 2. in recent.*

Minus obstat exceptio transactionis inter Cinthium titularem, & Franciscum translatarium, quia dicta transactio fuit facta reseruato Sedis Apostolicæ Beneplacito, & cum clausula *non alias aliter, &c.* ac propterea potuit Franciscus re integra, & antequã accederet beneplacitum pænitere, & à dicta concordia recedere
3 *ad trad. per Abb. in c. super eo sub num. 8. de condit. apposit. Surd. cons. 434. num. Caputaq. decis. 12. par. 3. Achil. decis. 2. de pact.*

Nec facit, quod reseruatio pensionis videatur nulla, eo quia in ea non fuit facta mentio alterius pensionis super eodem Canonicatu iã
4 prius reseruatæ. *Verall. dec. 303. par. 2. cum alleg.* quia, vel dictus Cinthius eo ipso, quod sciens iam ante fuisse reseruatam aliam pensionem, nihilominus huic secundæ consensit, videtur huic exceptioni renunciasse, quod facere potuit
5 *Cas. sad. decis. 3. nu. 7. & decis. 4. n. 5. de pension.* & faciunt *trad. per Lap. alleg. 89. num. 8.* vel certè exceptio dictæ nullitatis non potest executionem dictæ obligationis Cameralis retardare, sed potius erit ad iudicium ordinarium reijcienda, & per tres conformes canonizanda, non retardata interim dictæ obligationis Cameralis execu-
6 tione, *Gallef. de oblig. Camerali. qu. 3. sub. num. 5. Cassad. decis. vnic. de mutuis petit. Card. Seraph. dec. 107. in fin. Rot. decis. 387. numer. 4. par. 2. in recentior.*

Nec obstat, quod Cinthius dicitur se obligasse ad fauorem Lelij tantum, cui fuit hæc secunda pensio reseruata; non verò etiam ad fauorem Francisci, in quem fuit dicta pensio à dicto Lelio translata, quia Notarius fuit stipulatus pro omnibus, quorum interest, intererit, ac interesse poterit, & sic ad fauorem etiam Francisci, in quem fuit ius Lelij mediante d. translatione transfusum.

Nec dicatur, Cinthium non se obligasse ad solutionem pensionis in Franciscum translatæ, sed ad solutionem pensionis Lelio reser-
7 uatæ, quia est vna, & eadem pensio, quæ fuit reseruata, & in Lelium translata, nec translata dicitur noua pensio *Paris cons. 586. l. 4.* & fuit dictum *in Veronen. Pensionis relata per Marches. de*
8 *Commiss. par. 2 fol. 555. & in dec. 121. nuer. 9. par. 1. in recentior. & in Rom. pensionis 17. Iunij 1622. Coram R.P.D. meo Buratto*, ac propterea negari nõ potest, quin Cinthius verè sit obligatus etiam pro dicta pensione translata, & ad fauorẽ Francisci, vt dictum est, &c.

ROMANA SOCIETATIS OFFICII

Lunæ 29. Maij 1623.

ARGVMENTVM.

Minor suam Obligationem nullam ex defectu Solemnitatum statutorum Vrbis, potest deindè effectus maior ratificare.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum procura ad effectum validè obligandi Minorem 20. annorum requirit solemnitates iuxta dispositionem statutorum vrbis* capit. 152. lib. 1.
2 *Statutum vrbis* lib. 1. cap. 47. *habilitat maiores 20. annorum ad celebrandum quodcumque contractum*
3 *Solemnitates loci vbi celebratur contractus sunt seruandæ, sed declara hoc non procedere quoad personas contrahentium* num. 4. & 5.
6 *Aetas probatur ex fide Baptismatis.*
7 *Ciuilitas contracta in aliqua vrbe, non tollitur ex licentia obtenta commorandi alibi.*
8 *Clericus contrahendo non ligatur à statutis confectis à Laycis.*

DECISIO CCCCXLVIII.

CVM prætenderet D. Alphonsus Maurellus, obligationem ipsius ad fauorem Excellentissimi D. Ducis Lateræ factam fuisse nullam ex pluribus, & præsertim quod fuit facta mediante Procuratore dicti Alphonsi vigore mandati ab eodem Alphonso dati ipso adhuc existente minore annis viginti non seruatis solemnitatibus statuti Vrbis *lib. 1. cap. 152.* è
1 contra cum scribentes pro dicto D. Duce eandẽ obligationem substinere conarẽtur quoad dictam nullitatem ex defectu mãdati validi per Instrumentum præcipuè ratificationis dictæ obligationis ab eodem Alphonso Parmæ celebratum, post quam esset effectus maior annis viginti, DD. mandarunt, vt strictè informaretur super validitate dictæ ratificationis, quo facto resolutum fuit, dictam ratificationem esse validam, quia fuit facta à dicto Alphonso maiore annis viginti, & sic tempore, quo erat iuxtà dispositionem statuti Vrbis *lib. 1. cap. 47.* ha-
2 bilis ad faciendos omnes, & quoscumq; actus, quos facere possunt maiores annis 25. Vndè licet dicta ratificatio facta esset sine solemnitatibus in contractibus minorum requisitis, fuit nihilominus valida perindè, ac si fuisset à maiore annis 25. celebrata.

Nec obstat, quod Instrumentum dictæ ratificationis fuerit celebratum Parmæ, ideòque adhiberi debebant solemnitates à statuto Ciuitatis Parmæ requisitæ in contractibus minorum, quia licet quoad solemnitates contractus attendenda sint statuta loci, vbi fit contractus
3 *Aret. cons. 735. num. 5. vers. his præmissis cum alleg.* hoc tamen non procedit quoad personas contrahentium. *Abb. in c. quod Clericis sub num. 11.*
4 *vers. si vero statuta de foro compet. Anchar. in cap. Canonum statuta num. 158. de constit. Achill. dec. 2. eod. tit. Card. Seraph. decis. 740. num. 3.* ità quod cum

cum dictus Alphonsus tempore, quo celebrauit dictum contractum, iam esset factus maior vigore Statuti Vrbis, potuit se gerere pro maiore etiam in dicta Ciuitate Parmæ *Bald. in l.*
5 *cunctos Populos num.60. C. de Sum. Triuit. & Fid. Cathol. Castr. cons. 226. sub num. 1. l. 2. Socc. cons. 239. num. 2. l. 2. Put. decis. 365. l. 3. Aethill. d. dec. 2. de constit. Card. Seraph. dicta decis. 746. numer. 3.* nec per consequens tenebatur adhibere solemnitates à dicto Statuto Ciuitatis Parmæ requisitas, quia dictũ Statutum loquitur de minoribus, non verò de illis, qui sunt effecti maiores, & habilitati ad faciendum omnes actus quos possunt facere maiores, qualis, vt dictum est, erat dictus Alphonsus tempore dicti contractus.

Nec in dubium reuocari potest, quod tunc esset effectus maior vigore statuti Vrbis, quia quod ipse sit Ciuis Romanus, natus scilicet ex Patre Ciue Romano, & Matre Nobili Romana est admodum notorium, quodque tunc esset maior annis 20. apparet ex fide Baptismi,
6 quæ ad effectum, de quo agitur, sufficienter probat. *Caput. decis. 314. par. 1. Card. Seraph. dec. 1138. num. 2.*

Nec obstat, licentia obtenta habitandi in Vrbe, quia talis licentia consueuit obtineri saltem ad maiorem cautelam ab omnibus possidentibus bona in statu Serenissimi Ducis Parmæ, vndè non potest ex dicta licentia sumi argumentum, quod dictus Alphonsus non esset Ciuis Romanus, tantoque magis, quia nec dicta licentia posset tollere veram Ciuilitatem
7 contractam á dicto Alphonso, eo quod vt dictum est, natus est ex Patre, & Matre Ciuibus Romanis *ad. l. assumptio §. pri. vbi Glos. ex DD. ff. de Municip. l. Ciues C. de in col. l. 10.*

His accedit, quod etiam quod dictus Alphonsus non esset effectus maior vigore statuti Vrbis, vel dictũ statutum Parmæ compræhenderet eum etiam effectum maiorem vigore dicti statuti Vrbis ad huc non ligaretur dicto statuto Ciuitatis Parmæ à laicis condito, ex quo ipse iam erat tempore dicti contractus Clericus, nec propterea dicto statuto subiectus, *ad*
8 *notat. per DD. in c. Ecclesia S. Mariæ de constit. Abb. cons. 72. in princ. lib. 1. Bald. cons. 300. n. 4. l. 1. Surd. cons. 2. num. 19. & cons. 301. num. 12. cum seqq. Rota in Roma. Domus ad S. Augustinum 19. Ianuarij 1611. Coram Reuer. Domino Decano, &c.*

ROMANA SOCIETATIS OFFICII,

Veneris 2. Iunij 1623.

ARGVMENTVM.

Translatio Periculi in societatibus officij est valida, licet fuerit erratum in expressione nominis illius, in quo extabat periculum.

SVMMARIVM.

1 *Periculi Translatio in societate officij dicitur Canonica, quando in transferente concurrit potestas, & voluntas.*

2 *Error in nomine illius, in cuius vita extabat periculum, vitiare non potest translationem, quia non versatur circa substantiam translationis vt num. 3.*

4 *Translatio periculi de vna persona ad aliam tunc vitiatur, quando fuit commissus error in expressione nominis illius, in quem fuit facta translatio.*

DECISIO CCCCXLIX.

CONtracta Societate ad fauorem Hieronymæ de Pomis, sub periculo vitæ Virginię Gauatiæ Matris dictæ Hieronymæ fuit translatũs aliquibus Mensibus per Io. Antonium Procuratorẽ dictæ Hieronymæ, qui sibi in Instrumento dictæ Societatis reseruauerat facultatẽ disponendi tam de sorte principali, quam de fructibus dictæ Societatis, nec non, & transferendi periculum Vitæ, facta intimatio Officiali sub his verbis.

Intimetur, &c. qualiter D. Instans non intendit amplius continuare periculum vitæ existens in Societate scut. 300. ad fauorem D. Hieronymæ inita sub die 27. Febr. 1619. per acta infrascr. Notarij in personam D. Virginiæ positum, imò transferre, prout per præsētes transfert ex persona D. Hieronymæ in personam Illustrissimi D. Cardinalis Petri Aldobrandini, super cuius periculo in posterum currere voluit, & intendit.

Vndè fuit dubitatum, an stante dicta Intimatione fuerit translatum periculum vitæ in personam dicti Illustrissimi D. Cardinalis Petri Aldobrandini, ità vt per obitum dicti D. Cardinalis Petri possit censeri dicta Societas super lucrata, & DD. censuerunt, periculum vitæ fuisse translatum, societatemque super lucratã ideòque mandatum A. C. relaxatum pro sorte principali dictæ Societatis esse infirmandum.

Moti autem sunt, quia de potestate Io. Antonij mutandi periculum vitæ, illudque transferendi in personam dicti Illustrissimi D. Card. non dubitatur, & de voluntate constat ex verbis claris dictæ intimationis, ideòque necesse est dicere, dictam societatem fuisse per obitum dicti D. Cardinalis superlucratam.

Nec obstat, quod licet appareat de voluntate dicti Io. Antonij mutandi dictum periculũ vitæ, illudque in personam dicti D. Cardinalis transferendi, non constat tamen, quod cum effectu fuerit dictum periculũ in dict. D. Cardinalem translatum, quiaimò, & hoc manifestissimè probatur ex verbis dictæ Intimationis ibi, *prout transfert in personam Cardinalis super cuius periculo in posterum currere voluit, & intendit.*

Nec refert, quod translatio dicti periculi legitur facta ex persona D. Hieronymæ, in cuius persona cum non consisteret periculum vitæ, ex quo illud erat positum, vt suprà dictum est, in personã Virginiæ, & non Hieronymæ; dicta translatio fuit inutilis, nec potest suffragari ad effectum, vt possit dici societas per obitum di. D. Cardinalis super lucrata, quia ex lectura intimationis supra relatæ clarè apparet, quod intentio Io. Antonij fuit transferendi periculũ,

quod

quod vt in eadem dicitur, existebat in persona Virginiæ in personam Cardinalis. Vnde scilicet postea in dicta intimatione repetendè nomen illius personæ, in qua existabat periculū, fuerit expressum nomen Hieronymæ loco Virginiæ, fateri tamen opportet, id factum fuisse per errorem. nec propterea talis error vitiare
2 potest translationem *ad l. si quis in fundi vocabulo vbi Bart. num. 2. ff. de leg. 1. l. si in nomine C. de Testam. Paris. cons. 15. num. 8. lib. 4. Card. Seraph. decis. 701. num. 1. Rot. decis. 281. numer. 2. & decis. 637. n. 5. par. 1. inrecentior.* Et præsertim quia nō versatur circa substantiam translationis; nam dicta substantia consistit in declaratione mētis Io. Antonij, quod volebat currere impostertum periculum vitæ D. Cardinalis, non verò in expressione nominis illius personæ, in qua prius consistebat periculum, quod mediante huiusmodi declaratione fuit translatum in aliam, & imò quatenus ad substantiam translationis requireretur expressio nominis personæ, in qua prius periculum consistebat, & etiam in casu isto non deficeret, quia expressè dicitur in dicta translatione, quod *Io.* Antonius nolebat amplius currere periculum vitæ existens in persona Virginię, & error, vt dictum est, fuit commissus in repetitione tantū eiusdem nominis Virginiæ, loco cuius fuit positum nomē Hieronymæ, ideòque talis error nullo modo vitiare debet dictam translationem ex supra allegat.

Nec obstat, *decis. 71. num. 6. post tract Moderni de societ. Offic.* cum alijs incontrarium allegat. quia tam dicta decisio, quam omnia alia in contrarium allegata procedunt, quādo fuit comissus error in expressione nominis personæ, in qua fuit facta translatio, & sic non adest certitudo
4 illius personę, in qua fuit translatum periculum, hoc in casu propter dictā incertitudinem translatio non sustinetur, secus verò est, quando persona, in qua fuit facta translatio est certa, & constat de voluntate transferentis, quod inposterum voluit currere periculum personæ, tunc enim error cōmissus in repetitione nominis personæ, in qua prius consistebat periculum, non vitiat translationem, nec applicantur allegata pro Hieronyma, &c.

VELITERNA AFFICTVS.

Mercurij 7. Iunij 1623.

ARGVMENTVM.

Pactum præstandi cautionem, an importet obligationem procurandi liberationem.

SVMMARIVM.

1 *Pactum præstandi cautionem non importat liberationem, & num. 2.*
3 *Omissum in instrumento debet haberi pro omisso.*
4 *Implementum sufficit probari per æquipollens.*
5 *Testes licet de loco vicino possunt recipi tamquam absfuturi.*
6 *Exceptiones contra personas Testium quando sunt leues, & non agitur de materia suspecta, reijciuntur.*

DECISIO CCCCL.

DOMINI steterunt in decisis 13. *Febr. præteriti* ex rationibus tunc deductis; quibus non obstantibus, quod nunc denuò replicabatur, quod Barella non solùm tenebatur dare idoneos fideiussores, sed priusquā daret dictos fideiussores procurare à Capitulo S. Petri liberationem Grifsoli ab obligationibus per eum ad fauorem Capituli factis: Nam ex lectura instrumenti dissolutionis Societatis apparet, quod onus hoc liberandi alterum socium ab obligatione per eum ad fauorem Capituli facta, non fuit iniunctum ei, ad quem deuoluebatur affictus, sed illi tantùm, qui primo loco fuisset forte extractus; vndè cum fors non ceciderit super Barellam, sed affictus fuerit ad eum deuolutus tātum ob non implementum Grifsoli, meritò non potest censeri, Barella non adimpleuisse sibi incumbentia ob non petitam dictam liberationem.

Nec obstat, quod partes in dicto instrumento conuenerunt, quod etiam ille, ad quem deuoluebatur affictus, *debba dare dette sicurtà*, quæ verba cum sint repetitiua cautionum suprà expressarum videntur quoque includere onus petendi dictam liberationem, de quo fuerat prius facta mentio, ex latè cumulatis per Scribentes pro Griffolo; quia vel prædeditur, quod dicta verba ex vi dictæ relationis includant onus dictæ liberationis, vel quod ex illis colligatur saltem præsumptiuè, quod mens contrahentium fuerit arctandi quoque eum, ad quem deuoluebatur affictus, ob non adimplementum alterius socii ad procurandam dictam liberationem, & neutrum subsistit.

Non primum, quia verbum, *dette sicurtà*, nullo modo possunt referri ad dictam liberationē, sed tantum ad fideiussionem præstandam, quia dictæ partes præsentari voluerunt etiam ab eo, qui forte fuisset extractus, in casum, quo non fuisset ab ipso obtenta liberatio; aliud enim est præstare cautionem, aliud liberationem à Capitulo procurare, ideoque repetitio cautionum
1 non potest operari repetitionem dictæ liberationis, *Soc. Sen. cons. 64. num. 2. & seq. lib. 3. Decius cons. 423 num. 14. & 15. Decian. cons. 34. lib. 3. Rot. decis. 221. num. 10. & seq. coram S. D. N.* quinimò inclusio vnius est exclusio alterius, *l. cum Prætor ff. de iudic. l. vlt. C. de pact. conuent. cum vulgar.*

Nec obstat, quod dicta verba, *debba dar sicurtà*, importent ex sui natura liberationem à Capitulo, quia, vt iam dictum est, aliud est procurare liberationem à Capitulo, aliud idoneā
2 cautionē præstare, & nemo sanè dixerit, quod ille, qui promisit idoneam cautionem præstare, censeatur se obligasse ad procurandam liberationem, quodqùideò minus videatur promissioni stetisse, quod liberationem non procurauit, licèt idoneos fideiussores præstiterit.

Minus subsistit secundum, quod saltem verisi-

risimilis mens partium fuerit includere sub dictis verbis onus probādi dictam liberationem, vt æqualis esset conditio contrahentium, neq; ad imparia obligarentur ex allegatis, quia non est à ratione alienum, quod dictæ partes censeantur voluisse maius onus imponere forte extracto, quam ei, ad quem deuolui debebat affictus in euentum non adimplementi primo extracti, & si hunc quoque voluissent arctare ad procurandam liberationem, absque dubio id expressissent, prout id expresserunt in alio Capitulo dictę deuolutionis, ideòque omissum
3 debet haberi pro omisso, nec pars, quæ succedebat ob culpam primo extracti, debet grauari ad liberationem ei non iniunctam.

Et in omnem euentum sufficit, quod clarè non constet de non adimplemento, vt fuit in alia decisione firmatum, quinimò sufficit etiā
4 implementum per æquipollens, vt fuit dictū *coram bo.me. Card. Seraph. decis. inter impress. 1243. num. 2.* vbi etiam aliæ decisiones referuntur, & sic quod in effectu dictus Griffolus sit cautus, quodque ob dictam non liberationem, nec hactenus fuit passus aliquod damnum, nec possit in futurum verisimiliter pati, stantibus ipsius Barellæ diuitijs, ac fideiussorum ab eo præstitorum idoneitate, *ad trad. per Ruin. cons. 49. num. 8 Card. Seraph. dicta decis. 1243. num. 3.*

Nec obstat, quod fuit resolutum contra eūdem Griffolum, eum non adimpleuisse ex hac ipsa ratione, quod non procurauit liberationem Barellæ à Capitulo S. Petri, tum quia quoad ipsum non poterat cadere aliqua dubitatio, quod non esset obligatus ad procurandam dictam liberationem, cum respectu illius id fuerit expressè conuentum, vt sæpè fuit in hac causa dictum, tum etiam quia decisio cōtra dictum Griffolum facta non fundatur in eo solum, quod non procurauit dictam liberationem; sed etiā quia in alijs defecit, & præsertim in dando fideiussores æquales facultatibus Barellæ, vt in dicta decisione; Vndè non est, quod Griffolus conqueratur, quod æquitas, quæ seruatur ad fauorem Barellæ, non fuit ad ipsius fauorem seruata, sed potius sumpta rigorosa interpretatio, quia vt dictum est, Barella non fuit grauatus saltem expressè ad liberandum Griffolum, & ipse dedit fideiussores facultatibus æquales Griffolo, & idoneos, stātibus præsertim diuitijs Barellæ, vt in alia decisione latiùs fuit deductum, & sic termini non sunt pares.

Nec obstant, quæ dicuntur de nullitate examinis Testium deponentium super idoneitate fideiussorum præstitorum à Barella, quia re vera visa fuerunt friuola, ex quo examen fuit factum cum interrogatorijs Griffoli per Interpretem deputatum ex primarijs Procuratoribus Curię de ordine Rotæ, nec propterea quod testes iurauerint super veritate dicēda, & deindè super absfuturatione dici possunt periuri, ex quo in eodem examine fassi sunt venisse hac de causa ad Vrbem, vt se examini subijcerent, quia potuit superuenisse noua causa recedendi,
5 & licet dicti testes sint de loco vicino, tamen potuerunt recipi, tāquam absfuturi, *Ægid. conclus. 115. incipit etiam testes &c.* vbi quod testes recessuri ad Ciuitatem Anoniæ possunt recipi tanquam absfuturi, *Vestr. in prax. lib. 6. cap. 2. n. 3 in fin.*

Nec faciunt exceptiones contra personas dictorum testium, quia non iustificantur, & sunt
6 ad modum leues, præsertim cum non agatur de materia suspecta, & vt sæpè dictum est, res ipsa docet Griffolum esse satis cautum, in quo consistit effectus implementi.

Nec obstat, quod posset censeri Barellam adimpleuisse ad effectum adiudicandi ei inposterum affictum; non autem etiam ad effectum quod censeatur ius dicti affictus fuisse ad eum ex tunc deuolutum ità, quod nec teneatur cōmunicare Griffolo emolumenta ex dicto affictu interim percepta, quia imò idem iudicium nunc est faciendum, quod fuisset factum ab initio, ità quod sicuti tunc fuisset iudicatum pro adimplemento, sic etiam nunc pro eodem adimplemento responderi debeat, neque attēdi, quod interim euenit, prout nec dicti euentus fuisset habita ratio in præiudicium Griffoli, si ex dicto affictu Barella damnum percepisset, prout contigit annis superioribus.

CARTAGINEN. PENSIONIS.

Veneris 9. Iunij 1623.

ARGVMENTVM.

Pensio reseruata cum decreto, quod sit soluenda vigore litterarum Apostolicarum expediendarum, hoc decretum inducit formā præcisam, qua non reseruata corruit actus.

SVMMARIVM.

1 *Decretum inducit formam, qua non seruata corrui actus.*

2 *Pensionis exactio probatur ex quietantia.*

3 *Officialibus Cancellariæ, Cameræ, & Secretariæ attestantibus literas Apostolicas reseruationis pensionis non fuisse expeditas, fides est adhibenda.*

4 *Decretum dicitur pœnale, quando inducit nullitatem actus propter odium personæ efficientis actum, secus autem quando reddit actum nullum propter defectum formæ.*

5 *Nullitas, quæ non lædit personam, nec diminuit patrimonium, non est propriè pœna.*

DECISIO CCCCLI.

FVIT dictum, pensionem non deberi, quia fuit reseruata cum decreto, quod pensio sit persoluenda vigore literarum Apostolicarum desuper infrà 9. menses proximos expediēdarum, nec alias, &c. alioquin præsens reseruatio nulla sit eo ipso; Vndè cum dicta pensio fuerit exacta dictis literis minimè expeditis, intrat dictum decretum, quod inducit formā,
1 qua non seruata, corruit actus, vt in puncto fuit dictum *Coram bo. me. Card. Mantica decis. 286. num. 1. & seqq. & dec. 300. & in Veronen. pensionis 3. Iuly 1592. & 30. Octobris 1593. coram Illustris-*

X

Illustrissimo Cardinali Millino relata per *Marches. de commiss. tom. 1. par. 1. §. 2. fol. 611. & fol. 627. num. 4. & seq.* cum alijs *adduc. per adden. ad decis. S. D. N.* 440. *num. 8.*

Quod autem dicta pensio fuerit exacta litteris Apostolicis non expeditis patet, quia de
2 exactione constat ex quietantia manu Pensionarij subscripta, nec non & ex Instrumento extinctionis medietatis pensionis per anticipatas solutiones, vt fuit ponderatum *in dicta Veronen. pensionis 30. Octobris 1593. num. 6. coram Illustrissimo Cardinali Millino.*

Et quod literæ non fuerunt expeditæ, probatur non solum eo ipso, quod Pensionarius, qui iactat sibi dictam pensionem deberi, non exhibet litteras reseruationis dictę pensionis, sed & multo magis ex attestationibus Officialium
3 Cancellariæ, Cameræ, & Secretariæ Secretæ, qui testantur, quod facta diligenti perquisitione in libris, in quibus registrantur expeditiones litterarum Apostolicarum, non inuenerunt registratas dictas litteras, quod sufficit ad probandam negatiuam dictæ non expeditionis *iux. trad. per Mandos. in reg. de non indic. iux. formam supplicationis q. 12. sub num. 4. & seq. Cassad. dec. 5. num. 5. & dec. 8. num. 2. super reg. Rot. dec. 140. sub num. 2. & decis. 158. num. 15. par. 1. in recentior.* & fuit pluries decisum.

Non obstat, quod huiusmodi decretum est pœnale, quodque pensionarius potuit illud ignorare, & quod concernit vtilitatem Officialium Cancellariæ tantum, quia huiusmodi obiectionibus fuit plenè satisfactum in dictis decisionibus *coram bo. me. Card. Mantic. & Illustris. D. Card. Millino in decis. enim 300. inter impress. coram bo. me. Cardin. Mantic.* fuit dictum, dictum decretum non esse pœnale, quia decretum di-
4 citur pœnale, quando inducit nullitatem actus, propter odium personæ efficientis actum contrà prohibitionem legis, secus autem quàndo reddit actum nullum propter defectum formæ, alias sequeretur; quod omnes leges, quæ certam formam, & solemnitatem inducunt in Testamentis ordinandis, & contractibus celebrandis sint pœnales, quod esset absurdum, quia nullitas, quæ non lædit personam,
5 nec diminuit patrimonium, non est propriè pœna, & in eadem etiam decisione fuit firmatum, quod non potest dici decretum insertum in supplicatione ignorasse, qui sciuit reseruationem pensionis, illamque exegit ad *l. non est ferendus ff. de transact.*

Vndè non potest pensionarius in casu, de quo agitur excusari.

CALAGVRITANA PROCESSIONVM

Veneris 9. Iunij 1623.

ARGVMENTVM.

Possessio immemorabilis probatur ex sententia, quæ si est antiquissima, probat etiam sine actis.

SVMMARIVM.

1 *Possessio probatur ex sententia, & Testibus deponentibus etiam de immemorabili.*
2 *Sententia antiquissima probat etiam sine actis.*
3 *In examine Testium attenditur stylus illarum partium, vbi Testes examinantur.*
4 *Restitutio ponit omnia in integrum, & num. 5.*
6 *Sententia per se sola sufficit ad probandam immemorabilem possessionem.*
7 *Laudum dicitur nullum tàm ex defectu citationis, quàm ex defectu iurisdictionis eo quod excedit fines compromissi.*

DECISIO CCCCLII.

DOMINI steterunt in decisis 15. *Aprilis* 1622. de possessione enim Decani, & Capituli, constat precipuè ex sententia lata vsque
1 de anno 1584. & ex testibus deponentibus etiã de immemorabili, cum requisitis per *glos. in c. 1. de præscript. in 6.*

Nec obstat, quod dicti Testes sunt nulliter examinati, tum quia ad probandum dictam quasi possessionem sufficeret sola etiam sententia, cum illa sit antiquissima, ideoque
2 probat etiam sine actis *Ruin. cons. 28. n. 16. l. 4. Put. decis. 228. in vol. 2. Cassad. dec. 3. n. 1. & seq. de procur. Rot. dec. 143. n. 8. & 11. par. 2. diu.* tum etiam quia pretensę nullitates dicti examinis non subsistunt.

Nec enim dictum examẽ potest dici nullum ex defectu citationum ad dicendum contra, & ad videndum iurare Testes, quia ex reuolutione processus apparet, fuisse concessum terminum probatorium decem dierum, qui conti-
3 net iuxta stylum illarum partium citationem ad dicendum contrà articulos, & ad videndum iurare, de quo in specie testatur *Suarez in prax. p. 1. tom. 1. temp. 8. vers. ex salamanca*, & fuit sæpius *à Rota* admissum, & signanter *in causa Placentina decimarum de Truxillo 7. Feb. & 21. Maij 1618. coram R. P. D. meo Buratto.*

Nec obstat, quod in dicto termino sæpius prorogato non fuerunt examinati dicti Testes, sed in alio concesso per viam restitutionis de consensu, quia restitutio ponit omnia in integrum, ità vt perindè sit, ac si examen factum
4 fuisset sub dicto termino, vt in puncto fuit dictum *in Conchen decimarum 12. Nouembr. 1610. coram R. D. meo Decano.*

Nec obstant trad. *per Gonzal. in annot. contra nullit. num. 18. & seq.* quia non loquitur, quando
5 terminus fuit concessus per viam restitutionis de partium consensu, & quando restitutio fuit intimata parti; Et cessare videtur difficultas, quia sub eodem termino, & forma obtinuerunt etiam Beneficiati examinati suos Testes, vndè eo minus possunt sub tali prætextu impugnare examen Testium Capituli *Gonzal. loc. cit. n. 71. & 73.*

Minus facit alia nullitas, quod Testes iurarunt eadem die, quà fuit executa citatio ad videndum illos iurare, quia citatio, quæ fuit executa *die 26. Febr.* 1616. non fuit ad videndum iurare, illa enim virtualiter continebatur in dicto ter-

cto termino probatorio, sed ad examen, ideóque non applicantur allegata per Scribentes pro Beneficiatis.

Nec releuant ea, quæ contrà dictam possessionem Capituli deducuntur, quia illa remanet ex dicta sententia,& Testibus optimè comprobata.

Nec subsistit, quod constare videatur de initio possessionis ex dicta sententia; ideòque non possit dici probata immemorabilis, quia in eademmet sententia dicitur, quod Capitulum erat in possessione immemorabili,ac propterea tantum abest, vt dicta sententia infringat probationem dictæ immemorabilis possessionis, vt etiam illa sola sufficere videatur ad probandam dictam immemorabilem possessionem *Alex. cons. 136. num. 14. l. 2. Calean cons. 16. num. 1. Grammatic. dec. 24. n. 7. vsq. ad 11. Osasch. dec. 13. in fin. Ant. Augustin. dec. 145. l. 3.*

Nec dicatur Capitulum amisisse dictam possessionem per acquiescentiam laudi, illiusque emologationem, quia laudum fuit nullum tam ex defectu citationis *l. diem §. si quis ff. de arbitr.*
7 cum alijs *per Gabriel. de citat. concl. 1. n. 44. & seqq.* quam ex defectu iurisdictionis, eo quod excedebat fines compromissi *Rot. decis. 515. num. 1. & dec. 553. pariter n. 1. p. 1. in recent.* & fuit etiam in alia decisione deductum, in qua etiam fuit satisfactum obiecto circa dictam prætensam emologationem, & alijs pro ijsdem Beneficiatis nunc denuò inculcatis.

BRACAREN. PENSIONIS

Lunæ 12. Iulij 1623.

ARGVMENTVM.

Restitutio in integrum competit Minoribus, & Pupillis ex capite ignorantiæ, ità vt non sint priuandi pensione etiam si intrà tempus præscriptum non susceperint caracterẽ Clericalem.

SVMMARIVM.

1 *Decretum irritans ligat etiam ignorantes.*
2 *Restitutio in integrum competit ex capite ignorantiæ, & minoris ætatis, etiam si non fuerit adimpleta conditio iniuncta, & fuerit alijs ius quæsitum.*
3 *Minores ex capite ignorantiæ, & pupillaris ætatis non sunt priuandi pensione ob non susceptionem caracteris Clericalis.*
4 *Ignorantia dicitur rationabilis ratio ad effectum excusandi minorem, reprobata sententia Gail. de Petra lata.*
5 *Restitutio in integrum non competit minoribus in Beneficialibus.*
6 *Pensio non est beneficium.*
Minoribus quando non competit restitutio in integrũ, assistit excusatio, ne priuentur pensione.
8 *Ignorantia regulariter præsumitur in minoribus, & pupillis.*

DECISIO CCCCLIII.

FVIT dictum, sententiam, quæ declarat pensionem ad fauorem minorum Conuentorum reseruatam esse validam, fore confirmandam.

Neque enim obstat, quod prætenditur, dictã pensionem esse nullam, eo quod fuit reseruata cum decreto, quod pensionarij intra sex menses proximos se Clericali caractere insigniri facere omninò teneantur, alias præsens reseruatio omninò nulla sit eo ipso, dictique pensionarij se intra dictum tempus dicto Clericali caractere insigniri minimè fecerunt, quia dicta pensio fuit reseruata minoribus Neophitis, & existentibus in Collegio Neophitorum, sub cura Administratorum dicti Collegij, quibus etiam non fuerunt consignatæ litteræ dictæ reseruationis, sed data tantummodo cedula, cuius vigore ipsi nomine dictorum Minorum exegerunt dictam pensionem; ipsis Minoribus omninò ignorantibus dictum decretum, vndè quatenus substineri non possit, quod dictum tempus non cucurrerit dictis pensionariis tũc minoribus, & dictum decretum ignorantibus
1 propter decretum irritans, quod ligat etiam ignorantes, vt in *c. si eo tempore de elect. in 6. Caputq; decis. 1. num. 2. par. 2.* competit saltem dictis
2 Minoribus ratione dictæ ignorantiæ, & minoris ætatis restitutio in integrum *ad l. penult. C. de in integr. restit. minorum vbi glos. in vers. ignorauerunt, cum alijs per Odd. de restit. in integr. q. 84. nu. 6.* vbi, quod restituuntur etiam si omiserint implere conditionem illis iunctam, & quod restituantur, etiam si alijs fuerit ius quæsitum, ex non facto Minorum *Menoch. de recuper. remed. 10. num. 116. vers. declarat. num. 4.*

Vel certè dicti Minores ex capite dictę ignorantiæ, ac pupillaris ætatis excusandi sunt ad effectum, ne dicta pensione priuentur ob non
3 susceptionem caracteris clericalis iuxta formã dicti decreti *ad tex. in c. cõmissa de elect. in 6.* vbi, quod collata alicui Ecclesiæ Parochiali cum decreto, quod infra annum debeat ad Sacerdotium promoueri, si iusto impedimento, & rationabili ratione non fuerit promotus, non debet dicta Parochiali priuari.

Et rationabilis ratio ad hunc effectum dici-
4 tur, quando prouisus decretum ignorauit, vt *per Io: Andr. in d. cap. commissa nu. 1. vers. item hic reprobetur* vbi, quod reprobatur opinio *Gail de Petra* lata, qui dixit, filium ignorantem Parochialem Ecclesiam sibi per Patrem impetratam priuatum esse, si infra annum promotus non fuit *Tiraq. de retract. lignag. §. 35. glos. 4. num. 14.*

5 Nec obstat propterea, quod Minoribus non competit restitutio in Beneficialibus *Put. dec. 9. l. 3. in nou.* quia præterquam quod non sumus in Beneficialibus, sed in pensione, quæ non
6 est Beneficium *iux. trad. per Gig. de pension. q. 71. sub num. 5. vers. erit ergo firma conclusio Rot. dec. 425. num. 2. par. 1. diu.* cessat difficultas ex quo quatenus non sit locus restitutioni, saltem locus erit excusationi ad effectum, ne dicti Minores pri-
7 uentur pensione, vt in similibus terminis sen-

 sit *Rot.*

DECISIO CCCCLVI.

LATIS tribus sententijs absolutorijs ad fauorem Chignoli, cum condemnatione alterius partis in expensis, fuerunt per sententias D. Gubernatoris Vrbis, seù deputati ab eo, & bo: me: Varellæ taxatæ dictæ expensæ ad scuta 1829. à quarum postrema cum Rainonus, & litis consortes denuò prouocassent, mihique per Signaturam Sanctissimi rescribi obtinuissent, cum clausula *parito iudicato arbitrio Rotæ*, dubitaui, an intret arbitrium, & DD. non comparente dicto Chignolo licet sæpissimè citato, & per plures menses expectato, dicto Rainono tantum informante, censuerunt intrare arbitrium, ad effectum non paritionis.

Nam quicquid esset dicendum circa dictas
sententias, quoad negocium principale illæ
apparent iniustæ, tàm quoad condemnatio-
nem dicti Rainoni, & consortis in expensis,
quàm quoad dictarum expensarum taxatio-
nem, vndè merito intrat arbitrium ad effectũ
1 illis non parendi, quia clausula *arbitrio Rotæ*
mitigat rigorem clausulæ *parito iudicato*, tri-
buitque Iudici facultatem cognoscendi de iu-
stitia, & validitate iudicati, ità quod tunc de-
2 mum sit locus paritioni, quando iudicatum
apparet validum, & iustum, secus verò si de-
tegatur nullum, vel iniustum, quia tunc in-
trat dictum arbitrium, vt fuit dictum *in Fauen-
tina Monasterij 22. Iunij 1607. coram bo: me: Penia,
& alijs sæpissimè*.

Quod verò dictæ sententiæ, tàm quoad con-
demnationem, quàm quoad taxationem sint
iniustæ apparet, quia Rainonus non poterat
condemnari in expensis, etiam quod Chigno-
lus rectè fuerit absolutus, non solum quia ge-
3 neraliter non condemnantur querelantes in
expensis in Criminalibus *Bal. in l. qui Crimen
numer. 23. C. de ijs, qui non poss. Anan. in cap. ac-
cedens num. 11. vers. & finaliter & vers. ex prædictis
propè fin. de accusat.* vbi dicit credere, quod non
adsit lex, neque glossa de iure ciuili, vel Cano-
nico probantes, quod in causa criminali cri-
minaliter mota, possit fieri condemnatio ex-
pensarum, ratione victoriæ *Alberic. in l. A-
thletbas §. calumniator ff. de his, qui not. infam.* vbi
4 quod DD. communiter tenent, quod calum-
niator non condemnatur in expensis, nec in
damnis.

Sed & multo magis tàm ex propria confes-
sione in Iudicio Criminali per Chignolum fa-
cta, quàm ex sententia contra eum ab Ordi-
nario in partibus lata apparet, Rainonum ha-
buisse iustam causam credendi, quod dictus
Chignolus verè esset Reus criminis, de quo
fuit accusatus, vndè licet posteà obtinuerit
absolutorias hic in Curia ad sui fauorem, ta-
men admisso etiam quod huiusmodi senten-
5 tiæ sint iustæ, non potest dictus Rainonus di-
ci calumniosus accusator *l. 1. sed non vtique ff. ad
Senat. Consult. Turpill.* ibi sed non vtique, qui
non probat, quod intendit protinus calum-
niari dicitur *l. 3. C. de Calumniator.* cum alijs la-
tè congestis per *Farinac. de accusat. quæst. 16. nu.
33. & seq. nec per consequens aliqua ratione in ex-
pensis condemnari Butr. in c. cum dilecti num. 39. de
dol. & contum Paris. cons. 7. num. 43. Cephal. cons.
116. num. 3. vol. 1. Aym. cons. 178. num. 10. addit. ad
Vestr. in prax. l. 8. c. 2. num. 20. vbi de communi Fa-
rinac. vbi sup. num. 33.* quin imò debuisset præ-
figi terminus dicto Rainono ad deducendum,
6 & probandum iustam aliquam causam, si quã
habet, quare non debet de calumnia condem-
nari. *Salic. in l. mater. C. de calumniat. Clar. in
prax. crimin. quæst. 62. num. 9. Farin. loco proximè
citato num. 39. circa med. vers. imò accusatorem non
posse.*

Sunt etiam dictæ sententiæ quoad taxatio-
nem dd. expensarum iniustæ, quia taxantur
in illis ne dum expensæ, sed etiam damna, &
interesse, in quibus tamen Rainonus in sen-
tentijs absolutorijs ad fauorem Chignoli latis
7 non erat condemnatus, & alterius taxatio,
tàm quoad expensas, quàm quoad damna,
est nimis excessiua, nec in aliqua parte iusti-
ficatur.

ROMANA PECVNIARIA

Veneris 23. Iunij 1623.

ARGVMENTVM.

An & quando res empta cum pecuniis alienis acquiratur Ementi, & plures casus in materia examinantur.

SVMMARIVM.

1 *Pretium rei meæ per alium venditæ non dicitur esse meum, neque mihi debitum, nisi post ratificationem.*

2 *Res empta cum pecunijs alienis acquiritur ementi, non autem Domino pecuniarum.*

3 *Res empta cum pecunijs Minoris statim acquiritur minori, quod procedit quando emptio fit à Tutore, vel Curatore, non autem ab extraneo num. 4.*

5 *Res empta cum pecunijs Minoris si emptio extindè, non ratificatur à Tutore, non acquiritur minori.*

6 *Alienatio pecuniarum est prohibita, quando alienans tenetur inuestire, & multiplicum facere, non autem quando aliquis facit inuestimentum sua sponte.*

DECISIO CCCCLVII.

DOMINI cum præsupposito, quod DD. de Monte acuto sint de eorum credito satisfacti, steterunt in decis. 8. *Aprilis* 1622. illud enim fundamentum dictæ decisionis, quod DD. de Monte acuto quatenus sint de eorum credito satisfacti, nullum habent in hoc iudicio interesse, quodque DD. de Taurinis non possunt conqueri de venditione locorum Montium facta per DD. Zeccadorum, ex quo illa non fuerunt pro dictis de Taurinis empta videbatur irrefragabile.

Neque enim huic fundamento obstat, quod prætenditur, quod pecuniæ, ex quibus fue-

runt empta dicta loca, spectauerint ad DD. de Taurinis, tum quia in facto hoc non subsistit, nam dictæ pecuniæ fuerunt redactæ ex venditione Turris Andreæ facta per Zeccadorum sine mandato, quæ cum nunquam fuerit à dictis de Taurinis ratificata, dici non potest, quod dictæ pecuniæ ad ipsos spectauerint, quia pretium rei meæ per alium venditæ, non dicitur
1 esse meum, neque mihi debitum, nisi saltem post ratificationem *iux. not. per DD. in l. Paulus respondit ff. rem rat. hab. l. si ego vbi glos. & DD. ff. de neg. gest. Alex. cons. 6. n. 2. l. 4.*

Tum etiam quia in omnem euentum, quod probaretur, dicta loca fuisse empta ex pecunijs DD. de Taurinis; nihilominus dicta loca non essent ipsis de Taurinis acquisita, quia res empta ex pecunijs alienis acquiritur ementi, non vero illi, cuius sunt pecuniæ *l. 1. & l. multum interest*, & ibi DD. & *l. qui aliena C. quis alt. vel sibi Bald. cons. 67. n. 1. l. 5. Pedemont. dec. 140. n. 6. & seqq. Rot. dec. 26. num. 3. p. 1. in recentior.* & fuit dictum *in Farfen. pecuniaria 26. Ianuarij 1615. coram R. P. D. meo Pamphilio.*

3 Nec obstat, quod res empta ex pecunijs Minoris statim acquiritur minori, quia præterquam quod non probatur, quod dictæ pecuniæ essent pecuniæ minorum; obiectum etiã procedit tantum in re empta à Tutore, vel
4 Curatore, non vero etiam in re empta ab extraneo, vt tradit *Bart. in l. sicut proponis nu. 2. C. de rei vendic.*

Et cessat difficultas, quia dicta emptio non fuit ratificata vnquam, & approbata à Tutrice, & Curatrice dd. Minorum, sed imò impugnata, ex quo ipsa semper institit, vt dictæ
5 pecuniæ transmitterentur in Galliam, vndè tanto minus prætendi potest, quod dicta loca fuerint dictis Minoribus acquisita.

Non obstat, quod Montacuti mandauerunt Zeccadoro, quod residuum solueret Taurinis, quodque Zeccadorus huiusmodi mandatum acceptauit, quia vltrà quod mandatum fuit datum sub conditione, quatenus Taurini exhiberent Instrumentum ratificationis venditionis Castri, sicque dictum mandatum dictis Taurinis suffragari non potest non docto de existentia dictæ venditionis, non propterea sequitur, quod Dominium dd. locorum fuerit Taurinis acquisitum, vel quod Zeccadorus ideò minus potuerit dicta loca alienare.

Et in contrarium allegata procedunt in personis, quæ tenebantur pecunias inuestire, &
6 multiplicum facere, in quibus etiam terminis loquitur decisio *in Rom. bonorum de Ceulis 2. Decembris 1595. & 26. Iunij 1602. coram bo: me: Penia*, non verò in personis, quæ sua sponte inuestiunt pecunias, vt periculum amissionis pecuniarum accedant, hoc enim casu non est prohibita alienatio.

Ad argumentum desumptum ex Epistolis Zeccadori fuit in alia decisione responsum.

ROMANA PROFESSIONIS.

Veneris 23. Iunij 1623.

ARGVMENTVM.

Metus ad effectum annullandi professionem qualis esse debeat, & quando censeatur purgatus, & quomodo sit probandus.

SVMMARIVM.

1 *Professio præsumitur valida, donec non constet de contrario.*
2 *Testes deponentes de auditu nihil probant.*
3 *Metus ad infirmandam professionem expressam, debet esse Metus cadens in constantem virum, quid quid esset de Tacita, & Testes deponentes de auditu non probant.*
4 *Declarationi partis, ac eius iuratæ confessioni potius standum est, quàm Testium depositionibus.*
5 *Metus purgatur per ratificationem subsecutam.*
6 *Mina ad effectum inducendi Metum non sunt probanda in genere, sed ad effectum præcisum professionis, & vlterius quod minis inductus emiserit professionem.*
7 *Metus suspicio ex quibus actis dicatur cessare.*

DECISIO CCCCLVIII.

DOMINI censuerunt, sententiam pro validitate professionis Francisci latam, esse confirmandam, quia constat de expressa dicti Francisci professione coram Patre Generali Religionis Siluestrinorum ex actu, qui datur *summar. eiusdem Francisci num. 1.* quæ propterea præsumitur valida, donec constet de con-
1 trario *iuxta not. per Abb. in c. cum virum num. 4. de regular. Sanchez. de Matrim. l. 7. dispu. 37. num. 12. in fin. Mobed. decis. 1. de regular. Rot. dec. 216. num. 18. par. 2. Card. Seraph. dec. 1361. num. 7.*

Non obstat prætensa dicti Francisci protestatio, quia non probatur, cum neuter Testium de ea deponentium fuerit præsens dictæ prætensæ protestationi, sed ambo deponant de auditu, & vnus quidem ab ipso Francisco,
2 alius verò ab alijs Monachis, vnde nihil probant *c. tam literis de Testibus l. Testium C. eodem Alex. cons. 10. numer. 6. & num. 8. in fin. l. 4. Aym. cons. 157. num. 5. vers. idem vidimus Caputaq. dec. 279. num. 2. par. 1.*

Minus facit allegatus metus Patris, & Fratris dicti Francisci, quia Testes deponentes de sæuitia Paterna, sunt de auditu, & non deponunt
3 de metu, qui caderet inconstantem virum, prout requiritur ad infirmandam professionẽ expressam. quicquid esset dicendum de tacita *iux. trad. per Abb. in c. perlatum nu. 14. de his, quæ vi, metusue caus. fi. & ibi Innoc. numer. 3. cum alijs addne. in Valentina professionis 4. Maij 1576. coram Card. Blanchetto & in Meten. professionis 19. Iunij 1617. coram Reuerendissimo Seleucien.* quinimò constat, Patrem fuisse absentem à loco professionis, ac propterea videtur impossibile propè modum, quod potuerit ab eo iniji metus dicto Francisco, qui cadat inconstantẽ virum,

Et

Et cessat penitus omnis difficultas ex declaratione Francisci facta cum Iuramento post mortem dicti eius Patris, quod professio fuit ab eo sponte emissa, non verò per vim, & metum dicti Patris, aut Fratris, cum expressa etiam ratificatione dictæ professionis; quia dictæ potius declarationi, ac iuratæ con-
4 fessioni standum est, quam Testium depositionibus *iux. trad. per Doct. in l. 2. §. creditum vbi Dec. sub num. 6. Ias. col. 2. in fi. ff. si cert. pet. Aym. cons. 171. num. 10. Rom. cons. 391. num. 9. Socc. cons. 94. sub num. 8. lib. 1.*

Et in omnem euentum, quod professio fuis-
5 set meticulosa, talis metus fuisset purgatus per dictam ratificationem subsecutam *Menoch. cons. 1. num. 296. Ossasch. dec. 179. num. 11.*

Nec obstat, quod tempore dictæ declarationis, & ratificationis adhuc viuebat frater dd. Francisci, & sic durabat eadem causa metus, quia non constat de metu illato à fratre, neq; ad effectum, quod professio emissa per Franciscum posset censeri nulla, sufficeret, quod probarentur minæ fratris in genere, sed om-
6 ninò necesse esset probare, quod minæ fuerunt adhibitæ ad effectum compellendi Franciscum ingredi Religionem, quodque ipse hisce minis inductus, non autem sua sponte emisit professionem *iux. not. per Afflict. dec. 246. numer. 4.* quod certè nulla ratione dici potest probatum.

Et omne dubium tollit dicta Francisci ratificatio cum amplissima cessione litis per eum
7 introductæ super prætensa nullitate dictæ professionis maximè cum illam fecerit, ad exonerandam propriã eius conscientiã, vt colligitur ex eo etiam quod post dictã cessionem idemmet Franciscus egit nomine Religionis, & Monasterij pro annua præstatione sibi à fratre promissa, atque etiam mortuo dicto eius fratre, obtinuit immitti nomine dicti Monasterij in possessionem omnium bonorum à dicto eius fratre possessorum; ex quibus cessat prorsus omnis suspicio metus ad *trad. per Menoch. cons. 401. numer. 208. & seqq.* & per consequens etiam prætensa nullitas dictæ professionis, &c.

ROMANA DOTIS DE MONTORIIS.

Ven. 23. Iunij 1623.

ARGVMENTVM.

Dos venit constituenda filijs fæminis ex bonis primogenituræ, Nempè ex fructibus, & super illis sumunt hypotecam à die ordinatæ primogenituræ.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio quando fuit per sententiam declarata. illius nullitas non potest haberi in aliqua consideratione, nec allegari.*

2 *Renunciatio primogenituræ quando non fuit libera, sed conditionalis cum reseruatione tituli Marchionatus, & iurisdictionis; non præiudicat filijs feminis ad effectum consequendi dotem.*

3 *Renunciatio primogenituræ non præiudicat illis, quibus per stipulationem Notarij fuit ius quæsitum.*

4 *Primogenituræ possessio sufficit quando agitur de dote constituenda, quod est plurimum fauorabile.*

5 *Filia ex bonis primogenituræ debet dotari.*

6 *Peritorum relatio, dum non docetur de excessu venit attendenda, & præsumitur iustè.*

7 *Dos filiæ primogeniti habet anteriorem hypotecam in bonis primogenituræ, quam eius vxoris, & est detrahenda ex fructibus. num. 8.*

9 *Nobilitas debet considerari in constituendis dotibus.*

10 *Dos constituenda ex bonis primogenituræ minui non debet ex prouisionibus, quæ soluuntur ex fructibus.*

11 *Constitutioni Sixtinæ circa quantitatem dotis regulariter solet derogari.*

DECISIO CCCCLIX.

Domini steterunt *in decisis 31. Martij. præteriti* neq; enim rationibus tunc deductis videbatur obstare, quod dennò nunc replicabatur; D. Annam Mariam non posse censeri filiam primogeniti, eo quia Io. Baptista eius Pater ante dictæ Annæ Mariæ natiuitatem renunciauit primogenituræ ad ipsius fauorem constitutæ, tum quia vt in alia decis. fuit dictũ d. renunciatio fuit nulla, illiusque nullitas fuit ab eodem D. Federico agnita, nec propterea potest haberi in aliqua consideratione, aut etiam à D. Federico, qui obtinuit eam declarari
1 vsque ab initio nullam, allegari. *l. 4. §. condemnatum ff. de re iud. leg. non putabit §. non quamuis ff. de bon. poss. cont. tabul l. non dubium C. de legib. Cephal. cons. 96. num. 18. Gozad. cons. 23. num. 9.* Tum etiam
2 quia in omnem euentum, nec dicta renunciatio fuit libera, sed cum reseruatione tituli Marchionatus, & iurisdictionis, quod sufficit adhoc, vt prædicta D. Anna Maria possit censeri filia primogeniti ad effectum maximè eam dotandi, vt in alia decis. fuit firmatum; quinimò
3 nec potuisset per dictam renunciationem d. D. Annæ Mariæ, cui erat ex stipulatione Notarij in Instrumento dictæ constitutionis dictæ primogenituræ ius quæsitum, præiudicari ad *trad. per Rot. in Rom. donationis de Saluiatis 21. Aprilis 1614. coram R. P. D. meo Vbaldo. & in Perusina censuum coram me in impress. per Modernum de Censibus dec. 173. & dec. 174.* Et cum non agatur de primogenitura Io. Baptistæ principaliter, sed ad effectum tantum dotandi dictam D. Annam Mariam, quod est plurimum fauorabile, satis est quod dictus Io. Baptista fuerit in possessione
4 primogenituræ. *iux. not. per Præpos. in cap. peruenit num. 1. in fin. & in cap. ex tenore num. 2. & 3. cum alijs adduc. in decis. 34. num. 19. & seqq. per. 2. diuers.*

Et ex his etiam cessat, quod retrocessio dictæ primogenituræ facta per D. Marchionem Federicum d. D. Io. Baptistæ non fuit pura, sed sub certa conditione, quia D. Anna Maria non fundat se in dicta retrocessione, sed in nullitate renunciationis Io. Baptistæ vsque ab initio, & in alijs rationibus suprà adductis, ex quibus pæni-

nitus

nitus eliditur prætensio D. Federici, quod D. Anna Maria non possit dici filia primogeniti, ad effectum, vt ea ex bonis primogeniruræ, &
5 iuxtà pactum in instrumento constitutionis d. primogenituræ appositum debeat dotari.

Minus releuant ea, quæ ad minuendam quantitatem dictæ dotis per DD. arbitratam deducuntur; quia quòd valor bonorum primogenituræ ascendat ad *scut.*85.*mil.* iuxtà relationem periti, eò minus videbatur controuerti posse, quia dictus peritus fuit de consensu partium à Rota deputatus, & æstimauit dicta bona existentia sub iurisdictione D. Federici, præuia informatione ab eodem D. Federico habita, & cum interuentu tantum deputatorum à d. D. Federico, absque eo quod interesset aliquis pro D. Anna Maria, vndè siquis error fuit in dicta æstimatione cōmissus, verisimile est, quod potius fuerit commissus in præiudicium D. Annæ Mariæ, quam D. Federici. Et in omnem euentum non probatur, quod alia bona fuerint æstimata, quæ non sint sub primogenitura compræhensa, vel quod alias dicta primogenitura non ascendat ad dictum valorē *scut.*85.*mill.* quod tamen probari deberet: quia alias non docto de excessu, statur relationi d. Pe-
6 riti, vt suprà deputati, eaque præsumitur iusta, *ad tex. in l. hac adictali §. his illud ibi, quos vtraque pars elegerit C. de 2. nupt. Alex. conf. 179. num. 8. l. 2. Rot. decis. 354. num. 1. & 540. pariter num. 1. par. 1. in recentior*, & fuit dictum *in Rom. Pec undum 2. Decembris 1613. coram R. P. D. meo Vbaldo in Romana Fabricæ 25. Maij 1615. coram Illustriss. D. Card. Seraph. & in Perusina pecuniaria, seù Societatis 1. Iulij anni præteriti coram R. P. D. meo Merlino.*

Nec obstat, quod ex dicto valore detrahi debeat dos vxoris D. Federici, quia imò prius est detrahenda dos ipsiusmet D. Annæ Mariæ,
7 cum illa habeat anteriorem hypothecam, vltra quod nec euenit adhuc casus restitutionis dotis vxoris D. Federici: Et quando euenit, fortassis extabunt tot bona propria ipsius D. Federici, ex quibus poterit dicta dos solui, nec erit necesse eam ex bonis primogenituræ detrahere, & in omnem euentum illa solueretur ex
8 corporibus primogenituræ, hæc verò dos D. Annæ Mariæ ex fructibus, nec propterea subest ratio, quare propter dictam dotem vxoris D. Federici, dos D. Annæ Mariæ debeat infrà quantitatem *scut.* 9. *mill.* constitui, cū imo suprà dicta quantitas attenta d. D. Annæ Mariæ no-
9 bilitate, alijsque circumstantijs in constituendis dotibus ponderari solitis, admodum modica videatur.

Minus debet dicta dos diminui ex causa æris alieni illorum, qui constituerunt primogenituram, seù propter annuas prouisiones eisdem constituentibus in erectione primogenituræ reseruatas, quia quoad æs alienum, illud est modicum, & satis videtur habita illius ratio, eo ipso quod dos D. Annæ Mariæ non fuit constituta vltra *scut.* 9. *mil.* quo vero ad prouisiones cum illæ non soluantur ex corporibus primogenituræ, sed ex eiusdem primogenituræ fru-
10 ctibus, & imò extinguantur vna cum vita ipsorum, quibus assignatæ fuerunt, meritò non sunt habendæ in consideratione ad effectum diminuendi dotem, quæ, & ipsa ex fructibus solui debet absq; diminutione proprietatis rerum dictæ primogenituræ.

Nec obstat, Constitutio Sixti V. qua cauetur, quod dotes nō debeant excedere *scut.* 5500. quia est data facultas Rotę per particularē Commissionē Papæ, assignandi maiorem dotem arbitrio suo dictæ D. Annæ Mariæ, non obstante d. Constitutione, ac propterea benè potuerunt DD. arbitrium interponere ad effectum constituendi dictam dotem in *scut.* 9. *mil.* præsertim,
11 quia regulariter dictæ Constitutioni solet derogari, nec D. Anna Maria posset nubere viro sibi conditione æquali, cum dote dd. *scutorum* 5500. &c.

NEAPOLITANA MASSARIÆ.

Luna 26. Iunij 1623.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Appellans ab excessiua taxatione expensarum debet docere de xcessiuitate.*
2 *Iudicium Taxationis expensarum prosequi non potest contra Procuratorem Dominum litis effectum declaratum.* num. 3.

DECISIO CCCCLX.

RESPONSVM fuit pro informante, atque ità pro confirmatione mandati relaxati pro expensis, quia pars, quæ appellauit, non do-
1 cet de excessiuitate taxationis dd. expensarum prout tenetur, iuxtà deducta. *infirm. fontis, seù expensarum 31. Ianuarij 1614. Coram R. P. D. meo Vbaldo*, & ex inspectione listæ dd. expensarum apparet illas consistere in extractione Instrumentorum, examine testium, Processibus de partibus, rubricatura, & registris in Curia factis, easque fuisse à Notario iuxtà stylum taxatas; Vndè nec dubitari potest de iustitia dicti mandati.

Nec facit, quod huius taxationis prosecutio
2 fieri non potest contra Procuratorē Dominum litis effectum, cum ipse sit Dominus litis instantiæ. *iux. decis. Accbil.* 13. *de procurat.* quia obiectum hoc cessat ex clausula *releuans, &c.* apposita in mandato dicti Procuratoris, ex quo dicta clausula operatur, quod censeatur constitutus etiam ad soluendum iudicatum, sicque sit D.
3 totius litis, & non vnius instantiæ tantum, vt per *Card. Seraph. decis.* 1180. *numer.* 2. vbi dicitur etiam fuisse resolutum, *in vna Reat. Castri Postæ 5. Decembris 1586. coram bon. mem. Orano, &c.*

ROMA-

ROMANA LOCORVM MONTIVM.

Luna 26. Iunij 1623.

ARGVMENTVM.

Sume à Summario.

SVMMARIVM.

1 *Doli exceptio intrat, quando ordines directi alicui banco, vel non sunt recogniti, vel nullam continent causam expressam.*
2 *Immissio retardari non potest exceptione requirente altiorem indaginem.*
3 *Possessor cum vitio non dicitur legitimus contra dictor.*

DECISIO CCCCLXI.

FVIT dictum, prætensum creditum Iulij non obstare petitæ immissioni, quia dict. creditum non probatur; nisi ex ordinibus Iulij directis Bancho S. Spiritus, & ex Balduini quietantijs eidem Bancho factis, & tamen nec dicti ordines, & quietantiæ sunt sufficienter recognitæ, nec continent aliquam causam expressam; Vnde vel nullo modo dici potest probatum dictum creditum, aut saltem Iulius repel-
1 litur exceptione doli. *iux. tex. & ibi glos. in l. 2. §. circa ff. de doli except. Ang. Aret. in §. in personam sub numer. 7. vers. & pro hoc induco instit. de action.* vel certè eo ipso, quod clarè non constat de causa, ex qua dicti ordines emanauerint, dictum cre-
2 ditum altiorem indaginem requirit, ità vt merito aptum non sit impedire dictam immissionem. *iux. trad. per Menoch. de adipisc. rem. primo numer. 102.*

His accedit, quod Iulius accepit possessionē locorum Montium, de quibus agitur vti hæres in solidum dicti Balduini, cum tamen esset hæres pro medietate tantum. Vndè possidere videtur cum vitio, ideòque eo minus talis possessio ei potest suffragari ad effectum, vt ipse vel habens causam ab eo possit dici legitimus Contradictor. *Bar. in l filiam fratribus num. 1. vers. aut possidet ff. ad Trebell. Rip. in l. 1. numer. 12. vers. ad tertiam ff. quorum bonorum cum alijs per Menoch. d. remed. 1. num. 107.*

ROMANA RESTITVTIONIS DOTIS.

Luna 26. Februar. 1623.

DECISIO CCCCLXII.

Impressa apud Nigrum de sub bastat. decis. 12.

ROMANA MELIORAMENTORVM.

Mercur. 28. Iunij 1623.

ARGVMENTVM

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Melioramenta semper præsumuntur extare, donec probetur illorum consumptio.*

DECISIO CCCCLXIII.

FVIT tentum pro informante, melio: amenta scilicet facta per Manilium non fuisse consumpta pro soluendis debitis dicti Manilij, quia præsumptio est, quod dicta melioramenta extent, nisi probetur consumptio. *l. quinquaginta, & ibi Doc. ff. de probat.* cum alijs *per Menoch. de præsumpt. 135. in princ. l. 3.* & consumptio in casu isto non probatur, quinimò constat potius debita dicti Manilij fuisse soluta pretio *scut.* 1500. redacto ex venditione aliorum bonorum eiusdem Manilij, nec probatur, quod debita dicti Manilij excederent dictam summam *scut.* 1500.

Et vlterius apparet, quod Domus, in qua fuerunt facta dicta melioramenta, fuit vendita partim ab Hermete Fratre Manilij, & partim à Rutilio alio fratre, ad effectum soluendi debita ab ipsis contracta post obitum Manilij; Vndè eo minus dici potest probatum, quod pro debitis Manilij fuerint dicta melioramenta consumpta, &c.

ROMANA PECVNIARIA.

Mercurij 28. Iunij 1623.

ARGVMENTVM

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis habet celerem expeditionem reiecta omni exceptione, præter illam falsitatis, & solutionis.*

DECISIO CCCCXLIV.

FVIT dictum, mandatū esse relaxandum pro *scut.* 750. ad fauorem Baldini contra Ioannem Vincentium, quia constat ex Instrumento, cuius copia datur, quod cum dicti Baldinus, & Io. Vincentius insimul conduxissent à DD. de Cæsarinis quoddam Casale nuncupatum *Campo Selua*, quilibetque se obligasset in solidum ad fauorem locatoris, conuenerunt inter se sub obligatione Camerali, *che ciascheduno pagasse la sua parte, & che se vno di loro pagasse per l'altro, quello per il quale si pagherà, sia obligato à quello*

à quello, che pagherà per lui, quel tanto sarà pagato.

Et in Relatione Periti apparet, dictum Baldinum soluisse *scut.* 750. pro rata tangente dictū Io. Vincentium; Vndè dubitari non potest, quin sit factus locus dictæ obligationi, ità vt pro dictis *scut.* 750. vigore dictæ obligationis relaxari debeat mandatum executiuum aduersus d. Io Vincentium omni exceptione præter
1 falsitatis, & solutionis reiecta. *Cassad. dec. vnic. de mutuis petit.* & fuit pluries decisum, & signanter *in Romana pensionis Casalis*, quæ est *decisio* 41. *nu.* 4. *& decis.* 70. *num.* 2. *post tract. de oblig. Cameralis*, cum alijs ibidem impressis.

ROMANA AFFICTVS,

Mercurij 28. Iunij 1623.

ARGVMENTVM.

An, & quando sit locus arbitrio ad effectum concedendi nouam dilationem.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium non intrat, nisi magna suadente æquitate, & æquitas non suadet, vt tertio præiudicium inferatur.*
2 *Allegans suspectos peritos vtitur iure suo, & Iudici nullam facit iniuriam.*
3 *Aequitas non habet locum ad effectum concedendi dilationem quando ius est obscurum.*
4 *Articulus incidenter non autem principaliter examinatus non firmat statum.*

DECISIO CCCCLXV.

DOMINI steterunt in decisis 27. *Aprilis anni præteriti*, quod non intrat arbitrium ad effectum concedendi nouam dilationem; quia partes expressè conuenerunt, quod non audiretur D. Dux ad retardandam executionē, nisi in casum succumbentiæ Pompilij, infra 18. menses, ac propterea cum casus iste non euenerit, & per nouam dilationem ius quæsitum Pompilio ex dicta conuentione læderetur non est locus dicto arbitrio, arbitrium enim
1 non intrat, nisi magna suadente æquitate, & æquitas non suadet, vt tertio præiudicium inferatur, sed imò magis, quod pacta seruentur. *l. 1. ff. de pact. Surd. dec. 260. num. 12.*

Nec obstat, quod D. Dux non potuit liquidare creditum, quod prætendit habere cum Pompilio; atque ità obtinere reuocationem mandatorum contra eum relaxatorum intrà terminum ipsi in dicta concordia assignatum culpa ipsius Pompilij, eo scilicet quod Pompilius allegauit suspectos omnes peritos per eundē D Ducem nominatos, quia preterquā quod Pompilius allegando suspectos dictos Peritos
2 vsus est iure suo, ideòque D. Duci nullam fecit iniuriam. *leg. nullus videtur ff de reg. iur.* cessat etiam difficultas, quia neque nunc quidem constat de aliquō credito D. Ducis, & imò Peritus, nuper electus de vtriusque partis consensu, declarauit, eundem D. Ducem debitorem Pompilii in *scut.* 9606.

Nec obstat, quod relatio dicti Periti prætendatur ex pluribus erronea, quia quicquid sit de hoc, sufficit ad effectum, de quo agitur, quod neque hodiè, vt dictum est, dictum creditum D. Ducis, sit liquidum, eo enim ipso cessat æqui-
3 tas, vt concedatur dicta noua dilatio contra pactum expressum, & in maximum dicti Pompilij præiudicium.

Atque hinc etiam tollitur, quod dicitur, D. Ducem esse creditorem capitalis affictus Sanctæ Floræ, quod in decisione super dicto Capitali ad fauorem Domini Ducis facta dicitur ascendere ad *scut.* 15. *mil.* quia præterquam fuit in dicta decisione incidenter dictum, quod
4 ascendebat ad valorem dd. *scut.* 15. *mil.* neque enim tunc principaliter disputabatur super valore dicti Capitalis, constat etiam ex dicta relatione, quod dicto Capitali computato, D. Dux adhuc remanet debitor dicti Pompilij, aut quod saltem dubium est, an possit dici d. Pompilii creditor, vndè, vt sæpè dictum est, cessat æquitas, quæ potuisset mouere DD. ad interponendum dictum arbitrium.

Ad exceptionem non adimplementi fuit in alia decisione responsum, & ista exceptio respicit executionem concordiæ, non verò nouam dilationem, seù prorogationem termini in concordia assignati petitam.

Nec obstat, quod terminus non potuit currere, nisi à die implementi, quia imò in dicta concordia fuit conuentum, quod terminus curreret à die contractus, ibi: *Frà termine di 18. mesi da hoggi prossimi*, & sic non à die implementi, cum certum esset, quod poterant adimplere ipso die contractus ea, quę erant ab vtraque parte adimplenda, &c.

PAMPILONEN. CAPPELLANIÆ.

Lunæ 3. Iulij 1623.

ARGVMENTVM

Quæ sint extrema necessaria ad effectum, vt possit validè relaxari declaratoria.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria, vt sit relaxanda, quę nam priùs debeant præcedere.*
2 *Adimplementum debet præstari ex facto, non autem expatientia, quando agitur de paritione.*
3 *Executor excedens fines mandati operatur, vt gesta per eum sint ante omnia reuocanda.*

DECISIO CCCCLXVI.

DOMINI dixerunt, dandam esse declaratoriam contra Petrum, quia intimatis ipsi in partibus litteris executorialibus fuerunt cedi-

eædemmet litteræ hic in Curia reproductæ, & seruati quatuor termini de stylo seruari soliti: Vndè cum non solum non fuerit doctum de paritione, sed imò constet, quod Petrus requisitus vigore dd. litterarum tradere claues Capsæ, in qua asseruantur ornamenta Cappellæ, de qua agitur, ipse respondit, se esse in possessione dictæ Cappellæ, dictaque ornamenta esse eidem Cappellæ annexa, ac proindè nolle illa tradere, quodque etiam in spretum dd. litterarum celebrauit cum eisdem ornamentis, eaque in dicta Capsa reposuit, & Clauem secum retinuit, meritò contra eum ferri debet declaratoria *Rot. decis. 478. num. 2. par. 2. in recentior.*

Nec proptereà obstat, quod Petrus non tenebatur præstare, nisi nudam patientiam, quia ex supradictis apparet, quòd dictam patientiam
2 minimè præstitit, & cum fuerit requisitus dictam clauem tradere, tenebatur id facto ipso adimplere. *Card. Seraph decis. 1113. num. 3.*

Minus facit, quod prætenditur executorem in partibus excessisse fines sui mandati; ideòq;
3 gesta per eum extra fines esse in primis, & ante omnia reuocanda, quia Didacus ad remouendum hoc subterfugium expressè renunciauit in actis excessibus per dictum Executorem gestis: Vndè Petrus non potest sine nota contumacia vlterius paritionem differre, &c.

CARRARIEN. IVRISDICTIONIS.

Lunæ 3. Iulij 1623.

ARGVMENTVM

Remissoria in causis prophanis indistinctè conceditur etiam absque fumo, dummodo articuli sint releuantes.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria indistinctè conceditur etiam absque fumo quando materia est prophana, & articuli sint releuantes.*

2 *Articuli dicuntur releuantes, quando conferant ad fundandam intentionem articulantis.*

3 *Lis non dicitur in ducta, quando actus sunt merè extra iudiciales, & sine citatione interesse habentis.*

4 *Sententia non citato illo, de cuius interesse agitur non afficit, maximè quando est sine actis num. 5.*

6 *Immemorabilis potest probari non obstante quod Ecclesia fuerit alias concessa, quando actor non vtitur iure concessionis.*

DECISIO CCCCLXVII.

DOMINI dixerunt, dandam esse remissoriam, quia non agitur de titulo Beneficii, & sic materia est prophana, in qua indistinctè
1 conceditur remissoria etiam absque fumo, dummodo articuli sint releuantes. *l Iud ces. & auth. apud eloquentissimum C. de fide instrum. Caputaq. decis. 68. par. 3. Rot. dec. 312. num. 1. & seqq. coram bon. mem. Card. Mant. & decis. 403. numer. 2. & 4. coram S. D. N.*

Nec in casu isto dubitari potest de releuantia articulorum, quia articulatur, Priorem Sancti Fridiani ratione Ecclesiæ Sancti Andreæ Carrariæ exercere ab immemorabili tempore iurisdictionem, quasi Episcopalem in Oppido Carrariæ, & eius Territorio, ibique tenere Vicarium, & Notarium ad effectum cognoscendi causas Ciuiles, & Criminales spectantes ad forum Ecclesiasticum, ac Beneficia conferre, vt latius in dictis articulis, propterea satis
2 conferunt ad effectum fundandi intentionem dicti Prioris, vt *in dicta decis. 403. numer. 5. coram S. D. N.*

Nec obstat, quod prætenditur, quod dempto tempore litis impossibile sit inuenire testes, qui deponant de tempore immemorabili, cum lis dicatur cœpisse de anno 1568. Quia dato etiam quod de dicto anno 1568. fuerit porrectum quoddam memoriale Sacræ Congregationi Illustrissimorum Cardinalium Sac. Concilii Interpretum, quodque ab eadem Congregatione fuerit rescriptum Episcopo Sarzanen. quod possit visitare Parochiam Sancti Andreæ, & Vicarium ex ipsis Canonicis regularibus ad nutum amouibilem deputare, tamen non proptereà dici potest, quod tunc fuerit lis
3 cœpta, ex quo isti actus sunt merè extraiudiciales, & quod plus est gesti non citato Priore, & Canonicis, & sic nullo modo apti ad inducendam litem *ad not. in rub. ff. & C. de iniuf. voc.*

Minus facit sententia Visitatoris, qui declarauit dictam Ecclesiam non esse nullius, sed Diœcesis Sarzanen. quia dicta sententia emanauit non citato dicto Priore, & Canonicis, de quo-
4 rum præiudicio agitur. *Clem. sæpè vbi glos. in ver. ad id de verb. signif. l. 1. §. item cum ex edicto ff. quæ sent. sine appell. rescind. Dec. cons. 603. num. 11.* & est
5 sine actis, ità vt meritò non veniat attendenda. *leg. si cum nulla vbi glos. & DD. ff. de re iud. Mohed. dec. 3. num. 1. & 2. de testib. Put. dec. 198. num. 1. lib. 1. Card. Seraph. dec. 615. num. 6. & dec. 723. nu. 12. Rot. decis. 704. numer. 2. par. 1. diu. & dec. 196. numer. 5. part. 2.*

Nec denique obstat, Instrumentum concessionis dictæ Ecclesiæ factæ ab Episcopo Sarzanen. vsque de anno 1151. Priori Sancti Fridiani.
6 *Summ. R. D. Episcopi num. 2.* quia Prior non vtitur dicta concessione, neque illa fuit ab eo producta, ac proptereà nihil impedit, quo minus debeat admitti ad probandum immemorabilem. *iux. decis. Crescent. 21. de probat. &c.*

NVLLIUS PRÆPOSITVRAE CASTRI DVRANTIS.

Lunæ 3. Iulij 1624.

DECISIO CCCCLXVIII.

Impressa apud Postium d. Mantu. decis. 500.

FER-

FERRARIEN. DOTIS.

Vener. 10. Nouembris 1623.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria datur, quando articuli sunt releuantes.*
2 *Remissoria datur post rem iudicatam, si concessa est restitutio in integrum.*
3 *Remissoria non conceditur à Rota, quando causa fuit diù agitata, sed fallit, quando latæ sunt duæ sententiæ fauorabiles in partibus.*
4 *Remissoria conceditur post purgata attentata.*

DECISIO CCCCLXIX.

1 FVIT dictum, dandam esse remissoriam, quia articuli sunt releuantes, articulatur enim Patrem Catherinæ recepisse totam, & integram Dotem à Cecilia vxore sua, quam eadem Catherina modo repetit.

Nec obstat, quod post rem iudicatā regulariter non datur remissoria. *iux. deducta in Firmana Altaris 15. Iunij 1612. coram R.P.D. meo Vbaldo.* quia licet non possit negari, quin adsit res iudicata, cum fuerint in hac causa latæ, nedum tres, sed etiam quatuor sententiæ conformes, nihilominus cum hodie reperiatur commissa causa restitutionis in integrum, & articuli, vt dictum est, sint releuantes, non potest dene-
2 gari remissoria, quia illa datur etiam pendente causa restitutionis. *Simonett. dec. 76. incip.* An petenti restitutionem in integrum. *Capuaq. decis. 67. par. 3. cum alijs per Rot. decis. 276. numer. 2. coram fel. rec. Greg. XV.* & ibi: *Adden.* vbi quod hoc procedit etiam post lapsum quadriennij, & fuit dictum in *Bergomen. legati 15. Ianuarij 1610. coram Reuerendiss. Atrebaten.*

Non ob. quod causa ista diù fuerit agitata in partibus, vbi Catherina potuit examinare testes super articulis, qui modo dantur; quo casu Rota non solet concedere remissoriam. *Put. decis. 201. lib. 1. cum alleg.* quia cum Catherina obtinuerit duas sententias fauorabiles in partibus absque alia testium inductione; cessat non solum negligentia, & culpa in non inducendo dictos Testes; sed & omnis præsumptio calumniæ, vt sæpius Rota respondit in his terminis, et præsertim. *coram fel. rec. Greg. XV. dicta decis. 276. num. 3.*

Non obstant attentata, quia sunt sufficienter purgata, & ad remouendum omnem scrupulum, poterit reapiari partita Montis iuxtà consensum Ceciliæ, & formam senteutiarum super dd. attentatis latarum, &c.



HIPPOREGIEN. CAPPELLANIÆ.

Vener. 10. Nouembris 1623.

ARGVMENTVM.

Beneficium *Capit. Odoardus*, non conceditur, nisi probetur paupertas, nec conceditur pro expensis ad vexationem factis.

SVMMARIVM.

1 *Clericus non probata paupertate ad* benef. Capit. Odoadus, *admitti non debet, & num. 4.*
2 *Nec sufficit cedere fructus beneficij.*
3 *Clericus quando admissus fuerit ad* benef. Capit. Odoardus, *cedens fructus beneficij, intelligitur, si non habet bona patrimonialia.*
5 Benef. Cap. Odoardus, *non conceditur contrà executoriales, in quibus Clericus damnatus fuit ad solutionem expensarum temerè ad vexationem factarum, & num. 6.*

DECISIO CCCCLXX.

FVIT aliàs resolutum, dandam esse declaratoriam contrà Carolum, neque eum admitti debere ad beneficium *cap. Odoardus de solut.* & eodem dubio iterum ad instantiam dicti Caroli proposito: Domini steterunt in decisis.

Duo enim præcipuè obstare videbantur
1 dicto Carolo, quo minus admitti debeat ad beneficium. *dict. capit. Odoardus*, est primum quod non est probata paupertas dicti Caroli, prout requiritur ad effectum, vt intret. *dict. cap. dispositio*, vt sunt verba clara textus, ibi: *Si constituerit, quod prædict. Odoard. in totum, vel pro parte non possit soluere debita supradd.* & ibi; *glos. in ver. non valentem*, vbi quod sententia excommunicationis valebat, quia non constat, an in totum, vel pro parte posset soluere. *Io. Andr. in princ. in dicto verbo non valentem.* vbi tradit modum probandi huiusmodi inopiam. *Abb. omnes in & alij princ. & num. 5. & 9.*

2 Non obstat, quod sufficit, quod Carolus sit paratus cedere fructus sui beneficij, ad hoc vt admitti debeat ad beneficium *dict. cap. Odoardus.* iuxtà opinionem Collectarij, quam refert. *Abb. in cap. peruenit sub num. 12. versi. item Collectarius de fideiuss.* quia *Abb. in dict. cap. peruenit.* non determinat, quod ad effectum, vt sit locus beneficio *dict. cap. Odoardus*, non sit necessaria probatio paupertatis, sed quærit tantummodo, an de fructibus beneficii sit satisfaciendum creditoribus, & refert, Collectarium dicentem, se vidisse in Curia seruari, quod Clericus fuit admissus cedens fructibus beneficii, sic vt satisfecerit creditoribus suis, quæ quidem quæstio nihil comune habet cū quæstione, an ad effectum, ut sit locus beneficio *dict. cap. Odoardus.* sit necessaria probatio paupertatis.

Et quatenus Collectarius dicit, quod Clericus cedens fructibus sui beneficii, fuit admissus ad beneficium *cap. Odoardus.* id intelligi debet de Clerico, non habente bona patrimonialia;

ita; non enim potest aliqua ratione sustineri, quod etiam non probata inopia bonorum patrimonialium admittatur Clericus ad dictum beneficium cedendo fructus sui beneficii, quia imò ex redditibus beneficii non possunt satisfieri creditores, nisi in defectum bonorum patrimonialium, vt per *Abb. loco proximè cit.* ac
4 propterea præcedere debet dictam cessionem fructuum probatio inopiæ bonorum patrimonialium, & hac demum inopia probata admitti posset Clericus cedens fructus sui beneficii, ad beneficium *d. cap.* ità quod cum dictus Carolus non probauerit, quod non habet bona, quę sufficiant pro solutione ducatorum 165. vt in alia decisione dicitur, non potest, licet paratus sit cedere fructus sui beneficij admitti ad dictum beneficium.

Secundò obstat dicto Carolo, quod etiam probata paupertate, non posset vti dicto beneficio, quia dictum beneficium non conceditur contra executoriales ad effugiendam solutionem expensarum, in quibus dictus Carolus, fuit condemnatus, vt per *Gomes. in compend. vtriusque Signatura col. fin. vers. sicut etiam videmus. Mohed. decis. 1. num. 2. de solut. Put. decis. 56. numer. 7. lib. 1.* & fuit dictum *in Mediolanen. fructuum 7. Iunij 1596. coram bon. mem. Cardinali Seraphino.* relata *per Marches. de Commiss. par. 2. fol. 550.*

5

Nec obstant in contrarium allegata, quia
6 procedere possent quoad debitum principale non autem quoad expensas, in quibus fuit ratione iniustæ, & temerariæ vexationis condemnatus, vt per *Put. dict. decis. 56. num. 7. & seqq. &c.*

BONONIEN. DE MANZOLIS.

Lunæ 13. Nouembris 1623.

ARGVMENTVM.

Testes in die citationis finita audientia, & accusata contumacia iurato super recognitione ad requisitionem Notarij, iura recognoscentes in forma, validè recognoscunt.

SVMMARIVM.

1 *Testes ad Notarij requisitionem iura recognoscentes statim, & incontinenti post iuramentum validè recognoscunt.*
2 *Notario creditur attestanti sibi fuisse commissum examen.*
3 *Testium recognitio facta sine interrogatorijs valet, si præcessit citatio.*
4 *Testes repeti possunt (sumptibus petentis) quotiescunque recognouerunt iura aliquo modo non vsitato.*

DECISIO CCCCLXXI.

Procurator D. Isotæ citare fecit Com. Alexandrum pro *die 10. Decembris 1618.* ad dicendum contra iura, videndum iurare Testes super illorum recognitione; quatenus opus ut admitti, &c. & eadem die comparuit finita audientia, & accusauit partis contumaciam, & in continenti Testes ad iurandum super recognitione dictorum iurium exhibuit, qui ibidem fuerunt per Notarium admissi, & ad eiusdem Notarij requisitionem incontinenti dicta iura recognouerunt in forma; Quibus
1 sic stantibus fuit dubitatum, an dicta recognitio esset valida, & Dñi censuerunt, esse validam reseruato, vt de releuantia d. recognitionis particulariter videretur. Nam de stylo Curiæ solet iuramentū, & examen Testium Notario committi. *Vestr. in prax. lib. 4. cap. 2. num. 12. Farinacc. de testib. quæst. 77. nu. 8 2. in fin. & num. 191. Caputaq. dec. 265. par. 3. Rota coram Sanct. mem. Gregor. XV. decis. 368. num. 3. & seq. & num. 9. in annotat.* & fuit dictum *in Ianuen. pecuniaria 16. Mart. 1612. coram R. P. D. meo Vbaldo.*

Nec obstat, quod saltem præcedere debet citatio ad videndum committi iuramenta Notario, quia citatio suprà relata virtualiter continet etiam citationem ad videndum committi ità enim extenditur clausula *admitti &c.*

Nec obstat, quod examen non fuit commissum Notario, quia Notarius testatur, sibi fuisse commissum examen, & iuramentum, eique
2 cum sit Notarius causæ creditur iuxtà veriorem, & magis communem sententiam. *Bart. in l. ex sententia num. 3.* & ibi: *Adden. lit. F. ff. de testam mil. Farinacc. dict. quæst. 77. n. 186. in fin.* vbi quod ità obseruatur in Palatijs.

Non obstat, quod fuit facta recognitio sine interrogatorijs; quia pars sibi imputet, quod
3 non comparuit, nec protestata fuit, quod recognitio non fieret sine interrogatorijs. *ad notat. per Moder. in praxi Capitolina leg. 2. capit. 8. numer. 12.*

Non obstat, quod saltem non careat suspi-
4 cione modus iste non vsitatus recognoscendi iura, quia poterunt, si opus erit, testes repeti cum interrogatorijs, sumptibus tamen petentis, pro vt sæpè fuit obseruatum; interim autem dicta recognitio attento rigore sustinetur, &c.

CAMERINEN. BONORVM.

Veneris 24. Nouembris 1623.

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo conceditur habenti clausulam constituti, & percipienti realiter fructus.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de manutenendo datur quotiescumq; constat de titulo, & de possessione.*
2 *Possessio vigore clausulæ constituti prævalet possessioni instrumentali.*
3 *Possessio ex reali fructuum perceptione prævalet instrumentali.*
4 *Mandatum de manutenendo conceditur ex possessione capta vigore Clausulæ const. tuti.*

5 *Donationis renunciatio non inducitur, nisi ex verbis claris.*
6 *Sequestrum necessarium non voluntarium non priuat possessione.*

DECISIO CCCCLXXII.

FVIT dictum, dandum esse Mandatum de manutenendo Hieronymo, & reuocandum sequestrum, constat enim bona, de quibus agitur, fuisse dicto Hieronymo ab Hectore eius Fratre donata, cum clausula *Constituti*, quæ cum non dubitetur, dictū Hec-
1 torem possedisse dicta bona tempore dictæ donationis, fecit dictū Hieronymum possessorem ità, quod manuteneri debeat aduersus alios Fratres, & dicti Hectoris hæredes, vt sæpius fuit in his terminis ad fauorem constitutarij respōsum, & signanter *in Clusina, seu Perusina Postæ. 24. Ianuarij 1603. coram bo. mem. Litta in Rom. de Incoronatis 29. Aprilis 1616. coram R. P. D. meo Vbaldo, & in Bononien. de Gozzadinis 4. Iulij 1613. coram me.*

Non obstat possessio per dictos fratres, & he-
2 redes Hectoris post mortem dicti Hectoris adepta, quia cum sit merè instrumentalis, non habetur in consideratione in præiudicium Hieronymi possidentis dicta bona vigore dictæ clausulæ, *l. prætia, & l. si Colonus vbi DD. ff. de acquir. poss. Caputaq. decis. 336. par. 2.* & etiā per realem fructuum perceptionem ad huc vi-
3 uente ipso Hectore, de qua perceptione deponunt testes, qui dantur *Summar. dict. Hieronymi num. 2. Gloss. in l. qui vniuersas vers. Colonum,* & ibi *Bart. in §. quod per Colonum, & in l. quamuis §. 1. de acquir. hæred. l. cum Is. §. 1. ff. de acquir. poss. Gabr. in tit. de locat. concl. 4. nu. 2.* cum aliis *adduct. in Rom. de Aroneis 15. Ianuarij 1614. coram R. P. D. meo Vbaldo.*

Non obstat, litera Hieronymi, in qua videtur fateri Hectorem percipere fructus dictorum bonorum, ibi *Sapete, che hauete repigliata l'entrata della Donatione*, quia ex testibus, qui dantur *eodem summar. num. 2.* & aliis litteris ipsiusmet Hectoris apparet, dictum Hectorem percepisse dictos fructus vti spectantes ad Hieronymū, & sic nomine, & vice Hieronymi ad effectum scilicet sibi sat sfaciendi de credito scutorum Centum sibi reseruatorum in donatione, & aliarum pecuniarū, quas exposuerat pro Hieronymo, vndè dicta perceptio potius Hieronymo, quam Hectori ad scribi debet *iux. not. per Bart. in l. Celsus num. 15. de vsur. Ceph. consil. 63. num. 21. Surd. consil. 481. num. 8. & seq.* & in omnem euentum sufficit possessio dicti Hieronymi post mortem Hectoris vigore dictæ clausu-
4 læ constituti vt per *Rot. decis. 437. numer. 1. & seq. coram bo. mem. Greg. XV.*

Non obstat Monitorium obtentum per Hieronymum tam nomine Hectoris, quam aliorum eius fratrum; quia dum monitorium fuit obtentum ad impediendum Creditores Hieronymi, nè possent mandara per eos obtēta contra bona Hieronymi super dictis bonis exequi nec propterea ex dicto monitorio resultare potest renunciatio donationis factæ ad ipsius
5 Hieronymi fauorem, cum renunciatio non inducatur, nisi ex verbis claris *Dec. consil. 405. nu. 19. & seq. Alberic. cons. 776. in fin. Rota decis. 115. num. 9. & decis. 636. sub nu. 6. part. 1. in recent.* & fuit dictum *in Cesenaten. lucri dotis 5. Nouembris 1601 coram Reuerendiss. Domino meo Decano*, & inducta ad vnum effectum non possint contrarium effectum operari *l. non omnis ff. si cert. pet. l. legata inutiliter ff. de leg. 1. Soccin. cons. 38. col. 2. lib. pri. Surd. consil. 112. num. 54. lib. 1.*

Non obstat, sequestrum super fructibus dictorum bonorum oppositum, quia illud fuit
6 necessarium, non voluntarium, ideòque non priuauit Hieronymum sua possessione. *Rot. decis. 516. num. 2. part. 1. in recent. Card. Mantic. decis. 252. num. 6.* & fuit dictum, *in Romana domus coram bo. mem. Gregorio XV.* quæ est *decis. 437. n. 3.* Et dum sequestrum fuit de ordine Rotæ appositum, donec videretur de validitate donationis, quæ cum posteà fuerit declarata valida; meritò venit remouendum dictum sequestrū, & concedenda manutentio dicto Hieronymo possidenti tam vigore dictæ clausulæ, quam etiam per realem perceptionem fructuum etiā ipso donante viuente, vt dictum est, &c.

PAMPILONEN. BENEFICIORVM DE TAFALLA.

Luna 27. Nouembris 1623.

DECISIO CCCCLXXIII.

Impressa apud Amayden. de stylo Datar. lib. 1. cap. 15. §. 15. num. 138.

NVLLIVS PRÆPOSITVRÆ CASTRI DVRANTII.

Veneris 1. Decembris 1623.

ARGVMENTVM

Constito de possessione ex Instrumento Mandatum de manutenendo conceditur, alio nō possidente.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum probat possessionem alio non possidente.*
2 *Ad effectum manutenendi quem in possessione inspicitur sola detentatio, seu insistentia facti.*
3 *Possessio acquiritur animo.*
4 *Possessio capta eo modo, quo capi solitum est, validè capta dicitur.*
5 *Ad possessionem capiendam potest Commissarius Cameræ constituere Procuratorem.*

DE-

DECISIO CCCCLXXIV.

Domini steterunt in decisis, quod Lazaro sit dandum mandatum de manutenen-
1 do; quia de eius possessione abundè constat ex instrumento, quod vt in alia decisione dicitur, alio non possidente probat possessionem.

Nec obstat, quod Lazarus dicitur accepisse possessionem Præpositura in Ecclesia, non verò ipsius Ecclesiæ, atque itá manuteneri quidē posse in possessione dictæ præpositura, non autem in possessione Ecclesiæ, quia quidquid sit, vtrum, vt in alia decis. dicebatur, dictus Lazarus fuerit prouisus de ipsamet Ecclesia, an verò de aliqua dignitate in Ecclesia, cessat etiā difficultas, ex quo constat, d. Lazarum accepisse possessionem ipsius Ecclesiæ, etenim ipse manuteneri debet in possessione dictę Ecclesię;
2 ad hunc namque effectum inspicitur sola detentatio, seù insistentia facti. *Castrens. in l. Attilius num. 5. vers. habet tamen ff. de donat. Couarr. pract. quæst. cap. 17. num. 5. vers. sic sanè latè Menoch. de retin. remed. vlt. num. 18. Mohed. decis. 20. restit. spol.* & fuit dictum *in Rauennaten. Notariatus pri. Iulij 1615. coram R. P. D. meo Buratto.*

Nec obstat, quod dictus Lazarus declarauit, se velle accipere possessionem præpositura; quia cum ipse crediderit præpositnram non esse diuersam ab Ecclesia, prout nec probatur
3 diuersa, non defuit animus capiendi possessionem Ecclesiæ, & per consequens etiam fuit ei dicta possessio Ecclesiæ acquisita *iux. not. per DD. in l. 2. §. à pupillo, & in l. quod vulgò ff. pro emptore & per Bart. in l. si is ad quem num. 1. ff. de acquir. hared.* & fuit in simili ponderatum *in vna Maceraten. hæreditatis 4. Iunij 1590. coram bo. mem. Card. Pamphilio.*

Nec releuat, quod dicta possessio non fuit capta capitulariter, aut per installationem in Sede Præposito deputata, quia in dicta Ecclesia
4 neq. capitulum adest actu, neque sedes deputata præposito: Ideoq; non potuit capitulariter, aut per dictā installationem capi, & sufficit, quod eo modo fuerit capta, quo in dicta Ecclesia accipi consueuit, *ad tradit. per Innoc. in c. in litteris num. 5. & 7. de restit. spoliat.*

Non obstat, quod Lazarus non potuit neq; etiam nomine Cameræ se immiscere administrationi dictæ præpositura ante expeditionem literarum, *ad text. in c. auaritiæ de elect. in 6:* quia præterquamquod Breuia de capienda possessione nomine Cameræ sunt adinuentata ad vtilitatē, & commodum prouisi Apostolici, vt per *Moder. ad reg. 8. Gloss. 34. num. 113.*
4 *& seqq.* Ideòque non est inconueniens, quod à Commissario Cameræ constituatur Procurator ad capiendam possessionem idemmet prouisus, ad cuius vtilitatem accipitur possessio, & per consequens cessat etiam omnis suspicio fraudis, de qua in *dicto c. auaritiæ*, nō potest etiā ex alio esse locus dispositioni *dicto cap.* quia scilicet in præsenti agitur de sola possessione, & pæna *dict. cap.* non incurritur per simplicem appræhensionem; sed requiritur vlterius vsurpatio fructuum, de qua non constat. *Put. decis. 45. lib. 3.*

ROMANA FIDEICOMMISSI DE DELPHINIS

Veneris 5. Decembris. 1623.

ARGVMENTVM

Fideicommissum censetur inductum ex verbis perpetuitatem denotantibus, & diluuntur coniecturæ, ex quibus feminæ ad fideicommissum vocatæ esse non dicuntur.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum inductum censetur ex verbis perpetuitatem denotantibus.*
2 *Femina veniunt appellatione familia.*
3 *Femina non veniunt appellatione familiæ, quādo clarè constat de contraria mente Testatoris.*
4 *Coniectura leues non sufficiunt ad arguendam mentem Testatoris.*
5 *Testator si in aliqua parte se declarauit, in alia quoque se declarasset, si id voluisset.*
6 *Masculinitatis qualitas expressa in vna parte Testamenti non censetur repetita in alia parte.*
7 *A proprietate verborum in dubio non est recedendum.*
8 *Femina censentur exclusa, quando adest ratiò conseruandi agnationem.*
9 *In fideicommisso relicto familia cōtemplatione Agnatum non continentur Adoptati.*
10 *Verba semper debent intelligi naturaliter, & non fictè.*
11 *Plurium præsumptionum concursus non admittendus est.*

DECISIO CCCCLXXV.

Fvluius Vrsinus Iure Legati reliquit in suo Testamento Gentili Delphino duo millia aureorum, ex quibus voluit emi loca montiū non vacantium, quæ post obitum dicti Gentilis perpetuo spectent ad domum, & familiā Delphinorum, & alia quatuor millia aureorū, & de Iure assignauit Mario Delphino ob innumera beneficia, quæ accepit à tota Delphinorum familia, quorum sine flagitio obliuisci non posse asseruit, mandans ex dicta etiam pecunia emi tot loca Montium non vacantium, quæ nunquam vendi, aut alienari debeant, itá vt eorum fructus perpetuò vsui sint Familiæ Delphinæ cum alijs duobus millibus dicto Gētili legatis. Quare dicto Testatore defuncto, extinctisque Legatarijs, nec aliquo masculo ex dicta Familia Delphinorum super existente dubitari contigit, an constet de aliquo fideicommisso ex dicto Testamento Fuluij ad fauorem D. Drusillæ Filiæ q. Marij Delphini & DD. responderunt, constare de fideicommisso ad fauorem d. D. Drusillæ. Nam quoad fideicommissum satis videtur de eo constare
1 eo ipso, quod Testator mandauit, quod loca Montium ex dd. pecunijs empta perpetuò vsui esse deberent Familiæ Delphinæ; per hanc nāque dispositionem censetur inductum fidei-

ruut em pta dicta loca, spectauerint ad DD. de Taurinis, tum quia in facto hoc non subsistit, nam dictæ pecuniæ fuerunt redactæ ex venditione Turris Andreæ facta per Zeccadorum sine mandato, quæ cum nunquam fuerit à dictis de Taurinis ratificata, dici non potest, quod dictæ pecuniæ ad ipsos spectauerint, quia pretium rei meæ per alium venditæ, non dicitur
1 esse meum, neque mihi debitum, nisi saltem post ratificationem *iux. not. per DD. in l. Paulus respondit ff. rem rat. hab. l. si ego vbi glos. & DD. ff. de neg. gest. Alex. cons. 6. n. 2. l. 4.*

Tum etiam quia in omnem euentum, quod probaretur, dicta loca fuisse empta ex pecunijs DD. de Taurinis; nihilominus dicta loca non essent ipsis de Taurinis acquisita, quia res empta ex pecunijs alienis acquiritur ementi, non vero illi, cuius sunt pecuniæ *l. 1. & l. multum interest*, & ibi DD. & *l. qui aliena C. quis alt. vel sibi Bald. cons. 67. n. 1. l. 5. Pedemont. dec. 140. n. 6. & seqq. Rot. dec. 26. num. 3. p. 1. in recentior.* & fuit dictum *in Farfen. pecuniaria 26. Ianuarij 1615. coram R. P. D. meo Pamphilio*.

3 Nec obstat, quod res empta ex pecunijs Minoris statim acquiritur minori, quia præterquam quod non probatur, quod dictæ pecuniæ essent pecuniæ minorum; obiectum etiã procedit tantum in re empta à Tutore, vel
4 Curatore, non vero etiam in re empta ab extraneo, vt tradit *Bart. in l. sicut proponis nu. 2. C. de rei vendic.*

Et cessat difficultas, quia dicta emptio non fuit ratificata vnquam, & approbata à Tutrice, & Curatrice dd. Minorum, sed imò im-
5 pugnata, ex quo ipsa semper institit, vt dictæ pecuniæ transmitterentur in Galliam, vnde tanto minus prætendi potest, quod dicta loca fuerint dictis Minoribus acquisita.

Non obstat, quod Montacuti mandauerunt Zeccadoro, quod residuum solueret Taurinis, quodque Zeccadorus huiusmodi mandatum acceptauit, quia vltrà quod mandatum fuit datum sub conditione, quatenus Taurini exhiberent Instrumentum ratificationis venditionis Castri, sicque dictum mandatum dictis Taurinis suffragari non potest non docto de existentia dictæ venditionis, non propterea sequitur, quod Dominium dd. locorum fuerit Taurinis acquisitum, vel quod Zeccadorus ideò minus potuerit dicta loca alienare.

Et in contrarium allegata procedunt in personis, quæ tenebantur pecunias inuestire, &
6 multiplicem facere, in quibus etiam terminis loquitur decisio *in Rom. bonorum de Ceulis 2. Decembris 1598. & 26. Iunij 1602. coram bo: me: Penia*, non verò in personis, quæ sua sponte inuestiunt pecunias, vt periculum amissionis pecuniarum accedant, hoc enim casu non est prohibita alienatio.

Ad argumentum desumptum ex Epistolis Zeccadori fuit in alia decisione responsum.

ROMANA PROFESSIONIS.

Veneris 23. Iunij 1623.

ARGVMENTVM.

Metus ad effectum annullandi professionem qualis esse debeat, & quando censeatur purgatus, & quomodo sit probandus.

SVMMARIVM.

1 *Professio præsumitur valida, donec non constet de contrario.*
2 *Testes deponentes de auditu nihil probant.*
3 *Metus ad infirmandam professionem expressam, debet esse Metus cadens in constantem virum, quid quid esset de Tacita, & Testes deponentes de auditu non probant.*
4 *Declarationi partis, ac eius iurata confessioni potius standum est, quàm Testium depositionibus.*
5 *Metus purgatur per ratificationem subsecutam.*
6 *Mina ad effectum inducendi Metum non sunt probanda in genere, sed ad effectum præcisum professionis, & vlterius quod minis inductus emiserit professionem.*
7 *Metus suspicio ex quibus allis dicatur cessare.*

DECISIO CCCCLVIII.

DOMINI censuerunt, sententiam pro validitate professionis Francisci latam, esse confirmandam, quia constat de expressa dicti Francisci professione coram Patre Generali Religionis Siluestrinorum ex actu, qui datur *summar. eiusdem Francisci num. 1.* quæ propterea præsumitur valida, donec constet de con-
1 trario *iuxta not. per Abb. in c. cum virum num. 4. de regular. Sanchez. de Matrim. l. 7. disput. 37. num. 12. in fin. Mohed. decis. 3. de regular. Rot. dec. 216. num. 18. par. 2. Card. Seraph. dec. 1361. num. 7.*

Non obstat prætensa dicti Francisci protestatio, quia non probatur, cum neuter Testium de ea deponentium fuerit præsens dictæ prætensæ protestationi, sed ambo deponant de auditu, & vnus quidem ab ipso Francisco,
2 alius verò ab alijs Monachis, vnde nihil probant *c. tam literis de Testibus l. Testium C. eodem Alex. cons. 10. numer. 6. & num. 8. in fin. l. 4. Aym. cons. 157. num. 5. vers. idem vidimus Caputaq. dec. 279. num. 2. par. 1.*

Minus facit allegatus metus Patris, & Fratris dicti Francisci, quia Testes deponentes de sæuitia Paterna, sunt de auditu, & non deponunt
3 de metu, qui caderet in constantem virum, prout requiritur ad infirmandam professionẽ expressam, quicquid esset dicendum de tacita *iux. trad. per Abb. in c. perlatum nu. 14. de his, qua vi, metusue caus. fi. & ibi Innoc. numer. 3. cum alys adduc. in Valentina professionis 4. Maij 1576. coram Card. Blanchetto & in Meten. professionis 19. Iunij 1617. coram Reuerendissimo Seleucien.* quinimò constat, Patrem fuisse absentem à loco professionis, ac propterea videtur impossibile propè modum, quod potuerit ab eo inijci metus dicto Francisco, qui cadat in constantẽ virum,

Et

Et cessat penitus omnis difficultas ex declaratione Francisci facta, cum Iuramento post mortem dicti eius Patris, quod professio fuit ab eo sponte emissa, non verò per vim, & metum dicti Patris, aut Fratris, cum expressa etiam ratificatione dictæ professionis; quia dictæ potius declarationi, ac iuratæ con-
4 fessioni standum est, quàm Testium depositionibus *iux. trad. per Dofi. in l. 1. §. creditum vbi Dec. sub num. 6. Iaf. col. 2. in fi. ff. si cert. pet. Aym. conf. 171. num. 10. Rom. conf. 391. num. 9. Socc. conf. 94. sub num. 8. lib. 1.*

Et in omnem euentum, quod professio fuis-
5 set meticulosa, talis metus fuisset purgatus per dictam ratificationem subsecutam *Menoch. conf. 1. num. 296. Ossasch. dec. 179. num. 11.*

Nec obstat, quod tempore dictæ declarationis, & ratificationis adhuc viuebat frater dd. Francisci, & sic durabat eadem causa metus, quia non constat de metu illato à fratre, neq; ad effectum, quod professio emissa per Franciscum posset censeri nulla, sufficeret, quod probarentur minæ fratris in genere, sed om-
6 ninò necesse esset probare, quod minæ fuerunt adhibitæ ad effectum compellendi Franciscum ingredi Religionem, quodque ipse hisce minis inductus, non autem sua sponte emisit professionem *iux. not. per Afflict. dec. 246. numer. 4.* quod certè nulla ratione dici potest probatum.

Et omne dubium tollit dicta Francisci ratificatio, cum amplissima cessione litis per eum
7 introductæ super prætensa nullitate dictæ professionis maximè cum illam fecerit, ad exonerandam propriã eius conscientiã, vt colligitur ex eo etiam quod post dictã cessionem idemmet Franciscus egit nomine Religionis, & Monasterij pro annua præstatione sibi à fratre promissa, atque etiam mortuo dicto eius fratre, obtinuit immitti nomine dicti Monasterij in possessionem omnium bonorum à dicto eius fratre possessorum; ex quibus cessat prorsus omnis suspicio metus ad *trad. per Menoch. conf. 401. numer. 208. & seqq.* & per consequens etiam prætensa nullitas dictæ professionis, &c.

ROMANA DOTIS DE MONTORIIS.

Ven. 23. Iunij 1623.

ARGVMENTVM.

Dos venit constituenda filijs fæminis ex bonis primogenituræ; Nempè ex fructibus, & super illis sumuntur hypotecam à die ordinatæ primogenituræ.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio quando fuit per sententiam declarata illius nullitas non potest haberi in aliqua consideratione, nec allegari.*
2 *Renunciatio primogenituræ quando non fuit libera, sed conditionalis cum reseruatione tituli Marchionatus, & iurisdictionis, non praiudicat filijs fæminis ad effectum consequendi dotem.*
3 *Renunciatio primogenituræ non praiudicat illis, quibus per stipulationem Notarij fuit ius quæsitum.*
4 *Primogenituræ possessio sufficit quando agitur de dote constituenda, quod est plurimum fauorabile.*
5 *Filia ex bonis primogenituræ debet dotari.*
6 *Peritorum relatio, dum non docetur de excessu venit attendenda, & præsumitur iusta.*
7 *Dos filiæ primogeniti habet antiquiorem hypotecam in bonis primogenituræ, quam eius vxoris, & est detrahenda ex fructibus. num. 8.*
9 *Nobilitas debet considerari in constituendis dotibus.*
10 *Dos constituenda ex bonis primogenituræ minui non debet ex prouisionibus, quæ soluuntur ex fructibus.*
11 *Constitutioni Sixtinæ circa quantitatem dotis regulariter solet derogari.*

DECISIO CCCCLIX.

Domini steterunt *in decisi 31. Martij. præteriti* neq; enim rationibus tunc deductis videbatur obstare, quod denuò nunc replicabatur; D. Annam Mariam non posse censeri filiam primogeniti, eo quia Io. Baptista eius Pater ante dictæ Annæ Mariæ natiuitatem renunciauit primogenituræ ad ipsius fauorem constitutæ, tum quia vt in alia decis. fuit dictũ d. renunciatio fuit nulla, illiusque nullitas fuit ab eodem D. Federico agnita, nec propterea potest haberi in aliqua consideratione, aut etiam à D. Federico, qui obtinuit eam declarari
1 vsque ab initio nullam, allegari. *l. 4. §. condemnatum ff. de re iud. leg. non putabit §. non quamuis ff. de bon. poss. cont. tabul. l. non dubium C. de legib. Cephal. conf. 96. num. 18. Gozad. conf. 23. num. 9.* Tum etiam
2 quia in omnem euentum, nec dicta renunciatio fuit libera, sed cum reseruatione tituli Marchionatus, & iurisdictionis, quod sufficit adhoc, vt prædicta D. Anna Maria possit censeri filia primogeniti ad effectum maximè eam dotandi, vt in alia decis. fuit firmatum; quinimò
3 nec potuisset per dictam renunciationem d. D. Annæ Mariæ, cui erat ex stipulatione Notarij in Instrumento dictæ constitutionis dictæ primogenituræ ius quæsitum, præiudicari ad *trad. per Rot. in Rom. donationis de Saluiatis 21. Aprilis 1614. coram R. P. D. meo Vbaldo. & in Perusina censuum coram me in impress. per Modernum de Censibus dec. 173. & dec. 174.* Et cum non agatur de primogenitura Io. Baptistæ principaliter, sed ad effectum tantum dotandi dictam D. Annam Mariam, quod est plurimum fauorabile, satis est quod dictus Io. Baptista fuerit in possessione
4 primogenituræ. *iux. not. per Præpos. in cap. peruenit num. 1. in fin. & in cap. ex tenore num. 2. & 3. cum alijs adduc. in decis. 34. num. 19. & seqq. per. 2. diuers.*

Et ex his etiam cessat, quod retrocessio dictæ primogenituræ facta per D. Marchionem Federicum d. D. Io. Baptistæ non fuit pura, sed sub certa conditione, quia D. Anna Maria non fundat se in dicta retrocessione, sed in nullitate renunciationis Io. Baptistæ vsque ab initio, & in alijs rationibus suprà adductis, ex quibus pænitus

nitus

nitus eliditur prætensio D. Federici, quod D.
Anna Maria non possit dici filia primogeniti,
ad effectum, vt ea ex bonis primogenituræ, &
5 iuxtà pactum in instrumento constitutionis d.
primogenituræ appositum debeat dotari.

Minus releuant ea, quæ ad minuendam
quantitatem dictæ dotis per DD. arbitratam
deducuntur; quia quòd valor bonorum pri-
mogenituræ ascendat ad *scut.* 85. *mil.* iuxtà rela-
tionem periti, eò minus videbatur controuerti
posse, quia dictus peritus fuit de consensu par-
tium à Rota deputatus, & æstimauit dicta bo-
na existentia sub iurisdictione D. Federici, præ-
uia informatione ab eodem D. Federico habi-
ta, & cum interuentu tantum deputatorum à
d. D. Federico, absque eo quod interesset ali-
quis pro D. Anna Maria, vndè siquis error
fuit in dicta æstimatione cõmissus, verisimile
est, quod potius fuerit commissus in præiudi-
cium D. Annæ Mariæ, quam D. Federici. Et in
omnem euentum non probatur, quod alia bo-
na fuerint æstimata, quæ non sint sub primo-
genitura compræhensa, vel quod alias dicta
primogenitura non ascendat ad dictum valorẽ
scut. 85. *mill.* quod tamen probari deberet: quia
alias non docto de excessu, statur relationi d. Pe-
6 riti, vt suprà deputati, eaque præsumitur iusta.
*ad tex. in l. hac edictali §. his illud ibi, quos vtraque
pars elegerit C. de 2. nupt. Alex. cons. 179. num. 8. l. 2.
Rot. decis. 354. num. 1. & 540. pariter num. 1. par. 1. in
recentior*, & fuit dictum *in Rom. Pec. udum 2. De-
cembris 1613. coram R. P. D. meo Vbaldo in Romana
Fabricæ 25. May 1615. coram Illustriss. D. Card. Sa-
crato, & in Perusina pecuniaria, seù Societatis 1. Iulij
anni præteriti coram R. P. D. meo Merlino.*

Nec obstat, quod ex dicto valore detrahi de-
beat dos vxoris D. Federici, quia imò prius est
detrahenda dos ipsiusmet D. Annæ Mariæ,
7 cum illa habeat anteriorem hypothecam, vl-
tra quod nec euenit adhuc casus restitutionis
dotis vxoris D. Federici: Et quando euenit, for-
tassis extabunt tot bona propria ipsius D. Fede-
rici, ex quibus poterit dicta dos solui, nec erit
necesse eam ex bonis primogenituræ detrahe-
re, & in omnem euentum illa solueretur ex
8 corporibus primògenituræ, hæc verò dos D.
Annæ Mariæ ex fructibus, nec propterea sub-
est ratio, quare propter dictam dotem vxoris
D. Federici, dos D. Annæ Mariæ debeat infrà
quantitatem *scut.* 9. *mill.* constitui, cũ imo supra-
dicta quantitas attenta d. D. Annæ Mariæ no-
9 bilitate, alijsque circumstantijs in constituen-
dis dotibus ponderari solitis, admodum mo-
dica videatur.

Minus debet dicta dos diminui ex causa æris
alieni illorum, qui constituerunt primogeni-
turam, seù propter annuas prouisiones eisdem
constituentibus in erectione primogenituræ
reseruatas, quia quoad æs alienum, illud est
modicum, & satis videtur habita illius ratio, eo
ipso quod dos D. Annæ Mariæ non fuit con-
stituta vltra *scut.* 9. *mil.* quo vero ad prouisiones
cum illæ non soluantur ex corporibus primo-
genituræ, sed ex eiusdem primogenituræ fru-
10 ctibus, & imò extinguantur vna cum vita ip-
sorum, quibus assignatæ fuerunt, meritò non
sunt habendæ in consideratione ad effectum
diminuendi dotem, quæ, & ipsa ex fructibus
solui debet absq; diminutione proprietatis re-
rum dictæ primogenituræ.

Nec obstat, Constitutio Sixti V. qua caue-
tur, quod dotes nõ debeant excedere *scut.* 5500.
quia est data facultas Rotę per particularẽ Com
missionẽ Papæ, assignandi maiorem dotem ar-
bitrio suo dictæ D. Annæ Mariæ, non obstante
d. Constitutione, ac propterea benè potuerunt
DD. arbitrium interponere ad effectum con-
stituendi dictam dotem in *scut.* 9. *mil.* presertim,
11 quia regulariter dictæ Constitutioni solet de-
rogari, nec D. Anna Maria posset nubere viro
sibi conditione æquali, cum dote dd. *scuto-
rum* 5500. &c.

NEAPOLITANA MASSARIÆ.

Luna 26. Iunij 1623.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Appellans ab excessiua taxatione expensarum debet
docere de xcessiuitate.*
2 *Iudicium Taxationis expensarum prosequi non po-
test contra Procuratorem Dominum litis effectum
declara. num. 3.*

DECISIO CCCCLX.

RESPONSVM fuit pro informante, atque
ità pro confirmatione mandati relaxati
pro expensis, quia pars, quæ appellauit, non do-
1 cet de excessiuitate taxationis dd. expensarum
prout tenetur, iuxtà deducta. *infirm. fontis, seù ex
pensarum 31. January 1614. Coram R. P. D. meo
Vbaldo*, & ex inspectione listæ dd. expensarum
apparet illas consistere in extractione Instru-
mentorum examine testium, Processibus de
partibus, rubricatura, & registris in Curia fa-
ctis, easque fuisse à Notario iuxtà stylum taxa-
tas; Vndè nec dubitari potest de iustitia dicti
mandati.

Nec facit, quod huius taxationis prosecutio
2 fieri non potest contra Procuratorẽ Dominum
litis effectum, cum ipse sit Dominus solius in-
stantiæ. *iux. decis. Acchil. 13. de procurat.* quia obie-
ctum hoc cessat ex clausula *releuans, &c.* apposi-
ta in mandato dicti Procuratoris, ex quo dicta
clausula operatur, quod censeatur constitutus
etiam ad soluendum iudicatum, sicque sit D.
3 totius litis, & non vnius instantiæ tantum, vt
per *Card. Seraph. decis.* 1180. *numer.* 2. vbi dicitur;
etiam fuisse resolutum, *in vna Reat. Castri Posta
5. Decembris 1586. coram bon. mem. Orano, &c.*

ROMANA LOCORVM MONTIVM.

Lunæ 26. Iunij 1623.

ARGVMENTVM.

Sume à Summario.

SVMMARIVM.

1 *Doli exceptio intrat, quando ordines directi alicui banco, vel non sunt recogniti, vel nullam continent causam expressam.*
2 *Immissio retardari non potest exceptione requirente altiorem indaginem.*
3 *Possessor cum vitio non dicitur legitimus contra dictor.*

DECISIO CCCCLXI.

FVIT dictum, prætensum creditum Iulij non obstare petitæ immissioni, quia dict. creditum non probatur; nisi ex ordinibus Iulij directis Bancho S. Spiritus, & ex Balduini quietantijs eidem Bancho factis, & tamen nec dicti ordines, & quietantiæ sunt sufficienter recognitæ, nec continent aliquam causam expressam; Vnde vel nullo modo dici potest probatum dictum creditum, aut saltem Iulius repel-
1 litur exceptione doli. *iux. tex. & ibi glos. in l. 2. §. circa ff. de doli except. Ang. Aret. in §. in personam sub numer. 7. vers. & pro hoc induco instit. de action.* vel certè eo ipso, quod clarè non constat de causa, ex qua dicti ordines emanauerint, dictum cre-
2 ditum altiorem indaginem requirit, ità vt merito aptum non sit impedire dictam immissionem. *iux. trad. per Menoch. de adipisc. rem. primo numer. 102.*

His accedit, quod Iulius accepit possessionē locorum Montium, de quibus agitur vti hæres in solidum dicti Balduini, cum tamen esset hæres pro medietate tantum. Vndè possidere videtur cum vitio, ideòque eo minus talis possessio ei potest suffragari ad effectum, vt ipse vel habens causam ab eo possit dici legitimus Contradictor. *Bar. in l filiam fratribus num. 1. vers. aut possidet ff. ad Trebell. Rip. in l. 1. numer. 12. vers ad tertiam ff. quorum bonorum cum alijs per Menoch. d. remed. 1. num. 107.*

ROMANA RESTITVTIONIS DOTIS.

Lunæ 26. Februar. 1623.

DECISIO CCCCLXII.

Impressa apud Nigrum de sub hastat. decis. 12.

ROMANA MELIORAMENTORVM.

Mercur. 28. Iunij 1623.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Melioramenta semper præsumuntur extare, donec probetur illorum consumptio.*

DECISIO CCCCLXIII.

FVIT tentum pro informante, melioramenta scilicet facta per Manilium non fuisse consumpta pro soluendis debitis dicti Manilij, quia præsumptio est, quod dicta melioramenta
1 menta extent, nisi probetur consumptio. *l. quinquaginta, & ibi Doc. ff. de probat.* cum alijs *per Menoch. de præsumpt. 135. in princ. l. 3.* & consumptio in casu isto non probatur, quinimò constat potius debita dicti Manilij fuisse soluta pretio *scut.* 1500. redacto ex venditione aliorum bonorum eiusdem Manilij, nec probatur, quod debita dicti Manilij excederent dictam summam *scut.* 1500.

Et vlterius apparet, quod Domus, in qua fuerunt facta dicta melioramenta, fuit vendita partim ab Hermete Fratre Manilij, & partim à Rutilio alio fratre, ad effectum soluendi debita ab ipsis contracta post obitum Manilij; Vndè eo minus dici potest probatum, quod pro debitis Manilij fuerint dicta melioramenta consumpta, &c.

ROMANA PECVNIARIA.

Mercurij 28. Iunij 1623.

ARGVMENTVM

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis habet celerem expeditionem reiecta omni exceptione, præter illam falsitatis, & solutionis.*

DECISIO CCCCXLIV.

FVIT dictum, mandatū esse relaxandum pro *scut.* 750. ad fauorem Baldini contra Ioannem Vincentium, quia constat ex Instrumento, cuius copia datur, quod cum dicti Baldinus, & Io. Vincentius in simul conduxissent à DD. de Cæsarinis quoddam Casale nuncupatum *Campo Selua*, quilibetque se obligasset in solidum ad fauorem locatoris, conuenerunt inter se sub obligatione Camerali, *che ciascheduno pagasse la sua parte, & che se vno di loro pagasse per l'altro, quello per il quale si pagherà, sia obligato à quello*

à quello, che pagherà per lui, quel tanto sarà pagato.

Et in Relatione Periti apparet, dictum Baldinum soluisse *scut.* 750. pro rata tangente dictũ Io. Vincentium; Vndè dubitari non potest, quin sit factus locus dictæ obligationi, ità vt pro dictis *scut.* 756. vigore dictæ obligationis relaxari debeat mandatum executiuum aduersus d. Io Vincentium omni exceptione præter
5 falsitatis, & solutionis rejecta. *Cassad dec. vnic. de mutuis petit.* & fuit pluries decisum, & signanter *in Romana pensionis Casalis*, quæ est *decisio 4 . nu 4. & decis. 70. num. 2. post tract. de oblig. Cameral.* cum alijs ibidem impressis.

ROMANA AFFICTVS.

Mercurij 28. Iunij 1623.

ARGVMENTVM.

An, & quando sit locus arbitrio ad effectum concedendi nouam dilationem.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium non intrat, nisi magna suadente æquitate, & æquitas non suadet, vt tertio præiudicium inferatur.*

2 *Allegans suspectos peritos vtitur iure suo, & Iudici nullam facit iniuriam.*

3 *Æquitas non habet locum ad effectum concedendi dilationem quando ius est obscurum.*

4 *Articulus incidenter non autem principaliter examinatus non firmat statum.*

DECISIO CCCCLXV.

DOMINI steterunt in decisis 27. *Aprilis anni præteriti*, quod non intrat arbitrium ad effectum concedendi nouam dilationem; quia partes expressè conuenerunt, quod non audiretur D. Dux ad retardandam executionẽ, nisi in casum succumbentiæ Pompilii, infra 18. menses, ac propterea cum casus iste non euenerit, & per nouam dilationem ius quæsitum Pompilio ex dicta conuentione læderetur non est locus dicto arbitrio, arbitrium enim
1 non intrat, nisi magna suadente æquitate, & æquitas non suadet, vt tertio præiudicium inferatur, sed imò magis, quod pacta seruentur. *l. 1. ff. de pact. Surd. dec. 260. num. 12.*

Nec obstat, quod D. Dux non potuit liquidare creditum, quod prætendit habere cum Pompilio; atque ità obtinere reuocationem mandatorum contra eum relaxatorum intrà terminum ipsi in dicta concordia assignatum culpa ipsius Pompilij, eo scilicet quod Pompilius allegauit suspectos omnes peritos per eundẽ D Ducem nominatos, quia præterquã quod Pompilius allegando suspectos dictos Peritos
2 vsus est iure suo, ideòque D. Duci nullam fecit iniuriam. *leg. nullus videtur ff de reg. iur.* cessat etiam difficultas, quia neque nunc quidem constat de aliquo credito D. Ducis, & imò Peritus, nuper electus de vtriusque partis consensu, declarauit, eundem D. Ducem debitorem Pompilii in *scut.* 9606.

Nec obstat, quod relatio dicti Periti prætendatur ex pluribus erronea, quia quicquid sit de hoc, sufficit ad effectum, de quo agitur, quod neque hodiè, vt dictum est, dictum creditum D. Ducis, sit liquidum, eo enim ipso cessat æqui-
3 tas, vt concedatur dicta noua dilatio contra pactum expressum, & in maximum dicti Pompilij præiudicium.

Atque hinc etiam tollitur, quod dicitur, D. Ducem esse creditorem capitalis affictus Sanctæ Floræ, quod in decisione super dicto Capitali ad fauorem Domini Ducis facta dicitur ascendere ad *scut.* 15. *mil.* quia præterquam fuit in dicta decisione incidenter dictum, quòd
4 ascendebat ad valorem dd. *scut.* 15. *mil.* neque enim tunc principaliter disputabatur super valore dicti Capitalis, constat etiam ex dicta relatione, quod dicto Capitali computato, D. Dux adhuc remanet debitor dicti Pompilij, aut quod saltem dubium est, an possit dici d. Pompilii creditor, vndè, vt sæpè dictum est, cessat æquitas, quæ potuisset mouere DD. ad interponendum dictum arbitrium.

Ad exceptionem non adimplementi fuit in alia decisione responsum, & ista exceptio respicit executionem concordiæ, non verò nouam dilationem, seu prorogationem termini in concordia assignati petitam.

Nec obstat, quod terminus non potuit currere, nisi à die implementi, quia imò in dicta concordia fuit conuentum, quod terminus curreret à die contractus, ibi: *Frà termine di 18. mesi da hoggi prossimi*, & sic non à die implementi, cum certum esset, quod poterant adimplere ipso die contractus ea, quę erant ab vtraque parte adimplenda, &c.

PAMPILONEN. CAPPELLANIÆ.

Lunæ 3. Iulij 1623.

ARGVMENTVM

Quæ sint extrema necessaria ad effectum, vt possit validè relaxari declaratoria.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria, vt sit relaxanda, quę nam priùs debeant præcedere.*

2 *Adimplementum debet præstari ex facto, non autem ex patientia, quando agitur de paritione.*

3 *Executor excedens fines mandati operatur, vt gesta per eum sint ante omnia reuocanda.*

DECISIO CCCCLXVI.

DOMINI dixerunt, dandam esse declaratoriam contra Petrum, quia intimatis ipsi in partibus litteris executorialibus fuerunt cedi-

eædemmet litteræ hic in Curia reproductæ, & seruati quatuor termini de stylo seruari soliti: Vndè cum non solum non fuerit doctum de paritione, sed imò constet, quod Petrus requisitus vigore dd. litterarum tradere claues Capsæ, in qua asseruantur ornamenta Cappellæ, de qua agitur, ipse respondit, se esse in possessione dictæ Cappellæ, dictaque ornamenta esse eidem Cappellæ annexa, ac proinde nolle illa tradere, quodque etiam in spretum dd. litterarum celebrauit cum eisdem ornamentis, eaque in dicta Capsa reposuit, & Clauem secum retinuit, meritò contra eum ferri debet declaratoria. *Rot. decis. 478. num. 2. par. 2. in recentior.*

Nec propterea obstat, quod Petrus non tenebatur præstare, nisi nudam patientiam, quia ex supradictis apparet, quod dictam patientiam
2 minimè præstitit, & cum fuerit requisitus dictam clauem tradere, tenebatur id facto ipso adimplere. *Card. Seraph decis. 1113. num. 3.*

Minus facit, quod prætenditur executorem in partibus excessisse fines sui mandati; ideòq;
3 gesta per eum extra fines esse in primis, & ante omnia reuocanda, quia Didacus ad remouendum hoc subterfugium expressè renunciauit in actis excessibus per dictum Executorem gestis: Vndè Petrus non potest sine nota contumacia vlterius paritionem differre, &c.

CARRARIEN. IVRISDICTIONIS.

Luna 3. Iulij 1623.

ARGVMENTVM

Remissoria in causis prophanis indistinctè conceditur etiam absque fumo, dummodo articuli sint releuantes.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria indistinctè conceditur etiam absque fumo quando materia est prophana, & articuli sunt releuantes.*

2 *Articuli dicuntur releuantes, quando conferunt ad fundandam intentionem articulantis.*

3 *Lis non dicitur in ducta, quando actus sunt merè extra iudiciales, & sine citatione interesse habentis.*

4 *Sententia non citato illo, de cuius interesse agitur non afficit, maximè quando est sine actis num. 5.*

6 *Immemorabilis potest probari non obstante quod Ecclesia fuerit alias concessa, quando actor non vtitur iure concessionis.*

DECISIO CCCCLXVII.

DOMINI dixerunt, dandam esse remissoriam, quia non agitur de titulo Beneficii, & sic materia est prophana, in qua indistinctè conceditur remissoria etiam absque fumo, dummodo articuli sint releuantes. *l Iud eet. & auth.*
1 *apud eloquentissimum C. de fide instrum. Cap. 217. decis. 68. par. 3. Rot. dec. 312. num. 1. & seqq. coram bon. mem. Card. Mant. & decis. 403. numer. 2. & 4. coram S. D. N.*

Nec in casu isto dubitari potest de releuantia articulorum, quia articulatur; Priorem Sancti Fridiani ratione Ecclesiæ Sancti Andreæ Carrariæ exercere ab immemorabili tempore iurisdictionem, quasi Episcopalem in Oppido Carrariæ, & eius Territorio, ibique tenere Vicarium, & Notarium ad effectum cognoscendi causas Ciuiles, & Criminales spectantes ad forum Ecclesiasticum, ac Beneficia conferre, vt latius in dictis articulis; propterea satis
2 conferunt ad effectum fundandi intentionem dicti Prioris, vt in dicta decis. 403. numer. 5. coram S. D. N.

Nec obstat, quod prætenditur, quod dempto tempore litis impossibile sit inuenire testes, qui deponant de tempore immemorabili, cum lis dicatur cæpisse de anno 1568. Quia dato etiam quod de dicto anno 1568. fuerit porrectum quoddam memoriale Sacræ Congregationi Illustrissimorum Cardinalium Sac. Concilii Interpretum, quodque ab eadem Congregatione fuerit rescriptum Episcopo Sarzanen. quod possit visitare Parochiam Sancti Andreæ, & Vicarium ex ipsis Canonicis regularibus ad nutum amouibilem deputare, tamen non propterea dici potest, quod tunc fuerit lis
3 cæpta, ex quo isti actus sunt merè extraiudiciales, & quod plus est gesti non citato Priore, & Canonicis, & sic nullo modo apti ad inducendam litem *ad not. in rub. ff. & C. de iniur. voe.*

Minus facit sententia Visitatoris, qui declarauit dictam Ecclesiam non esse nullius, sed Diœcesis Sarzanen. quia dicta sententia emanauit non citato dicto Priore, & Canonicis, de quo-
4 rum præiudicio agitur. *Clem. sæpè vbi glos. in ver. ad id de verb. signif. l. 1. §. item eum ex edicto ff. quæ sent. siue appell. resc ind. Dec. cons. 603. num. 11.* & est
5 sine actis, ità vt meritò non veniat attendenda. *leg. si cum nulla vbi glos. & DD. ff. de re iud. Mobed. dec. 3. num. 1. & 2. de testib. Put. dec. 198. num. 1. lib. 1. Card. Seraph. dec. 615. num. 6. & dec. 721. nu. 12. Rot. decis. 704. numer. 2. par. 1. diu. & dec. 196. numer. 5. part. 2.*

Nec denique obstat, Instrumentum concessionis dictæ Ecclesiæ factæ ab Episcopo Sarzanen. vsque de anno 1151. Priori Sancti Fridiani.
6 *Summ. R. D. Episcopi num. 2.* quia Prior non vtitur dicta concessione, neque illa fuit ab eo producta, ac propterea nihil impedit, quo minus debeat admitti ad probandum immemorabilem. *iux. decis. Crescent. 21. de probat. &c.*

NVLLIVS PRÆPOSITVRAE CASTRI DVRANTIS.

Luna 3. Iuly 1624.

DECISIO CCCCLXVIII.

Impressa apud Postium d. Mant. decis. 500.

FER-

FERRARIEN. DOTIS.

Vener. 10. Nouembris 1623.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria datur, quando articuli sunt releuantes.*
2 *Remissoria datur post rem iudicatam, si concessa est restitutio in integrum.*
3 *Remissoria non conceditur à Rota, quando causa fuit diù agitata, sed fallit, quando lata sunt dua sententia fauorabiles in partibus.*
4 *Remissoria conceditur post purgata attentata.*

DECISIO CCCCLXIX.

1 FVIT dictum, dandam esse remissoriam, quia articuli sunt releuantes, articulatur enim Patrem Catherinæ recepisse totam, & integram Dotem à Cecilia vxore sua, quam eadem Catherina modo repetit.

Nec obstat, quod post rem iudicatã regulariter non datur remissoria. *iux. deducta in Firmana Altaris 15. Iunij 1612. coram R.P.D. meo Vbaldo.* quia licet non possit negari, quin adsit res iudicata, cum fuerint in hac causa latæ, nedum tres, sed etiam quatuor sententiæ conformes, nihilominus eum hodie reperiatur commissa causa restitutionis in integrum, & articuli, vt dictum est, sint releuantes, non potest dene-
2 gari remissoria, quia illa datur etiam pendente causa restitutionis. *Simonett. dec. 76. incip.* An petenti restitutionem in integrum. *Caputaq. decis. 67. par. 3. cum alijs per Rot. decis. 276. numer. 2. coram fel. rec. Greg. XV.* & ibi: *Adden.* vbi quod hoc procedit etiam post lapsum quadriennij, & fuit dictum in *Bergomen. legati 15. Ianuarij 1610. coram Reuerendiss. Attrebaten.*

Non ob. quod causa ista diù fuerit agitata in partibus, vbi Catherina potuit examinare testes super articulis, qui modo dantur; quo casu Rota non solet concedere remissoriam. *Put. decis. 201. lib. 1. cum alleg.* quia cum Catherina obtinuerit duas sententias fauorabiles in partibus absque alia testium inductione; cessat non solum negligentia, & culpa in non inducendo dictos Testes; sed & omnis præsumptio calumniæ, vt sæpius Rota respondit in his terminis, et præsertim. *coram fel. rec. Greg. XV. dicta decis. 276. num. 3.*

Non obstant attentata, quia sunt sufficienter purgata, & ad remouendum omnem scrupulum, poterit reaptari partita Montis iuxtà consensum Ceciliæ, & formam sententiarum super dd. attentatis latarum, &c.



HIPPOREGIEN. CAPPELLANIÆ.

Vener. 10. Nouembris 1623.

ARGVMENTVM.

Beneficium *Capit. Odoardus*, non conceditur, nisi probetur paupertas, nec conceditur pro expensis ad vexationem factis.

SVMMARIVM.

1 *Clericus non probata paupertate ad* benef. Capit. Odoadus, *admitti non debet, & num. 4.*
2 *Nec sufficit cedere fructus beneficij.*
3 *Clericus quando admissus fuerit ad* benef. Capit. Odoardus, *cedens fructus beneficij, intelligitur, si non habet bona patrimonialia.*
5 Benef. Cap. Odoardus, *non conceditur contrà executoriales, in quibus Clericus damnatus fuit ad solutionem expensarum temerè ad vexationem factarum, & num. 6.*

DECISIO CCCCLXX.

FVIT aliàs resolutum, dandam esse declaratoriam contrà Carolum, neque cum admitti debere ad beneficium *cap. Odoardus de solut.* & eodem dubio iterum ad instantiam dicti Caroli proposito: Domini steterunt in decisis.

Duo enim præcipuè obstare videbantur
1 dicto Carolo, quo minus admitti debeat ad beneficium. *dict. capit. Odoardus*, est primum quod non est probata paupertas dicti Caroli, prout requiritur ad effectum, vt intret. *dict. cap. dispositio*, vt sunt verba clara textus, ibi: *Si constituerit, quod prædict. Odoard. in totum, vel pro parte non possit soluere debita supradd.* & ibi: *glos. in ver. non valentem*, vbi quod sententia excommunicationis valebat, quia non constat, an in totum, vel pro parte posset soluere. *Io. Andr. in princ. in dicto verbo non valentem.* vbi tradit modum probandi huiusmodi inopiam. *Abb. omnes in & alij princ. & num. 5. & 9.*

Non obstat, quod sufficit, quod Carolus sit
2 paratus cedere fructus sui beneficij, ad hoc vt admitti debeat ad beneficium *dict. cap. Odoardus.* iuxtà opinionem Collectarij, quam refert, *Abb. in cap. peruenit sub num. 12. versi. item Collectarius de fideiuss.* quia *Abb. in dict. cap. peruenit.* non determinat, quod ad effectum, vt sit locus beneficio *dict. cap. Odoardus*, non sit necessaria probatio paupertatis, sed quærit tantummodo, an de fructibus beneficij sit satisfaciendum creditoribus, & refert, Collectarium dicentem, se vidisse in Curia seruari, quod Clericus fuit admissus cedens fructibus beneficij, sic vt satisfecerit creditoribus suis, quæ quidem quæstio nihil comune habet cũ quæstione, an ad effectum, ut sit locus beneficio *dict. cap. Odoardus*, sit necessaria probatio paupertatis.

Et quatenus Collectarius dicit, quod Clericus cedens fructibus sui beneficii, fuit admissus ad beneficium *cap. Odoardus.* id intelligi debet de Clerico, non habente bona patrimonialia

ita; non enim potest aliqua ratione substineri,
quod etiam non probata inopia bonorum pa-
trimonialium admittatur Clericus ad dictum
beneficium cedendo fructus sui beneficii, quia
imò ex redditibus beneficii non possunt sa-
tisfieri creditores, nisi in defectum bonorum
patrimonialium, vt per *Abb. loco proximè cit.* ac
4 propterea præcedere debet dictam cessionem
fructuum probatio inopiæ bonorum patrimo-
nialium, & hac demum inopia probata admit-
ti posset Clericus cedens fructus sui beneficij,
ad beneficium *d. cap.* ità quod cum dictus Caro-
lus non probauerit, quod non habet bona, quę
sufficiant pro solutione ducatorum 165. vt in
alia decisione dicitur, non potest, licet para-
tus sit cedere fructus sui beneficij admitti ad
dictum beneficium.

Secundò obstat dicto Carolo, quod etiam
probata paupertate, non posset vti dicto bene-
ficio, quia dictum beneficium non concedi-
5 tur contra executoriales ad effugiendam solu-
tionem expensarum, in quibus dictus Carolus,
fuit condemnatus, vt per *Gomes. in compend. v-
triusque Signaturæ col. fin. vers. sicut etiam videmus.
Mohed. decis. 1. num. 2. de solut. Put. decis. 56. numer. 7.
lib. 1.* & fuit dictum *in Mediolanen. fructuum 7. Iu-
nij 1596. coram bon. mem. Cardinali Seraphino. relata
per Marches. de Commiss. par. 2. fol. 550.*

Nec obstant in contrarium allegata, quia
6 procedere possent quoad debitum principale
non autem quoad expensas, in quibus fuit
ratione iniustæ, & temerariæ vexationis con-
demnatus, vt per *Put. dict. decis. 56. num. 7. &
seqq. &c.*

BONONIEN. DE MANZOLIS.

Luna 13. Nouembris 1623.

ARGVMENTVM.

Testes in die citationis finita audientia, & ac-
cusati contumacia iurato super recognitio-
ne ad requisitionem Notarij, iura recogno-
scentes in forma, validè recognoscunt.

SVMMARIVM.

1 *Testes ad Notarij requisitionem iura recognoscentes
statim, & incontinenti post iuramentum validè reco-
gnoscunt.*
2 *Notario creditur attestanti sibi fuisse commissum
examen.*
3 *Testium recognitio facta sine interrogatorijs valet, si
præcessit citatio.*
4 *Testes repeti possunt (sumptibus petentis) quotie-
scunque recognouerunt iura aliquo modo non vsi-
tato.*

DECISIO CCCCLXXI.

PRocurator D. Isotæ citate fecit Com. Ale-
xandrum pro *die 10. Decembris* 1618. ad di-
cendum contra iura, videndum iurare Testes,
super illorum recognitione; quatenus opus sit
admitti, &c. & eadem die comparuit finita au-
dientia, & accusauit partis contumaciam, &
in continenti Testes ad iurandum super reco-
gnitione dictorum iurium exhibuit, qui ibi-
dem fuerunt per Notarium admissi, & ad eius-
dem Notarij requisitionem incontinenti di-
1 cta iura recognouerunt in forma; Quibus
sic stantibus fuit dubitatum, an dicta recogni-
tio esset valida, & Dñi censuerunt, esse validam
reseruato, vt de releuantia d. recognitionis par-
ticulariter videretur. Nam de stylo Curiæ solet
iurament ũ, & examen Testium Notario com-
mitti. *Vestr. in prax. lib. 4. cap. 2. num. 12. Farinacc.
de testib. quæst. 77. nu. 82. in fin. & num. 191. Caputaq.
dec. 265. par. 3. Rota coram Sanct. mem. Gregor. XV.
decis. 368. num. 3. & seq. & num. 9. in annotat.* & fuit
dictum *in Ianuen. pecuniaria 16. Mart. 1612. coram
R. P. D. meo Vbaldo.*

Nec obstat, quod saltem præcedere debet
citatio ad videndum committi iuramenta No-
tario, quia citatio suprà relata virtualiter con-
tinet etiam citationem ad videndum commit-
ti ità enim extenditur clausula *admitti &c.*

Nec obstat, quod examen non fuit commis-
sum Notario, quia Notarius testatur, sibi fuisse
commissum examen, & iuramentum, eique
2 cum sit Notarius causæ creditur iuxtà verio-
rem, & magis communem sententiam. *Bart. in l.
ex sententia num. 3.* & ibi: *Adden. lit. F. ff. de testam.
tutel. Farinacc. dict. quæst. 77. n. 186. in fin.* vbi quod
ità obseruatur in Palatijs.

Non obstat, quod fuit facta recognitio sine
interrogatorijs; quia pars sibi imputet, quod
3 non comparuit, nec protestata fuit, quod reco-
gnitio non fieret sine interrogatorijs. *ad notat.
per Moder. in praxi Capitolina leg. 2. capit. 8. nu-
mer. 12.*

Non obstat, quod saltem non careat suspi-
4 cione modus iste non vsitatus recognoscendi
iura, quia poterunt, si opus erit, testes repeti
cum interrogatorijs, sumptibus tamen peten-
tis, pro vt sæpè fuit obseruatum; interim au-
tem dicta recognitio attento rigore substinea-
tur, &c.

CAMERINEN. BONORVM.

Veneris 24. Nouembris 1623.

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo conceditur ha-
benti clausulam constituti, & percipienti
realiter fructus.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de manutenendo datur quotiescumq; con-
stat de titulo, & de possessione.*
2 *Possessio vigore clausulæ constituti prævalet possessioni
instrumentali.*
3 *Possessio ex reali fructuum perceptione præualet in-
strumentali.*
4 *Mandatum de manutenendo conceditur ex possessione
capta vigore Clausulæ constituti.*

DECISIO CCCCLXXIV.

Domini steterunt in decisis, quod Lazaro sit dandum mandatum de manutenen-
1 do; quia de eius possessione abundè constat ex instrumento, quod vt in alia decisione dicitur, alio non possidente probat possessionem.

Nec obstat, quod Lazarus dicitur accepisse possessionem Præpositurae in Ecclesia, non verò ipsius Ecclesiæ, atque ità manuteneri quidē posse in possessione dictæ præpositurae, non autem in possessione Ecclesiæ, quia quidquid sit, vtrum, vt in alia decis. dicebatur, dictus Lazarus fuerit prouisus de ipsamet Ecclesia, an verò de aliqua dignitate in Ecclesia, cessat etiā difficultas, ex quo constat, d. Lazarum accepisse possessionem ipsius Ecclesiæ, etenim ipse manuteneri debet in possessione dictę Ecclesię;
2 ad hunc namque effectum inspicitur sola detentatio, seù insistentia facti. *Castrens. in l. Attilius num. 5. vers. habet tamen ff. de donat. Cauarr. pract. quaest. cap. 17. num. 5. vers. sic sanè latè Menoch. de retin. remed. vlt. num. 18. Mohed. decis. 20. restit. spol.* & fuit dictum *in Rauennaten. Notariatus pri. Iulij* 1615. *coram R. P. D. meo Buratto.*

Nec obstat, quod dictus Lazarus declarauit, se velle accipere possessionem præpositurae; quia cum ipse crediderit præposituram non esse diuersam ab Ecclesia, prout nec probatur
3 diuersa, non defuit animus capiendi possessionem Ecclesiæ, & per consequens etiam fuit ei dicta possessio Ecclesiæ acquisita *iux. not. per DD. in l. 2. §. à pupillo, & in l. quod vulgo ff. pro emptore & per Bart. in l. si is ad quem num. 1. ff. de acquir. hared.* & fuit in simili ponderatum *in vna Maceraten. hareditatis* 4. *Iunij* 1590. *coram bo. mem. Card. Pamphilio.*

Nec releuat, quod dicta possessio non fuit capta capitulariter, aut per installationem in Sede Præposito deputata, quia in dicta Ecclesia
4 neq. capitulum adest actu, neque sedes deputata præposito: Ideoq; non potuit capitulariter, aut per dictā installationem capi, & sufficit, quod eo modo fuerit capta, quo in dicta Ecclesia accipi consueuit, *ad tradit. per Innoc. in c. in litteris num. 5. & 7. de restit. spoliat.*

Non obstat, quod Lazarus non potuit neq; etiàm nomine Cameræ se immiscere administrationi dictæ præpositurae ante expeditionem literarum, *ad text. in c. auaritiæ de elect. in 6*: quia præterquamquod Breuia de capienda possessione nomine Cameræ sunt adinuentata ad vtilitatē, & commodum prouisi Apostolici, vt per *Moder. ad reg. 8. Glos. 34. num. 113.*
4 *& seqq.* Ideòque non est inconueniens, quod à Commissario Cameræ constituatur Procurator ad capiendam possessionem idem met pronisus, ad cuius vtilitatem accipitur possessio, & per consequens cessat etiam omnis suspicio fraudis, de qua in *dicto c. auaritia*, nō potest etiā ex alio esse locus dispositioni *dicto cap.* quia scilicet in præsenti agitur de sola possessione, & pæna *dict. cap.* non incurritur per simplicem apprehensionem; sed requiritur vlterius vsurpatio fructuum, de qua non constat. *Put. decis. 45. lib. 3.*

ROMANA FIDEICOMMISSI DE DELPHINIS

Veneris 5. Decembris. 1623.

ARGVMENTVM

Fideicommissum censetur inductum ex verbis perpetuitatem denotantibus, & diluuntur coniecturæ, ex quibus feminæ ad fideicommissum vocatæ esse non dicuntur.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum inductum censetur ex verbis perpetuitatem denotantibus.*
2 *Feminæ veniunt appellatione familiæ.*
3 *Feminæ non veniunt appellatione familiæ, quādo clarè constat de contraria mente Testatoris.*
4 *Coniecturæ leues non sufficiunt ad arguendam mentem Testatoris.*
5 *Testator si in aliqua parte se declarauit, in alia quoque se declarasset, si id voluisset.*
6 *Masculinitatis qualitas expressa in vna parte Testamenti non censetur repetita in alia parte.*
7 *A proprietate verborum in dubio non est recedendum.*
8 *Femina censentur exclusa, quando adest ratiò conseruandi agnationem.*
9 *In fideicommisso relicto familiæ cōtemplatione Agnatum non continentur Adoptati.*
10 *Verba semper debent intelligi naturaliter, & non fictè.*
11 *Plurium præsumptionum concursus non admittendus est.*

DECISIO CCCCLXXV.

Fvluius Vrsinus Iure Legati reliquit in suo Testamento Gentili Delphino duo millia aureorum, ex quibus voluit emi loca montiū non vacantium, quæ post obitum dicti Gentilis perpetuo spectent ad domum, & familiā Delphinorum, & alia quatuor millia aureorū, & de Iure assignauit Mario Delphino ob innumera beneficia, quæ accepit à tota Delphinorum familia, quorum sine flagitio obliuisci non posse asseruit, mandans ex dicta etiam pecunia emi tot loca Montium non vacantium, quæ nunquam vendi, aut alienari debeant, ità vt eorum fructus perpetuò vsui sint Familiæ Delphinæ cum alijs duobus millibus dicto Gētili legatis. Quare dicto Testatore defuncto, extinctisque Legatarijs, nec aliquo masculo ex dicta Familia Delphinorum super existente dubitari contigit, an constet de aliquo fideicommisso ex dicto Testamento Fuluij ad fauorem D. Drusillæ Filiæ q. Marij Delphini & DD. responderunt, constare de fideicommisso ad fauorem d. D. Drusillæ. Nam quoad fideicommissum satis videtur de eo constare
1 eo ipso, quod Testator mandauit, quod loca Montium ex dd. pecunijs empta perpetuò vsui esse deberent Familiæ Delphinæ; per hanc nāque dispositionem censetur inductum fidei-

commissum absolutum inter illos de Familia.
*l. peto §. Fratre, l. cum ita § in fideicommisso ff. de leg.
2 Bart. in l. si cognatis num. 3. ff. de reb. dub. Socc. sen.
cons. 43. num. 8. & seqq. lib. 3. Gabr. cons. 107. num. 1.
& seqq. lib. 1. Aym. cons. 130. num. 10. Card. Mantic.
de coniect. vltim. volunt. l. 8. tit. 12. num. 3. & seqq.
Rota decis. 681. num. 1. par. 2. in recent.*

Quod verò D. Drusilla sit sub dicto fideicō-
misso comprehensa apparet, quia appellatione
2 Familiæ veniunt etiam fæminæ *l. pronunciatio §
Familiæ de verb. signif. l. voluntas ff. de fideic. Paris.
cons. 51. num. 2. lib. 2. & cons. 35. num. 3. lib. 3. Ber.
cons. 83. num 9. & seqq. l. 2. Soccin. Sen. cons. 227.
sub num. 4. vers. 1. & l. 2. Peregr. de Fidec. art. 14.
num. 27.* cum alijs latè congestis *in vna Romana
fide commissi coram fel. rec. Greg. XV.* quæ est inter
impress. *decis. 464. in Viterbien bonorum 2. Maij
1614. coram Reuerend. D. meo Patriarcha Hyero-
solymitano, & in Montis Falisci fideicomm. 5. Iunij
1617. & in eadem 29. Ianu. 1618. coram Reuerend.
D. meo Decano.*

Nec obstat, quod appellatione Familiæ non
veniunt fæminæ, quando constat de præsum-
pta mente Testatoris, quod illas noluit com-
præhendere *iux. text. in l. Lucius §. quæsitum ff. de
leg. 3. Gabr. cons. 132. num. 15. & seqq. lib. 1.* & fuit
dictum *in Firmana fideicommissi 27. Ianuarij 1620.
coram me,* quia ad hoc, vt recedatur à regula,
3 debet clare constare de contraria mente Testa-
toris *l. si alij ff. de vsufruct. leg. l. non aliter ff. de leg.
3. Alciat. cons. 76. num. 9. & seq. l. 6.* cum alijs *per
Mantic. de coniect. vltim. voluntat. l. 3. tit. 4. num. 6.* in
dubio enim est inhærendum verbis in Testa-
mento prolatis *Alciat. in l. Gallus §. quidem rectè
num. 5. ff. de lib. & post. 4. Curt. Iun. cons. 169. num. 1.
& seqq.* vbi quod sæpius erratur propter nimias
subtilitates in coniecturādis voluntatibus defū-
cti; ideòque tutius est non recedere à proprie-
tate, & vi verborum, in iure autem isto non
potest dici clarè constare de mente Testatoris,
4 quod voluerit sub legato familiæ relicto fæ-
minas comprehendere, quia coniecturæ, ex
quibus talis voluntas elicitur, sunt admodum
leues, nec proptereà sufficiunt ad arguendam
dictam voluntatem Testatoris.

Non enim releuat potissima coniectura ex
eo desumpta, quod Testator voluit restitui
Numismata Flaminio Masculo, quodq; ele-
ctionem Cappellani Sacelli à se constructi vo-
luit ad primum de familia, & sic ad Masculum
spectare, quia, & admisso, quod in dd. disposi-
tionibus Masculos tantum fuerit contempla-
tus; non tamen indè sequitur, quod etiam in
Legato facto Familiæ Delphinę voluerit Mas-
5 culos tantum comprehendere, quinimò si id
facere voluisset, verisimiliter expressisset, vel
aliquo modo intentionē suam indicasset, prout
fecit in dictis duabus dispositionibus, vt in si-
milibus terminis fuit dictum *in Camerinen. fidei-
commissi 13. Nouembris 1595. coram bo. mem. Pænia,
cum alijs per Adden. ad decis. Fel. rec. Gregorij XV.
514 num. 17.*

Nec proptereà etiam subsistit, quod vna
pars Testamenti aliam declarat, quia imò ve-
rior, & receptior opinio est, quòd in dubio qua-
6 litas masculinitatis expressa in vna parte Testa-
menti, non censetur repetita in alia *Dec. cons.
309. sub num. 8. vers. non obstat. Paris. cons. 35. nu
17. lib. 3.* atque ista opinio indubitanter proce-
dit, vbi adest probabilis ratio differentiæ, quare
Testator magis in vno casu, quam in alio vo-
luit se ad Masculos restringere, vt in puncto fuit
dictum *in dicta decisione 514. num. 7. coram Fel. rec.
Greg. XV.*

Minus facit, quod vt ex ipsa lectura dicti Te-
stamenti apparet, Testator motus fuerit ad le-
gandum ob innumera beneficia, quę accepit à
Familia Delphina, ac proptereà censeri debet
voluisse sub dicto Legato comprehendere
Masculos tantùm, à quibus verisimile est
dicta beneficia accepisse, non autem etiam fæ-
minas, à quibus dicta beneficia non recepit;
non est inconueniens, quod voluerit propter
beneficia accepta à Masculis loca montium, de
quibus agitur, vsui esse omnibus de Familia, &
7 sic etiam Fæminis, & vt iam dictum est, in du-
bio non est recedendum à proprietate verbo-
rum. *Dec. d. cons. 89. sub num. 1. in fin. cum alijs
suprà alleg.*

Aliæ etiam coniecturæ in idem incidunt, &
8 iisdem etiam responsionibus diluuntur, & in
contrarium allegata procedunt, quando Testa-
tor habuit rationem conseruandi agnationem
*vt in Roman. fideicommissi de Ioardis 6. Nouembris
1617. coram R. P. D. meo Buratto, & in d. Firmana
fideicommissi coram me,* vel saltem quando fortio-
res coniecturæ concurrunt, ex quibus colliga-
tur dicta mens Testatoris, quod noluerit appel-
latione Familiæ Fęminas comprehendere.

Non obstat, quod quatenus sub d. dispositio-
9 ne censeantur comprehensæ Fæminæ, nihilo-
minus D. Drusilla sit exclusa per super existen-
tiā D. Martij à Mario Delphino adoptati, quia
in fideicommisso relicto Familiæ, seù agnatis
non cōprehenduntur Adoptati, vt est *tex. in l. fideicom-
missum ff. de condit. & dem.* vbi deciditur, quod fi-
deicommissum Filijs relictum, si quis ex his
sine liberis diem suum obierit adoptionis com-
mento non excluditur. *Peregr. de fidei. art. 22.
num. 44. vers. in fideicommissarijs,* & fuit latè de-
ductum *in Bonon. fideicommissi de Cataneis 28. Iu-
nij 1619. coram R. P. D. meo Pironano, & in Burgi
Sact. Donini Iuris Patronatus 6. Martij præteriti cor.
R. P. D. meo Vbaldo.*

Nec obstat, quod dictus D. Martius fuit per
Marium adoptatus de ordine Marij Senioris;
quia quidquid sit dicendum quoad hæredita-
tem, & bona dicti Marij Senioris in dispositio-
ne facta à tertio nunquam censentur compræ-
10 hensi adoptiui, quia verba semper debent in-
telligi naturaliter, & non fictè, nec debet esse
in potestate alterius disponere de re tertij per
adoptionem, & extendere illius dispositionem
ad personas, quas non vocauit *Dec. cons. 399. latè
Card. Mantic. dicto tract. de coniect. vltim. volunt. l. 2.
tit. 8. num. 4* cum alijs *cumulatis per Crescent. decis.
pra. de success. in dd. decis. Bonon. de Cataneis, &
Burgi Sanct. Donini Iur. Patron.*

Non obstat, quod Fuluius dicitur, habuisse
scientiam Testamenti Marij, & voluisse se cum
dispositione dicti Marij conformare, ac per cō-
sequens etiam adoptiuos in dicto Legato com-
præhendere, quia non probatur dicta scientia,
nec minus quod Fuluius voluerit se confor-
mare

mare cum dispositione dicti Marij, nec potest
21 præsumi d. scientia, quodque Fuluius voluerit se cum dicta dispositione conformare, quia esset dare concursum plurium præsumptionū, quod non admittitur *Ruin. cons.66. num.19. & 20.l.3. & cons.29.num.4. l.4. Bero.cons.160. n. 13. cum alijs per Surd. cons. 135. num.78.* vltra quod nec ad præsumendam dictam scientiam, & voluntatem sufficientes concurrunt coniecturæ, & maximè ad effectum recedendi à proprietate verborum, quo casu vt suprà dictum est, coniecturæ debent esse claræ, & necessariò concludentes, &c.

FANEN. FIDEICOMMISSI

Lunæ 4. Decembris 1623.

DECISIO CCCCLXXVI.

Impressa in Recent.decis.579.par.4.tom. 3. vbi error in Anno.

CALCIATEN. IVRISDICTIONIS.

Vener. 11. Decembris 1623.

ARGVMENTVM.

Episcopus in caussis Capitularium debet lites & iurisdictionem exercere in loco magis commodo ipsis Reis.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus habet intentionem fundatam exercendi iurisdictionem in quolibet loco sua Diœcesis.*
2 *Duæ Diœceses si subiaceant vni Episcopo, habentur pro vnica Diœcesi.*
3 *Episcopus habens Diœcesim amplam non potest cogere ad litigandum in loco longinquo; sed debet vel ipse accedere, vel delegare, & num.4. & 5.*
6 *Subditorum causæ de æquitate in loco magis comodo ipsi subditis pertractari debent.*
7 *Causæ criminales pertractari debent in loco viciniori, & commodiore ipsi Reo.*
8 *Episcopus in caussis Capitularium causas per agere debet in loco viciniore, & commodiori ad effugienda dispendia, & incommoda.*

DECISIO CCCCLXXVII.

DVbitatum fuit, quo in loco sint carcerandi Præbendati Ecclesiæ Calciaten. & vbi sit formandus processus quidem inspecto iuris rigore Episcopus habet fundatam inten-
1 tionem ex eo exercendi iurisdictionem in quolibet loco suæ Diœcesis *iuxt.cap. cum Episcopus. de off. Ordin.in 6. glos. in cap.fin.in ver. Diœcesim de constit.eodem lib cum alijs per Gonzal.super reg.8. §.2.præm. num.35.* Ideòque procedit etiam si sit Episcopus duarum Diœcesum, quia quoad ipsum reputatur tanquam vna Diœcesis, ex-
2 emplo Præsidis duarum Prouinciarum vt originaliter tenuit, *Innoc. in c.nouit in fin. de offic.leg. offic.legati*, quam cæteri ibi sequuntur *Paul. de Castr. Ias. Alex. & Ang.in l.fin.ff.de iurisd. omn.iud. Bart.in l. vnic.num.12. C.de Metropolit.Berit. l.11.* & fuit dictum *in Viterbien. seu Tuscanen. Vicarij 33. Martij 1617. coram R.P.D. meo Caualer.*

Verum eadem iuris regula limitatur, vt non procedat, quando Diœcesis est ampla; quia tunc Episcopus non poterit cogere ad litigandum in loco longingno, sed debet vel ipse
3 accedere, vbi vertitur litigium, vel delegare, *Anchar.in c.nonnulli num.5. de rescript.& in c. cum te in princ vers.2.noto de offic.deleg.Ant. de Butr. in cap.sane in fin.de foro compet.*& ibi *Io: Andr.num.5. & Barbat. in princ. & in c dilectus num.59. & seqq. de rescript.Felin. in cap.vlt.sub num.2. de Iudic.*

Et licet dicta limitatio declaretur, vt ea locum tantum obtineat, quando causa est mo-
4 dica, & locus valdè distans, vt per *Felin.in d.c. nonnulli in princ.de rescript.*cum alijs *per Rota dec. 247.n.8.p.2.diuers.*

Tamen non desunt vltra *Vincent.& Anchar.in*
5 *d. cap nonnulli num. 6. de rescript.* plures alij Doctores indistinctè tenentes, Episcopum non non posse vocare subditum ad partem remotam eiusdem Diœcesis, & eandem opinionem saltem de æquitate procedere dicit *Imol. in d. c. sanè de foro compet, & addit. ad Abb. in cap.dilectus il 2. litt. G. de rescript.* vbi quod in practica tenenda est opinio *Vincent.& Petri de Anchar.*quia innititur summæ æquitati cum alijs *per Mandos. cons.27.n.9. & 13.*

Ac propterea in præsenti facti specie Domini censuerunt, iuris rigore attento, esse arbitrarium D.Episcopi saltem pro grauioribus delictis dictos Præbendatos carcerare, vel in Ciuitate Calciaten. vel in loco, vbi degit ipsemet Episcopus, atque ibidem formare processus; de æquitate verò non debere trahi di-
6 ctos Præbendatos extra dictam Ciuitatem Calciaten. omnis enim æquitas suadet, vt subditorum causæ in loco magis ipsis commodo pertractentur *l.si locus ff.de iud.Archid. in d. c.cum Episcopus num. 2.* ibi & sine magno incommodo litigantium *Franc. col.2. circa med. super gloss. in verb. loco de off.Ord.in 6.Felin.c.vl.n.20.de Iud.*

Idque potissimum locum sibi vendicat in criminalibus, vt Rei facilius possint præparare sibi testes, & amicos pro eorum defensione *cap.neminem, & ibi glos.3.q.6.*

Et multo magis in caussis Capitularium, in quib.ex dispositione Sacri Concilij Tridentini Episcopus tenetur procedere de consilio, & assensu duorum ab eodem Capitulo electorū tam informando processum, quam in cæteris omnibus actibus vsque in finem causæ inclusiuè; magnum enim incommodum esset dictorum Electorum à Capitulo, si ipsi deberent se transferre ad locum, vbi degit Episcopus, & maximum Reorum dispendium, qui tenentur sumptus dictis electis ministrare, quin imo, & cultus, & cultus Diuinus diminueretur propter dictorum Electorum diuturnam absentiam ab Ecclesia ità, vt meritò ex dictis, & alijs circumstantijs videatur à dicto rigore recedendum &c, nec dd. Præbendati trahendi ad locum, vbi degit Eiscopus, satis longè distantem, nisi graui subsistente causa, prout, & hactenus fuit per eundem D. Episcopum summa cum prudentia obseruatum &c.

AVXIMANA DOTIS.

Vener. 13. Decembis 1623.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario

SVMMARIVM.

1 *Testes deponentes de facto proprio iunctis adminiculis plenè probant, & num. 2.*
3 *Fides non facit fidem,*

DECISIO CCCCLXXVIII.

FVIT dubitatum, an constet de satisfactione Dotis, & DD. firmarunt, constare fuisse relaxata tria mandata ad computum dictæ dotis, primum in scut. 300. alterum in eisdem scut. 300. & pro scut. 25. ratione expensarum, tertium in sc. 286. ad computum sortis principalis,

1 Quodque dd. mandata fuerunt demandata executioni signanter *in rubr.* 17. Frumenti, quæ constat, fuisse consignata Bernardinæ ex testibus, qui dantur *Summar. Rodulph. numer.* 3. quorum secundus super octauo deponit, quod ipsemet emit rubra octo, & pretium dedit Procuratori Bernardinæ, quodque conseruauit di-
1 ctum frumentum in eius propria domo post dictam executionem, sicque depouit de facto proprio, ità quod concurrentibus præsertim alijs adminiculis, videlicet quietantia Antonij Fratris Bernardinæ *dicto Summar. num.* 3. nec non & extra iudiciali confessione Bernardinæ, de quà deponunt tres testes, *eodem Summ. num.* 3. plena fides ei adhibenda videatur. *Paul. de Castr. in l. qui nunquam in fin. C. de ser. fugit. Soccin. iun. cons. 61. in fin. lib. 1. Ceph. cons. 452. num. 3. Cæs. de Graff. decis. 3. num. 5. de proba.*

Non obstat, mandatum A.C. de restituendo dicto Rodulpho scut. 35. residui pretij frumēti depositati, *Summario* Bernardinæ *num.* 3. quia preterquamquod non apparet, quod pretium, de quo agitur in dicto mandato, sit pretium dictorum rubror. 27. non constat etiam de actuali restitutione dictorum scut. 35.

Præterea constat etiam eadem mandata fuisse quoq; executioni demandata super prædijs Rodulphi sub vocabulo *del Coppo delli pratelli, & del Pozzetto,* & quoad prædium quidem *del Coppo* constat dictam Bernardinam fructus dicti predij percepisse per annos quatuor ex teste potissimum deponente de scientia, & facto proprio, cum esset dicti Prædij Colonus, qui
2 etiam adminiculatur ex depositione Baleni, qui fecit executionem *Summar.* dicti Rodulphi *num.* 6. & ex d. extraiudiciali confessione Bernardinę, vndè sufficiēter probat ex proximè allegatis, etiam quod dictus testis tractare videatur de se exonerandò *Farinacc. de testibus quest. 60. num. 26.* cum ibi per eum congestis.

Quoad fructus verò Prædiorum *delli Pratelli, & Pozzetti* non constat de illorum perceptione, quia testes, qui dantur *Summar.* dicti Rodulphi *num.* 8. deponunt tantummodo de executione super dd. prædijs facta; non verò de aliqua fructuum perceptione.

Quoad Pecudes, & alias Partitas, de quibus dicto *Summario* Rodulphi dantur simplices fi-
3 des, quæ non faciunt fidem *authen. si quis in aliquo C. de eden. Abbas. in c. sicut nobis de sent. excom. cum vulg.*

Quoad Boues valoris Scut. 30. constat quidem de executione dictorum mandatorum super illis; quintus tamen Testis super 9. & super quarto depouit, illos fuisse restitutos Rodulpho, & quamuis super quarto articulo deponunt, quod dicta restitutio facta fuit, quia loco dictorum animalium traditę fuerunt Bernardinæ, seù executori duæ vestes Sericæ; tamen quoad consignationem dictarum vestium deponit de auditu; quo verò ad restitutionem animalium de certa scientia. Et in omnem euentum videndum esset, an dicta scuta 30. sint imputanda in extinctione sortis principalis d. dotis, seù potius pro expensis, prout, & eadem Bernardina prætendit alia scuta 25. b. 95. imputari debere in extinctionem debiti expēsarum; non autem sortis principalis.

Vndè apparet ex hactenus deductis constare de perceptione dictorum rubrorum 17. & fructuum prædij *del Coppo*, per annos 4. atque de illis teneri dictam Bernardinam rationem reddere, nec interim posse compelli Rodulphum ad soluendum residuum, vt fuit dictum in similibus terminis *in Rom. Viridarij 17. May 1619. coram R.P.D. meo Vbaldo.*

Quo ad alias verò partitas poterit Rodulphus coadiuuare probationes, &c.

FERRARIEN. OPTIONIS.

Lunæ 18. Decembris 1623

ARGVMENTVM.

Manutentio possidenti conceditur.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio conceditur possidenti.*
2 *Manutentio conceditur primo acquirenti possessionem.*
3 *Possessio ciuilis anterior præfertur naturali posteriori.*
4 *De Possessione vnius prædij non arguitur ad possessionem alterius prædij.*
5 *Possessio prabenda temporalis propria auctoritate capi potest, nec requiritur capitulariter.*
6 *Decretum irritans non operatur quando controuertitur validitas constitutionis.*

DECISIO CCCCLXXIX.

DOmini dixerunt, mandatum de manutenendo dandum esse D. Nigrello in possessione vnius fundi dicti *il Tosco* in villa Mantorum Taurelli, & D. Sinibaldo, in possessione fundi in villa contrapodi, & in possessione,

alterius

alterius fundi in Villa Codreti.

Nam quoad fundum in villa Mantorum Taurelli constat d. D. Nigrellum accepisse illiùs possessionem die 25. Mensis Aprilis, quo verò ad alios fundos apparet, illorum possessionem fuisse captam à Sinibaldo die 29. eiusdem Mensis, vnde quilibet est manutenendus in sua possessione *ad vulg. §. retinendæ instit. de interdict.*

Nec obstat, quod eadem die 1. fuit eorundē prædiorū possessio capta etiam à Nigrello, quia
2 cum instrumentum possessionis Synibaldi habeat appositam certam horam; hæc possessio Nigrelli censetur posterior; alia verò anterior, & per consequens non ista Nigrelli, sed possessio Sinibaldi est attendenda *Gloss. in c. si à sede in ver. nec appareat de præbend. in 6. Cassad. decis. 20. n. 1. eodem tit. cum alijs per Rot. decis. 514. p. 2. in recent.*

Nec aliquid faciunt actus, vt prętēditur posteà gesti per dictum Nigrellum, quia censētur turbatiui, ideoque ijs etiam non obstantibus potuit Sinibaldus retinere Ciuilem possessionem
3 prius acquisitam, quæ præfertur in concursu naturali posteriori, vt fuit sæpius resolutum reprobata opinione *Couar. pract. 9. cap. 17. num. 5* & signanter *in Cusentina Cappellania 27. Octobris 1601. coram Illustrissimo Card. Millino, & in Rom. vineæ 22. Iunij 1605. & in Aquilana beneficij 18. Decembris 1606. coram Reuerendissimo Domino meo Decano.*

Minus releuat, quod per appræhensionem possessionis aliorum prædiorum per Sinibaldū
4 fuit eidem acquisita etiam possessio prædij dicti *il Iosoli* quia de possessione vnius prædij non benè infertur ad possessionem alterius prædij, & allegata pro Sinibaldo procedunt in possessione Ecclesiæ, per quam censetur acquisita possessio omnium bonorum ad Ecclesiā pertinentium, non autem locum habent in possessione bonorum, in quibus non extenditur possessio, nisi ad ea, quæ fuerunt occupata. *Innoc. in c. in literis num. 8. de rest. spoliat.*

Non obstat, quod possessio Sinibaldi nō fuit capta capitulariter, quia nō agitur de possessio-
5 ne tituli, sed de possessione præbendæ temporalis, quam dictus Sinibaldus assecutus est vigore tituli antiqui; Ideòque potuit etiam propria auctoritate capi, vt *per Modern. super reg. 8. Gloss. 34. num. 60. & seq.*

Aliæ oppositiones respiciunt petitorium, & decretum irritans nihil operatur, quandò con-
6 trouertitur validitas constitutionis, in qua est appositum tale decretum, vel quando prætenditur alias non esse locum huiusmodi Constitutioni. *Put. decis. 1. l. 1. Rota decis. 341. num. 3. par. 3. in recentior Card. Seraph. decis. 1471 num. 5.*

NVLLIVS, SEV BAREN. BENEFICII

Lunæ 18. Decembris 1623.

ARGVMENTVM.

Vnio beneficiorum non probatur ex possessione plurium beneficiorum ab vna tantum persona.

SVMMARIVM.

1 *Vnio cum sit odiosa, non præsumitur.*
2 *Vnio est probanda per immemorabilem, vel præscriptionem 40. annorum cum titulo saltem præsumpto.*
3 *Vnio ad hoc vt inducatur, non sufficit probare Ecclesias fuisse ab vno possessas, sed requiritur fuisse possessas vti vnitas.*
4 *Ecclesias non esse vnitas probatur ex testibus informatis.*
5 *Vnio excluditur ex expressione facta in impetratione vnius beneficij de possessione alterius.*

DECISIO CCCCLXXX.

QVoniam Ecclesiæ Sancti Rocchi, & Sancti Ioannis de Camplo, per Matthæum obtentæ possideri dicebantur per Io. Baptistā vti annexæ Primiceriatui, de quo fuerat dictus Ioannes Baptista prouisus, Domini ad hoc vt videretur, an intret gratia D. Matthęi ordinarunt, vt informaretur super dicta prætensa annexione, quo facto resolutū fuit pro Matthęo
1 informante, non solum quia annexio, seù vnio non præsumitur, & cum sit odiosa, & contra Iuris regulas, ex quo vna quæque Ecclesia debet habere suum proprium Rectorem, *c. cum nō ignores de probat. Rebuff. in prax. de vnion. benefic. num. 38.* est probanda per immemorabilem, vel præscriptionem 40. annorum cum titulo saltē
2 putatiuo. *Felin. cons. 2. num. 8. & 13. & nu. 34. Rot. decis. 233. num. 5. par. 1. in recent. & decis. 672. num. 6 par. 2.* vel per enunciatiuas instrumentorū. *Card. Seraph. decis. 1272. num. 1. Rot. decis. 626. num. 1. & seqq. par. 1. in recentior. & in Feretrana spolij 12 Iunij, 1615. coram R. P. D. meo Vbaldo,* quæ est decisio 724. *par. 2.* cum alijs *addućt. in Cæsaraugustana Vicaria 30. Maij 1622. coram Reuerendiss. D. meo Caualerio.*

Et in proposito nulla penitus affertur probatio dictæ vnionis, nisi quod Blasius possederit vna cum Primiceriatu etiam dictas Ecclesias
3 seù Cappellas, quod non sufficit; quia debet constare, quod illas possederit tanquam vnitas *Rota dicta decis. 233. num. 5. par. 1. in recent.*

Verum etiam quia imò ex parte dicti Matthei contrarium probatur, scilicet dicta beneficia non esse annexa dicto Primiceratui ex testibus, qui benè dictam separationem concludūt
4 reddentes bonas rationes scientiæ, quia sunt de eodem loco Pudigliani, & practici in Ecclesia maiori, & in eadem Ecclesia præsbyteri, quod que esse non potest, quin ipsi essent informati de tali annexione, si illa adesset.

Et

Et cum dictis testibus concurrit etiam, quod apparet ex prouisione Blasii, ipsum possedisse dicta beneficia antequam obtineret Primiceriatum, quia in prouisione dicti Primiceriatus exprimit dd. beneficia pro obtentis,& sic fatetur illa non esse dicto Primiceriatui annexa; adeòquod ex omnibus simul iunctis indubitanter cesset dicta prætensa annexio, & per consequens locus sit gratiæ dicti Matthæi.

apocis sint restituendæ Hectori, & interim apocæ consignandæ Io: ad cuius fauorem cantant dd. apocæ, vt dicitur de Procuratore ad emendum, qui emit nomine proprio, tenetur
3 enim actione mandati ad tradendam rem Domino, qui constituit eum Procuratorem ad emendum *Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 7. tit. 18. num. 18. cum alijs Sper jurd. dec. 304. num. 3. & seqq. & tit. 15.*

BONONIEN. PRAEDII.

Vener. 12. Ianuar. 1624.

DECISIO CCCLXXXI.

Impressa in Recen. decis. 566. par. 4. tom. 3.

CAMERINEN. APOCARVM.

Lunæ 15. Ianuarij 1624.

ARGVMENTVM.

Pecuniæ consignandæ sunt creditori hypothecario, quamuis pertineant ad alium.

SVMMARIVM.

1 *Pecuniæ consignandæ sunt creditori in apoca nominato.*
2 *Pecuniæ insimul possunt spectare ad vnum, & consignari alteri.*
3 *Procurator emens nomine proprio tenetur actione mandati ad tradendam rem Domino.*

DECISIO CCCCLXXXII.

DOMINI quoad dominium pecuniarum, de quibus in apocis, hoc est vtrum pecuniæ sint Io. seù potius Hectoris siue illius heredum non fuerunt concordes; quouero ad consignationem dictarum apocarum steterunt in decisis quod illæ debeant consignari Io. præstita tamen per eum cautione de restituendo pecunias, de quibus in dictis apocis, cui, vel quibus de Iure. Ratio Dominorum fuit quia d. Io. legitur descriptus creditor in dictis
1 apocis; vndè videbantur ei potius cõsignandæ, quam alteri non nominato in eisdem apocis ad tex: *in l. eum ferans ff. de cond. & dem. Bal. in l. instrum. d. tit. 5. vers. quaro quid si testator vbi Castr. tit. 3. C. de fideic. Caput. dec. 104. pam. 1.*

Non obstat quod prætenduntur pecuniæ, de quibus in dictis apocis, spectare ad Hectorem, quia præterquam quod est controuersum, ne-
2 que de eo adhuc satis liquet, potest etiam stare insimul, quod pecuniæ, de quibus in dictis

TARVISINA FEVDI.

Lunæ 15. Ianuarij 1624.

ARGVMENTVM.

Sequestrum non est apponendum, quotiescunque non adest legitima causa.

SVMMARIVM.

1 *Attentata cessant cessante appellatione.*
2 *Appellatio interposita a Procuratore vnius non potest suffragari alij.*
3 *Constituendo vnum Procuratorem prohibetur, ne alius se ingerat.*
4 *Ad causã admissus in statu & terminis dicitur fecisse omnia acta sua.*
5 *Admissus ad causam in statu, & terminis non potest prætendere, nisi id, quod in causa gestum est.*
6 *Admissus ad causam in statu & terminis non potest prætendere appositionem sequestri, si ante non erat appositum.*
7 *Appellatio defuncti prodest hæredi.*

DECISIO CCCCLXXXIII.

FVIT dictum standum esse in decisis coram R.P.D. meo Pamphilio, quod sequestrum non sit apponendum, quoad portionem Lauræ, quia possessio per D. Antonium, & alios masculos de Vicoageriis capta non fuit attentata respectu d. portionis, ex quo pro parte Lauræ non fuit appellatum à sententia ad fa-
1 uorem dd. masculorum lata, & cessante appellatione cessant attentata *Lancellot. de atten. par. 2. c. 20. limit. 12. num. 1. & seqq. Rot. dec. 183. num. 3. & dec. 562. num. 1. par. 2. in rec.*

Non obstat, quod appellatio interposita pro parte Augustæ suffragatur etiam dictæ Lauræ *Dec. in c. si duobus num. 54. in fin. de appell. Lancell. de attent. appell. pend. ampl. 11. t. t. & seq.* quia constat ex mandatis, quæ dantur, d. Lauram habuisse diuersum Procuratorem à Procuratore Augustæ; & Diamantis, vndè appellatio
2 interposita à Procuratore Augustæ non potest suffragari Lauræ, vt eandem supradictam conclusionem limitat idem *Lancell. d. ampl. 11. nu. 8 Cresc. dec. 7. nu. 3. de Procur.* constituendo enim alium Procuratorem videtur prohibuisse ne cor-

3 consors se ingereret, & sic meritò non potest ei consortis appellatio prodesse.

Non obstat, quod licet Laura non appellauerit, tamen obtinuit admitti postea ad cau-
4 sam in statu & terminis, in quibus reperiebatur, ac propterea fecit omnia acta sua *iux. not. in c. 2. ut lit. pend. in 6. Put. dec. 71. l. 3. Rot. dec. 431. num. 5. part. 1. in rec.* quia si Laura fuit admissa ad causam in statu & terminis, in quibus reperiebatur eo magis contenta esse debet, quod remaneat sequestrum super portione Augustæ, & Diamantis, nec prætendere quod illud
5 apponatur super portione Lauræ, cum tale sequestrum super d. portione tempore d. admissionis non esset appositum, vel d. Laura post d. admissionem plus iuris acquisiuerit, quam prius habuerit, ità vt sicuti ante admis-
6 sionem non potuisset prætendere, quod apponeretur sequestrum, ità nec minus possit eam nunc prætendere postquam fuit admissa.

Quia verò suppositum fuit eamdem Lauram esse hæredem vna cum Augusta d. Diamantis, pro qua fuit à d. sententia appellatum per Guidelottum Procuratorem Augustæ, &
7 Diamantis; ideò Domini censuerunt apponen esse sequestrum pro portione Diamantis tangente d. Lauram, ità quod appellatio Diamantis prosit Lauræ pro portione, pro qua ipsa est hæres Diamantis.

MACERATEN. PRÆDII.

Veneris 19. Ianuarij 1624.

DECISIO CCCCLXXXIV.

Impressa apud Amayden. de stylo Datar. lib. 1. cap. 15. §. 13. num. 81.

ROMANA PRÆTENSÆ DEVOLVTIONIS.

Vener. 19. Ianuarij 1624.

DECISIO CCCCLXXXV.

Impressa in Recent. decis. 509. par. 4. tom. 3.

SPOLETANA ATTENTATORVM.

Mercurij 24. Ianuarij 1624.

DECISIO CCCCLXXXVI.

Impressa apud Posthium de Manut. decis. 504.

ARIMINEN. FIDEICOMMISSI.

Mercurij 24. Ianuarij 1624.

ARGVMENTVM

Filii in conditione positi quando censeantur vocati, afferuntur plurimę coniecturæ.

SVMMARIVM.

1 *Filij in conditione positi non censentur vocati.*
2 *Filij in conditione positi ex coniecturis censentur vocati.*
3 *Filij in conditione positi in testamento Ascendentium censentur vocati.*
4 *Filij in conditione positi in testamento, in quo Testator digressus est ad plures substitutiones, censentur vocati.*
5 *Filij in conditione positi censentur vocati quotiescunque Testator substituit fœminas.*
6 *Filij in conditione positi censentur vocati, si expresse vocati sint ad portionem Patruorum.*
7 *Filij in conditione positi censentur vocati quotiescunque inuicem substituti sunt.*
8 *Filij in conditione positi censentur vocati, quando plures in conditione positi sunt.*
9 *Singula quæ non prosunt, vnita iuuant.*

DECISIO CCCCLXXXVII.

DOMINI censuerunt, sententiam in partibus latam contra filios Camilli esse infirmandam. Quia licet dicti filii non fuerint in testamento Vincentij eorum Aui expressè vocati in portione d. Camilli eorum Patris, sed tantum in conditione positi, quod regu-
1 lariter non sufficit ad inducendam vocationem *iux. gloss. in l. Lucius ff. de hæred. instit.* cum tamen dubium non sit, quod à dicta regula re-
2 ceditur ex coniecturis, & præsumptionibus *Card. Mant. de coniect. vltim. vol. lib. 11. tit. 2. nu. 19* & fuit sæpius firmatum, & præsertim *in Imolen. fideicom. 2. Mart. 1622. coram R. P. D. meo Vbaldo & in dec. 133. num. 1. part. 1. in rec.* cum aliis in dictis decisionibus relatis, visum fuit Dominis in præsenti facti specie adesse sufficientes coniecturas ad præsumendum, atque inducen-
3 dum d. vocationem, & præsertim quia sumus in Descendentibus, quo casu sufficiunt leuiores coniecturæ, vt fuit dictum *in Vrbeuetana fideicom. 27. Ianuarij 1606. coram R. D. meo Decano* & præteritis diebus *in Senogallien. fideicom. coram R. P. D. meo Pirouano*, & extant infinitæ aliæ decisiones.

4 Omisso autem quod testator digressus est ad plures gradus substitutionis, quam coniecturam adducit ad præsumendam vocationem filiorum in conditione positorum *Crass. in §. fideicommissum quæst. 14. num. 10. Honded. cons. 54. nu. 33. & seqq. lib. 2.* & fuit latè deductum in causa *Bononien. fideicommissi 18. Maij 1621. coram R. P. D. meo Verospio*, multum mouit Dominos

quod

quod dictus Testator substituit vltimo decedenti ex filiis institutis filias feminas, & earum
5 filios. Nam cum dictæ filiæ vtique sint minus dilectæ, quam nepotes Testatoris descendentes ex masculis; oritur ex huiusmodi vocatione magna præsumptio, quod idemmet Testator voluerit quoque vocare dictos Nepotes in conditione positos, & magis dilectos *Card. Mant d. lib. 11. tit. 3. sub num. 13. ad fin. vers. & quod fily Rot. coram bo. mem. Gregor. XV. decis. 315. num. 5.*

6 Et hæc eadem præsumptio confirmatur ex eo etiam, quod dicti Nepotes fuerunt expressè vocati ad portionem Patruorum, hinc enim pariter elicitur coniectura, quod Testator voluerit ipsos quoque vocare ad portionem patris *Ruin. cons. 140. post num. 9. & cons. 142. sub num. 11. lib. 3. Aym. cons. 62. num. 10. Rot. d. dec. 113. nu. 8. & 5. part. 1. in recent. & d. dec. 315. coram S. me. Greg. XV.*

7 Quibus accedit, quod filios institutos inuicem substituit, quam coniecturam magnificauit *Surd. cons. 344. num. 17. Aym. cons. 130. nu. 16. cum alys per Menoch. præsumpt. 76. num. 52. lib. 4. & fuit dictum in alleg. Bo nonien. fideicom. de Iun. 19. huius mensis coram R. D. meo Patriarca Hyerosol.*

Quodque dicti filij pluries fuerunt in condi-
8 tione positi *Gozad. cons. 64. num. 9. Corn. cons. 74. num. 5. & seq. lib. 2. cum alys per Menoch. d. præsumpt. 76. num. 54. lib. 4.*

Ex quibus omnibus saltem simul iunctis resultat dicta vocatio.

9 Nec obstant, quæ contra singulas ex dictis coniecturis deducuntur, quia in hac materia quæ singula non prosunt, simul iuncta iuuant. *Rot. d. decis. 133. num. 2. & decis. 146. num. 4. par. 1. in rec. & d. decis. 324. num. 9. & 10. corã bo. me. Greg. XV.*

VITERBIEN HAEREDITATIS.

Veneris 26. Ianuarij 1624.

ARGVMENTVM.

Conditio quotiescunque purificata est, dispositio locum habere debet.

SVMMARIVM.

1 *Testamenti dispositioni locus est, quotiescumque conditio purificata est, & num. 3.*
2 *Monasterium succedit loco fily.*
4 *Citatio quando possit fieri per edictum.*

DECISIO CCCCLXXXVIII.

DOmini dixerunt, locum esse consignationi pecuniarum, quia Curtius testator mandauit, vt si eius filiæ quandocumque morerentur sine filiis legitimis, & naturalibus, in dotibus earum succedant filij eius masculi hæredes instituti, si superuixerint, & quatenus non superuiuant succedant aliæ filiæ feminæ superuiuentes, & propterea cum constet de-
1 fecisse filios masculos, neque ex filiabus feminis superesse aliam præter Liuiam quæ nunc existit in Monasterio S. Dominici & vocatur soror Claudia; meritò censeri debet dictum fideicommissum ad eius fauorem purificatum, ità vt locus sit ad fauorem dictæ Sororis Claudiæ, seu Monasterij ex illius persona consignationi dotis Victoriæ per Vincentium maritum d. Victoriæ depositatæ ad trad. per *Peregr. de fid. art. 43. in princ. & per tot.*

Nec obstat, quod idemmet Testator substituit dictis eius filiabus morientibus sine filiis loca Pia ad arbitrium Tutorum, & in eorum defectum arbitrio Ordinarij, Quia præterquam
2 quod idem Monasterium succedit loco filij ità quod deficere videatur conditio, sub qua dicta loca pia vocata sunt, non propterea etiã quod vocata sint alia loca pia post obitum Liuiæ sine filiis, retardari debet consigna-
3 tio dictarum pecuniarum d. Claudiæ, ad cuius fauorem fuit purificatum dictum fideicommissum.

Et quatenus sint citandi vocati ad fideicommissum iuxtà decretum Prolegati, poterunt
4 dicta loca pia citari per edictum, seù proclama ad not. per *Put. decis. 91. num. 2. lib. 3. Achil. decis. 3. de re iud. Rota decis. 205. num. 2. coram S. M. Greg. XV.*

BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE LAMBERTINIS

Luna 29. Ianuar. 1624.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum ex quibus coniecturis inductum censeatur.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum resultat ex strictissima prohibitione alienationis addita causa, vt perpetuo conseruentur bona in masculis.*
2 *Dictio semper inducit absolutum fideicommissum.*
3 *Fideicommissum inducitur ex dispositione facta ad fauorem masculorum.*
4 *Fideicommissum inducitur, si post mortem omnium descendentium vocauit proximiores.*
5 *Fideicommissum quando purificatum censeatur.*

DECISIO CCCCLXXXIX.

DOMINI indubitanter censuerunt, constare de fideicommisso q. Guidi Antonij Senioris ad fauorem Francisci, & Cornelij filiorum Co: Guidi Antonij Iunioris, nam vt

ex lectura Testamenti dicti Guidi Antonij apparet, post factum videlicet fideicommissum in omnibus suis bonis adiecit arctissimā prohibitionem alienationis obligationis, & hypothecæ vnius possessionis aratiuæ arboratæ, & vitatæ cum vna domo magna vulgariter nuncupata *la Cassazza* posita in communi S. Venantij cum certis confinibus tornaturarum 200. vel circa, addita ratione, quia voluit idem Testator bona huiusmodi semper stare penes
1 filios masculos, & eorum descendentes masculos legitimos, & naturales, ex tali autem prohibitione alienationis addita præsertim illa causa resultat simplex, & absolutum fideicommissum *iux. not. per Doct. in l. qui Romæ §. coheredes vbi Soce. num. 18.* testans de communi *ff. de verb. oblig. Cardin. Mant. de coniect. vlt. volunt. l. 6. tit. 14. sub num. 24. post med. vers. quod igitur cum alijs relatis in decis. 143. n. 1. in fin. p. 1. in recent. & in Bononien fideicommissi de Orettis 27. Nouembris 1620. coram R. P. D. meo Verospio*.

Eoque magis, quod Testator vsus est dictio-
2 ne *semper*, quæ & ipsa fideicommissum absolutum inducit, vt per *Soce. in d. l. qui Romæ §. coheredes n. 18 ff. de verb. oblig. Gabr. de fideic. concl. 9. n. 12. Rot. dec. 231. n. 4. p. 2. in recent. & fuit dictum in Vrbeuetana fideicomm. 27. Ianuarij. 1606. coram Reu. D. meo Decano*, fecitq; dictam dispositionem ad
3 fauorem masculorum, & sic prospiciendo agnationi, vndè censetur voluisse inducere fideicommissum absolutum *Cuman. cons. 2. num. 4. vers. & hoc etiam facit, Dec. cons. 227. n. 6. vers. nam dum testator, Surd. cons. 443. n. 20. l. 3. Rot. d. dec. 143 n. 6. p. 1. in rec.*

4 Et quia post mortem omnium descendentium voluit deuenire bona ad proximiores de domo, & familia de Lambertinis, ex hoc enim clarius etiam resultat dictum fideicommissum vt in *dicta Bononien de Orettis, & dec. 18 t. n. 5. p. 1. in rec.*

Quod autem dictum fideicommissum fuerit purificatum ad fauorem filiorum Co. Guidi Antonii iunioris patet, quia constat omnes fi-
5 lios Testatoris decessisse, & ex ijs nomine Sertorium cum filiis, nempe Malatesta, & co. Guido Antonio Iuniore; Camillum verò alterum filium dicti Testatoris cum M. Antonio, qui decessit sine filijs masculis relicta tantum Diamante filia fœmina, contra quam propterea Co. Guido Antonius instituit iudicium in partibus, quod nunc prosequuntur dicti Co. Guido Antonii defuncti eius filij contra M. Antonium .Pepulum hæredem dictę Diamantis.



CONCHEN DECIMARVM DE TORRELMONTE

Luna 29. Ianuarij 1624.

ARGVMENTVM.

Sententia si non appareat formiter registrata, quommodo probetur illius existentia.

SVMMARIVM.

1 *Innocentiana ad hoc vt intret requiritur, quod sententiæ sint formiter registrata in processu.*
2 *Sententiæ plena fides adhibenda est, quamuis non sit formiter in processu registrata, quando est adminiculata.*
3 *Scripturæ informi concurrentibus adminiculis fides adhibenda est.*
4 *Sententiæ obseruantia sufficienter probatur ex testibus deponentibus pro Aduersario.*
5 *Testibus deponentibus, decimas fuisse exactas ab vno in consequentiam venit non fuisse exactas ab alio.*
6 *Sententiæ obseruantia non inducitur ex actibus æquiuocis.*
7 *Sententia existentia, & obseruantia non probatur ex actibus possessorijs.*
8 *Sententiæ existentia probatur ex illius copia insimul & ex testibus.*
9 *Sententia si non ad fuisset, inuerisimile est ab aduersarijs fuisse præstitam patientiam illius obseruantiæ.*

DECISIO CCCCXC.

PROPOSITO dubio 9. *Decembris 1622.* an sit standum in decisis; Domini ordinarunt, vt informaretur etiam super obseruantia, quo facto dicto *die 29. Ianuar. 1624.* censuerunt standum in decisis, atq; ità sententias Rotales esse confirmandas. Sententia enim anni 1516. in qua consistit totum fundamentum Didaci, fuit extracta ex processu in partibus fabricato, & licet admittatur, quod dicta sententia non
1 fuerit formiter in dicto processu registrata, prout requiritur ad effectum Innocentianæ *Caputaq; decis. 113. p. 3. cum alleg.* Nihilominus quia dicta sententia est antiqua, & vna cum sententia fuerunt etiam producta quamplura acta, &
2 testes ante dictam sententiam examinati idem deponentes, quod in sententia continetur, & eadem sententia fuit ab indè citrà perpetuo obseruata, non potest de veritate dictæ sententiæ dubitari, sed ei plena fides est adhibenda, concurrentibus enim adminiculis adhibetur fides
3 etiam scripturæ informi ad *tex. in l. si veritas ff. de fideic. Bald. cons. 400. n. 5. l. 4. Aym. cons. 101. num. 4 & cons. 158. n. 1. Rot. dec. 113. n. 11. p. 1. diu. cum alijs adductis in Papien fructuum 15. Maii 1623. coram me*, vbi quod totum hoc arbitrio Iudicis remittitur.

Nec obstat, quod dicitur non constare de obseruantia dictæ sententiæ, quia imò illa sufficienter probatur tam ex testibus dicti Didaci quam etiam ex testibus ipsiusmet Capituli, vt fuit in pluribus decisionibus in hac causa factis
4 *coram RR. PP. DD. meis Decano, & Buratto* de-
ductum

ductum. Accedente præsertim, quod Capitulum non probat, quod decimæ, de quibus agitur, fuerint ab ipso perceptæ, hinc namq; eo magis etiam elucescit veritas depositionum dictorum testium, quod dictæ decimæ fuerint à DD. de Inestrosa exactæ.

Nec propterea etiam refragantur, quæ contrà dictorum testium depositiones, illorumque examen deducuntur, quia præterquamquod fuerunt sublata *in aliis decisionibus in hac causa coram dictis RR. PP. DD. meis Decano, & Buratto factis* vtique Capitulum ostendisset tanto
5 tempore, quo lis hæc vertitur, quod dictæ decimæ fuerunt ab ipso Capitulo, & per consequens non per dictos DD. de Inestrosa perceptæ.

Nec facit, quod cum Didacus senior, qui obtinuit sententias, prætenderet se esse in possessione immemorabili exigendi ante sententiam, actus exigendi post sententiam videntur æquiuoci, cum possint referri ad continuatio-
6 nem quasi possessionis ante sententiam, & sic per necesse non inducunt obseruantiam dictæ sententiæ, quia vltra quod dantur testes, qui in specie deponunt, DD. de Inestrosa percepisse decimas vigore dictæ sententiæ *Summar. Didaci nu. 5. & 6.* cum dicti etiam duo tituli sint compatibiles, & titulus sententiæ veniat ad corroborandam anteriorem quasi possessionem, actus subsequentes possunt attribui etiam dictæ sententiæ, atque ità deseruire pro eius etiam obseruantia *Cresc. decis. 5. n. 3. de rest. Spol. cum aliis adductis per Rot. in dec. 120. n. 2. p. 2. in rec. & in Astoricen præstimoniorum 25. Ianuar. 1621. coram R. P. D. meo Vbaldo.*

Nec obstat, quod prædicta procedunt, quando constat de existentia sententiæ, & dubitatur tantummodo de illius obseruantia, tunc enim actus subsequentes possunt attribui dictis quoque sententijs, secus vero si dubitatur etiam de ipsius sententiæ existentia, nam tunc actus possessionis non possunt deseruire ad
7 præsumendam existentiam sententiæ, simulq; illius obseruantiam, alias enim quilibet posset sibi fabricare titulum, & posteà allegare se vigore illius possidere, quia fuit responsum, quod in casu isto non allegatur sola obseruantia ad præsumendam dictæ sententiæ existentiam, sed datur copia dictæ sentẽtiæ extractæ ex processu in partibus fabricato, vna cum pluribus actis iudicij, in quo lata fuit dicta sententia, &
8 testibus ante dictam sententiam examinatis, qui vt dictum est, idem deponunt, quod in sententia continetur, & obseruantia deducitur ad magis comprobandam hanc veritatem. Vndè nihil impedit, quominus his stantibus possit censeri probata existentia dictę sententię, illiusq; obseruantia, cum præsertim verisimile non sit, quod Capitulum permisisset, DD. de Inestrosa tanto tempore exigere dictas decimas,
9 nisi reuerà fuissent ipsis dictæ decimæ mediãte dicta sententia adiudicatæ, ità quod ex omnibus circumstantiis simul iunctis satis apparere videatur, quod dicta sententia fuit lata, prout legitur in copia ex dicto processu extracta, quodque illa fuit ab indè citrà obseruata.

Ad alia fuit abundè responsum in aliis decisionibus, quibus nihil addi posse videtur. Et ità decisum.

ROMANA CENSVS

Merc. 31. Ianuarij 1624.

DECISIO CCCCXCI.

Impressa apud Cenc. de Censib. decis. 453. & apud Duard. simili tract. decis. 456.

ROMANA PALATII

Mercurij 31. Iannar. 1624.

DECISIO. CCCCXCII.

Impressa in Recent. decis. 512. par. 4. tom. 3.

ROMANA SALVIANI INTERDICTI

Mercur. 7. Februarij 1624.

DECISIO CCCCXCIII.

Impressa in Recent. decis. 513. par. 4. tom. 3. vbi sub tit. Firmana.

ROMANA LOCORVM MONTIVM

Lunæ 12. Februarii 1624.

ARGVMENTVM.

Immissio conceditur probatis requisitis, vt in Summario; Aliqua de locis Montium non vacabilibus.

SVMMARIVM.

1 *Immissio conceditur probatis omnibus requisitis.*
2 *Interdictum* quorũ bonorũ *datur super locis montium non vacabilibus.*
3 *Loca montia non vacabilia reputantur immobilia.*
4 *Ius non habens non potest cedere.*
5 *In possessionem immitti potest locorum montium, quãuis fructus alteri assignati sint.*
6 *In Locis montium quod non possit cadere hypoteca nullibi reperitur.*
7 *In locis montium, quando dominium non fuit perfectè translatum, sed tantum assignata loca pro pignore retinent vincula.*

8 Pe-

8 *Pecunia soluta sub fideiussione de restituendo non dicitur consumpta, sed subiacet hypotecis.*
9 *In Libris locorum montium si quis reperitur descriptus creditor, intelligitur iuxta titulum praeambulum.*
10 *Fructus assignare, & dare in solutum proprietatem est idem.*

DECISIO CCCCXCIV.

DICTVM fuit, standum esse in decisis, quod sit danda immissio Thadęo in possessionem medietatis sexdecim locorum mon-
1 tium, quia vt in decisione tunc extensa dicitur Thadęus probauit omnia ad hunc effectum sibi incumbentia, & nullum dubium est, quod
2 datur interdictum quorum bonorum etiam super locis montium non vacabilium, quia
3 reputantur immobilia *Gabr. conf. 141. num. 23. l. 2* & saepius fuit resolutum, & signanter *in Collen. haereditatis 18. Maij 1620. coram R. P. D. meo Buratto*.

Non obstat alienatio dd. locorum facta per Iulium in D. Zaulum, quia cum, vt tunc fuit
4 dictum, medietas dd. locorum spectet ad Thadęum cohaeredem Iulii, non potuit illa per Iulium alteri cedi, sed huiusmodi cessione non obstante incolumis actio in rem perseuerat, vt inquit *tex. in l. 1. C. de comm. re alienat.*

Et cessat difficultas, quia nec dicta loca fuerunt re vera per Iulium dicto Zaulo cessa, sed tantum assignati fructus dd. locorum pro maiori securitate Zauli consequendi fructus socie-
5 tatis, quam Zaulus actiuè contraxerat cum Iulio, vt in particula instrumenti, quae datur, vndè nihil impedit, quominus possit Thadęus in possessionem dd. locorum ad ipsum spectantium immitti.

6 Nec obstat allegatum priuilegium locorum montium, quia vltra quod de eo nullibi constat, illud potest obtinere locum, quando Dominium locorum perfectè translatum est in alium, tunc enim possent censeri resolutae omnes hypothecae ex dicto priuilegio, secus verò est, quando Dominium dd. locorum non fuit
7 perfectè translatum, sed fuerunt assignata loca pro pignore, seu maiori securitate creditoris, tunc enim retinent dd. loca eadem vincula, sicuti dicitur de pecunia soluta sub fideiussione de restituendo, illa enim non dicitur eo casu
8 consumpta, sed subiacet iisdem hypothecis, *Franch. decis. 75. n. 9. & decis. 200. n. 4.*

Nec obstat, quod Zaulus fuit descriptus creditor dd. locorum in libris Secretarij, quia nec hoc iustificatur, & in omnem euentum di-
9 cta descriptio debet intelligi iuxta titulum pręambulum.
10 Quod dicitur, quod idem est assignare fructus, & dare in solutum proprietatem, nulla ratione probatur.



TARVISINA FEVDI

Luna 12. Febr. 1624.

DECISIO CCCCXCV.

Impressa in Recent. decis. 516. par. 4. tom. 3.

CAESARAVGVSTANA CAPPELLANIAE

Luna 12. Febr. 1624.

ARGVMENTVM.

Gratia quando, & ex quibus dicatur iustificata.

SVMMARIVM.

1 *Gratia sufficienter iustificatur ex instrumento fundationis, & ex propria confessione Aduersarii.*
2 *Beneficii qualitas ex instrumento fundationis dignoscitur.*
3 *Promisio probatur ex resignatione, & ex instrumento possessionis, & n. 4.*
5 *Clericatus probatur ex testibus, qui viderunt celebrantem.*
6 *Ex gratię lectura apparet, quid expressum sit.*
7 *Testes benè probant aliquem non esse Cappellanum.*
8 *Confrater non est Cappellanus Confratrum.*
9 *Regula de annali, quando obstat, probare quod non possederit per annum incumbit Aduersario.*
10 *Resignatio si non habet effectum, ius à resignante non abdicatur.*

DECISIO CCCCXCVI.

DVBITAVI, an gratia Ioannis sit iustificata, & Domini ipso Ioanne solo informante censuerunt dictam gratiam esse iustificatam in pluribus, & primo quod beneficium de quo agitur sit fundatum ad Altare Sanctae Brigidae in Ecclesia Sancti Pauli per q. Sauellum de sequenza, nam de dicta fundatione apparet ex instrumento publico fundationis, quod datur *Summar. num. 1.* nec non ex gratia Stephani Aduersarij *dicto summ. nu. 2.*

Secundo. Quod sit de iurepatronatus Clericorum, & Laicorum mixtim, videlicet perpetui Vicarij, & Luminarii eiusdem Ecclesiae, & Aeconomorum Confraternitatis Sanctę Brigidę, id enim probatur ex eodem instrumento fundationis, & ex propria confessione dicti
1 Stephani Aduersarij, quae ad effectum dictae iustificationis sufficit *Egid. decis. 168. Rot. decis. 227. n. 1. p. 2. in recent.*

Tertio. Ex eodem instrumento fundationis probatur, quod ad dictum beneficium praesentari debeat Capellanus dictae Confraternitatis,
2 ibi, quam Capellaniam volo vt cantet Capellanus dictae Confraternitatis si extabit, sin minus illam cantet quilibet alius Patronis benevisus.

Quarto. Probatur, quod Stephano fuerit prouisum de hoc beneficio per resignationem
3 Hieronymi possessione forsan subsequuta, non tamen pacificè, ex dicta gratia Stephani, & ex instrumento possessionis per dictum Stephanum captæ *dicto summ. n.4.*
4 Quinto, Probatur ex præsentatione, quæ datur *dicto summ. nu.* quod dictus Ioannes fuit præsentatus à Patronis.

Sexto. Constat etiam de lite inter Ioannem, & Stephanum ex sententiis *dicto summar. num. 5. & 8.*
5 Septimo. Constat de Clericatu Ioannis ex testibus, qui viderunt eum celebrare Missam.

Octauo. Quod Stephanus non fecerit mentionem in sua gratia fundationis Capellę, quod que in eadem fundatione cauebatur, quod ad
6 dictā Capellā præsentari deberet Capellanus Cōfraternitatis, apparet ex lectura gratiæ dicti Stephani.

Et denique probatur ex testibus, qui dantur *dicto summ. nu.9.* quod dictus Stephanus non est
7 Capellanus d. Confraternitatis, atque ita quod non habet qualitatem in fundatione requisitā, vndè etiam apparet, dictam gratiam esse nullā, vt per *Card. Seraph decis. 143. n. 3. cum aliis adductis per Gonzal. ad reg. 8. glos. 9. §. 1. n. 26.*

Verum visum fuit DD. dictam gratiam non esse iustificatam quoad qualitates dicti Ioannis; quia non probat, quod sit Capellanus Confraternitatis, neque enim ex eo, quod est Con-
8 frater, sequi videbatur, quod sit Cappellanus Confraternitatis, & fundatio legitur facta ad fauorem Capellani Confraternitatis, non verò ad fauorem Clericorum Confratrum.

Præterea dato etiam quod idem esset Clericus Confrater, & Capellanus Confraternitatis, ad hue obstaret dicto Ioanni regula de annali, quia constat, Stephanum fuisse immissum in
9 possessionem Capellanię, de qua agitur 25. *Ian.* 1616. vndè onus probandi, quod dictus Stephanus non possederit pacificè per annum dictam Capellaniam, incumbit Ioanni, vt per *Sant. in regul. de annal. q. 48. n. 2.* & tamen dictus Ioannes non docet de aliquibus molestiis, nisi de anno 1620. & sic ne dum post annum, sed etiam post quadriennium, ideoque eo magis ei videtur obstare dicta regula.

Accedit etiam, quod Hieronymus resigna-
10 uit dictam Capellam non simpliciter, sed ad fauorem Stephani, vndè quatenus dicta resignatio non habuit effectum, non fuit abdicatum ius à resignante, & per consequens nec dicta Capellania vacauit, itaut ea potuerit obtineri à Ioanne.



HILDESIMEN. OPTIONIS

Lunæ 4. Martij 1624.

DECISIO CCCCXCVII.

Impressa in Recent. decis. 517. par. 4. tom. 3.

ROMANA MERCEDIS

Lunæ 22. Martij 1624.

ARGVMENTVM

Locatori operarum ad certum tempus debetur integra merces, dum per ipsum non stat, quo minus totum tempus laboret; Distinguitur, an negocium cessauerit casu, vel voluntariè, in se, vel in persona.

SVMMARIVM.

1 *Conductor operarum tenetur locatori conducto ad certum tempus præstare integram mercedem pro toto tempore, & num. 3. vbi de magis communi.*
2 *Conductor operarum tenetur locatori conducto ad certum tempus integram mercedem præstare, sed non quotiescunque superuenit impedimentum sine culpa Conductoris, & num. 4. vbi hoc est verum, quando casus fortuitus contigit in re.*
6 *Conductione operarum facta sub conditione si opera præstarentur, tunc merces debetur ad proportionem laborum.*
7 *Conditio tacita suspendit sicut expressa.*
8 *Conditio cum sit stricti iuris adimplenda est in forma specifica.*
9 *Promissio operarum, quando non est posita in conditione, sed in principali dispositione æquior interpretatio facienda est.*
10 *In dubio, quando non est apposita expressa conditio inspici debet animus Conductoris, & locatoris.*
11 *Negocium, quando cessasse dicatur casu fortuito, vel voluntariè.*
12 *Locatori quando debeatur integrum salarium.*

DECISIO CCCCXCVIII.

D. Iulius conduxit operas D. Nerij ad triennium pro metodo, seu prouisione scutorum mille centum annis singulis, ad quæ se obligauit in forma Reuer. Cameræ Apostolicę, & è conuerso idemmet D. Nerius promisit assistere *personalmente à i negotij di detto Signor Giulio & in tutto quello, che farà di bisogno, & che occorrerà alla giornata, & però fermarsi qua con casa aperta à tutte le sue spese*, vt latius in Apocha dd. conuentionum.

Antè finem dicti triennij prætendere cæpit dictus Dominus Iulius cessare causam, propter quam conduxerat dd. operas Nerei, ideoque neque illis amplius indigere, & per consequens nec eum obligatum esse ad præstandam dictam
1 mercedem. Vndè fuit dubitatum, an esset contra eum

tià eum vigore dictæ obligationis Cameralis
relaxandum mandatum, & DD. affirmatiuè
responderunt, quia Conductor operarum tene-
tur locatori conducto ad certum tempus præ-
stare integram mercedem pro toto tempore,
pro quo conduxit eius operas, si per locatorem
non stat, quominus præstet suas operas, *l. qui
operas, & l. sed addes §. cum quidam in v. personis an-
te medium vers. cum autem ff. eod. Bart. in l. 1. §. diuus
n. 1. ff. de var. & extraord. cognit. Rot. in Romana Mer-
cedis coram bo. me. Cardin. Laucell. quæ est decis. 330.
n. 2. & seq. par. 1. in recent. & in Romana Salarij 16.
Decembris. 1619. coram R. P. D. meo Caualerio, quæ est
520. in eius impressis.*

Nec obstat, quod dicta conclusio minimè
2 procedit, quando impedimentum non prouc-
nit culpa Conductoris, sed casu fortuito, siuè ta-
lis casus contingat in persona conductoris, si-
ue in re ipsa, in qua erant præstandæ operæ.

Quia imò magis communis opinio est,
quod siuè impedimentum proueniat culpa Cō-
ductoris, siuè casu fortuito, dummodo tamen
3 non stet per locatorem, quominus præstet suas
operas, Conductor semper tenetur præstare in-
tegram mercedem pro toto tempore, pro quo
conduxit operas, quando vt dictum est, con-
ductio fuit facta ad certum tempus, *glos. in di-
cto §. item cum quidam, & ibi Bart n. 4. & num. 5. ad
med. vers. tamen vt istam diuersitatem &c. Bal. sub n.
1. vers. 4. casu, Salic. sub n. 7. vers. 3. verò casu, & ver.
sin autem stetit per casum &c. ff. locat. Aldobran. cons.
5. n. 18. & seq. l. 2. cum alijs adductis in Meliten. Con-
struæ coram R. P. D. meo Buratto, quæ est dec. 598. sub
n. 5. p. 2. in recent.*

Et licet aliqui ab hac opinione declinare vi-
4 deantur, quando casus fortuitus contigit in re
in qua operæ erant præstandæ vt per *Bolognett.
in l. diem functo sub n. 70. circa med. vers. sed hoc di-
ctum mihi non placet, & vers. limitatur 6. ff. de offic.
Assess.* tamen verior videtur opinio *Bar. in dicto
§. diuus n. 15. ff. de var. & extraord. cognit.* indistinctè
tenentis, quod debeatur salarium conuentum,
5 siuè casus fortuitus contingat in persona Con-
ductoris, siuè in re, & ita testatur fuisse ob-
seruatum Bononiæ, & Pisis in personam cui-
usdam Doctoris.

Et in contrarium allegata procedere possunt
vel quando non fuit facta conductio ad cer-
tum tempus, vel si quidem facta fuit ad certum
6 tempus, fuit facta tamen sub expressa condi-
tione, si operæ præstarentur, tunc enim in præ-
statione mercedis habetur ratio tantummodo
laborum, & quando est apposita conditio non
curatur, nisi ipsius conditionis existentia. *Cin.
in l. penult. C. de condit. ob caus. Dec. in l. diem functo n.
13. ff. de offic. assess. Rot. decis. 330. num. 3. par. 1. in
recent.*

Non obstat, quod promissio mercedis vi-
deatur habere tacitam conditionem, quatenus
operæ præstentur, & tacita conditio ità suspen-
7 dit sicuti expressa *glos. & DD. in l. item quia ff. de
pact.* quia magna est differentia, an promissio
operarum sit posita in principali dispositione,
seù potius in conditione, nam si posita est in
conditione, tunc est adimplenda in forma spe-
8 cifica, quia conditio est stricti iuris, nec reci-
pit casum fictum *l. sub diuersis §. 1. & l. cum ità
datur ff. de condit. & demonstr.* secus si est apposita
in principali dispositione, quia tunc fit inter-
prætatio de bono, & æquo, & lex fingit ex æ-
quitate operas fuisse præstitas, quando per lo-
catorem non stat, quominus eas præstet, vt be-
nè per *Natt. cons. 452. n. 12. lib. 2.*

Ac propterea cum in casu isto promissio o-
9 perarum non fuerit posita in conditione, sed
in principali dispositione, meritò videtur fa-
cienda æquior interpretatio, ità vt censeantur
operæ præstitæ per Nereum, ex quo per ipsum
non stetit, quominus eas præstaret; idque præ-
sertim quia in dubio, quando scilicet non fuit
apposita expressa conditio, non solum inspici
debet animus conductoris, quo nempè animo
ipse conduxerit operas, sed etiam animus ip-
10 sius locatoris, quo scilicet animo ipse operas
suas locauerit, itàquod cum in casu isto D.
Nereus verisimiliter operas suas locauerit ani-
mo recipiendi mercedem conuentam pro in-
tegro triennio, neque alias se obligasset tradu-
cere ad Vrbem suam familiam satis numero-
sam, & domum aperire, ea interpretatio su-
menda est, quæ magis ipsi Nereo faueat, adeò
quod casus, qui contigit, potius D. Iulio, quam
ipsi D. Nereo noceat.

Et in omnem euentum, quod prædicta mi-
nimè sibi locum vindicarent, quando casus
contigit non in persona conductoris, sed in re
ipsa *iux. cons. Roman. 427. per tot.* cessat etiam in
casu isto difficultas, quia non probatur, quod
negocia, pro quibus conductæ fuerunt operæ di-
cti D. Nerei, sint finita, quodque quatenus sint
finita, finita sint casu fortuito, non verò culpa
11 seù propria voluntate ipsius D. Iulij, quinimò
videtur, D. Iulium potius voluisse, vt magis suę
æstimationi consuleret, necessitatem, quam ap-
propinquare suspicabatur, præuenire, & nego
cijs se abstinere, & tamen certum non est, aut
saltem hactenus probatum non fuit, quod
huiusmodi necessitas superuenisset, ità quod
negocia, circa quę erant pręstandę operæ, cessare
videantur, quatenus tamen cessauerint totali-
ter potius facto D. Iulij, quam casu fortuito,
vndè sufficit D. Nereo, quod ipse sit paratus
d.d. operas præstare, nam vt dictum est, ad hoc
12 vt non debeatur merces locatori conducto
ad certum tempus pro toto tempore, quando
locator est paratus pręstare operas, & condu-
ctio non fuit facta sub ista expressa condictio-
ne, quod operę pręstarentur, requiritur saltem
quod res, circa quam erant pręstandę operę, sit
perempta casu fortuito, non autem facto, seù
culpa Conductoris, tunc enim casus nocet ipsi
conductori tantum, prout & ipsi nocet tantum
casus in eius persona contingens, *glos. in d. l. si
vno §. item cum quidam ff. locat. Dec. in d. l. diem fun-
cto n. 13. vers. & ista conclusio confirmatur ff. de offic.
assess. & in cons. 70. sub. n. 3. cum alijs per Natt. dicto
cons. 452. n. 2. & seq.*

ROMANA PECVNIARIA

Merc. 27. Martij 1624.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *In quietantia si fuit habita ratio alicuius partita comprehendi debet in summa quietata.*

2 *Partita aliqua, an sit soluta ad computum sortis, vel fructuum, ex tempore cognosci potest.*

3 *Mandatum si non constat fuisse acceptatum, non iuuat.*

DECISIO CCCCXCIX.

CVM præsupposito, quod creditum DD. de Monteacuto à principio esset Sc. 6. mill. DD. censuerunt, non constare de integra satisfactione dd. DD. de Monteacuto, quia constat ad computum dd. Scut. 6. mill. dd. DD. de Monteacuto recepisse tantum Sc. 1200. summ. D. Zeccadori *num.* 2. & eosdem dicto D. Zeccadoro dono dedisse alia Sc. 325. quo fit, vt DD. de Monteacuto remaneant Creditores residui, quod ascendere videtur ad Summam Scut. 2475.

Non obstat partita sc. 60. soluta per Zeccado-
1 rũ cuidã Mottæ, quia dictæ partitæ fuit habita ratio in quietantia Sc. 2000. facta per d. Mottã, & per consequens comprehenditur sub dicta summa.

2 Non obstat alia partita Sc. 50. quia illa fuit soluta de anno 1612. & sic iuxtà prætensionem illorum de Monteacutis cedere debet in extinctionem debiti fructuum locorum montium, non autem sortis principalis, de qua tamen suo tempore videbitur, & quatenus firmabitur cedere debere in extinctionem sortis, nec aliquis fructus deberi à D. Zeccadoro, tunc poterit adiungi dicta partita dictæ summæ Sc. 3525.

Nec obstat, quod in quibusdam litteris dicti de Monteacuto fassi videantur, quod ipsi sint de portione ipsis debita ex credito Sc. 10. mill. satisfacti, mandantes, quod residuum solueretur per Zeccadorum DD. de Taurinis,
3 quia non constat, quod dictum mandatum fuerit acceptatum à Zeccadoro iuxtà notata *per DD. in l. nuda ratio ff. de donat. Bal. in l. 3. sub. nu. 1. vers. 3. noto, & ibidem Alex. n. 3. & Salic. n. 3. in fin. C. de repud. hæredit.* nec minus, quod illud fuerit ab eo adimpletum, vndè ad huc remanent dicti de Monteacuto dicti residui creditores, itàvt verè firmari interim possit, non constare de ipsorum satisfactione respectu dicti residui.

ROMANA DOTIS

Veneris 19. Aprilis 1624.

ARGVMENTVM.

Pecuniæ in dotem datæ Marito consignandæ sunt, & non creditori, qui promisit dictam dotem tanquam anteriorem omnibus.

SVMMARIVM.

1 *Consignatio pecuniarum facienda est, quando constat de credito, etiam ab Aduersario agnito.*

2 *Creditor ad hoc, vt possit recipere satisfactionem super pecunijs in dotem datis secundo Viro pro obligatione contracta ab Vxore ante matrimonium, quid requiratur, vt n. 3.*

4 *Dotem promittens super domo, quando non possit consequi super dicta domo suum creditum.*

5 *Dotem promittens super domo asserens esse anteriorem omnibus creditoribus, non potest consequi suum creditum super dicta domo tanquam anterius.*

DECISIO CCCCIC.

FVIT dictum, pecunias, de quibus agitur, esse consignandas Aristoteli, quia non dubi-
1 tatur de credito dicti Aristotelis, illud quæ fuit etiam à Lelio Aduersario agnitum, dum dd. pecunias deposuit, asserens illas prouenire expretio Domus Vincentij primi Mariti Catherinæ, in qua dos Catherinæ consistebat, vndè iure meritò non potest denegari dicto Aristoteli secundo viro dictę Catherinæ dd. pecuniarum consignatio.

Nec obstat, quod Lelius prętendit se vti cessionarium q. Bandini esse creditorem fructuum cuiusdam census Sc. 200. impositi super dicta Domo per dictam Catherinam, & Dominicum eius filium, post obitum dicti Vincentij primi Mariti, & antequam secundo nuberet Aristoteli, quia quicquid esset dicendum de validitate obligationis dictę Catherinę respectu dicti census, non potest Lelius supposita etiam validitate sui crediti, illud consequi super pecunijs in Dotem assignatis dicto Aristoteli secundo viro Catherinę, nam ad effectum, vt possit fieri executio super rebus dotalibus pro obligatione contracta ab vxore ante matrimonium, vnum de duobus requiritur, quod vel vxor dederit in Dotem omnia sua bona, quo casu censetur dedisse bona deducto ęre alieno, *l. mulier bona ff. de iur. dot. l. subsignatum §. bona ff. de verb. signific.* vel quod mulier fuerit excussa, nec illa habeat alia bona, tunc enim
3 in subsidium fit executio super rebus dotalibus *Guidop. decis. 447. Capua decis. 128. nu. 4. Franch. decis. 636. nu. 4. & seq.* & propterea cum in casu isto neutrum ex dd. requisitis concurrat, meritò non potest Lelius consequi dictum creditum suum super dd. pecunijs in preiudicium Aristotelis.

Et in hanc sententiam eo libentius DD. iue-
4 runt, quod agitur de Dote promissa per eundem met Lelium super dicta Domo dicto Aristoteli

ftoteli, vndè tantominus conuenit, quod dictus Aristoteles à dicto Lelio super dicta dote ei promissa molestetur; quinimò si Lelius sciuit, fuisse impositum super dicta Domo dictū Censum, nec propterea potuisse Aristotelem satisfieri super ea de dote ipsi per dictum Lelium, vt dictū est, promissa, posset quodammodò dictus Aristoteles dici deceptus, quia vtiq; non duxisset in vxorem dictam Catherinam, si credidisset non posse consequi super dicta domo dotem sibi promissam.

Non obstat, quod Lelius non promisit di-
5 ctam dotem Aristoteli, † sed tantum quod dicta dos erat anterior omnibus alijs creditoribus primi Viti Catherinæ, quia eo ipso, quod promisit, dictam dotem esse anteriorem alijs creditoribus, nec deduxit proprium eius creditum, videtur esse in culpa, quæ in dubio, ipsi, non verò Aristoteli nocere debet. &c.

CIVITATIS CASTELLI FIDEICOMMISSI

Veneris 19. Aprilis. 1624.

ARGVMENTVM.

Remissoria ex quibus concedatur in causa prophana.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria in causa prophana datur esse sine fumo.*
2 *Remissoria conceditur, quando articuli sunt releuantes.*
3 *Possessionis titulus si apparet ex aliquo Instrumento, alius titulus argui non debet.*
4 *Possessionis causam quando quis possit mutare.*

DECISIO CCCCCI.

1 FVIT dictum, dandam † esse remissoriam, quia sumus in causa prophana, in qua passim datur remissoria etiam sine fumo, *l. de die §. Iubetur vbi Angel. ff. qui satisd. Cogan. Put. decis. 334. in fin. lib. 2. Caputaq. decis. 68. par. 3. Rot. de-*
2 *cis. 102. numer. 1. par. 1. diuers.* † & articuli sunt releuantes, nam si Tiburtia probauerit se possidere prædium, de quo agitur, pro vt per eam articulatur; tunc erit manifesta nullitas, & iniustitia immissionis in possessionem dicti prædij Albizzinis concessæ, D. Tiburtia non citata, cum alioquin non potuerit sua possessione priuari *Hond. cons. 20. numer. 20. lib. 1. Gabr. cons. 31. num. 21. lib. 2. Rot. decis. 99. nu. 6. & 7. par. 1. diuers.* & dictæ Tiburtiæ debebit dari manutentio, eum non habuerit se pro spoliata *iuxt. l. à diuo Pio §. si super rebus & ibi Angel. Castrens. Alex. & Ias. ff. de re Iudic.* & fuit millies decisum.
3 Nec obstat, quod ex † quodam Instrumento diuisionis apparet obuenisse dictum prædiū filijs dictæ Tiburtiæ pro eorum portione, illudque fuisse ab eadem Tiburtia nomine dictorum filiorum, & vti eorum Tutrice, & Curatrice acceptatum, ex quo infertur, non potuisse dictam Tiburtiam possidere dictum prædium nomine proprio, sed nomine filiorum aut Iure familiaritatis, & per consequens satis fuisse citare dictos filios ad substinendam dictam immissionem, nec opus fuisse citare etiā dictam Tiburtiam.

Quia fuit responsum, quod quicquid sit: an possit dici constare de identitate dicti prædij hoc est, quod prædium, de quo agitur, sit illud idem, quod vt dictum est obuenit filijs Tiburtiæ in dicta diuisione, cessat difficultas, quia non propterea quod dictum prædium fuit assignatum filijs Tiburtiæ in dicta diuisione sequitur, quod non potuerit illud dicta Tiburtia possidere tempore dictæ immissionis no-
4 mine proprio; nam † præterquā quod cum dictum prædium esset fundus dotalis Tiburtiæ, vel saltem ei pro sua dote hypothecatū, potuit sibi mutare causam possessionis ante dictam immissionem, & sic dictum prædium Iure proprio, videlicet suarum dotium possidere, non est etiam impossibile, quod eadem bona non fuerint Tiburtiæ à dictis eius filijs pro suis dotibus dimissa, itàut Tiburtia ea potuerit possidere nomine proprio, vndè meritò non est deneganda dictæ Tiburtiæ remissoria.

Et quatenus Albizzini adhuc insistere velint quod etiam probatis articulis, non erat citanda dicta Tiburtia, vel quod stante dicto Instrumento diuisionis dictæ Tiburtiæ incumbat onus probandi, quod dictum prædium fuerit ipsi dimissum à dictis eius filijs pro suis dotibus, vel quod mutauerit sibi causam possessionis, ità quod possederit ante immissionem Iure proprio, poterunt, habitis articulis pro probatis Iura eorum experiri, &c.

BRACHAREN. BENEFICII

Lunæ 22. Aprilis 1624.

ARGVMENTVM

Actore non probante ius suum iustificando gratiam, Reus possessor manutenetur in Beneficio.

SVMMARIVM.

1 *Reo possessori competit victoria, Actore ius non habente.*
2 *Gratia non prodest, quando publicata non fuit & n. 3.*
4 *Gratia non iustificata non iuuat.*

DECISIO CCCCCII.

1 DOMINI steterunt in decisis quod causa sit expedienda ad fauorem Gasparis Rei, & possessoris, quia dicto Gaspari sufficit vincere per non Ius Balthassaris actoris, vt est notissimum, & de Iure Balthassaris non constat.

Aut enim dictus Balthassar deducit Ius suū ex priori gratia per eum obtenta per cessio-
2 nem Matthiæ † & dicta gratia ei suffragari nō potest, quia obstat ipsi defectus publicanonis dictæ gratiæ, vt fuit in alia decisione firmatū.

 Aut

Aut verò deducit: Ius suum ex alia gratia, posteriore etiam valere † & minus ei suffragatur dicta gratia tum propter *Constitutionem. Sanctae mem. Gregorij XIII. de publicandis*, quae irritat omnes gratias futuras, ipsosque non publicantes ad illas inhabiles reddit.

3

4 Tum etiam quia dicta gratia non est iustificata, & praesertim quoad valorem, & etiam quoad narratiuam, quod dictus Gaspar nullos fructus perceperit, quae licet consistat in negatiua; nihilominus est iustificanda *Rot. coram Sanct. mem. XV. decis. 13. nu. 8. & ibi Adden. n. 12. & decis. 142. num. 2. & decis. 490. num. 7.* etiam quod sit difficilis probationis, & non vera. *Felin. in c. ad aures num. 9. de rescript. &c.*

FERRARIEN. CANONICATVS

Vener. 26. April. 1624.

DECISIO CCCCCIII.

Impressa in Recent. decis. 531. par. 4. tom. 3.

PAPIEN. FRVCTVVM

Veneris 26. April. 1624.

DECISIO CCCCCIV.

Impressa in Recent. decis. 526. par. 4. tom. 3.

IANVEN. SEPARATIONIS THORI.

Veneris 26. Aprilis 1624.

DECISIO CCCCCV.

Impressa in Recent. decis. 532. par. 4. tom. 3.

CALCIATEN. IVRISDICTIONIS

Veneris 10. Maij 1624.

DECISIO CCCCCVI.

Impressa in Recent. decis. 537. part. 4. tom. 3. & in eadem causa decis. 58. coram Carillo.



PERVSINA FIDEICOMMISSI DE GRATIANIS

Vener. 10. Maij 1624.

ARGVMENTVM.

Immissio vigore fideicommissi non conceditur nisi probata identitate bonorum. Identitas quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Identitate non probata vigore fideicommissi immissio non conceditur, & num. 2.*

3 *Identitas sufficienter probatur ex duabus demonstrationibus.*

4 *Identitas probatur ex Instrumentis, & numer. sequent.*

5 *De Mandato si non constat, emptum à Procuratore non dicitur emptum à principali praecipuè si non constat de ratificatione.*

DECISIO CCCCCVII.

FVERAT coram R. P. D. meo Caualerio resolutum, non constare de Identitate Praedij, de quo agitur, hoc est quod praedium nunc possessum per D. Iacobum de Vbaldis possi-
1 deretur † à q. Capitaneo Felice tempore eius mortis, itàut vigore fideicommissi eiusdem Felicis purificati ad fauorem Petri Gratiani, sit eidem Petro danda immissio in possessionem dicti Prędij.

Me verò causam denuò super iisdem proponente DD. resoluerunt, constare ex nouiter deductis, quod praedium, quod hodie possidetur à D. Iacobo sit illud idem, quod *anno* 1549 fuit emptum ab vxore dicti Capitanei Felicis Procuratorio nomine dicti Capitanei, & quod Vincentius filius, & haeres dicti Capitanei Felicis vendidit *anno* 1572. Capitaneo Petro de Vbaldis, quodque Ioannes Andreas filius le-
2 gitimatus *anno* 1598. vendidit D. Tiberio, † non autem sufficienter probari, quod dictum Praedium fuerit possessum à Capitaneo Felice fideicommittente, prout requiritur ad effectū obtinendi dictam immissionem, ex allegat. per *Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 7 tit. 6. num. 5.*

Nam quod dictum Praedium sit illud idem, quod fuit emptum ab vxore Felicis, † & denique Domino Tiberio venditum sufficienter colligi videtur ex Instrumentis dictarum acquisitionum, ex illis namque apparet iisdem planè demonstrationibus, quibus fuit in dicto Instrumento emptionis factae ab Vxore dicti Felicis designatum dictum Praedium fuisse etiam descriptum praedium venditum à Vincentio filio Felicis Petro de Vbaldis, & à Ioanne Andrea filio Petri D. Tiberio, & nedum generales dicti Praedii demonstrationes, sed singularum ferè petiarum confinia, & perti-
3 nentias conuenire; † cum ad effectum probandi identitatem sufficiant duę demonstrationes *Bart. in l. demonstratio falsa quaest. 7. num. 14. ff. de condit.*

condit. & demonstr. Alex. cons. 133. num. 50. lib. 1. & cons. 73. num. 6. lib. 3. Menoch. cons. 409. num. 84. Put. decis. 333. num. 2. lib. 2. Rota decis. 407. num. 2. & decis. 706. num. 4. par. 2. in recent. & etiam leuiores probationes, & coniecturæ præsertim in antiq. *Decian. respons. 17. numer. 6. lib. 3. Dec. cons. 42. num. 9. Card. Seraphin. decis. 462. num. 8. Rota decis. 119. num. 4. par. 2. in recent.; & fuit dictum in Bononien. fideicom. de Rubeis 15. Decemb. 1597. coram bo: me: Card. Lancellotto, & in Ariminen. fideicommissi 14. Nouembris 1614. coram me, & in Romana Domuncularum 21. Iunij 1619. coram bo. me. Card. Sacrato.*

Quod autem dictæ generales demonstrationes conueniant, patet, quia in dictis Instru-
4 mentis dicitur dictum prædium existere in loco Torciani, & esse distinctum à duodecim petiis, in eoque existere Domum, Puteum, & Furnum, & esse arboratum, & Vinearum.

Et quoad Confinia singularum petiarum pariter apparet ea conuenire, primi enim petii in primo, & tertio Instrumento, quod est vltimum in secundo Instrumento, confinia in dictis Instrumentis assignantur viæ publicæ, bona illorum de Saucis, & aliorum de Vbaldis, vt in *Summar. Petri num. 4.*

Secundi petii in dicto primo Instrumento, quod est septimum in secundo Instrumento, & sextum in tertio confinia dicuntur in iisdē Instrumentis bona illorum de Vbaldis, & Ecclesia S. Mariæ del Ronciono *dicto summar n. 5.* & in omnibus Instrumentis conuenit vocabulum *del Vignare.*

Tertii petii in primo, & in secundo Instrumento, quod est primum, & in tertio Instrumento secundum, concordant confinia in bonis illorum de Signorellis, & de Vbaldis & in pertinentiis Castri Torciani, *dict. summ. num. 6.*

Quarti petii in primo, & in secundo Instrumento secundum assignantur confinia bona illorum de Carauaggiis, & Cecchi longhi, & & in Instrumento *de anno* 1598. habetur relatio ad Instrumentum de anno 1572. *dicto summ. num. 7.*

Quinti petii in 1. Instrumento, quod est tertium in secundo, & in tertio quartum, enunciantur confinia bona illorum de Signorellis, & illorum de Carauaggijs *dicto summ. num. 8.*

Sexti petii in primo Instrumento quod est vndecimum in secundo, & tertio, confinia conueniunt in via publica, & in bonis illorum de Lipparellis, & in pertinentia Torciani, quod videtur sufficere; præsertim cum nec in vocabulo sit magna discrepantia, in primo enim Instrumento dicitur *la piscincella*, & in tertio dicitur *la pescara dicto summ. num. 9.* & in secundo non adest vocabulum.

Septimi petii in primo Instrumento, quod est in 2. & 3. nonum, confinia in omnibus cōueniunt, quoad viam, & in primo, & secundo bona illorum de Raneriis, & in tertio relatiuè, & bona illorum de Tassis in primo, & tertio Instrumentis, & conueniunt etiam in pertinentijs Castri Doruttæ *summ. num. 10.*

Octaui petii quod est in primo, & secundo Instrumento decimum, & in tertio septimum confinia enunciantur bona illorum de Raneriis, & via *dicto summ. num. 11.*

Noni Petij in primo Instrumento, quod est octauum in secundo, & in tertio septimū concordant confinia in bonis illorum de Vbaldis, & de Mencionibus, quæ sic enunciantur in omnibus instrumentis præterquam in tertio quoad Mencionos relatiuè *dicto summ. num. 12.*

Decimi Petij in primo Instrumento, quod est in secundo sextū, & in tertio octauum, licet discordent in vocabulis, tamen confinia conueniunt in via, & bonis illorum de Sensis, & in bonis Sanctæ Mariæ de Ronciono, & in primis dicitur quod est in pertinentiis Torciani, in alijs verò duobus Instrumentis relatiuè *dicto summ. num. 13.*

Vndecimi Petii in primo, & secundo Instrumento, quod in tertio est decimum confinia asseruntur bona in pertinentiis Castri San ctæ Mariæ Rubeæ in vocabulo *il Viale*, via, & bona illorum de Sorleriis *dicto summ. num. 14.*

Duodecimi Petii in primo, & tertio Instrumento, quod in secundo Instrumento legitur in duobus petiis videlicet quarto, & quinto & ex hoc erant trexdecim petia, in secundo Instrumento conueniunt bona illorum de Sensis in omnibus Instrumentis, & in via, & bonis illorum de Herculanis, & relatiuè tantum in tertio *dicto summ. num. 15.*

Atque his accedit pactum appositum in Instrumento anni 1598. quod in euentum, quod dictum prædium à Venditore non redimeretur, Dominus Tiberius emptor teneatur soluere illud idemmet pretium, quo fuit emptum prima vice per Capitaneum Petrum à Vincentio *anno* 1572. cum relatione ad dictum Instrumentum.

Ex quibus omnibus saltem simul iunctis, sufficienter constare videtur, quod prædium emptum à D. Tiberio, sit illud idem. quod vt dictum est, Capitaneus Petrus emerat à Vincentio filio Capitanei Felicis, quodque Vxor Felicis acquisiuerat *anno* 1549. à Sorleriis.

Non constat autem, quod dictum Prædium fuerit in bonis Capitanei Felicis, quia licet fuerit acquisitum ab Vxore dicti Felicis pro-
5 curatrice, tamen non constat nec de mandato Felicis, nec de aliqua eius ratificatione, diciturque mortuus in longinquis partibus, & ad probandum, quod dictum prædium esset in bonis Felicis, non sufficit probare, quod illud fuit possessum à Vincentio filio Felicis, *Surd. decis. 139. num. 9. & seq. & num. 19. & fuit dictum in Romana, seu Tiburtina Castrorum 14. Iunij 1621. coram R.P.D. meo Buratto. &c.*



BONO-

BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE LAMBERTINIS,

Veneris 17. Maij 1624.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum probatur ex verbis testamēti, illius autem purificatio colligitur ex confessione Aduersarij, & ex testibus.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum colligitur ex verbis testamenti.*
2 *Fideicommissi purificatio probatur ex confessionibus Aduersarij*
3 *Fideicommissi purificatio probatur ex testibus.*

DECISIO CCCCCVIII.

FVit dictum, cōstare de fideicōmisso Camilli, illudque esse purificatum ad fauorem filiorum Sertorij & ex illis descendentium.
1 Quo enim ad fideicommissum constat, de eo clarissimè ex verbis testamenti d. Camilli, ex illis enim apparet, quod Instituto hærede Marco Antonio filio, ei substituit vulgariter, et per fideicommissum eius filios masculos ordine successiuo in infinitum omni meliori modo & eo decedente quandocumque sinè filijs, & descendentibus masculis, & sic in effectu extincta & finita eius linea ex descendentia masculina ei substituit filios Sertorij sui Fratris prędefuncti si superuixerint, alias omnes eius descendentes masculos in infinitū & seruata gradus prærogatiua, vndè non potest dubitari de fideicōmisso ad fauorem filiorum d. Sertorij & ex illis descendentium.
Quod autem dictū fideicommissum sit purificatum ad fauorem dictorū filiorum, seù ex dd.
2 filijs descendentium probaturex confessione propria Diamantis hæredis Marci Antonij in responsionibus ad positiones, in quibus fatetur, d. Marcum Antoniū decessisse sinè filijs masculis, & pariter probatur ex testibus, in quorū summario dicitur, quod ex dicto Sertorio natus est Comes Guidus Antonius, & ex Comite Guido Antonio Comes Franciscus & Cornelius, ad quorum propterea fauorem in dubitanter censeri debet purificatum d. fideicommissum &c.

FOROLIVIEN FIDEICOMMISSI

Lunæ 20. Maij 1624.

ARGVMENTVM.

Aegidiana habet locum in Saluiano, quando sententia est iusta, & valida, & de iniustitia non constat euidentissimè

SVMMARIVM.

1 *Aegidiana intrat quando sententia lata est in Saluiano.*
2 *Quando sententia est nulla Aegidiana non intrat.*
3 *Aegidiana ad hoc vt non intret, iniustitia sententiæ debet esse clara, & notoria.*
4 *Iniustitia ad tollendam Aegidianam sufficit si aliquo modo offuscbetur.*
5 *Creditum apertissimè patet ex Instrumentis.*
6 *Instrumentum facit probationē probatam.*
7 *Inuentarium plenè probat contrà hæredes.*
8 *Ex Litis sustentatione probatur vnum extremum.*
9 *Exceptio falsa causa in transactione in iudicio possessorio non admittitur.*
10 *Decisiones Rotales non faciunt ius, nec rem iudicatam.*
11 *Tertio factum tertij non nocet.*
12 *Proximitas plenè probatur ex testamentis antiquis suprà centum annos.*
13 *Saluiani natura est dare immissionem, donec satisfiat.*

DECISIO CCCCCIX.

1 DIctum fuit, locum esse Aegidianæ, quia sententia lata est in Saluiano, vndè intrat Aegidiana, *Caputaq. decis. 106. num. 141. par. 3. Rot decis. 324. num. 1. par. 2. in recentior.*
2 Nec obstat, quod Aegidiana non intret, quando sententia est nulla, vel Iniusta quia ad hoc vt iniustitia impediat effectum Aegidianæ necesse est, quod sit clara & notoria, *Corn. cons. 10. n. 2. lib. 4. Contard. de moment. poss. limit. 9. num. 9.* sufficitque adexcludendam illius notorietatem quod aliquid probabile afferatur, exquo talis notorietas offuscheatur *Corn. d. cons. 10. num. 3. Contard. d. limit. 9. num. 10. Card. Seraphin. decis. 616. num. 9.*
Inpræsenti verò facti specie non constat de tali notoria Iniustitia, quin & apparet dictam sen-
5 tentiam esse iustam, quia de credito Equitis Bernardini cum hypotheca constat ex Instrumento transactionis celebrato inter Montem ex vna, & d. Equitem Bernardinum ex altera, in quo dictus Montes promisit eueniente casu fideicommissi, restituere dicto Equiti omnia bona fideicommisso Hieronymi supposità sub obligatione omnium bonorum suorum, Vndè non potest dubitari de credito Equitis cum hypotheca, Instrumentum enim facit probationem probatam *Bald. in l. quoties in fin. C. de Iudic. & in l. Imperator num. 3. ff. de Stat. homin. Grammatic. decis. 45. num. 9.*
De primo etiam extremo scilicet possessione Montis bonorum, de quibus agitur, constat ex Inuētario ab hæredibus d. Montis confecto,
7 quod plenè probat contrà dictos hæredes *l. fin. C. de arbitr. tut. cum alijs per Peregrin. de fideicommiss. artic. 44. num. 2. & 3. Rota decis. 387. sub num. 2. par. 1. & decis. 407. num. 2. par. 2. in recent.*
8 Secundū verò extremum iustificatur ex sustentatione litis, functo dicto Inuentario, *Caputaq. decis. 369. num. 1. par. 2. Rot. decis. 20. n. 2. post tract. Modern. de Salu. interdict.*
Non obstat quod dicta transactio fuit inita ex falsa causa, quia hæc exceptio in iudicio pos-
9 sessorio vti requirens altiorem indaginem non admit-

admittitur , vt in puncto immissionis petitæ
in Saluiano fuit dictum *in Viterbien. Castrorum.*
11. Maij 1622. coram Reuerendiss. D. meo Decano
Nec dicatur, quod dicta falsitas erat iam antè
sententiam ad fauorem dicti Equitis latam de-
tecta per Decisiones Rotales , quia præter-
10 quam quod decisiones non tribuunt ius,nec
minus faciunt rem iudicatam , ex dictis etiam
decisionibus nō fuit controuersum fideicom-
missum Hieronymi , sed firmatum tantum-
modò , quod probatio identitatis bonorum
dicto fideicommisso subiectorum , quæ de-
ducebatur pro parte Equitis ex dicto instru-
mento transactionis non poterat suffragari
Equiti ad effectum obtinendi immissionem
11 contrà Horatium & consortes , quia ipsi non
habebant causam à Monte,sed erant tertij,qui-
bus propterea factum Montis obesse non po-
terat, & licet in ijsdem etiam decisionibus de-
ductum fuerit , quod bona, de quibus agitur
nō potuerunt supponi fideicommisso per Hie-
ronymum , cum eadem essent iam prius alio
fideicommisso antiquiori , Merualdi scilicet
supposita , tamen causa denuò proposita,quia
pro parte Equitis plura deducebantur,ex qui-
bus ruere videbatur dicta prætensio Horatij &
cōsociorum,Domini ordiuarunt,quod Equiti
daretur vigore Saluiani immissio in bonis li-
beris Montis ex confessione eiusdem Horatij
& consortium in dicto Inuentario , super alijs
verò , quæ dictus Horatius , & consortes præ-
tendunt esse dicto fideicommisso Merualdæ
subiecta , d. Eques denuò audiretur sicque
tantum abest , quod ex dd. decisionibus pos-
sit dici clarè constare de falsitate causæ , vt
etiam magis ex vltima resolutione apparet, d.
Equitem super alijs quoque bonis bonum ius
fouere , de quo tamen suo loco videbitur ,

Non obstat,quod promissio Montis,de qua
in dicto Instrumento transactionis fuit facta
sub conditione euenente scilicet casu fidei-
commissi Hieronymi , quia exlectura dicti In-
strumenti apparet , quod dicta promissio fuit
facta in euentum mortis d. Montis , per cuius
obitum tanquā vltimi Masculi de familia Hie-
ronymi purificabatur fideicommissum ad fa-
uorem d. Equitis proximioris , ac propterea
cum euenerit casus mortis Montis, euenit
quoque casus d. promissionis .

Nec obstat , at quod non probatur Equitem
Bernardinum esse proximiorem Hieronymi ,
quia in eadem trāsactione dicitur proximior ,
& Montes vti proximior promisit in dicta
transactione restituere bona,de quibus agitur,
vltra quod dicta proximitas videtur etiam
12 plenè probata ex Testamentis antiquis suprà
centum annos ,

Non obstat , quod dicitur dictā sententiam
13 continere mixturam , quia quod dicta sen-
tentia dat immissionem in possessionem bo-
norū donec & quousque fuerit integrè adim-
pletum & satisfactum de omnibus promissis
in transactione , non facit mixturam, est enim
de natura Saluiani,vt detur creditori immissio
donec fuerit satisfactus *Modern. de Saluian. in*
spect. 1. cap. 1. num. 24. & dicta sententia non ca-
nonizat creditum,seu fideicommissum,sed in
ea agitur principaliter de possessione, inciden-
ter verò de credito seù , fideicōmisso *iux. decis.*
34. num. 12. & seqq. par. 2. diuers. &c.

ELBOREN. LIBRORVM.

Lunæ 20. Maij 1624.

ARGVMENTVM

Libri continentes , bona, Iura , fructus, redditus prouentus Ecclesiæ vnitæ pertinent ad Ecclesiam vnitam.

SVMMARIVM.

1 *Libri continentes iura alicuius illi consignandi sunt .*
2 *Confessio Aduersariorum probat veritatem .*
3 *Vnio ex quibus probetur .*
4 *Oris aperitione denegata non potest quis audiri .*
5 *In erectione si non sunt appellati beneficiati non possunt tales se facere .*

DECISIO CCCCCX.

FVit dictum,libros, de quibus agitur,specta-
re ad RR. Patres Sanctissimæ Trini-
1 tatis , illisque eos esse consignandos,nam dicti
libri continent bona,iura,& administrationem
bonorum spectantium ad Ecclesiam Oppidi
de Aluito,& fructus, redditus, Prouentus,iura,
& obuentiones d. Ecclesiæ Oppidi de Aluito
fuerunt perpetuò vnita Domui,seù Monaste-
rio Oppidi de Sanctaren ordinis Sanctissimæ
Trinitatis , propterea dicti quoque libri spe-
ctant ad d. Monasterium , ad quod spectant
vigore d. vnionis iura d. Ecclesiæ de Aluito ,
l. fin. §. Inter. cætera , & ibi Doct. ff. de lib. leg. l.
Titius hæres ff. de act. empt. l. Instrumenta C. de fi-
deicommiss Roman, cons. 413. num. 4. Card. Sera-
phin. decis. 692. n. 2.

Quod autem dicti libri contineant iura , &
obuentiones d.Ecclesiæ Oppidi de Aluito pa-
2 tet ex propria confessionė Clericorum ex Co-
missione , de qua *in Summar.* quod datum fuit
num. 13. quæ confessio plenè probat contra
dictos Clericos *ad l. cum Precum C. de liber. caus.*
Alex. cons. 34. sub num. 3. l. 3. & cons. 127 n. 2. l. 4.

Et quod iura,& obuentiones dictæ Ecclesiæ
3 sint vnita dicto Monasterio *de Sanctaren.* fuit
plenè firmatum *in decisione facta coram R. P. D.*
meo Vbaldo 12. Iunij præteriti , in qua inter alia
ponderata fuit concordia *Anni* 1319. inita in-
ter tunc Episcopum & Capitulum Elboren.
ex vna, & Fratres Sanctissimæ Trinitatis ex al-
tera , nec non & suppressio Prioratus,seù Re-
ctoriç d.Ecclesiç,& creatio Vicarij perpetui fa-
cta *de Anno* 1562. & denique eiusdem Vicariç
extinctio , & ipsius vnio facta *à felic. recor.*
Clement. 8. Anno 1597. quam vnionem ef-
fectum habuisse,probatur ex possessione capta
per Fratres, vt patet ex datis *in d. Summ n. 2.*

Non

BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE LAMBERTINIS,

Veneris 17. Maij 1624.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum probatur ex verbis testamēti, illius autem purificatio colligitur ex confessione Aduersarij, & ex testibus.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum colligitur ex verbis testamenti.*
2 *Fideicommissi purificatio probatur ex confessionibus Aduersarij*
3 *Fideicommissi purificatio probatur ex testibus.*

DECISIO CCCCCVIII.

FVit dictum, cōstare de fideicōmisso Camilli, illudque esse purificatum ad fauorem filiorum Sertorij & ex illis descendentium.
1 Quo enim ad fideicommissum constat, de eo clarissimè ex verbis testamenti d. Camilli, ex illis enim apparet, quod Instituto hærede Marco Antonio filio, ei substituit vulgariter, et per fideicommissum eius filios masculos ordine successiuo in infinitum omni meliori modo & eo decedente quandocumque sinè filijs, & descendentibus masculis, & sic in effectu extincta & finita eius linea ex descendentia masculina ei substituit filios Sertorij sui Fratris prędefuncti si superuixerint, alias omnes eius descendentes masculos in infinitū & seruata gradus prærogatiua, vndè non potest dubitari de fideicōmisso ad fauorem filiorum d. Sertorij & ex illis descendentium.
Quod autem dictū fideicommissum sit purificatum ad fauorem dictorū filiorum, seù ex dd.
2 filijs descendentium probatur ex confessione propria Diamantis hæredis Marci Antonij in responsionibus ad positiones, in quibus fatetur, d. Marcum Antoniū decessisse sinè filijs masculis, & pariter probatur ex testibus, in quorū summario dicitur, quod ex dicto Sertorio natus est Comes Guidus Antonius, & ex Comite Guido Antonio Comes Franciscus & Cornelius, ad quorum propterea fauorem indubitanter censeri debet purificatum d. fideicommissum &c.

FOROLIVIEN FIDEICOMMISSI

Lunæ 20. Maij 1624.

ARGVMENTVM.

Aegidiana habet locum in Saluiano, quando sententia est iusta, & valida, & de iniustitia non constat euidentissimè

SVMMARIVM.

1 *Aegidiana intrat quando sententia lata est in Saluiano.*
2 *Quando sententia est nulla Aegidiana non intrat.*
3 *Aegidiana ad hoc vt non intret, iniustitia sententiæ debet esse clara, & notoria.*
4 *Iniustitia ad tollendam Aegidianam sufficit si aliquo modo offuscbetur.*
5 *Creditum apertissimè patet ex Instrumentis.*
6 *Instrumentum facit probationē probatam.*
7 *Inuentarium plenè probat contrà heredes.*
8 *Ex Litis substentatione probatur vnum extremum.*
9 *Exceptio falsa causa in transactione in iudicio possessorio non admittitur.*
10 *Decisiones Rotales non faciunt ius, nec rem indicatam.*
11 *Tertio factum tertij non nocet.*
12 *Proximitas plenè probatur ex testamentis antiquis suprà centum annos.*
13 *Saluiani natura est dare immissionem, donec satisfiat.*

DECISIO CCCCCIX.

1 DIctum fuit, locum esse Aegidianæ, quia sententia lata est in Saluiano, vndè intrat Aegidiana, *Capntaq. decis. 106. num. 141. par. 3. Rot. decis. 324. num. 1. par. 2. in recentior.*
2 Nec obstat, quod Aegidiana non intret, quando sententia est nulla, vel Iniusta quia ad hoc vt iniustitia impediat effectum Aegidianæ necesse est, quod sit clara & notoria, *Corn. conf. 10. n. 2. lib. 4. Contard. de moment. poss. limit. 9. num. 9.* sufficitque adexcludendam illius notorietatem quod aliquid probabile afferatur, ex quo talis notorietas offuscbetur *Corn. d. conf. 10. num. 3. Contard. d. limit. 9. num. 10. Card. Seraphin. decis. 616. num. 9.*
Inpræsenti verò facti specie non constat de tali notoria Iniustitia, quin & apparet dictam sen-
5 tentiam esse iustam, quia de credito Equitis Bernardini cum hypotheca constat ex Instrumento transactionis celebrato inter Montem ex vna, & d. Equitem Bernardinum ex altera, in quo dictus Montes promisit eueniente casu fideicommissi, restituere dicto Equiti omnia bona fideicommisso Hieronymi supposită sub obligatione omnium bonorum suorum, Vndè non potest dubitari de credito Equitis cum hypotheca, Instrumentum enim facit probationem probatam *Bald. in l. quoties in fin. C. de Iudic. & in l. Imperator num. 3. ff. de Stat. homin. Grammatic. decis. 45. num. 9.*
De primo etiam extremo scilicet possessione Montis bonorum, de quibus agitur, constat ex Inuētario ab hæredibus d. Montis confecto,
7 quod plenè probat contrà dictos hæredes *l. fin. C. de arbitr. tut. cum alijs per Peregrin. de fideicommiss. artic. 44. num. 2. & 3. Rota decis. 387. sub num. 2. par. 1. & decis. 407. num. 2. par. 2. in recent.*
8 Secundū verò extremum iustificatur ex substentatione litis, iuncto dicto Inuentario, *Caputaq. decis. 369. num. 1. par. 2. Rot. decis. 20. n. 2. post tract. Modern. de Salu. interdict.*
Non obstat quod dicta transactio fuit inita ex falsa causa, quia hæc exceptio in iudicio pos-
9 sessorio vti requirens altiorem indaginem non admit-

admittitur, vt in puncto immissionis petitæ in Saluiano fuit dictum *in Viterbien. Castrorum. 11. Maij 1622. coram Reuerendiss. D. meo Decano*

Nec dicatur, quod dicta falsitas erat iam antè sententiam ad fauorem dicti Equitis latam detecta per Decisiones Rotales, quia præter-
10 quam quod decisiones non tribuunt ius, nec minus faciunt rem iudicatam, ex dictis etiam decisionibus nõ fuit controuersum fideicommissum Hieronymi, sed firmatum tantummodò, quod probatio identitatis bonorum dicto fideicommisso subiectorum, quæ deducebatur pro parte Equitis ex dicto instrumento transactionis non poterat suffragari Equiti ad effectum obtinendi immissionem
11 contrà Horatium & consortes, quia ipsi non habebant causam à Monte, sed erant tertij, quibus propterea factum Montis obesse non poterat, & licet in ijsdem etiam decisionibus deductum fuerit, quod bona, de quibus agitur nõ potuerunt supponi fideicommisso per Hieronymum, cum eadem essent iam prius alio fideicommisso antiquiori, Merualdi scilicet supposita, tamen causa denuò proposita, quia pro parte Equitis plura deducebantur, ex quibus ruere videbatur dicta prætensio Horatij & cõsociorum, Domini ordinarunt, quod Equiti daretur vigore Saluiani immissio in bonis liberis Montis ex confessione eiusdem Horatij & consortium in dicto Inuentario, super aliis verò, quæ dictus Horatius, & consortes prætendunt esse dicto fideicommisso Merualdæ subiecta, d. Eques denuò audiretur sicque tantum abest, quod ex dd. decisionibus possit dici clarè constare de falsitate causæ, vt etiam magis ex vltima resolutione apparet, d. Equitem super aliis quoque bonis bonum ius fouere, de quo tamen suo loco videbitur,

Non obstat, quod promissio Montis, de qua in dicto Instrumento transactionis fuit facta sub conditione eueniente scilicet casu fideicommissi Hieronymi, quia ex lectura dicti Instrumenti apparet, quod dicta promissio fuit facta in euentum mortis d. Montis, per cuius obitum tanquã vltimi Masculi de familia Hieronymi purificabatur fideicommissum ad fauorem d. Equitis proximioris, ac propterea cum euenerit casus mortis Montis, euenit quoque casus d. promissionis.

Nec obstat, at quod non probatur Equitem Bernardinum esse proximiorem Hieronymi, quia in eadem trãsactione dicitur proximior, & Montes & vti proximior promisit in dicta transactione restituere bona, de quibus agitur, vltra quod dicta proximitas videtur etiam
12 plenè probata ex Testamentis antiquis suprà centum annos,

Non obstat, quod dicitur dictã sententiam
13 continere mixturam, quia quod dicta sententia dat immissionem in possessionem bonorũ donec & quousque fuerit integrè adimpletum & satisfactum de omnibus promissis in transactione, non facit mixturam, est enim de natura Saluiani, vt detur creditori immissio donec fuerit satisfactus *Modern. de Saluian. in spec. 1. cap. 1. num. 24.* & dicta sententia non canonizat creditum, seù fideicommissum, sed in ea agitur principaliter de possessione, incidenter verò de credito seù, fideicõmisso *iux. decis. 34. num. 12. & seqq. par. 2. diuers. &c.*

ELBOREN. LIBRORVM.

Luna 20. Maij 1624.

ARGVMENTVM

Libri continentes, bona, Iura, fructus, redditus prouentus Ecclesiæ vnitæ pertinent ad Ecclesiam vnitam.

SVMMARIVM.

1 *Libri continentes iura alicuius illi consignandi sunt.*
2 *Confessio Aduersariorum probat veritatem.*
3 *Vnio ex quibus probetur.*
4 *Oris aperitione denegata non potest quis audiri.*
5 *In erectione si non sunt appellati beneficiati non possunt tales se facere.*

DECISIO CCCCCX.

FVit dictum, libros, de quibus agitur, spectate ad RR. Patres Sanctissimæ Trini-
1 tatis, illisque eos esse consignandos, nam dicti libri continent bona, iura, & administrationem bonorum spectantium ad Ecclesiam Oppidi de Aluito, & fructus, redditus, Prouentus, iura, & obuentiones d. Ecclesiæ Oppidi de Aluito fuerunt perpetuò vnita Domui, seù Monasterio Oppidi de Sanctaren ordinis Sanctissimæ Trinitatis, propterea dicti quoque libri spectant ad d. Monasterium, ad quod spectant vigore d. vnionis iura d. Ecclesiæ de Aluito, *l. fin. §. Inter cætera, & ibi Doct. ff. de lib. leg. l. Titius hæres ff. de act. empt. l. Instrumenta C. de fideicommiss. Roman. cons. 413. num. 4. Card. Seraphin. decis. 692. n. 2.*

Quod autem dicti libri contineant iura, & obuentiones d. Ecclesiæ Oppidi de Aluito pa-
2 tet ex propria confessione Clericorum ex Comissione, de qua *in Summar.* quod datum fuit *num. 13.* quæ confessio plenè probat contra dictos Clericos *ad l. cum Precum C. de liber. caus. Alex. cons. 14. sub num. 3. l. 3. & cons. 127 n. 2. l. 4.*

Et quod iura, & obuentiones dictæ Ecclesiæ
3 sint vnita dicto Monasterio *de Sanctaren.* fuit plenè firmatum *in decisione facta coram R. P. D. meo Vbaldo 12. Iunij præteriti*, in qua inter alia ponderata fuit concordia *Anni* 1319. inita inter tunc Episcopum & Capitulum Elboren. ex vna, & Fratres Sanctissimæ Trinitatis ex altera, nec non & suppressio Prioratus, seù Rectoriæ d. Ecclesiæ, & creatio Vicarij perpetui facta *de Anno* 1562. & denique eiusdem Vicariæ extinctio, & ipsius vnio facta *à felic. recor. Clement.* 8. Anno 1597. quam vnionem effectum habuisse, probatur ex possessione capta per Fratres, vt patet ex datis *in d. Summ n. 2.*

Nou

qua est decis. 254. in impress. & in Romana legatorum de Columna 27. Ianuarij 1614. coram bo. mem. Card. Sacrato.

Nam quod attinet ad creditum Societatum ascendens ad summam vt dicitur scut. 26. m. quæ constat ex quietantijs quæ dantur summ. DD. de Marescottis *numer.* 1. peruenisse ad
5 manus q. Iuliæ, non potest censeri creditum liquidum, quia non probatur, quod pecuniæ dd. societatum peruenerint ex hæreditate Alphonsi, & vlterius constat etiam, dd. pecunias fuisse per eandem filiam Marco Antonio d. Alphonsi & Iuliæ filio consignatas, & per d. Marcum Antonium ad bancum Roberti Primi, & Montis Pietatis delatas, ibidemque ad creditum d. Marci Antonij descriptas, vt benè deponunt testes *Summ. DD. de Balconibus numer.* 1. cum quibus conueniunt etiam partitæ ex libris Montis Pietatis, & Roberti
6 Primi extractæ, quæ cum adminiculentur ex dictorum testium depositionibus, benè probant pro tertio contra tertium, *Rota decis.* 124. *num.* 4. *in recoll. post cons. Farinacc & decis.* 375. *num.* 2. *& seqq. par.* 1. *diuers. Card. Seraph. decis.* 436. *num.* 2. *& decis.* 302. *num.* 5. *coram Sanct. mem. Greg. XV.*

Minus facit aliud prætensum creditum societatum officiorum cantantium ad fauorem Iuliæ, & per eandem Iuliam exactarum, licet fuisset dd. Societatum dispositio D. Alphonso reseruata, quia non propterea quod dd. Societatum dispositio fuerit reseruata Alphonso, sequitur, quod earundem Societatum Dominium ad d. Alphonsum spectaret, ità vt teneatur Iulia easdem pecunias dicto Alphonso, siue illius hæredibus restituere, cum immò potius d. reseruatio importet liberam facultatem administrandi, non autem Dominij translationem *Rota in Romana Census 22. Iunij 1609. coram Reuerendiss. D. meo Decano, quæ est in impress. decis.* 481. *num.* 3. *& in eadem 18. Iunij.* 1612. *coram R. P. D. meo Pirouano, & 18. Martij 1615. coram R.P.D. meo Cauallerio, & in Romana Pecuniaria de Albertonijs 14. Decembris 1620. coram R.P.D. meo Vbaldo.*

Et tollere videtur difficultatem eiusdem Al-
8 phonsi confessio, de qua in dd. Instrumentis quod dd. pecuniæ sint d. Iuliæ suæ vxoris propriæ, dicta enim confessio proculdubio præiudicat d. Alphonsi hæredibus, saltem ad effectum vt huiusmodi creditum non possit dici liquidum, ex latè adductis per *Menoch. præsumpt.* 51. *num.* 27. *& seq. lib.* 3. *Pedemont. decis.* 140. *num.* 4. *& fuit dictum in dicta Romana Pecuniaria de Albertonijs coram R.P.D. meo Vbaldo.*

Denique non releuat aliud creditum diuersarum pecuniarum à dicta Iulia vti Procuratrice Marci Antonij eius filij exacta-
9 rum, quia constat, quod eadem Iulia soluit etiam plura debita d. Marci Antonij, & signanter *scut.* 3000. pro dote vnius filiæ d. Marci Antonij, ad quam vti Pater ipse Marcus Antonius tenebatur, vnde non potest dici constare de creditis liquidis, nisi visis rationibus.

Et hac etiam responsione tolluntur, quæ dicuntur de alijs Societatibus officiorum, creatis de pecunijs Marci Antonij sub nomine Iuliæ, quia dato millies, quod ad manus Iuliæ peruenerint aliquæ pecuniarum summæ ad Alphonsum, seu Marcum Antonium eius filium spectantes, tamen quia eadem Iulia plures alias pecuniarum quantitates prodicto Alphonso, & Marco Antonio exposuit, non potest dici constare de credito liquido, nisi factis computis, & reddita per ipsam Iuliam, seu illius hæ-
10 redes administrationis ratione *ad not. per Bal. cons.* 61. *num.* 1. *l.* 2. *Menoch. cons.* 746. *num.* 6. *Anchar cons.* 235. *num.* 1.

TARVSINA FEVDI.

Vener. 24. Maij 1624.

DECISIO CCCCCXII.

Impressa in Recent. decis. 541. part. 4. tom. 3.

ROMANA LEGATI.

Mercur. 29. Maij 1624.

ARGVMENTVM.

Legatum conditionale purificata conditione debetur, & non est locus fideicommisso.

SVMMARIVM.

1 *In legato si adimpletil est onus appositum acquisitum dicitur quidquid in eo continetur.*
2 *Fideicommissum expirat, quando conditio euanescit.*
3 *Substitutio de Te non sequitur, est optima oppositio.*
4 *Mens Testatoris quando sit extendenda.*
5 *Dictiones* tunc, *& eo casu limitant, & restringunt dispositionem ad casum expressum.*
6 *In fideicommissis tanquam odiosis qualitas posita in vna parte non extenditur ad aliam.*

DECISIO CCCCCXIII.

CAROLVS Baldassinus senior in suo vltimo Testamento reliquit filijs masculis Antonij de Baldassinis quædam bona stabilia in Vrbe sita, videlicet vni ex dd. filijs eiusdem Antonij, qui pro tempore accedet ad Vrbem & in ea habitabit, & moram trahet, qui venire teneatur quando erit ætatis, & in euentum quod

quod non accederet ad Vrbem aliquis ex dd. filiis, quando tamen fuerint ætatis... tunc, & eo casu voluit; quod Venerabilis Societas Beatæ Virginis Annuntiatæ, & illius Officiales fructus & pensiones dd. bonorum propria authoritate percipere valerent, & denique in omnibus alijs suis bonis eundem Antonium hæredem instituit.

Dicto Carolo Seniore vita functo orta fuit occasione d. legati controuersia inter Officiales d. Venerabilis Societatis ex vna, & Carolum Baldassinum Iuniorem d. Antonij filium ex altera, in qua obtinuit dictus Carolus pronunciari, dictũ legatum esse purificatum, dictaque bona acquisita dicto Carolo, & fideicommissum ad fauorem dictæ Venerabilis Societatis expirasse, dictãque Societatem nullã in dd. bonis ius, nullamque actionem habere.

Vndè causa ad Rotam delata, fuit dubitatum an dicta sententia esset confirmanda, & Domini censuerunt eam esse confirmandam.

Quod enim ad dictum Carolum attinet, constat eum venisse ad Vrbem in ætate legitima constitutum *anno* 1616. in eaque adhuc mo-
1 ram trahere atque ità onus dicto legato appositum adimplenisse: Vndè sequitur fuisse etiam ipsi bona, de quibus in dicto legato, acquisita.

Quo verò ad Societatem constat fideicommissum ad ipsius fauorem inductum expirasse, quia conditio, sub qua fuit vocata Societas, euanuit, fuit enim vocata in euentum, quod non accederet aliquis ex dd. filiis Antonij, ac propterea cum accesserit ad Vrbem d. Carolus, quem constat esse filium Antonij, meritò con-
2 ditio euanuit, atque ità vt dictum est d. fideicommissum expirauit ad latè *trad. per Cardinal. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 3. tit. 17. numer. 2.*

Nec obstat, quod dicta conditio non euanuit per simplicem accessum d. Caroli ad Vrbem, cum videatur potius Testatorem d. Societatem substituisse etiam in casu, quo nullus ex dictis filiis permaneret in Vrbe, quia in dicta Substitutione hoc non dicitur; Vndè meritò
3 potest obiicere Carolus d. Societati, substitutio hoc casu de te non loquitur. *Soccin. seni. con. 62. sub num. 4. vers. in primis l. 3. Paris. con. 38. numer. 21. lib. 2. Aym. conf. 161. num. 16.*

Nec dicta substitutio videtur ex verisimilimente
4 Testatoris adhuc casum extendenda, quia in primis certum non est, quod Testator voluerit grauare legatarios ad permanendum in Vrbe perpetuò, nam licet ei ex filiis Antonij d. legatum reliquerit, qui accederet ad Vrbem, et in ea moram traheret, tamen videtur menti d. Testatoris satis factũ, eò ipso quod aliquis ex dd. filiis per plures annos moram in Vrbe traxerit, licet posteà contigisset eundem ab ea aliquando recedere.

Et in omnem euentum, quod voluisset Testator, quod ille frueretur dicto legato, qui in Vrbe perpetuò permaneret, non videtur adeò de plano affirmandum, quod in casu quo aliquando dicti legatarij recederent ab Vrbe, ità vt aliquo tempore nullus ex dd. filiis Antonij in Vrbe habitaret, voluerit dictã Societatem succedere in bonis dd. filijs legatis, ponderando præsertim
5 verba, *tunc & eo casu, &c.* quibus concepta est dicta substitutio, quæ de sui natura limitant, & restringunt dispositionem ad casũ expressum. *Dec. conf. 89. num. 3. Anchar. conf. 356 num. 3. vers. 2. hoc probo. Aym. conf. 98. num. 7. Menoch. conf. 117. n. 4. & conf. 152. num. 41. & conf. 243. num. 35. Cardinal. Mantic. dict. tract. de coniect. vltim. volunt. lib. 3. tit. 16. num. 10. Rota coram Sanct. mem. Greg. XV. decis. 432. num. 6.* ità quod dicta Societas censeatur vocata in casu tantum, quo aliquis ex dd. filiis non accederet, qui casus, est in dicta substitutione expressus.

Neque in odiosis prout est onus fideicommissi. *iux. trad. per Doctor. in l. Coheredi. §. cum filio*
6 *ff. de vulg. & pupill.* qualitas posita in vna parte censetur repetita in alia *Paris. conf. 35. n. 19. vol. 3. Soccin. Iun. conf. 167. num. 31. lib. 3. cum alijs per Menoch. conf. 152. num. 45. & seq. &c.*

CONCHEN. DECIMARVM SANCTI CLEMENTIS.

Veneris 31. Maij 1624.

ARGVMENTVM.

Agitur latissimè de priuilegio non soluendi decimas quommodo amittatur per non vsum.

SVMMARIVM.

1 *Sententia habens requisita* Caputaq. decis. 262. *valida est.*

2 *Monasteria Monialium tertij Ordinis S. Francisci, ad hoc, vt sint exempta a decimis, & collectis quid requiratur.*

3 *Moniales S. Clementis gaudent usdẽ priuilegijs, quibus gaudent Monasteria S. Francisci tertij ordinis quoad decimas.*

4 *Priuilegium non soluendi decimas potest amitti per solutionem illarum spatio 40. annorum.*

5 *Priuilegium concessum toti ordini potest amitti per contrauentionem particularium Monasteriorum, & e contra num. 6.*

7 *Priuilegium non potest amitti per non vsum, quando ad est clausula, & decretum irritans.*

8 *Priuilegium concessum ratione paupertatis, non amittitur per non vsum.*

9 *Præscriptio ad hoc, vt tollat priuilegium quomodo probanda.*

10 *Præscriptio dum non est quadragenaria, non tollit priuilegium non soluendi decimas, & num. 13.*

11 *Priuilegium quando habet causam successiuam potest eo vti, quando vult.*

12 *Ex hodierno die non potest inferri ad tempus elapsum.*

13 *Moniales pro gestis à suis Ministris gaudent restitutione in integrum.*

14 *Lex Principis, non potest tolli per præscriptionem ab inferioribus.*

DE-

DECISIO CCCCCXIV.

DOMINI dixerunt, sententiam Rotalem latam ad fauorem Monialium Assumptionis Beatæ Mariæ super exemptione à solutione decimarum à Capitulo Conchen. prætensarum esse confirmandam.

Constat enim de validitate d. sententiæ, nec ea pro parte Capituli controuertitur, quia in
1 dicta sententia interuenerunt omnia requisita de quibus per *Caputaq. decis. 262. lib. 2.*

De iustitia verò dictæ sententiæ manifestè apparet quia fundatur in litteris Sanct. me. Pauli Tertij, & Gregorij Decimitertij, ad fauorem omnium Monasteriorum Monialium Tertij Ordinis Sancti Francisci emanatis, in quibus disponitur, quod Monasteria dicti Ordinis quorum introitus non sufficiunt pro congrua Monialium, quā Paulus Tertius taxauit ad ducata 16. auri de Camera pro qualibet Monia-
2 li, & deinde Sanct. mem. Gregor. XIII. ampliauit ad ducata 25. sint, & esse debeant semper penitus libera, & exempta ab omnibus decimis, Primitiis, & Collectis iuxta formam litterarum Sixti Quarti, Leonis Decimi, & Clementis Septimi, quibus fuerant eadem Monasteria iam prius indistinctè exempta, & dictæ exemptiones, & priuilegia fuerunt alias sæpius per Rotam in aliis causis approbata, & canonizata, pro vt apparet ex pluribus decisionibus relatis per *R.P.D. meū Burattum in decisione in hac causa 12. Maij anni præteriti facta*; hisque in
3 dubitanter gaudere debent Moniales Sancti Clementis Ordinis Sanctæ Claræ, cum non habeant redditus sufficientes pro dicta congrua taxata ad ducata 25. pro Qualibet, vt benè probatur ex testibus accuratè ponderatis *in dict. decisione R.P.D. mei Buratti*.

Nec obstant, quædenuo pro parte Capituli repetuntur, quod dd. Moniales amisisse censeantur d. priuilegium ex quo cov'ę non sunt, vel quod saltem d. priuilegium fuit contra eas legitimè præscriptum eo ipso quod per spatium plusquam 40. annorum fuerunt ab ipsis dictæ de-
4 cimæ solutæ, quia licet priuilegium non soluendi decimas possit amitti, vel præscribi contra priuilegiatum, qui decimas soluit per spatium 40. annorum, vt est *tex. in cap. accedentibus, & ibi DD. de priuileg. Dec. in capit. cum accessissent. num. 30. & seqq. de constit.* vbi quod etiam si pri-
5 uilegium fuerit concessum toti Ordini, potest amitti per contrauentionem solutionis particularū Monasteriorum, tamen in casu isto ex pluribus cessat dictum obiectum, nam omisso quod ex vsu aliorum Monasteriorum præser-
6 uatur ius d. priuilegij etiam dicto Monasterio Sancti Clementis, vt fuit *ex decisione Orani, in alia Conchen. exemptionis 10. May 1589. & decis. bon. mem. Card. Seraphini 951. in hac causa coram R. P.D. meo Buratto.* Firmatum, quodque stante De-
7 creto, *irritanti in dictis litteris dict. Summorū Pontificum apposito*, non potuit dictum priuilegium per illius non vsum amitti, præsertim cum il-
8 lud fuerit concessum ratione paupertatis, ex latè deductis *in causa Romana Concordia coram R.P. D. meo Caualerio, qua est decisio 197 sub num. 3. & 4. & decis. 213. numer. 2. & decis. 246. part. 1. in recentior.*

Non constat, etiam quod dd. Moniales possederint prædium de quo agitur per spatium 40. annorum atque ita quod de dicto prædio per dictum spatium dd. decimas persoluerint, nec minus constat quod dd. Moniales fuerint per totum dictum spatium in casu priuilegii, quod
9 scilicet non haberent ducata 25. pro qualibet, quod tamen omnino esset probandum, adhoc vt eis obstet dicta præscriptio ex allegatis per *Surd. cons. 419. nu. 27. in fin. lib. 3. Menoch. præsumpt. 41. lib. 6. Caput. decis. 379. part. 2.* & possibile est, quod dictæ Moniales ante promulgationem Constitutionis Gregorij XIII. haberent vltra ducata 16. pro qualibet, videlicet 18. vel 20. non tamen 25. Et sic quod ante dict. promulgationem non essent capaces priuilegiorum ab alijs Summis Pontificibus eorum ordini concessorum, & à die dictæ Constitutionis Gregorii XIII. per quam fuerunt effectæ capaces dd. priuilegiorum, quia scilicet per dictam Constitutionem fuit, vt dictum est, aucta congrua ad
10 ducat. 25. quam certum est non habere dd. Moniales, non effluxerunt anni 40. nec propterea intrat dicta prætensa præscriptio. *gloss. in cap. vltimo in verb. legitimè præscripta de consuetud. cap. auditis de præscript.*

Præterea est etiam aduertendum, quod dict.
11 priuilegium habet causam successiuam, ac propterea sufficit, quod dictæ Moniales eo tempore quo volunt vti priuilegio non habeant ducata 25. pro qualibet, nec ex eo, quod hodie non habeat ducata 25. pro qualibet inferri po-
12 test ad tempus præteritum, quod scilicet habuerint ducatus 25. *Card. Seraphin. decis. 951. num. 3.*

Quin, & colligi videtur ex depositionibus testium pro parte Monialium examinatorum super tertio, & quarto, quod aliquo tempore dd. Moniales haberent vltra 25. ducat. pro qualibet, & sic quod non fuerunt semper in casu dicti priuilegii, quod dd. testes deponunt quod redditus Monasterii sunt valdè diminuti propter reductionem censuum factam demandato Regis, & quia aliqua bona, super quibus census fuerunt impositi, sunt deperdita.
13 Vnde non potest esse locus dict. prætensæ præscriptioni, nisi probetur, quod à tempore dictæ diminutionis effluxerit tempus sufficiens ad præscribendum.

Et in omnem euentum, quatenus possit dici dd. Monialibus aliquod præiudicium illatum per suos Ministros, & Arrendatores ob prætensas solutiones non potest illis restitutio in integrum denegari. *Odd. de restit. in integr. q. 90. art. 3.* sicut aduersus solutionem multorum annorum datur minori restitutio, cui Ecclesia æquiparatur. *Odd. dict. tract. quæst. 54. num. 22.*

Quibus addi etiam potest quod in litteris Pauli Tertij, leguntur verba Statuimus, & ordinamus, & sic apparet Papam processisse per viam legis seu statuti, nec per consequens potest dicta Lex seu Statutum tolli per præscri-
14 ptionem, quia lex Principis non potest vlla præscriptione tolli ab Inferioribus contra mentem Principis, & fauorem Ecclesiæ, nisi

data scientia Papæ, vt *per Abb. Felin.*& alias fuit conclusum. *in dicta Romana Concordia coram R. P. D. meo Canaletto qua est decisio 197. par. 1. in recentior, &c.*

ELNEN. DECIMARVM.

Lunæ 3. Iunij 1624.

DECISIO CCCCCXV.

Impressa apud Postium de Manut. decis. 187.

PERVSINA PECVNIARIA.

Mercur. 5. Iunij 1624.

ARGVMENTVM.

Transactio voluntaria non præiudicat tertio, nec transgreditur person is transigentes.

SVMMARIVM.

1 *Transactio voluntaria non transgreditur personas transigentium nec præiudicat tertio.*
2 *In transactione si quis non habet interesse repellitur dicendo tua non interest.*
3 *Transactio super incerto quando non præiudicet habentis ius certum.*

DECISIO CCCCCXVI.

DOMINI steterunt in decisis quod transactio noceat D. Lutio, quia verò alia ietiam in huius dubii disputatione inculcabantur à scribentibus per D. Hectorem, & præsertim, quod dicta transactio non fuit læsiua D. Lutio, quodque in æstimatione Domus, de qua agitur non est attendendus verus valor d. Domus, sed solum actionis competentis ad Dominũ, iuxta tradita per *Molin. de primogenit. Hispan. l. 4. cap. 9. num. 34.* habita etiam ratione dubii litis euentus DD. mandarunt, quod de illis particulariter videretur.

Quod autem dicta transactio non possit præiudicare D. Lutio sufficienter fuit ostensum in alia decisione facta 23. *Maij* 1622. in qua fuit di-
1 ctum quod transactio voluntaria, prout est ista non transgreditur personas transigentium, nec præiudicat tertio, qualis est D. Lutius, qui dictæ transactioni non interuenit, neque ad causã fuit vocatus. *l. Imperatoris ff de transact. l. 1. C. eodem tit. Surd. conf. 92. num. 27. Peregrin. de fideicomm. art. 52. num. 81.* cum aliis in dicta decisione allegatis.

Nec obstat, quod Dominus Lutius non habet interesse in dicta transactione, ideoque re-
2 pellitur exceptione tua non interest, ex allegatis per *Rotam coram Sanct. mem. Gregorio Decimoquinto decis. 396. num. 3.* quia immo maximè interest D. Lutio quod maior appareat valor bonorum donatorum, quo enim maior apparebit valor dictorum bonorum, eo minus diminuenda erit præstatio annua scutorum 550. vt sæpè in hac causa dictum fuit, & sic dictus valor post ius quæsitum D. Lutio fuit culpa D. Hectoris diminutus, pura quia voluit transigendo vendere ius quod valebat plus scutorum 2000. vt prætenditur scutis 500. non debet talis
3 transactio præiudicare Lutio, cuius ius erat certum tempore dictæ transactionis, nec tamen fuit ad d. transactionem vocatus, vt fuit dictum in Sieaculana fideicommissi 11. *Decembris* 1613. *coram R. P. D. meo Vbaldo*, & latè fuit in alia decisione in hac causa facta comprobatum, &c.

FERRARIEN. FIDEICOMMISSI.

Lunæ 10. Iunij 1624.

DECISIO CCCCCXVII.

Impressa in recent. decis. 551. par. 4. tom. 3.

MACERATEN. PRAEDII.

Lunæ 10. Iunij 1624.

DECISIO CCCCCXVIII.

Impressa apud Amayden. de stylo Datar lib. 1. cap. 15. §. 13. num. 18. la 2. & declaratar per Rot. coram Bichio decis. 272. num. 23. & seqq.

FERRARIEN. PENSIONIS.

Vener. 24. Iunij 1624.

DECISIO CCCCCXIX.

Impressa in Recent. decis. 4504. par. 4. & post Viuian. de Iurepatronat. decis. 95.

VELITERNA TRANSACTIONIS.

Lunæ 17. Iunij 1624.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum non est relaxandum quando obligatio Cameralis fuit vulnerata per sententiam.*
2 *Ex sententia lectura cognoscitur iniustitia illius.*

DECISIO CCCCCXX.

FVERAT facto suppositum *die 14. Iunij anni præteriti coram R.D.meo Caualerio*, fuisse per A.C. pronunciatum non esse locum extin-
1 ctioni census. Ideoque dicta die resolutum fuit non esse relaxandum mandatum ad fauorem Tullii, eo quod obligatio Cameralis, qua tenebatur Gregorius ex forma conuentionis inter ipsum, & dictum Tullium initæ, dum censum extinguere videbatur, per dictã sententiam vulnerata.

Verũ visa hodie dicta sententia A.C. Domini
2 recesserunt à dicta resolutione, ex lectura enim dictæ sententiæ apparet minimè fuisse pronunciatum per A.C. quod nõ esset locus extinctioni census inter partes conuentum, *che in fine di cinque anni fosse in arbitrio, & facoltà di Gregorio di ripigliarsi detta casa, & estinguere il Censo, ò estinto, che fusse da Tullio rimborsarli il denaro, ouero fare Instromento di vendita di detta Casa à esso Tullio*, ex qua conuentione apparet clara mens contrahentium quod scilicet quatenus Gregorius vellet recipere Domum extinqueret censum, & quatenus Census fuisset extinctus à Tullio, Gregorius teneretur vel pecunias restituere, vel Domum vendere, idque erat etiam rationi consentaneum, ac propterea, cum Census non fuerit extinctus à Tullio, sed Gregorius Domum receperit, tenetur etiam ex vi dictæ conuentionis Censum extinguere, vt bene fuit in *dicta decisione coram Reuerendiss. D. meo, Caualerio deductum*.

Non obstat, quod Tullius recesserit à via executiua, quia Iudicium introductum coram A.C. non fuit introductum per Tullium, sed à Gregorio, sicque Tullius non potest dici recessisse à uia executiua per iudicium quod non fuit ab ipso introductum.

Et ideo Domini dixerunt mandatum esse relaxandum, &c.

AQVILANA BONORVM

Luna 17. Iunij 1624.

ARGVMENTVM.

Lite pendente in Rota inter duos prouisos non potest vnus alienare bona in emphiteusim, neq; cum beneplacito uni Apostoli, & multa de executore litterar *si in euidentem* earum.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio possidenti datur.*
2 *Possessio contra conductorem quomodo probetur.*
3 *Possessio inter contrahentes probatur per solam inuestituram.*
4 *Manutentio quando non denegetur.*
5 *Reintegratio conceditur habenti se pro spoliato.*
6 *Papa quando dat speciales executores non potest adiri A.C. & num.7.*
8 *Executoribus intra biennium non expedientibus causam, iurisdictio deuoluitur ad A.C.*
9 *Biennium datum executoribus quando incipiat.*
10 *Decretum* Sacri Concilij Tridentini de reformat. sess. 24. cap. 20. *quomodo intelligatur, & quando habeat locum, & num. 11.*
12 *Clausula* vocatis vocandis *importat citationem omnium interesse habentium.*
13 *Confirmatio quando remaneat nulla ex defectu mandati.*
14 *Confirmatio remanet nulla ob non impletam formam litterarum.*
15 *Gratiæ validitas consistit in vtilitate Ecclesiæ.*
16 *Executor litterarum quando nulliter cognoscat.*
17 *Litteræ expeditæ lite pendente non facta mentione litis non præiudicant.*
18 *Litteræ si in euidentem nulliter executæ possunt iterũ exequi.*
19 *Delegati iurisdictio expirat post sententiam nulliter latam.*

DECISIO CCCCCXXI.

LITE pendente in Rota inter Fabritium Manerium prouisum ab Abbate Sancti Spiritus, & Hieronymum Abruscam prouisum Apostolicum super beneficio Sanctæ Luciæ de Pila dictæ Abbatiæ Grangiæ, dictus Hieronymus omnia bona dictæ Grangiæ in emphiteusim ad tertiam Generationem concessit Fabio viuo, cum reseruatione beneplaciti Sedis Apostolicæ, & litteris *si in euidentem* de super expeditis obtinuit à deputato ab A.C. etiã quod dd. litteræ essent Archidiacono, & Vicario Episcopi Ecclesiæ Aquilanæ directæ, d. concessionem nulliter tamẽn, vt infra dicetur, confirmari.

Vnde lata sententia Rotali ad fauorem Fabritii prouisi ab Abbate, qua eidem fuit dictum beneficium adiudicatum, dubitari contigit. An dicta Ecclesia Sanctæ Luciæ sit manutenenda, seu quatenus opus sit reintegranda ad possessionem dd. bonorum: & Domini absque difficultate affirmatiuè responderunt.

Nam de possessione Ecclesiæ abundè constat tam ex dd. litteris informa *si in euidentem* expeditis, in quibus narratur Hieronymum, & Fabium Rectorem Ecclesiæ, & fructuum conductorem, seu emphiteutam respectiuè supplicasse pro licentia alienandi, seu concedendi bona ibi expressã ad tertiam Generationem dicto Fabio, quàm etiam de Instrumento d. Concessio-
2 nis, quia dicta narratiua, & multo magis etiam ipsa concessio plenè probat possessionem contrà ipsum conductorem. *Bald. in l. quædam Mulier num. 2. & ibidem Angel. sub num. 2. post med. versic.* Item attento, vbi quod per solam Inue-
3 stiturã probatur possessio inter ipsos contrahentes nullo alio probato *ff. de rei vendicat. Paris. cons. 111. num. 44. vol. 1. Ruin. cons. 46. num. 13. vol. 4. cum aliis per Gabr. in tit. de locato. conclus. vltima numer. 14.* & fuit in his terminis dictum in Neritonen. Massariarum 13. *Martij* 1603. *coram bo. mem. Litta* nec propterea potest dictæ Ecclesiæ denegari manutenentio quatenus se non habuerit pro spoliata, vt in dicta Neritonen.
5 Massariarum, vel saltem erit danda reintegra-

tio quatenus se habuerit pro spoliata *Caputaq.*
decis. 170. & 181. par. 3. Rot. decis. 755. num. 6. par. 2.
in recent.

Nec obstat, quod dicta concessio fuit vigore
dictarum litterarum informa *si in euidentem*
expeditarum confirmata, quia dicta confirma-
tio fuit nulla ex pluribus.

Et primo quia cum essent in dd. literis depu-
tati certi Executores, videlicet Archidiaconus,
& Vicarius Episcopi Ecclesiæ Aquilanæ non
6 potuit pro dd. litterarum executione A.C. adi-
ri, quando enim Papa dat speciales Executores
non potest alius se in huiusmodi executione
Intromittere *c. vt nostrum de appellat. Felin. in c.*
fin. num. 38. de præsumpt. Card. Seraphin. decis. 1003
num 3. in fine.

Idque etiam in specie de A.C. disponitur in
reformatione Sanct. mem. Pauli Quinti *in tit.*
de A. C. versic. litteras Apostolicas, vbi dicitur
quod litteras Apostolicas, quibus est datus cer-
tus executor, nullo modo A.C. exequatur.

Nec obstat quod cum dd. speciales Executo-
8 res nõ expediuerint causam intra biennium fuit
eorum iurisdictio ad A.C. deuoluta, vigore
Decreti Sacri Concilii Tridentini, *sess. 24. c. 20.*
de reformatione. Quia præterquam quod non
constat quod dd. Executores fuerint requisiti vt
9 dd. litteras debitè executioni demandarent,
quodque à die huiusmodi requisitionis lapsũ
esset biennium, vt requiritur per Decretum Sa-
cri Concilii, ibi *à die mota litis, &c.* & quod
per eos steterit quominus procederetur ad exe-
cutionem dd. litterarum. *Iuxta not. per Rebuff. su-*
per concord. 66. de forma litte. execut. mand. Apostol.
in verbo recusauerit, & verbo negligentes fue-
rint. *Rot. decis. 273. sub numer. 1. par. 2. in Re-*
cent.

Non loquitur etiam d. Decretum de execu-
10 toribus specialiter delegatis, sed de Iudicibus
ordinariis, & vlterius etiam locum habere vi-
detur in causis tantum contentiosis, non au-
tem gratiosis, in quibus non datur Instantia,
nec Executoris Iurisdictio perimitur nisi pe-
rempta gratia, *c. super gratia de offic. deleg. in 6.*

Atque ex hac ratione aduertit Modern.
11 in praxi Episcopali, decretum d. Concilii non
habere locum in Romana Curia, quia scilicet
lis seu Instantia in Romana Curia nunquam
extinquitur, quod euenit propter facultatem
protogandi fatalia.

Secundo Confirmatio d. Concessionis fuit
nulla, quia non fuerunt citati Abbas Monaste-
rii, cuius est Grangia, nec prouisus ab Abbate
qui habet Interesse, cum tamen omnes prædi-
cti essent citandi, tam vigore clausulæ *vocatis*
12 *vocandis* de quà in dd. litteris, *c. rebibita vbi*
Abbas in vlt. notab. de Iudic. Card. cons. 6 . in princ.
& in puncto similis confirmationis. *Rota decis.*
624. nu. 4. par. pri. in recentior. quam etiam vigo-
re alterius clausulæ si sibi constiterit. *Glos. in c.*
præsenti in verb. constiterit. de Consult. Abb in c. con-
querente num. 9. de rest. Spoliat. Card. Seraphin. de-
cis. 601.

Tertiò fuit etiam nulla dicta confirmatio ex
13 defectu mandati comparentis pro Fabio con-
ductore bonorum. *Iuxta tradit. per Vant. de nullit-*
at. ex defectu mandati num. 39. & seqq.

Quarto fuit nulla quia nõ fuerunt specificata
bona corã prætenso executore, prout require-
15 batur iuxta formam in dd. litteris traditam *c.*
cum dilecta, & ibi Doct. de rescript. Abb. cons. 41
num. 3. lib. 1. Card. Seraphin. decis. 337. num. 6.

Et dicta nullitas eo magis afficit d. confirma-
tionem quod in dicta specificatione consistit
15 præcipua vtilitas Ecclesiæ, à qua tota pendet
validitas concessionis *c. sine acceptione 12. qu. 2.*
cap. 1. de reb. Eccles. non alienan. in 6. Card. Sera-
phin. decis. 5081 in princ. & num. 11. quia non fa-
cta d. specificatione Ecclesia scire non poterat,
quæ bona essent ad eam deuoluenda post fini-
tam tertiam Generationem, & fuisset coacta
litigare super illorum liquidatione, vt optimè
fuit ponderatum, *in dicta decis. 674. num. 2. par.*
1. & in decis. 678. num. 2. & 731. num. 3. par. 2. in
recentior.

His accedit quod nec dict. executor absque
eo quod dicta bona coram eo specificarentur
16 potuit cognoscere, An dicta cessio esset vtilis
d. Ecclesiæ; vnde eo minus potuit forma in dd.
litteris tradita præteriri, vt in dd. *decisionib. 624.*
par. pri. & decis. 678. & 731. par. 2. in recentiori.

Et denique est aduertendum quod dd. litteræ
17 fuerunt extortæ lite pendente inter d. Hierony-
mum in dicta Grangia intratum, & Abbatẽ, ac
prouisum ab eo de dicta Grangia non facta mẽ-
tione litis, nec propterea possunt dicto Hiero-
nymo aut Fabio habente causam ab eo in præ-
iudicium Abbatis, & ab ipso prouisi suffragari,
si quidem Papa si sciuisset dict. litem pendere
Inter d. Hieronymum alienantem, & Abbatẽ
ac prouisum ab eo, verisimiliter non concessis-
set Hieronymo facultatem alienandi bona dict.
Grangiæ, super qua pendebat controuersia.
Iuxta trad. per Doct. in c. Prælatorum et præcipuè
Felin. num. 3. de accusat. vbi quod ille contra quẽ
agitur ad priuationem beneficii, licet possit of-
ficium suum ministrare litẽ pendente, non po-
test tamen alienare bona Ecclesię.

Nec dicatur quod quatenus litterę si in eui-
18 dentẽ fuerunt nulliter executæ, possunt Iterũ
executioni demandari, quia huic etiam obiecto
fuit satisfactum in dd. decisionibus 631. *num. 8.*
& 678. num. 3. par. 2. in recentior. in quibus dici-
19 tur, quod post sententiam semel etiam nulliter
latam Iudicis delegati Iurisdictio expirat, *l. sicut*
propriis C. quomod. aut quand. Iudex. l. Iudex postea-
quam, & ibi *Glos. ff. de re Iudic.* & in terminis
executionis litterarum Apostolicarum. *Archid.*
in c. si cui in Verb. contradict. de præbend. in 6. Rota
decis. 16. de re Iudic. in nou. & fuit dictum in
Casalen Canonicatus 22. Iunii 1605. *coram Re-*
uerendissimo Attrebaten. & in aliis in dd. decisio-
nibus 631. & 678, *par. 2. in recentior. relatis, &c.*

ANNOTATIO.

In M.S. ad marginem *num. 6.* hæc habentur:
Vid. Coccin. decis. 169. vbi contrarium deciditur ex
nouis A.C. facultatibus.

CAME-

CAMERINEN. PRAEDII.

Ven. 21. Iunij 1624.

DECISIO CCCCCXXII.

Impressa apud Post. de manut. decis. 289.

ROMAMA PRAETENSAE DEVOLVTIONIS VINEAE.

Vener. 21. Iunij 1624.

ARGVMENTVM.

Agitur latissimé quomodo excusetur caducitas ob non solutum Canonem intentata.

SVMMARIVM.

1 *Caducitas ob non solutum Canonem excusatur ex causis.*
2 *Causæ leues requiruntur ad excusandam caducitatem tanquam odiosam.*
3 *Rota faciliter admittit causas ad euitandam pœnam.*
4 *A caducitate excusatur quis si non soluit Canonem propter impotentiam.*
5 *Caducitas excusatur propter absentiam.*
6 *Difficultas subueniens post contractam obligationem excusat à mora, & pœna.*
7 *Non possidens vineam, Canones soluere non debet.*
8 *Culpa debitoris compensanda est cum culpa creditoris.*
9 *Caducitas euitatur per credulitatem satisfactionis Canonis.*
10 *Caducitas non potest declarari post mortem contra hæredes pupillos.*
11 *Caducitas tollitur, & euitatur per credulitatem etiā iniustam.*
12 *Depositio pecuniarum pro toto triennio facta statim post notitiam excusat à caducitate, & moram purgat.*
13 *Ad quem effectum sufficit sola oblatio verbalis.*

DECISIO CCCCCXXIII.

PRO Filijs, & hæredibus Marci Antonij Saracceni informantibus fuit resolutum, non esse locum prætensæ deuolutioni Vineæ de qua agitur.

Aut enim prætenditur locum esse deuolutioni propter incursam caducitatem ab ipso met Marco Antonio, ob non solutum Canonem, & cessat fundamentum duplici ratione, primo quia multę videntur concurrere causæ,
1 ex quibus posset dictus Marcus Antonius excusari a pretensa Caducitate, cum etiā ad hunc
2 effectum, eo quia agitur de materia pœnali, & odiosa, leuiores causæ sufficiunt, quod præsertim seruatur in hoc Sacro Tribunali, in quo
3 Iure permittente quęlibet causa ad euitandam pœnam, facilè ex summa Dominorum pietate admittitur. *Rot. decis. 577. numer. 4. par. 2. in recentior. Seraphin. decis. 1228. num. 5.*

Causa autē potissima ex qua videbatur posse excusari dictus Marcus Antonius visa fuit
4 impotentia ipsius soluendi dd. Canones post annum 1614. vsque ad annum 1617. & eiusdē
5 ab Vrbe absentia, cum ob imminentē carcerationē ex quo quotidie à suis creditoribus molestabatur coactus fuerit discedere causa æris alieni contracti post acceptam d. Vineę inuestituram, quod præbet iustam causam excusandi eum à caducitate, *cap. quarelam vbi Bald. in fin. de Iuretur. Rip. in l. quod te num. 21. ff. si cert. pet. Specul. de locato §. nunc aliqua num. 40. Corbul. de caus. priuat. ob non sol. Canon. limit. 29. Benincasa*
6 *in tract. de paupert. quæst. 8. Special. 10. num. 9* cum ad hunc effectum sola difficultas superueniens post contractam obligationem excuset à mora, & pœna, *l. si vehenda §. Idem Iuris ff. ad l. Rod. de iact. Tiraquel. de retract. Conuent. §. 1. Glos. 10. num. 120. Card. Mantic. de tacit. lib. 14. tit. 37. num. 3. &* præsertim quia agitur de damno euitando *Benincasa d. Special. 10.*

Post annum verò 1617. est locus excusationi
7 cum dictus Marcus Antonius de dicto anno fuerit priuatus dict. Vineæ possessione per Immissionem obtētam in illam ab huius Creditoribus vigore Saluiani Interdicti, quo casu dictus Marcus Antonius non tenebatur soluere Canones Vineæ, cuius possessio apud ipsum non existebat, sed bene tenebantur dd. Creditores possidentes, contra quos poterant agere dd. Canonici, cum haberent actiones directas contra Vineam ab ipsis in emph. teusim concessam, à quibus fuissent satisfacti. *Anchar. cons. 44. num. 7 vers. præterea Clar. in §. Emphiteusis quæst. 8. vers. sed quæro Corbul. vbi supr. limit. 22. Capic. decis. 14. num. 21. Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 35. num. 4. Rot. in Romana Domus Sanct. Ludouici 30. Martij 1605. coram bo. mem. Raata.*

Et prędicta eo magis procedunt, quia d. Domini Canonici fuerunt postea de dd. Canonibus ab anno 1614. per totum annum 1617. satisfacti, partim de prætio Vini recollecti in eadem Vineą per manus D. Ioannis Lucatelli depositarij partim verò à Pręuitali emphiteuta in solidum obligato, vt patet ex quietantijs *in Summar. num. 2.* prout etiam fuissent satisfacti de Canonibus decursis per totum annum 1020. si exigere non neglexissent scuta 30. ab eodem Præuitali, cui dilationem concesserunt, necnō alia scut. 24. & scut. 60. redacta ex pretio d. Vini, & in Sacro Monte Pietatis depositata per dictum Lucatellum depositarium, & con-
8 sequenter culpa debitoris, si quæ pro parte eius ad fuisset, compensanda esset cum culpa, & negligentia creditorum, *l. si ambo. ff. de compensat. Afflict. decis. 105. numer. 29.* Imò creditorum negligentia, & mora præponderat moræ debitoris, & rei *l. si seruum §. sequitur ff. de Verb. Obligat. Alex. cons. 49. num. 4. in fin. vers. pro hoc facit. lib. 2. Rain. cons. 115. in fin. l. 5. Rot. Iauuen. decis. 218. in princ.* & fuit dictum in Romana de Iacobellis *prima Decembris 1600. coram bo. mem. Card. Lancellotto.*

Vel saltem Saracenus absens ab Vrbe, credens
9 proprietarios fuisse de Canonibus satisfactos de prædictis assignamētis aut à possessoribus Vineæ, ad quos huiusmodi onus Reale spectabat, per errorem, non autem per malitiam cessasse diceretur, vt caducitatem euitaret *Bald. in l. 2. num. 2. C. de heredit. act. Corbul. de cauf. priuat. ob canon. non solut. ampliat. 5. num. 27. Caputaq. decis. 180. num. 4. part. pri.* & fuit dictum in Pisana Caducitatis 25. Iunij 1601. *coram bo. mem. Card. Sacrato.*

Secundò Principaliter cessat deuolutio ob incursam caducitatem per Marcum Antoniũ,
10 quia dicta Caducitas non fuit declarata viuẽre ipso Marco Antonio, vnde nec potuit amplius post eius obitum declarari contra illius hæredes pupillos, & minores. *Cassad. decis. 2. de locat. Card. Mantic. dict. tract. de tacit. l. 22. tit. 27 num. 34. Corbul. de cauf. priuat. ob non Sol. Canon. ampliat. 45. num. 17. & seqq.*

Aut dicta deuolutio prætenditur ob Incursam caducitatem per Filios dicti Marci Antonij, & minus videtur ei locus, quia dato etiam quod dd. Filij fuerint contumaces in soluendo dd. Canones, excusantur tamen propter iustam ignorantiam, & minorem ætatem, cum ad hunc effectum etiam iniusta credulitatis cau-
11 sa sit sufficiens, *l. igit. §. post ff. de lib. cauf. Corbul. de cauf. priuat. ob non Solut. Canon. limit. 17. nu. 22. Bero. conf. 98. numer. 28. & seq. lib. 1. Rot. Coram*
12 *Gregor. XV. decis. 188. num. 4.* tantoque magis quod postquam habuerunt notitiam d. contumaciæ, obtulerunt, & realiter deposuerunt in Sacro Monte Pietatis, vt apparet ex copia Cedulę datę *in summar. num. 9.* Canones decursos, & non solutos pro toto integro triennio, quod sufficit ad excusandam caducitatem, & moræ purgationi. *Corbul. dicto tract. limit. 37. Cardin. Mantic. de tacit. d. lib. 22. tit. 27. num. 61. & seq.* cum imò ad hũc effectum sola oblatio verbalis suf-
13 ficiat. *Socc. conf. 118. num. 10. lib. 4. Caputaq. decis. 271. par. 1.* & fuit dictum in Rossanen. Regressus 16. Iunij 1595. *Coram bon. mem. Litta.*

ROMANA FIDEICOMMISSI DE GRANDIS.

Vener. 21. Iunij. 1624.

ARGVMENTVM.

Immissio conceditur quotiescumque constat de purificatione fideicommissi, & de identitate corporum.

SVMMARIVM.

1 *Immissio conceditur quando competit, vel vigore* l. fin. C. de ediu. dict. Adrian. Toll. vel in vim vtilis Saluiani.
2 *Immissio non datur in corporibus alienatis, & assignatis in legitimam debitam ex fideicommissis.*
3 *Immissio potest dari pro indiuiso in fideicommissis.*
4 *Fideicommissa tolluntur ex bulla iuris congrui, & subrogatur pretium.*
5 *Immissio conceditur in vim fideicommissi, vel in corpus, vel in pretium inuestitum vigore Bulla iuris congrui.*
6 *Constito de possessione fideicommittentis immissio conceditur.*
7 *Exceptio melioramentorum si non constat nec in genere nec in specie non impedit immissionem vigore fideicommissi.*

DECISIO CCCCCXXIV.

PRæsuppositis decisionibus aliàs in hac causa factis, quod Stephanelli Filij Cinthiæ sint vocati proportione dictæ Cinthiæ fuit dubitatum, An ipsis esset danda Immissio, & pro qua rata in possessionem Domus, & Apothecarum ad Scrofam, & aliarum duarum Apothecarum ad Viculum de Sabellis, & DD. resoluerunt quoad Immissionem in genere eam
1 esse dandā absque difficultate pro tertia parte, quia portio Cinthię pro quã dd. Filij sunt vocati est tertia pars. Ideoque competit eis pro dicta tertia parte Immissio vel vigore, *l. fin. C. de edict. diu. Adr. toll.* vel in vim vtilis Saluiani. *Rot. decis. 276. num. 2. par. 2. in recent. Card. Seraphin. decis. 828. num. 1.* vbi quod semper ità fuit obseruatum vt pro fideicommissis detur immissio ex Saluiano.

Quo verò ad corpora bonorum supra expressa, & in primis quo ad dictam Domum nõ videbatur quod pòsset dari dicta Immissio pro integra tertia parte totius Domus, quia constat
2 eam fuisse per Hermetem Filium Octauij hæredis grauati alienatam in Alexium Buccamatrum. Ideoque imputari debet in legitimam Octauio in bonis fideicommisso suppositis debita. *Iuxta not. in l. Marcellus §. res quæ ff. ad Trebell. Paris. conf. 17. in fin. lib. 2. Peregr. de fideic. art. 39. nu. 4. vers. effectum autem est.* Et per consequens non poterit dari immissio pro integra tertia parte totius Domus, sed tantũ pro tertia parte
3 illius ratæ, quæ superest detracta legitima pro fideicommissis, pro qua poterit dari immissio pro indiuiso, vt fuit in pluribus causis obseruatum, & signanter *Senoren. de Tassonis 28. Iunij 1618. coram R. P. D. meo Pamphilio.* & in alijs.

Quo verò ad Apothecas existentes sub tus d. Domũ licet dicatur eundem Alexium illas emisse vigore Bullę iuris congrui, quæ tollit fideicommissa, eorumque loco subrogat pretium inuestiendum, quia tamen non constat de aliquo inuestimento, & sic quod forma dictæ Bullę fuerit seruata, erit danda immissio pro di-
5 cta tertia parte, vel in ipsis Apothecis vel in pretio inuestito, quatenus appareat fuisse inuestitum.

Quo ad alias duas Apothecas quoniam constat eas fuisse in bonis Christophori fideicommittentis danda erit immissio pro dicta tertia parte ex supra allegatis.

Non obstat exceptio prætensorum melioramētorum, quia de ijs non constat nec in genere, nec in specie, prout etiam non constat, quod

census

census extincti essent creati à fideicommittente, vel ab heredibus fideicommittentis ad effectum soluendi dicti fideicommittentis debitū, vnde neque hinc potest retardari dicta immissio, &c.

NVLLIVS PAROCHIALIS CASTRI DVRANTIS.

Mercurij 26. Iunij 1624.

ARGVMENTVM.

Litteræ quomodo iustificentur ad verificationem gratiæ.

SVMMARIVM.

1 *Vacatio iustificatur ex Confessione Aduersarij, præsertim si redacta sit in actis, & num. 2.*
2 *Valor beneficij iustificatur ex gratia Aduersarij idem exprimentis.*
4 *Narratiua remanet iustificata ex narratiua Aduersarij.*
6 *Presbyteratus probatur ex litteris Archiepiscopi.*
7 *Pensio iustificatur ex litteris.*
8 *Ecclesiæ qualitas probatur ex vltima prouisione.*
9 *Enunciatiuæ antiquissimæ probant qualitatem Ecclesiæ.*

DECISIO CCCCCXXV.

DICTVM fuit gratiam D: Bernardini esse in omnibus iustificatam quòd enim Ec-
1 clesia de qua agitur vacauerit per obitum Lutij, iustificatur ex propria confessione Lazari in gratia per eum obtenta, quod sufficit ad *decis. Egid. 268. & decis. 595. Caputaq. decis. 186. l. 1. in manuscript. Put. decis. 516. l. 2.* & fuit dictum in Romana Cappellaniæ de Toledo *7. Iunij* 1621 *coram R. P. D. meo Buratto.*

Presertim cum dicta gratia fuerit per eum-
2 dem Lazarū in actis pro ducta, *Dec. in c. cum super num. 22. de off. deleg. Aym. cons. 201. num. 7. Alex. cons. 30. num. 1. lib. 7. Rot. decis. 2. post med. de fid. instrum. in nou. Mohed. decis. pri. in fin. de regul.* & fuit dictum in Anconitana Bonorum *coram Sanct. mem. Greg. XV. quæ est decis. 402. num. 3. in impres.*

Et pariter ex eadē gratia Lazari Aduersarij, iustificatur valor per dictum D. Bernardinum
3 expressus per non excessum in scut. 70. certis & vnà cum incertis in scut. 125. in dicta enim gratia Lazarus eundem valorē exprimit eodē modo per non excessum in scut. 70. certis &
4 imò cum incertis in scut. 80. Vnde remanet iustificata narratiua d. Bernardini, vt fuit firmatū in Rauenn. Beneficij 10. *Maij* 1619. *cor. R. P. D. meo Pamphilio*, nam si valor vna cum incertis non excedit summā scut. 80. multò minus poterit dici excedere summā scut. 125. iuxta expressionem factam per dictum Bernardinum.

Quod Bernardinus esset Doctor tempore
5 gratiæ, & Prothonotarius Apostolicus probatur ex litteris patentibus vtriusque gradus, & ex litteris Archiepiscopi probatur, quod esset
6 Præsbyter *Gloss. in c. inter quatuor in Verbo argumenta de Cleric. Peregr. Felin. in cap. post cessionem num. 3. & 15. de probat. Rot. in decis. 605. num. 5. par. 2. in recentior. Card. Seraphin. decis. 713. num. 1.*

Quod obtinuerit pensionem iustificatur ex
7 litteris reseruationis pensionis.

Et denique quod Ecclesia de quā agitur sit Parochialis probatur tam ex prouisione Lu-
8 tij vltimo loco defuncti, ex qua constat de vltimo statu, quod sufficit ad effectum iustificationis gratiæ *Iuxta not. per Doctor. in c. consultationibus de iure patr. Abb. in c. nobis num. 8. vers. si verò non constat eod. tit. Rota coram Sanct. mem. Greg. XV. decis. 1467. sub num. 3.*

Quam etiam ex alijs prouisionibus, & enunciatiuis antiquissimis, quæ habent vim famę,
9 & plenè probant. *Ias. in l. cum aliquis n. 4. C. de iur. de lib. Card. Seraph. decis. 1025. num. 14. & decis. 1334. numer. 2. Rot. diuers. decis. 684 par. 1. & decis. 223. num. 4. & 673. num. 6. par. 2. in recent.*

ROMANA PECVNIARIA.

Mercurij 26. Iunij 1624.

DECISIO CCCCCXXVI.

Impressa apud Cens. de Censibus decis. 482.

FAVENTINA IVRISPATRONATVS

Mercur. 26. Iunij 1624.

ARGVMENTVM

Manutentio in beneficio possidenti conceditur.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio in beneficio possidenti datur.*
2 *Possessio plenè probatur ex instrumento, alio non existente in possessione.*
3 *Possessio clandestina, & turbatiua non est manutenibilis.*
4 *Possessio capta auctoritate iudicis præfertur possessioni anteriori.*
6 *Sententia nulla, & iniusta non priuat possessione.*
7 *Sententia est nulla litteris non iustificatis.*
8 *Sententia est nulla si in eodem die probationis sententiæ conceditur immissio non dato termino ad appellandum.*
9 *Executor mixtus ex quibus dignoscatur.*
10 *Possessio tradita in termino ad appellandum est attentata.*

DE-

DECISIO CCCCCXXVII.

1 DOMINI dixerunt, Baptistæ dandum esse mandatum de manutenendo in possessione beneficij; de quo agitur quia de eius possessione de tempore motæ litis constat ex publico instrumento adeptionis dictæ possessionis,
2 quod alio non existente in possessione, plene probat possessionem ad quemcumque effectũ; *l. prædia vbi Bart. & DD. ff. de acquir. possess. l. non idcirco, & ibi Bald. C. de fid. instrum. Rot. decis. 900. n. 1. p. 1. in recentior. & fuit pluries decisum.*

Nec obstat possessio Scardacci, quia cum fuerit capta 6. *Martij* 1624. & sic post adeptam possessionem per Baptistam, quæ fuit per eundem
3 Baptistam capta 30. *Septembris* 1622. præsumitur clandestina, & turbatiua, nec propterea est manutenibilis *c. licet causam vbi DD. de probat. Bart. in l. si duo n. 4. ff. vti possid. Rot. decis. 27. n. 7. p. 1. diuers.* & fuit dictum in nullius præpositure *3. Iulij, & 1. Decembris præteriti coram me.*

4 Nec facit, quod fuerit capta de mandato Iudicis, qui potuit priuare dictum Baptistam sua possessione, quo casu cum habeat fomentum iuris, videtur præferenda possessioni Baptistæ licet anteriori *l. iuxtè possidet, & ibi Bart. ff. de acquir. possess. Angel. in l. clam possidere §. qui ad nundinas n. 2. in fin. & ibi Ias. n. 20. ff. eod. tit.*

6 Quia cum dictus Iudex nulliter, & iniustè processerit, non priuauit dictum Baptistam, qui non habuit se pro spoliato sua anteriori possessione *Rot. decis. 602. n. 7. p. 1. diuers. & decis. 35 n. 4. p. 2. in recent.*

Quod autem nulliter, & iniustè processerit
7 apparet, tum quia processit litteris dicti Scar-
8 dacci non iustificatis, tum etiam quia eundem immisit in possessionem dicti beneficij illa ipsa die, quâ protulit sententiam ad ipsius fauorem, & sic pendente termino ad appellandum, quod facere non potuit, quia cum non esset merus
9 executor, sed mixtus, vt patet ex clausulis in gratiam dicti Scardacci appositis videlicet *vocatis vocandis, &c. dummodo, &c. amoto, &c.* quæ omnes clausulæ præsertim simul iunctæ faciunt executorem mixtum, vt fuit sæpissimè dictum, & signanter in Beneuent. Parochialis 4. *Decembris 1620. coram Reuer. D. meo Decano, & in vna Leod. en Abbatiæ 14. Ianuarij 1622. coram R. P. D. meo Vbaldo,* tenebatur assumere partes Iudicis, & ab illius sententia dabatur appellatio, etiam suspensiua *Felin. in c. exhibita n. 9. de iudic. Rot. decis. 925. n. 7. p. 2. in recent. Card. Seraphin. decis. 817. in princ. & decis. 1471. n. 2. & in alijs relatis per Gaz. de benefic. p. 6. c. 2. n. 110. & seq.* prout etiam
10 fuit à dicta sententia appellatũ, ideoque possessio intra dictum terminum tradita, est attentata, *s. non solum de appellat. in 6. Rot. decis. 159. n. 3. par. 2. in recent.* & fuit dictum in Vercellen Cappellaniæ *14. Martij 1622. coram R. P. D. meo Vbaldo,* & sæpè in alijs.

Atque ita fuit resolutum dicto solo Baptista informante, &c.

VITERBIEN. HÆREDITATIS

Veneris 28. Iunij 1624.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Pecuniæ consignandæ sunt quotiescumque patet de voluntate testatoris.*
2 *Vocato vno casu ille exequendus est, & non expectandus est sequens.*
3 *Consignatio quomodo facienda sit vigore vocationis.*

DECISIO CCCCCXXVIII.

1 DOMINI steterunt in decisis, quod sit locus consignationi pecuniarum, quia vt in alia decisione diximus vocatio Filiarum Feminarum in defectum masculorum est clara, nec dubitatur, quin euenerit casus dictæ vocationis ad fauorem Liuiæ, vnde merito consignandæ erunt dd. pecuniæ dictæ Liuiæ seu Monasterio, in quo dicta Liuia est effecta monialis.

2 Nec obstat, quod post mortem dd. filiarum absque filijs leguntur vocata alia loca pro arbitrio tutorum, quia cum dicta loca pia iuxta tenorem dictæ vocationis succedere debeant post obitum demum Liuiæ, eaque adhuc in humanis existat, frustra modo super dicta vocatione disceptatur, & de ea poterit tunc videri, quando casus dictæ vocationis euenerit, nec interim potest dicta consignatio dictæ Liuiæ denegari.

3 Erit autem dicta consignatio facienda iuxta formam decreti Vicelegati, & ad effectum inuestiendi seu data cautione per Monasterium de restituendo dd. pecunias post obitum Liuiæ cui de iure; *ad l. 10. & ibi glos. in verb. non exigit ff. vt in poss. leg. seu fideicomm. l. inter omnes, & ibi DD. ff. qui satisd. cog.* cum alijs *per Peregrin. de fideicomm. artic. 45. n. 10.*

FERETRANA PAROCHIALIS

Lunæ 15. Iulij 1624.

ARGVMENTVM

Manutentio possidenti datur.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio possidenti datur.*
2 *Possessio probatur ex confessione Aduersarij.*
3 *Per resignationem in manibus Papæ amittitur ius, & possessio.*
4 *Resignatio conditionalis operatur, vt donec non purificetur conditio ius non abdicitur à resignante.*

DE-

DECISIO DXXIX.

1 PETRO Marino tantum informante fuit
dictum ipsi esse dandum mandatum de
2 manutenendo, quia de ipsius possessione con-
stat ex confessione Francisci Aduersarij in eius
litteris, quod sufficit ad effectum obtinendi
manutentionem contra Aduersarium confi-
tentem, *Put.decis.325.n.3.Rota in Pampilonen Be-
neficij 6.Februarij 1615.coram R.P.D. meo Vbaldo,
& in Romana Domus de Blanchis 10. Maii 1619.
coram R.P.D.meo Buratto.*
3 Non obstat, quod Petrus Marinus resigna-
uit Parochialem in manibus Sm̃i quodque per
huiusmodi resignationem amisit ius, & posses-
sionem, quam prius habebat *Rot.dec.2.de renunc.
in antiq. & decis. 9. eodem tit.in nou.Cassad. decis.2.
eod tit.num.3.Put.decis.175.num.2. l.3.* præsertim
cum talis resignatio fuerit per Superiorem ad-
missa *Rot.decis.29.n.2.p.1.in recent.*
4 Quia dictus Petrus Marinus non resignauit
dictam Parochialem simpliciter, sed ad fauo-
rem certæ personæ, dictaque resignatio fuit
etiam sub certis conditionibus admissa, vnde
nisi docetur, quod dictum Beneficium fuerit
perfectè resignatario acquisitum, & dictæ con-
ditiones purificatæ, non potest interim censeri
ius abdicatum à resignante, *Acchil.decis.10.n.4
de restit.spol.Put.decis.158.nu.1.& seqq.l.3.cum alijs
per Rot.coram Sanct.me.Greg.XV.decis.159.nu.6.&
fuit dictum in Regien Præceptoria 3. Iunii 1618.co-
ram bo.mem. Andrea.*

ROMANA CAPELLANIÆ SANCTISSIMI SALVATORIS AD SCALAS SANCTAS

Veneris 8. Nouembr. 1624.

ARGVMENTVM.

Manutentio non conceditur non possidentibus.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio potius datur deputantibus Capellanum amouibilem, quam ipsi Capellano iam admisso.*
2 *Possessio data ad tempus cessat elapso tempore.*
3 *Capellanus ad nutum deputatus, & postea destitutus non potest ab Ordinario manuteneri.*
4 *Capellanus deputatus ad nutum potest amoueri etiam sine causa, dumodo absit malitia*
6 *Confirmatio nihil de nouo tribuit, neque extendit confirmatum.*
7 *Confirmatio non operatur, quando aduenit post remotionem.*
8 *Possessio capta contra formam Constitutionum non est manutenibilis.*
9 *Clausula sublata, & Decretum irritans inficit titulum, & possessionem.*
10 *Manutentio non possidenti non datur.*
11 *Restitutio in integrum non datur in possessorio.*
12 *Restitutio in integrum non potest dari non transportatis actis.*

DECISIO DXXX.

ORTA fuit quęstio inter Capellanos Pic-
cardum, Honestum, & Castelluccium
successiuis temporibus à DD.Custodibus Ce-
leberrimę Capellanię ad Sancta Sanctorum S.
Saluatoris in Capellanos electos, & ipsos met
etiam DD.Custodes, cui sit dandum mandatũ
de manutenendo, videlicet an vni ex dd. sic
electis sit dandum dictum mandatum, seu sal-
tem dd.Custodibus in quasi possessione eligen-
di, & ad eorum nutum remouendi per ipsos
electos, & DD. censuerunt nemini ex dd.Ca-
pellanis esse dandum dictum mandatum, quo
verò ad DD. Custodes mandarunt particulari-
ter videri.
1 Nam quoad Castelluccium licet controuerti
minime possit eius possessio, prout nec alio-
rum, cum de ea ab vndè constet ex Instrumen-
to adeptę possessionis, & ex testibus de dicta
possessione deponentibus, tamen quia fuit de-
putatus in Capellanum à dd. DD. Custodibus
ad eorum nutum, & beneplacitum, & fuit
ab ijsdem postea remotus, non potest ei com-
petere manutentio, quia deputatus ad nutum
non habet veram possessionem, sed possidet ijs
à quibus fuit deputatus iuxt. deducta *in dec.422
nu.2.p.1. diuers.* illiusque possessio si quæ est in-
telligitur ad tempus donec fuerit remotus, atq;
ita finito tempore, & sic postquam fuit re-
motus nullam penitus habet possessionem,
2 quia possessio data ad tempus, cessat elapso
tempore nec dicitur amplius possessio ex na-
tura temporis limitati *ad tex.in l. Imperator ff. de
postul.l.statu liberi §.stichum ff. de leg.2. Abb. & alii
in c.postulasti ante n.1.de rescrip.Decian.cons.108. n.
3 19.lib.3.* & in puncto, quod Capellanus ad nu-
* tum deputatus, & postea destitutus non possit
ab Ordinario in sua possessione tueri tradit
Garz.de benef par.1.c.2. num. 87. vbi etiam dicit
ita fuisse resolutum in vna Elboren Distribu-
tionum *29. Martii 1599.coram Corduba.*
4 Non obstat, quod dictus Castellucius non
potuit sine causa remoueri, quia verba ad nu-
tum, & beneplacitum important liberam, &
absolutam, & non regulatam voluntatem
Felin.in c.1.sub nu.51.vers. & si dicatur commit-
timus voluntati tuæ *de constit. Ias. in l.si sic num.
27.ff.de leg.1.Menoch.de arbitr.lib.1.quæst.7. num.2.*
5 Ideoque potest sic ad nutum, & beneplacitum
deputatus, etiam sine causa remoueri, dum-
modo absit malitia, *Card.in Clement.1.§.præmis-
sa sub num.4.post med.de supplen. neglig.Prælat. Dec.
in c.ad nostram n.19.& 23.de confirm. vtil. vel inut.*
& fuit dictum *in Burgen Amotionis Magistri Ca-
pellæ 11.Decembris 1581.coram bo.me. Card. Blan-
chetto, & in decis.778.n.1.p.1.diuers.*
Non obstat, quod dicitur Castelluccium
possidere dictam Capellam vigore confirma-
tionis habitæ à Capitulo Lateranen. quæ
fuit concessa simpliciter, & absque dicta clau-
6 sula *ad nutum*, quia confirmatio nihil de no-
uo tribuit, neque extendit confirmatum, sed
solũ ei addit robur. *Dec. in c.ad nostram num.9. de
confirmat.vtil.vel inutil. Alex.cons.123.num.20.lib.4
Rot coram bo.me.Greg.XV.decis.267. n.1.& in addit.
num.10.*

num. 10. *Card. Seraph. decis.* 981. *num.* 5. & in casu isto fuit per Capellanum in specie confirmata electio de ipso facta per dd. Custodes 12. *Augusti* 1623. & sic dubitari non potest quin fuerit cõfirmata dicta electio in illis terminis in quibus fuit facta; atque ita sub qualitate d. manualitatis
7 vltra quod Castelluccius fuit remotus per dd. Custodes ante confirmationem, ac propterea eo minus poterat aliquid operari dicta confirmatio cum non adesset electio confirmabilis.

Nec potest etiam dari dictum mandatum de manutenendo Honesto præsentato à DD. Custodibus post remotionem Castellucij, quia nullam habet institutionem, seu confirmationem
8 à Capitulo, ideoque quatenus se intrusisset in possessionem Capellaniæ, illius possessio non esset manutenibilis, cum sit capta contra
9 formam Breuis Leonis X. quod habet clausulã sublata, & decretum irritans, quod inficit titulum, & possessionem *Gabr. de clausul.* 3. *nu.* 50. *Rot. decis.* 189. *num.* 4. *par.* 2. *diuers.* & fuit dictum *in Adrien. Decimarum* 14. *Decemb.* 1607. *coram Reu. D. meo Patriarcha Hierosolymit.*, & est etiã aduertẽdũ quod dicta possessio fuit capta post inhibitionẽ emanatam ab Illustris. Archipræsbytero ad instantiam dicti Castelluccij.

10 Tandem non potest dari manutentio Piccardo tum quia ei obstant eadem, quæ supra fuit dictum obstare Castelluccio, tum etiam quia vsque de anno 1615. fuerunt latæ contra dictũ Piccardum duæ sententiæ, quæ transitum fecerunt in rem iudicatam, quo stante censetur Piccardus dictis sententijs acquieuisse, atque ità se habuisse pro spoliato, vnde non potest ei competere aliqua manutentio *Alex. in l. naturaliter* §. *nihil commune n.* 34. *& ibi Rip. nu.* 97. *Bolognett. n.* 60. *&* 62. *vers. limitatur ff. de acqu. possess. Menoch. de retinen. remed.* 3. *nu.* 685. *& seqq. Cas. de Graf. decis.* 7. *n.* 8. *&* 9. *de sent. & re iudic.*

11 Nec obstat, quod idemmet Piccardus obtinuit committi aduersus rem iudicatam causam restitutionis in integrum, nam vltra quod in possessorio non datur restitutio *Put. decis.* 36. *n.* 4. *l.* 1. *Benincas. decis.* 79. *num.* 8. non constat etiam de
12 causis restitutionis in integrum quin nec acta dd. instantiarum fuerunt transportata, ideoq; deficit etiam iurisdictio stante *Decreto Sac. Conc. Trid. sess.* 24. *c.* 20.

ANNOTATIO

Ad n. 3. *Adde Gutierez pract. quæst. l.* 3. *c.* 2. *n.* 18. *& seq.*

NEOCASTREN. PAROCHIALIS

Vener. 8. *Nouembris* 1624.

DECISIO DXXXI.

Impressa apud Postium de Manuten. decis. 567.

BONONIEN. FRVCTVVM DOTIS

Mercurii 13. *Nouemb.* 1624.

DECISIO DXXXII.

Impressa apud Cilian. ad statut. Perus. decis. 72.

BONONIEN. DE MANZOLIS

Mercur. 13. *Nouembr.* 1622.

DECISIO DXXXIII.

Impressa apud Postium de Manuten. decis. 191.

HILDESIMEN. OPTIONIS

Veneris 15. *Nouemb.* 1624.

DECISIO DXXXIV.

Impressa in Recent. decis. 571. *par.* 4. *tom.* 3.

ROMANA FIDEICOMISSI

Veneris 15. *Nouembr.* 1624.

ARGVMENTVM

Sententia confirmanda est, quando constat de iustitia; Renunciatio facta à Nouitia, quando sit nulla ob non seruatas solemnitates.

SVMMARIVM.

1 *Sententia confirmanda est, quando constat de iustitia.*
2 *Renunciatio Monialis ex quibus sit nulla.*
3 *Quis debeat probare interuenisse licentiam in renunciatione monialis.*
3 *Iudicis decretum non inducit illas solemnitates, quæ in illo non enunciantur.*
4 *Existens in Nonitiatu gaudet priuilegio fori, & canonis, sic in eorum renunciationibus non est competens iudex secularis.*
5 *Iudicis secularis decretum non facit præsumere licentiam Iudicis Ecclesiastici in renunciationibus requisitam.*
6 *Quod post longum tempus præsumantur interuenisse solemnitates requiruntur anni* 30.
7 *Præsũptio quando intercesserint solemnitates ex lapsu plurium annorum tunc intrat, quando de scriptura non constat, secus vero quando clare apparet contrarium.*
8 *Ad inducendam presũptionem solemnitatum cum lapsu* 30.

psu 30.annorum requiritur obseruantia.

9 *In renunciatione licentia à Vicario an possit quandocumque impetrari.*

10 *In renunciatione necesse est, quando licentia Episcopi interueniat in ipso actu.*

11 *Nouitius est de foro Ecclesia.*

12 *In contractibus Nouitij requiritur Index Ecclesiasticus.*

13 *Renunciatio nulla ob defectum licentia Vicarij non potest impedire immissionem.*

14 *Quod dicitur de donatione non dicitur de renunciatione.*

15 *Donatio non insinuata vt requirit statutum, non impedit immissionem.*

16 *Legitima non detrahitur de legato particulari.*

DECISIO DXXXV.

1 DOMINI dixerunt sententiam, in qua fuit
declaratum Monasterium Sanctæ Cecilíæ esse ex persona Franciscæ,nũc SororisClaudiæ immittendum in possessionem Domus relictæ dictę Franciscæ post mortem Flaminiæ,& medietatis alterius Domus legatæ Angelicæ,in qua est substituta dicta Francisca, & Virginia, fore confirmandam, quia constat tam dictam Flaminiam obijsse, quam etiam Angelicam sine filijs, atque ita factum esse locum dd. substitutionibus, vndè debetur dicto Monasterio, cui ex persona d. Franciscæ sunt acquisitæ dictæ Domus vigore dd. substitutionum immissio *c. Monasterium de reg. iur. in 6. authent. ingressi C. de Sacr. Sanct. Eccl. l. de nobis §. hoc etiam in fin. C. de Episc. & Cler. Rot. decis. 128. num. 1. & decis. 333. n. x. p. x. in recent.* & fuit dictum *in Bononien de Armis 18. Aprilis & 12. Decembris 1622. coram Reuerend. D. meo Merlino.*

Nec obstat renunciatio d. Franciscæ ante emissam professionem ad fauorem Virginiæ,
2 & Angelicæ suarum sororum, quia dicta renunciatio fuit nulla ex qua fuit facta sine licẽtia Illustris. Vicarii, siuè eius vices Gerentis, & sic contra expressam dispositionem *Sacr. C. Trident. sess. vlt. c. 16. de regul.* qua cauetur, quod nulla renunciatio etiam in fauorem cuiuscũq; causæ præualeat, nisi fiat cum licentia Episcopi, vel eius Vicarij, & quod renunciatio sinè licentia Episcopi, facta sit ipso iure nulla censuit Sacr. Congreg. Illustrissimorum Interpretum dicti Sac. Concilij, vt in Decreto cuius copia data fuit, & latè eandem sententiam tuetur *Molin. de iust. & iur. tract. 2. disputat. 139. vers. antequam, & c. Cened. pract. quæst. Canon. quæst. 6. num. 3. & num. 4.*

Nec obstat, quod non constat interuenisse
3 dictam licentiam, quia præterquamquod excipiens de renunciatione, cum in huiusmodi exceptione sit actor debet dicere de renunciatione valida, atque ita de renunciatione facta iuxta formam d. Sacri Concilij *l. in exceptionibus ff. de probat. l. actor C. eod. l. 1. ff. de except. Bellamer. decis. 616. num. 3.* satis etiam dici potest constare quod non interuenit dicta licentia, ex quo ea non fuit enunciata in instrumento dictæ renũciationis *Roll. cons. 99. nu. 32. l. 2. Nati. cons. 45. nu. 3. Cephal. cons. 144. n. 1. & cons. 250. n. 3. Surd. decis. 300 n. 11. Rot. decis. 723. n. 3. p. 2. in recent.*

Non obstat, quod stante Iudicis decreto præsumantur omnia ritè, & rectè acta, atque ita etiam dictam licentiam interuenisse, quia iudi-
3 cis decretum non sufficit ad hoc vt præsumantur adhibitæ solemnitates non enunciatæ *Felin. in c. quoniam contra sub num. 37. post med. vers. limita etiam ibi Dec. n. 174. & seq. de probat. Paris. cons. 12. n. 57. & seq. l. 2. Gabr. de senten. conclus. 5. n. 37. & seq. Rot. decis. 72. n. 33. & 34. par. 2. diuers.* vbi quod hæc est communis conclusio DD. quodq; istam opinionem seruat Rota.

Quod, & tanto magis in casu isto procedit, quia Iudex secularis, qui dictum Decretum interposuit non erat Iudex competens Franci-
4 scæ, ipsa enim etiam tunc existens in nouitiatu gaudebat priuilegio fori, & Canonis *in c. religioso §. 1. & ibi glos. de sent. excomm. in 6. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 8. n. 21.* ac propterea eo
5 minus potest Decretum Iudicis Secularis suffragari ad effectum præsumendi interuenisse in ipsa renunciatione licentiam Iudicis Ecclesiastici.

6 Minus facit, quod saltem ex lapsu plurium annorum à die d. renunciationis præsumitur illam fuissè factam adhibitis debitis solemnitatibus, quia à die d. renunciationis nõ intercesserunt anni 30. prout requiritur *Rot. decis. 723. nu.*
7 *8. in Fin. & n. 2. p. 2. in recent.* Tũ etiã quia in omnem euentum d. præsumptioni locus non est, quando vt in casu isto ex visione ipsius met instrumenti apparet non fuisse seruatas solemnitates debitas, sed tunc tantum procedit, quan-
8 do scriptura deficit, tunc enim intrat præsumptio, quod omnia solemniter acta fuerunt, dummodo vna cum lapsu annorum 30. concurrat obseruantia, vt aduertit *Rota in Elicien. Minoriorum 27. Nouembris 1585. coram Orano, & in Clusina bonorum 4 Decembris 1593. coram Pacen.*

Non obstat, quod etiam, quod in actu dictæ renunciationis non interuenerit licentia Illustr.
9 Vicarij, quia tamen potuit dicta licentia adhiberi, vel ante vel post celebratum contractum d. renunciationis, & sic potest doceri quandocumque de dicta licentia, nec defectus d. renũciationis est visibilis ex dicto instrumento, suffragatur saltem ad effectum vt sit procedendum ordinariè, non verò executiuè, vt fuit dictum de donatione, de cuius insinuatione non apparet, in *Spoletana Hæreditatis 19. Nouembris 1617. coram R. P. D. meo Pamphilio & prius in Viterbien terra Vetralla 30. Martij 1615. coram R. P. D. meo Pironano & in ead. 14. Decemb. eiusdẽ anni corã*
10 *me*, quia imo necesse est, quod licentia Episcopi siue eius Vicarij interuenerit in ipso actu
11 renunciationis, cum enim Nouitius sit de foro Ecclesiæ, vt supra dictum est, rationi, & iustitiæ congruit vt suus proprius Iudex Ecclesia-
12 sticus scilicet interueniat in contractibus ab eo celebrandis quemadmodum dum erat in seculo tenebatur interuenire secularis, & non Ecclesiasticus Iudex, ita punctualiter *Cened. pract. quæst. d. q. 6. num. 14.* & renunciatio sine licentia Episcopi facta est ipso iure nulla, vt supra probatum est, quod non est in donatione, vndè
23 merito talis renunciatio non potest suffragari ad effectum retardãdi immissionem, nec quod
14 dicitur de donatione de cuius insinuatione statum non

tim non docetur, procedit in renunciatione Nouitij facta cum præsentia, & licentia Iudicis secularis, & non ecclesiastici.

15 Accedit, quod etiam donatio non insinuata non impedit immissionem quando statutum insinuationem requirit, vt supra dictam conclusionem limitat *Menoch. de adipiscen. remed. 4. num. 587. vers. hæc tamen non procedere.*

Non obstat exceptio detractionis legitimæ, quia ex deductis in facto apparet illā esse iam factam, & in omnem euentum non est locus dictæ detractioni in casu isto, quia agitur de le-
16 gato particulari, de quo non detrahitur legitima *Cephal. cons. 674. num. 5. Surd. cons. 148. num. 11. & decis. 316. num. 10. Peregrin. de fideicom. artic. 36. num. 74. post med. cum alijs per Gabriel. de legit. conclus. 6. num. 1. &c.*

ROMANA DOMVS.

Mercurij 20. Nouembris 1624.

ARGVMENTVM

Latissimè agitur quando substituto in donatione competat actio realis.

SVMMARIVM.

DECISIO DXXXVI.

FVIT in hac causa 5. *Maij* 1603. *coram Penia* resolutum, vna tantum parte informante, filijs Liliæ non competere actionem realem super domo, de qua agitur, vigore donationis eidem Liliæ factæ *Anno* 1573. ab Alexandro de Grandis eius marito, Notario pro ea absente stipulante sub varijs conditionibus, & signanter sub conditione, quod Lilia post mortem teneretur omnia bona restituere eius filijs natis, & nascituris, quos etiam eidem Donatariæ substituit, & causa per me super ijsdem proposita fuit aliaque parte informante post plures disputationes resolutum, standum esse in decisis, ex rationibus in dicta decisione bo. mem.
1 Peniæ deductis, & præcipuè quia licet magna sit inter DD. controuersia, an in substitutione facta in contractu donationis dominiū acquiratur, & transferatur in substitutum sine traditione, ita vt purificata conditione substitutus possit agere actione reali absque alia traditio-
2 ne, tamen verior, & receptior opinio est, quod absque traditione non cōpetit substituto actio
3 realis, quia ex actu inter viuos non transfertur dominium sine traditione, nisi in certis casibus à iure expressis de quibus *per Gloss. & Doct. in l. traditionibus C. de pact.* inter quos non connumeratur casus, de quo agitur, quia nullo iure
4 cauetur quod transeat dominium in secundum donatarium absque traditione, *vt contra Dec. in cons. 238. num. 7. & 8. & in d. l. traditionibus, & seq. C. de pact.* & alias latè defendunt, *præter allegat. in d. decis. bon. mem. Penia Barbos. in l. diuortio 8. in princip. num. 9. & 10. ff. solut. matrim. Gomez. ad l. Taur. lib. 4. num. 15. cum seq. Lopez. ad l. 7. tit. 4. par. 6. Caanett. ad constit. Sicil in extrauag. volentes c. quæro subsequenter num. 16. & 17.* vbi dicit Decium malè, & pessimè loquutum *Vegg. cons. 51. sub num. 36. Valasch. consult. 194. num. 12. cum seq. Ludouic. Molin. de contract. disputat. 265. numer. 5. Gratian. discept. forens. 332. num. 8. & seq. Vincent. de Franch. decis. 74. num. 2. Magon. decis. florentin. 71. num 8. & decis. 102. num. 16. & decis. Lucen. 38. num. 28.*

5 Nec obstat *text. in l. quoties C. de donat. quæ sub mod.* quod ex pacto celebrato inter donantem, & donatarium acquiritur vtilis actio sequenti secundo donatario sine cessione, quia in dicta lege non dicitur, quod acquiratur secundo donatario actio realis, & *Glos. in d. l. in verb. actiones*, dicit competere secundo donatario conditionem ob causam, & eam sequuntur communiter omnes alij, & cum dicta lex sit
6 singularis in eo etiam quod concedit actionem personalem, vt per DD. ibidem, non debet extendi ad actionem realem contra iuris regulas *Veg. d. cons. 51. sub num. 36.* vbi testatur, se nullum reperisse Doctorem legentem dictam legem, qui illam extendat ad Dominium.

Et hæc eo fortius visa sunt procedere in hoc casu, quod pendente conditione facta fuit alienatio per Alexandrum donantem, & Liliam primā donatariam in Pinellum ex titulo oneroso emptionis, cum primus donatarius ha-
7 bens rei dominium validè possit ante purificationem conditionis illud transferre, in quem velit *ad tex. in l. ea lege C. de cond. ob caus. inf. in l. fin. §. sed quia nostra C. com. de legib. Gomez. ad d. l. Tauri 40. num. 13. Magon. d. decis. florentin. 102.*
8 *num. 3. & 19.* Et post quam fuerit translatum, nequeat ab eo, in quem translatum fuit sine eius facto auferri *l. id quod nostrum ff. de reg. iur. Glos. mag. ad fin. l. C. de in offic. donat. Barbos. in d. l. diuortio in princ. num. 10. post med. vers. tamen in conditione*, à quo sensu neq; ipsi *Dec. Alex. &*

specul.

specul. aliique cum ijs transeuntes videntur discedere, dum loquuntur in casu, quo viuente primo donatario, nulla fuerat facta alienatio,& benè aduertit singulus examinando *Veg. d. conf.* 51. *num.* 16. & 17.

Nec obstat, quod prædicta locum sibi vendicant in simplici donatione, secus vero in donatione prout est ista, in qua adest stipulatio Notarij pro omnibus quorum interest, & amplissima cessio donatoris omnium iurium, & actionum realium, & personalium ipsi donatori competentium in & super rebus donatis, cum clausula *constituti &c.* ex quibus videtur
9 posse cessionatium intentare proprio nomine actiones ubi cessas saltem vtiles, *vt per. Iacob.de Arena in tract. de cession. act. numer.* 63. *cum aliys per Bertazzol. clauf.* 28. *glos.* 1. *sub num.* 1. Et agere etiā ad rei vindicationē,& si aliter non esset trāslatum Dominium, *Bart.in l. si ager. in fin. ff.de rei vindic. Bertazzol. clauf.* 27. *glos.* 1. *num.* 4. quia præterquamquod clausula constituti, & aliæ, quæ fictam traditionem importare possent, fuerunt appositæ ad fauorem tantum Lelij,vt benè demonstrant informantes pro Pinellis, sicque non operantur quoad secundos donatarios, aliæ verò clausulæ, & cessiones intelligi debent quoad alia bona in dicta donatione comprehensa, super quibus donanti competebant dd. actiones reales,& hypothecariæ,non autem respectu Domus, de qua agitur, super qua nulla poterat eidem donanti competere hypotheca *Iux. tex.in l. neque pignus ff. de reg. iur. vbi Cagnol. Surd. conf.* 243. *num.* 13. *Rota diuers. decis.* 315. *num.* 3. *par.* 1.

11 Nec fuit admissa subtilis illa consideratio Cini quæ fuit originalis Petri de Rampona *in l.Tutor. C.de alien.iud. mut. cauf.* qui vult dari duplicem rei vindicationem,alteram formalem, quæ competit Domino non possidenti, alteram causalem,quæ datur eidem rem suā possidenti, quæ postea formalis efficitur eueniente casu quo Dominus rei possessionem amittat, & sic mediante cessione iuriū saltem esse quæsitam illam casualem rei vendicationem cum spe futuræ formalitatis, reducendæ ad exercitium per cessionarium nomine cedentis, ad proprium tamen commodum cum casus venerit, quia vltra quod non desunt qui negant dari istam causalitatem actionis, *veluti Bal. & Salicet. in l. fin. num.* 4. *C.de hered. vel act. vend. Soccin.Iun. in l. naturaliter* §. *nihil commune num.*6. *& Parif. num.*8. *ff. de acquir. possef.* certè verior, & receptior est opinio eorum,qui tenēt, quod si illa detur, dari tantum intellectualiter, & in abstracto, nec venire in cessione actionum in qua venit solum actio formata, & quæ potest deduci in iudicium *Glos. in d. l. fin. in verb. introducere , & ibi Bal. & Salicet. numer.* 4. *Alex. conf.*46. *num.* 5. *vol.*1. *& de communi Signorel. conf.*217. *num.*6. & 7. *Rimin. fen.conf.* 151. *num. Io. Andr. de specul. in tit. de cessat. act.* §. *Serendum num.*25. *litt.D. verf. scire debes.*

Verum quatenus hæc doctrina posset in ali-
12 quo casu consistere, Domini tamen censuerunt,Hieronymo nō posse suffragari, siquidem ad exercitium actionis realis,duo omnino sunt necessaria extrema, vnum videlicet Dominij ex parte agentis, aliud vero possessionis in Reo conuento *vt per Glos.in d.l.vnic.in verb.actionem , & ibi Doct.communiter, Abb.conf.*17. *num.*1. *verf. nam rei vendicatio par.*2. *Soccin. fen. conf.*266.*nu.*8. *verf.*3. *videndum est l.*2. & extremum Dominij deficit Hieronymo,nā nec vult intentare actiones directas ad proprium commodum ex persona Alexandri cedentis, *Iuxta doctrinam Dini pro possessore quest.*7. *num.* 18. *de reg. iur. in l.etenim pot.* cū Alexāder illudā se abdicauerit primo per traditionem factam Lelio, & deinde Pinello, mediante eiusdem Lelii retrodatione, ne cessionarius plus iuris habeat,quam habuerit ce-
13 dens, *l. nemo plus ff. de reg. iur. l.emptor vbi Bald. C. de hered. vel act. vend.* aut experiri vult vtiles ex propria persona,& multo minus potest cū nunquam dominium rei donatæ habuerit, vt supra est firmatum, & illa transierint in Pinellum vna cum Dominio à quo nascuntur, in quo radicantur, & cum quo transeunt *Din. in d. c. pro possessore num.*18. *Florian. in l. per familia* §. *in hoc iudicium num.*7. *ff famil. beris. & DD. citeriter in d. l. vnic.*

Stipulatio Horatij pro omnibus,quorum interest, acceptatio donationis per secundos donatarios,& reliquæ clausulæ,diffusè ponderatæ pro inducenda hypotheca, possunt quidem operari, vt ius irreuocabile sit eis acquisitum & pro eo conseruando actio personalis *ex d.l. quoties,* sed quod rei vendicatio, vel hipotheca
14 inde oriatur non infertur, cum illa non detur sine dominio, & Dominium non transeat sine traditione, vt supra fuit dictum, & hæc non competat, nisi sit a partibus expressa, vel inducta à lege in certis casibus,inter quos hic nō repetitur, imò potius videtur dicendum apparere,quod voluerit donator etiam apponi cū solum promiserit non contrauenire sub pœna periurij, & potuisset illam apponi facere si sub ea se obligare voluisset *ad l.vnic.* §. *fin autem C. de Caduc. toll.* vnde cum ad hoc solum se obligauerit,non est eius obligatio ad aliud extendenda *iuxtà tex. in l. quidquid astringende ff. de verb. obligat.*

Ex quibus patet responsio ad id, quod dicebatur de stylo Notariorum eam apponendi in
15 donationibus, cum argumentum à solito cesset,vbi de mente partium aliud apparet, *vt pulchre per Euerard. in loc.a solito num.*16, vltra quod hanc doctrinam in practica non obtinere locum dicunt *Cotta in memorial. in verb. Notarius simpliciter rogatus in fin. Tiraquell. de retract.conuent.* 53. *glof.*1. *num.*7. *in fin, & in simili de constit. & iuramento dixit Rota in Firmana fideicommissi* 1. *Iulij* 1622. *coram R.P.D. meo Vbaldo &c.*



tio quatenus se habuerit pro spoliata *Caputaq.*
decis. 170. *&* 181. *par.* 3. *Ros. decis.* 755. *num.* 6. *par.* 2.
in recent.

Nec obstat, quod dicta concessio fuit vigore
dictarum litterarum informa *si in euidentem*
expeditarum confirmata, quia dicta confirma-
tio fuit nulla ex pluribus.

Et primo quia cum essent in dd. literis depu-
tati certi Executores, videlicet Archidiaconus,
& Vicarius Episcopi Ecclesiæ Aquilanæ non
6 potuit pro dd. litterarum executione A.C. adi-
ri, quando enim Papa dat speciales Executores
non potest alius se in huiusmodi executione
Intromittere *c. vt nostrum de appellat. Felin. in c.*
fin. num. 38. *de præsumpt. Card. Seraphin. decis.* 1003
num 3. *in fine.*

Idque etiam in specie de A.C. disponitur in
reformatione Sanct. mem. Pauli Quinti *in tit.*
de A. C. versic. litteras Apostolicas, vbi dicitur
quod litteras Apostolicas, quibus est datus cer-
tus executor, nullo modo A.C. exequatur.

Nec obstat quod cum dd. speciales Executo-
8 res nō expediuerint causam intra biennium fuit
eorum iurisdictio ad A.C. deuoluta, vigore
Decreti Sacri Concilij Tridentini, *sess.* 24. *c.* 20.
de reformatione. Quia præterquam quod non
constat quod dd. Executores fuerint requisiti vt
9 dd. litteras debitè executioni demandarent,
quodque à die huiusmodi requisitionis lapsū
esset biennium, vt requiritur per Decretum Sa-
cri Concilij, ibi *à die mota litis, &c.* & quod
per eos stetetit quominus procederetur ad exe-
cutionem dd. litterarum. *Iuxta not. per Rebuff. su-*
per concord. 66. *de forma litte. execut. mand. Apostol.*
in verbo recusauerit, & verbo negligentes fue-
rint. *Rot. decis.* 273. *sub numer.* 1. *par.* 2. *in Re-*
cent.

Non loquitur etiam d. Decretum de execu-
10 toribus specialiter delegatis, sed de Iudicibus
ordinatis, & vlterius etiam locum habere vi-
detur in causis tantum contentiosis, non au-
tem gratiosis, in quibus non datur Instantia,
nec Executoris Iurisdictio perimitur nisi pe-
rempta gratia, *c. super gratia de offic. deleg. in* 6.

Atque ex hac ratione aduertit Modern.
11 in praxi Episcopali, decretum d. Concilij non
habere locum in Romana Curia, quia scilicet
lis seu Instantia in Romana Curia nunquam
extinguitur, quod euenit propter facultatem
prorogandi fatalia.

Secundo Confirmatio d. Concessionis fuit
nulla, quia non fuerunt citati Abbas Monaste-
rij, cuius est Grangia, nec prouisus ab Abbate
qui habet Interesse, cum tamen omnes prædi-
cti essent citandi, tam vigore clausulæ *vocatis*
12 *vocandis* de quâ in dd. litteris, *c. rebibita vbi*
Abbas in vlt. notab. de Iudic. Card. cons. 0.. *in princ.*
& in puncto similis confirmationis. *Rota decis.*
624. *nu.* 4. *par. pri. in recentior.* quàm etiam vigo-
re alterius clausulæ si sibi constiterit. *Glos. in c.*
præsenti in verb. constiterit. de Consult. Abb in c. con-
querente num. 9. *de rest. Spoliat. Card. Seraphin. de-*
cis. 601.

Tertiò fuit etiam nulla dicta confirmatio ex
13 defectu mandati comparentis pro Fabio con-
ductore bonorum. *Iuxta tradit. per Vant. de nullit.*
ex defectu mandati num. 59. *& seqq.*

Quarto fuit nulla quia nō fuerunt specificata
bona corā prætenso executore, prout require-
15 batur iuxta formam in dd. litteris traditam *c.*
cum dilecta, & ibi Doct. *de rescript. Abb. cons.* 41
num. 3. *lib.* 1. *Card. Seraphin. decis.* 337. *num.* 6.

Et dicta nullitas eo magis afficit d. confirma-
tionem quod in dicta specificatione consistit
15 præcipua vtilitas Ecclesiæ, à qua tota pendet
validitas concessionis *c. sine acceptione* 12. *qu.* 2.
cap. 1. *de reb. Eccles. non alienan. in* 6. *Card. Sera-*
phin. decis. 5081 *in princ. & num.* 11. quia non fa-
cta d. specificatione Ecclesia scire non poterat,
quæ bona essent ad eam deuoluenda post fini-
tam tertiam Generationem, & fuisset coacta
litigare super illorum liquidatione, vt optimè
fuit ponderatum, *in dicta decis.* 674. *num.* 2. *par.*
1. *& in decis.* 678. *num.* 2. *&* 731. *num.* 3. *par.* 2. *in*
recentior.

His accedit quod nec dict. executor absque
eo quod dicta bona coram eo specificarentur
16 potuit cognoscere, An dicta cessio esset vtilis
d. Ecclesiæ; vnde eo minus potuit forma in dd.
litteris tradita præteriri, vt in dd. *decisionib.* 624.
par. pri. & decis. 678. *&* 731. *par.* 2. *in recentiori.*

Et denique est aduertendum quod dd. litteræ
17 fuerunt extortæ lite pendente inter d. Hierony-
mum in dicta Grangia intratum, & Abbatē, ac
prouisum ab eo de dicta Grangia non facta mē-
tione litis, nec propterea possunt dicto Hiero-
nymo aut Fabio habente causam ab eo in præ-
iudicium Abbatis, & ab ipso prouisi suffragari,
siquidem Papa si sciuisset dict. litem pendere
Inter d. Hieronymum alienantem, & Abbatē
ac prouisum ab eo, verisimiliter non concessis-
set Hieronymo facultatem alienandi bona dict.
Grangiæ, super qua pendebat controuersia.
Iuxta trad. per Doct. in c. Prælatorum et præcipuè
Felin. num. 3. *de accusat.* vbi quod ille contra quē
agitur ad priuationem beneficij, licet possit of-
ficium suum ministrare litè pendente, non po-
test tamen alienare bona Ecclesię.

Nec dicatur quod quatenus litterę si in eui-
18 dentē fuerunt nulliter executæ, possunt *Iterū*
executioni demandari, quia huic etiam obiecto
fuit satisfactum in dd. decisionibus 631. *num.* 8.
& 678. *num.* 3. *par.* 2. *in recentior.* in quibus dici-
19 tur, quod post sententiam semel etiam nulliter
latam Iudicis delegati Iurisdictio expirat, *l. sicut*
proprijs C. quomod. aut quand. Index. l. Index postca-
quam, & ibi *Glos. ff. de re Iudic.* & in terminis
executionis litterarum Apostolicarum. *Archid.*
in c. si cui in Verb. contradict. de præbend. in 6. *Rota*
decis. 16. *de re Iudic. in nou.* & fuit dictum in
Casalen. Canonicatus 22. Iunij 1605. *coram Re-*
uerendissimo Attrebaten. & in alijs in dd. decisio-
nibus 631. & 678, *par.* 2. *in recentior. relatis, &c.*

ANNOTATIO.

In M.S. ad marginem *num.* 6. hæc habentur:
Vid. Coccin. decis. 169. *vbi contrarium decisitur ex*
nouis A.C. facultatibus.

CAME-

CAMERINEN. PRAEDII.

Ven. 21. Iunij 1624.

DECISIO CCCCCXXII.

Impressa apud Post. de manut. decis. 289.

ROMANA PRAETENSAE DEVOLVTIONIS VINEAE.

Vener. 21. Iunij 1624.

ARGVMENTVM.

Agitur latissimé quomodo excusetur caducitas ob non solutum Canonem intentata.

SVMMARIVM.

1 *Caducitas ob non solutum Canonem excusatur ex causis.*
2 *Causæ leues requiruntur ad excusandam caducitatem tanquam odiosam.*
3 *Rota faciliter admittit causas ad euitandam pœnam.*
4 *A caducitate excusatur quis si non soluit Canonem propter impotentiam.*
5 *Caducitas excusatur propter absentiam.*
6 *Difficultas subueniens post contractam obligationem excusat à mora, & pœna.*
7 *Non possidens vineam, Canones soluere non debet.*
8 *Culpa debitoris compensanda est cum culpa creditoris.*
9 *Caducitas euitatur per credulitatem satisfactionis Canonis.*
10 *Caducitas non potest declarari post mortem contra hæredes pupillos.*
11 *Caducitas tollitur, & euitatur per credulitatem etiã iniustam.*
12 *Depositio pecuniarum pro toto triennio facta statim post notitiam excusat à caducitate, & moram purgat.*
13 *Ad quem effectum sufficit sola oblatio verbalis.*

DECISIO CCCCCXXIII.

PRO Filijs, & hæredibus Marci Antonij Saraceni informantibus fuit resolutum, non esse locum prætensæ deuolutioni Vineæ de qua agitur.

Aut. enim prætenditur locum esse deuolutioni propter incursam caducitatem ab ipsomet Marco Antonio, ob non solutum Canonem, & cessat fundamentum duplici ratione, primo quia multę videntur concurrere causæ,
1 ex quibus posset dictus Marcus Antonius excusari à prętensa Caducitate, cum etiã ad hunc
2 effectum, eo quia agitur de materia pænali, &
odiosa, leuiores causæ sufficiunt, quod præser-
tim seruatur in hoc Sacro Tribunali, in quo
3 Iure permittente quęlibet causa ad euitandam
pænam, facilè ex summa Dominorum pietate
admittitur. *Rot. decis. 577. numer. 4. par. 2. in recentior. Seraphin. decis. 1228. num. 5.*

Causa autẽ potissima ex qua videbatur posse excusari dictus Marcus Antonius visa fuit
4 impotentia ipsius soluendi dd. Canones post
annum 1614. vsque ad annum 1617. & eiusdẽ
5 ab Vrbe absentia, cum ob imminentẽ carcera-
tionẽ ex quo quotidie à suis creditoribus molestabatur coactus fuerit discedere causa æris alieni contracti post acceptam d. Vineę inuestituram, quod præbet iustam causam excusandi eum à caducitate, *cap. quarelam vbi Bald. in fin. de Iureiur. Rip. in l. quod te num. 21. ff. si cert. pet. Specul. de locato §. nunc aliqua num. 40. Corbul. de caus priuat. ob non sol. Canon. limit. 29. Benincasa*
6 *in tract. de paupert. quæst. 8. Special. 10. num. 9* cum
ad hunc effectum sola difficultas superueniens post contractam obligationem excuset à mora, & pæna, *l. si vehenda §. Idem Iuris ff. ad l. Rod. de iact. Tiraquel. de retract. Conuent. §. 1. Gloss. 10. num. 120. Card. Mantic. de tacit. lib. 14. tit. 37. num. 3. &* præsertim quia agitur de damno euitando *Benincasa d. Special. 10.*

Post annum verò 1617. est locus excusationi
7 cum dictus Marcus Antonius de dicto anno
fuerit priuatus dict. Vineæ possessione per Immissionem obtẽtam in illam ab huius Creditoribus vigore Saluiani Interdicti, quo casu dictus Marcus Antonius non tenebatur soluere Canones Vineæ, cuius possessio apud ipsum non existebat, sed bene tenebantur dd. Creditores possidentes, contra quos poterant agere dd. Canonici, cum haberent actiones directas contra Vineam ab ipsis in emphyteusim concessam, à quibus fuissent satisfacti. *Anchar. cons. 44. num. 7 vers. preterea Clar. in §. Emphiteusis quæst. 8. vers. sed quæro Corbul. vbi supr. limit. 22. Capic. decis. 14. num. 21. Ioseph. Ladouic. decis. Perus. 35. num. 4. Rot. in Romana Domus Sanct. Ludouici 30. Martij 1605. coram bo. mem. Pamph.*

Et prędicta eo magis procedunt, quia d. Domini Canonici fuerunt postea de dd. Canonibus ab anno 1614. per totum annum 1617. satisfacti, partim de pretio Vini recollecti in eadem Vinea per manus D. Ioannis Lucatelli depositarij partim verò à Pręuitali emphiteuta in solidum obligato, vt patet ex quietantijs *in Summar. num. 2.* prout etiam fuissent satisfacti de Canonibus decursis per totum annum 1620. si exigere non neglexissent scuta 30. ab eodem Prævitali, cui dilationem concesserunt, necnõ alia scut. 24. & scut. 60. redacta ex pretio d. Vini, & in Sacro Monte Pietatis depositata per dictum Lucatellum depositarium, & con-
8 sequenter culpa debitoris, si quæ pro parte eius
ad fuisset, compensanda esset cum culpa, & negligentia creditorum, *l. si ambo. ff. de compens. Affict. decis. 105. numer. 29.* Imò creditorum negligentia, & mora præponderat moræ debitoris, & rei *l. si seruum §. sequitur ff. de Verb. Obligat. Alex. cons. 49. num. 4. in fin. vers. pro hoc facit. lib. 2. Ruin. cons. 115. in fin. l. 5. Rot. Iannuen. decis. 218. in princ.* & fuit dictum in Romana de Iacobellis *prima Decembris* 1600. *coram bo. mem. Card. Lancellotto.*

Vel saltem Saracenus absens ab Vrbe, credens
9 proprietarios fuisse de Canonibus satisfactos de prædictis assignamentis aut à possessoribus Vineæ, ad quos huiusmodi onus Reale spectabat, per errorem, non autem per malitiam cessasse diceretur, vt caducitatem euitaret *Bald. in l. 2. num. 2. C. de heredit. act. Corbul. de cauf. priuat. ob canon. non solut. ampliat. 5. num. 27. Caputaq. decis. 180. num. 4. part. pri.* & fuit dictum in Pisana Caducitatis 25. Iunij 1601. *coram bo. mem. Card. Sacrato.*

Secundò Principaliter cessat deuolutio ob incursam caducitatem per Marcum Antonium,
10 quia dicta Caducitas non fuit declarata viuente ipso Marco Antonio, vnde nec potuit amplius post eius obitum declarari contra illius hæredes pupillos, & minores. *Cassad. decis. 2. de locat. Card. Mantic. dict. tract. de tacit. l. 22. tit. 27 num. 34. Corbul. de cauf. priuat. ob non Sol. Canon. ampliat. 45. num. 17. & seqq.*

Aut dicta deuolutio prætenditur ob Incursam caducitatem per Filios dicti Marci Antonij, & minus videtur ei locus, quia dato etiam quod dd. Filij fuerint contumaces in soluendo dd. Canones, excusantur tamen propter iustam ignorantiam, & minorem ætatem, cum ad hunc effectum etiam iniusta credulitatis cau-
11 sa sit sufficiens, *l. igit. §. post ff. de lib. cauf. Corbul. de cauf. priuat. ob non Solut. Canon. limit. 17. nu. 22. Bero. conf. 98. numer. 28. & seq. lib. 1. Rot. Coram*
12 *Gregor. XV. decis. 188. num. 4.* tantoque magis quod postquam habuerunt notitiam d. contumaciæ, obtulerunt, & realiter depofuerunt in Sacro Monte Pietatis, vt apparet ex copia Cedulę datę *in summar. num. 9.* Canones decursos, & non solutos pro toto integro triennio, quod sufficit ad excusandam caducitatem, & moræ purgationi. *Corbul. dicto tract. limit. 37. Cardin. Mantic. de tacit. d. lib. 22. tit. 27. num. 61. & seq.* cum imò ad hūc effectum sola oblatio verbalis suf-
13 ficiat. *Socc. conf. 118. num. 10. lib. 4. Caputaq. decis. 271. par. 1.* & fuit dictum in Rossanen. Regressus 16. Iunij 1595. *Coram bon. mem. Litta.*

ROMANA FIDEICOMMISSI DE GRANDIS.

Vener. 21. Iunij. 1624.

ARGVMENTVM.

Immissio conceditur quotiescumque constat de purificatione fideicommissi, & de identitate corporum.

SVMMARIVM.

1 *Immissio conceditur quando competit, vel vigore* l. fin. C. de edicto. dict. Adrian. Toll. vel in vim vtilis Saluiani.
2 *Immissio non datur in corporibus alienatis, & assignatis in legitimam debitam ex fideicommissis.*
3 *Immissio potest dari pro indiuiso in fideicommissis.*
4 *Fideicommissa tolluntur ex bulla iuris congrui, & subrogatur pretium.*
5 *Immissio conceditur in vim fideicommissi, vel in corpus, vel in pretium inuestitum vigore Bullæ iuris congrui.*
6 *Consituto de possessione fideicommittentis immissio conceditur.*
7 *Exceptio melioramentorum si non constat nec in genere nec in specie non impedit immissionem vigore fideicommissi.*

DECISIO CCCCCXXIV.

PRæsuppositis decisionibus aliàs in hac causa factis, quod Stephanelli Filij Cinthiæ sint vocati proportione dictæ Cinthiæ fuit dubitatum, An ipsis esset danda Immissio, & pro qua rata in possessionem Domus, & Apothecarum ad Scrofam, & aliarum duarum Apothecarum ad Viculum de Sabellis; & DD. resoluerunt quoad Immissionem in genere eam
1 esse dandā absque difficultate pro tertia parte, quia portio Cinthię pro qua dd. Filij sunt vocati est tertia pars. Ideoque competit eis pro dicta tertia parte Immissio vel vigore, *l. fin. C. de edict. din. Adr. toll.* vel in vim vtilis Saluiani. *Rot. decis. 276. num. 2. par. 2. in recent. Card. Seraphin. decis. 828. num. 1.* vbi quod semper ità fuit obseruatum vt pro fideicommissis detur immissio ex Saluiano.

Quo verò ad corpora bonorum supra expressa, & in primis quo ad dictam Domum nō videbatur quod posset dari dicta Immissio pro integra tertia parte totius Domus, quia constat
2 eam fuisse per Hermetem Filium Octauij hæredis grauati alienatam in Alexium Buccamarium. Ideoque imputari debet in legitimam Octauio in bonis fideicommisso suppositis debita. *Iuxta not. in l. Marcellus §. res quæ ff. ad Trebell. Parif. conf. 17. in fin. lib. 2. Peregr. de fideic. art. 39. nu. 4. verf. effectum autem est.* Et per consequens non poterit dari immissio pro integra tertia parte totius Domus, sed tantū pro tertia parte
3 illius ratæ, quæ superest detrupta legitima pro fideicommissis, pro qua poterit dari immissio pro indiuiso, vt fuit in pluribus causis obseruatum, & signanter *Senoren. de Tussoni 28. Iunij 1618. coram R. P. D. meo Pamphilio.* & in alijs.

Quo verò ad Apothecas existentes sub tus d. Domū licet dicatur eundem Alexium illas emisse vigore Bullę iuris congrui, quæ tollit fideicommissa, eorumque loco subrogat pretium inuestiendum, quia tamen non constat de aliquo inuestimento, & sic quod forma dictæ Bullę fuerit seruata, erit danda immissio pro di-
5 cta tertia parte, vel in ipsis Apothecis vel in pretio inuestito, quatenus appareat fuisse inuestitum.

Quo ad alias duas Apothecas quoniam constat eas fuisse in bonis Christophori fideicommittentis danda erit immissio pro dicta tertia parte ex supra allegatis.

Non obstat exceptio prætensorum melioramentorum, quia de iis non constat nec in genere, nec in specie, prout etiam non constat, quod census

census extincti essent creati à fideicommitten-
te, vel ab heredibus fideicommittentis ad effe-
ctum soluendi dicti fideicommittentis debitũ,
vnde neque hinc potest retardari dicta immis-
sio, &c.

NVLLIVS PAROCHIALIS CASTRI DVRANTIS.

Mercurij 26. Iunij 1624.

ARGVMENTVM.

Litteræ quomodo iustificentur ad verificationem gratiæ.

SVMMARIVM.

1 *Vacatio iustificatur ex Confessione Aduersarij, præsertim si reducta sit in actis, & num. 2.*
2 *Valor beneficij iustificatur ex gratia Aduersarij idem exprimentis.*
4 *Narratiua remanet iustificata ex narratiua Aduersarij.*
6 *Presbyteratus probatur ex litteris Archiepiscopi.*
7 *Pensio iustificatur ex litteris.*
8 *Ecclesiæ qualitas probatur ex vltima prouisione.*
9 *Enunciatiuæ antiquissimæ probant qualitatem Ecclesiæ.*

DECISIO CCCCCXXV.

DICTVM fuit gratiam D: Bernardini esse
in omnibus iustificatam quòd enim Ec-
1 clesia de qua agitur vacauerit per obitum Lu-
tij, iustificatur ex propria confessione Lazari
in gratia per eum obtenta. quod sufficit ad
decis. Egid. 263. & decis. 595. Caputaq. decis. 186. l. 1. in manuscript. Put. decis. 516. l. 2. & fuit dictum
in Romana Cappellaniæ de Toledo *7. Iunij* 1621
coram R.P.D. meo Buratto.

Presertim cum dicta gratia fuerit per eum-
2 dem Lazarũ in actis pro ducta, *Dec. in c. cum*
super num. 22. de off. deleg. Aym. cons. 201. num. 7. Alex. cons. 30. num. 1. lib. 7. Rot. decis. 2. post med. de fid. instrum. in nou. Mohed. decis. pri. in fin. de regul.
& fuit dictum in Anconitana Bonorum *coram Sanct. mem. Greg. XV. quæ est decis. 402. num. 3. in impress.*

Et pariter ex eadẽ gratia Lazari Aduersarij,
iustificatur valor per dictum D. Bernardinum
3 expressus per non excessum in scut. 70. certis
& vnà cum incertis in scut. 125. in dicta enim
gratia Lazarus eundem valorẽ exprimit eodẽ
modo per non excessum in scut. 70. certis &
4 imò cum incertis in scut. 80. Vnde remanet iu-
stificata narratiua d. Bernardini, vt fuit firmatũ
in Rauennen. Beneficij 10. *Maij* 1619. *cor. R.P.D. meo Pamphilio*, nam si valor vna cum incertis
non excedit summã scut. 80. multò minus po-
terit dici excedere summã scut. 125. iuxta ex-
pressionem factam per dictum Bernardinum.

Quod Bernardinus esset Doctor tempore
5 gratiæ, & Prothonotarius Apostolicus proba-
tur ex litteris patentibus vtriusque gradus, &
ex litteris Archiepiscopi probatur, quod esset
6 Presbyter *Gloss. in c. inter quatuor in Verbo argumenta de Cleric. Peregr. Felin. in cap. post cessionem num. 3. & 15. de probat. Rot. in decis. 605. num. 5. par. 2. in recentior. Card. Seraphin. decis. 713. num. 1.*

Quod obtinuerit pensionem iustificatur ex
7 litteris reseruationis pensionis.

Et denique quod Ecclesia de quâ agitur sit
Parochialis probatur tam ex prouisione Lu-
8 tij vltimo loco defuncti, ex qua constat de vlti-
mo statu, quod sufficit ad effectum iustificatio-
nis gratiæ *Iuxta not. per Doctor. in c. consultationibus de iure patr. Abb. in c. nobis num. 8. vers. si verò non constat eod. tit. Rota coram Sanct. mem. Greg. XV. decis. 1467. sub num. 3.*

Quam etiam ex alijs prouisionibus, & enun-
ciatiuis antiquissimis. quæ habent vim famę,
9 & plenè probant. *Ias. in l. cum aliquis n. 4. C. de iur. de lib. Card. Seraph. decis. 1025. num. 14. & decis. 1334. numer. 2. Rot. diuers. decis. 684 par. 1. & decis. 223. num. 4. & 673. num. 6. par. 2. in recent.*

ROMANA PECVNIARIA,

Mercurij 26. Iunij 1624.

DECISIO CCCCCXXVI.

Impressa apud Cens. de Censibus decis. 482.

FAVENTINA IVRISPATRONATVS

Mercur. 26. Iunij 1624.

ARGVMENTVM

Manutentio in beneficio possidenti conceditur.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio in beneficio possidenti datur;*
2 *Possessio plenè probatur ex instrumento, alio non existente in possessione.*
3 *Possessio clandestina, & turbatiua non est manutenibilis.*
4 *Possessio capta authoritate iudicis præfertur possessioni anteriori.*
6 *Sententia nulla, & iniusta non priuat possessione.*
7 *Sententia est nulla litteris non iustificatis.*
8 *Sententia est nulla si in eodem die probationis sententiæ conceditur immissio non dato termino ad appellandum.*
9 *Executor mixtus ex quibus dignoscatur.*
10 *Possessio tradita in termino ad appellandum est attentata.*

DE-

DECISIO CCCCCXXVII.

1 DOMINI dixerunt, Baptistæ dandum esse
mandatum de manutenendo in possessio-
ne beneficij; de quo agitur quia de eius posses-
sione de tempore motæ litis constat ex publico
instrumento adeptionis dictæ possessionis,
2 quod alio non existente in possessione, plene
probat possessionem ad quemcumque effectũ;
*l. prædia ubi Bart. & DD. ff. de acquir. possess. l. non id-
circo, & ibi Bald. C. de fid. instrum. Rot. decis. 900. n. 1.
p. 1. in recentior. & fuit pluries decisum.*
Nec obstat possessio Scardacci, quia cum fue-
rit capta 6. *Martij* 1624. & sic post adeptam
possessionem per Baptistam, quæ fuit per eun-
3 dem Baptistam capta 3. *Septembris* 1622. præsu-
mitur clandestina, & turbatiua, nec propterea
est manutenibilis *c. licet causam ubi DD. de pro-
bat. Bart. in l. si duo n. 4. ff. uti possid. Rot. decis. 271. n. 7.
p. 1. diuers.* & fuit dictum in nullius præposituræ
3. Iulij, & 1. Decembris præteriti coram me.
4 Nec facit, quod fuerit capta de mandato Iu-
dicis, qui potuit priuare dictum Baptistam sua
possessione, quo casu cum habeat fomentum
iuris, videtur præferenda possessioni Baptistæ
licet anteriori *l. iuxtè possidet, & ibi Bart. ff. de ac-
quir. possess. Angel. in l. clam possidere §. qui ad nundi-
nas n. 2. in fin. & ibi Iason. n. 20. ff. eod. tit.*
5 Quia cum dictus Iudex nulliter, & injustè
processerit, non priuauit dictum Baptistam,
qui non habuit se pro spoliato sua anteriori
possessione *Rot. dec. 602. n. 7. p. 1. diuers. & decis. 35
n. 4. p. 2. in recent.*
Quod autem nulliter, & injustè processerit
7 apparet, tum quia processit literis dicti Scar-
8 dacci non iustificatis, tum etiam quia eundem
immisit in possessionem dicti beneficij illa ipsa
die, qua protulit sententiam ad ipsius fauorem,
& sic pendente termino ad appellandum, quod
facere non potuit, quia cum non esset merus
9 executor, sed mixtus, ut patet ex clausulis in
gratiam dicti Scardacci appositis videlicet *vo-
catis vocandis, &c. dummodo, &c. amoto, &c.*
quæ omnes clausulæ præsertim simul iunctæ
faciunt executorem mixtum, ut fuit sæpissimè
dictum, & signanter in Beneuent. Parochialis 4.
*Decembris 1620. coram Reuer. D. meo Decano, & in
una Leod. en Abbatiæ 14. Ianuarij 1622. coram R. P.
D. meo Vbaldo*, tenebatur assumere partes Iudi-
cis, & ab illius sententia dabatur appellatio,
etiam suspensiua *Felin. in c. exhibita nu. 9. de iudic.
Rot. decis. 925. n. 7. p. 2. in recent. Card. Seraphin. dec. f.
817. in princ. & decis. 1471. n. 2. & in alijs relatis per
Garz. de benefic. p. 6. c. 2. n. 110. & seq.* prout etiam
10 fuit a dicta sententia appellatũ, ideoque possessio
intra dictum terminum tradita, est attentata,
*non solum de appellat. in 6. Rot. decis. 159. n. 3. par. 2. in
recent.* & fuit dictum in Vercellen Cappellaniæ
14. Martij 1622. coram R. P. D. meo Vbaldo, & sæpè
in alijs.
Atque ita fuit resolutum dicto solo Baptista
informante, &c.

VITERBIEN. HÆREDITATIS

Veneris 28. Iunij 1624.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Pecuniæ consignandæ sunt quotiescumque patet de vo-
luntate testatoris.*
2 *Vocato uno casu ille exequendus est, & non expectan-
dus est sequens.*
3 *Consignatio quomodo facienda sit vigore vocatio-
nis.*

DECISIO CCCCCXXVIII.

1 DOMINI steterunt in decisis, quod sit lo-
cus consignationi pecuniarum, quia ut
in alia decisione dictum vocatio Filiarum Fe-
minarum in defectum masculorum est clara,
nec dubitatur, quin euenerit casus dictæ voca-
tionis ad fauorem Liuiæ, unde merito consi-
gnandæ erunt dd. pecuniæ dictæ Liuiæ seu Mo-
nasterio, in quo dicta Liuia est effecta mo-
nialis.
2 Nec obstat, quod post mortem dd. filiarum
absque filijs legimur vocata alia loca pro arbi-
trio tutorum, quia cum dicta loca pia iuxta
tenorem dictæ vocationis succedere debeant
post obitum demum Liuiæ, eaque adhuc in
humanis existat, frustra modo super dicta vo-
catione disceptatur, & de ea poterit tunc vide-
ri, quando casus dictæ vocationis euenerit, nec
interim potest dicta consignatio dictæ Liuiæ
denegari.
3 Erit autem dicta consignatio facienda iuxta
formam decreti Vicelegati, & ad effectum in-
uestiendi seu data cautione per Monasterium
de restituendo dd. pecunias post obitum Liuiæ
cui de iure, *ad l. 1. & ibi glos. in verb. non exigit ff.
ut in poss. leg. seu fideicomm. l. inter omnes. & ibi DD.
ff. qui satisd. cog.* cum alijs *per Peregrin. de fideicomm.
artic. 43. n. 10.*

FERETRANA PAROCHIALIS

Lunæ 1. Iulij 1624.

ARGVMENTVM

Manutentio possidenti datur.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio possidenti datur.*
2 *Possessio probatur ex confessione Aduersarij.*
3 *Per resignationem in manibus Papæ amittitur ius, &
possessio.*
4 *Resignatio conditionalis operatur, ut donec non puri-
ficetur conditio ius non abdicitur à resignante.*

DECISIO DXXIX.

1 PETRO Marino tantum informante fuit
dictum ipsi esse dandum mandatum de
2 manutenendo, quia de ipsius possessione con-
stat ex confessione Francisci Aduersarij in eius
litteris, quod sufficit ad effectum obtinendi
manutentionem contra Aduersarium confi-
tentem, *Put.decis.325.n.3.Rota in Pampilonen Be-
neficij 6.February 1615.coram R.P.D. meo Vbaldo,
& in Romana Domus de Blanchis* 10. *Maii* 1619.
coram R.P.D.meo Buratto.
3 Non obstat, quod Petrus Marinus resigna-
uit Parochialem in manibus Smi quodque per
huiusmodi resignationem amisit ius, & posses-
sionem, quam prius habebat *Rot.dec.2.de renunc.
in antiq. & decis. 9. eodem tit.in nou.Cassad. decis.2.
eod tit.num.3.Put.decis.175.num.2.l.3.* præsertim
cum talis resignatio fuerit per Superiorem ad-
missa *Rot.decis.29.n.2.p.1.in recent.*
4 Quia dictus Petrus Marinus non resignauit
dictam Parochialem simpliciter, sed ad fauo-
rem certæ personæ, dictaque resignatio fuit
etiam sub certis conditionibus admissa, vnde
nisi doceatur, quod dictum Beneficium fuerit
perfectè resignatario acquisitum, & dictæ con-
ditiones purificatæ, non potest interim censeri
ius abdicatum à resignante, *Acchil.decis.10.n.4
de restit.spol.Put.decis.158.nu.1.& seqq.l.3.cum alijs
per Rot.coram Sanct.me.Greg.XV.decis.159.nu.6.&
fuit dictum in Regien Praceptoria 3. Iunii* 1618.*co-
ram bo.mem.Andrea.*

ROMANA CAPELLANIÆ SANCTISSIMI SALVATORIS AD SCALAS SANCTAS

Veneris 8. Nouembr. 1624.

ARGVMENTVM.

Manutentio non conceditur non possidentibus.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio potius datur deputantibus Capellanum amouibilem, quam ipsi Capellano iam admisso.*
2 *Possessio data ad tempus cessat elapso tempore.*
3 *Capellanus ad nutum deputatus, & postea destitutus non potest ab Ordinario manuteneri.*
4 *Capellanus deputatus ad nutum potest amoueri etiam sine causa, dumodo absit malitia*
6 *Confirmatio nihil de nouo tribuit, neque extendit confirmatum.*
7 *Confirmatio non operatur, quando aduenit post remotionem.*
8 *Possessio capta contra formam Constitutionum non est manutenibilis.*
9 *Clausula sublata, & Decretum irritans inficit titulum, & possessionem.*
10 *Manutentio non possidenti non datur.*
11 *Restitutio in integrum non datur in possessorio.*
12 *Restitutio in integrum non potest dari non transportatis actis.*

DECISIO DXXX.

ORTA fuit quæstio inter Capellanos Pic-
cardum, Honestum, & Castelluccium
successiuis temporibus à DD. Custodibus Ce-
leberrimæ Capellaniæ ad Sancta Sanctorum S.
Saluatoris in Capellanos electos, & ipsos met
etiam DD. Custodes, cui sit dandum mandatũ
de manutenendo, videlicet an vni ex dd. sic
electis sit dandum dictum mandatum, seu sal-
tem dd. Custodibus in quasi possessione eligen-
di, & ad eorum nutum remouendi per ipsos
electos, & DD. censuerunt nemini ex dd. Ca-
pellanis esse dandum dictum mandatum, quo
verò ad DD. Custodes mandarunt particulari-
ter videri.
1 Nam quoad Castellucium licet controuerti
minime possit eius possessio, prout nec alio-
rum, cum de ea ab vndè constet ex Instrumen-
to adeptæ possessionis, & ex testibus de dicta
possessione deponentibus, tamen quia fuit de-
putatus in Capellanum à dd. DD. Custodibus
ad eorum nutum, & beneplacitum, & fuit
ab ijsdem postea remotus, non potest ei com-
petere manutentio, quia deputatus ad nutum
non habet veram possessionem, sed possidet ijs
à quibus fuit deputatus iuxt. deducta *in dec.422
nu.2.p.1. diuers.* illiusque possessio si quæ est in-
telligitur ad tempus donec fuerit remotus, atq;
ita finito tempore, & sic postquam fuit re-
motus nullam penitus habet possessionem,
2 quia possessio data ad tempus, cessat elapso
tempore nec dicitur amplius possessio ex na-
tura temporis limitati *ad tex.in l. Imperator ff. de
postul.l.statu liberi §.stichum ff. de leg.2. Abb. & alii
in c.postulasti ante n.1.de rescrip.Dectan.cons.108. n.
3 19.lib.3.* & in puncto, quod Capellanus ad nu-
* tum deputatus, & postea destitutus non possit
ab Ordinario in sua possessione tueri tradit
Garz.de benef par.1.c.2. num. 87. vbi etiam dicit
ita fuisse resolutum in vna Elboren Distribu-
tionum 29. *Martii* 1599.*coram Corduba*.
4 Non obstat, quod dictus Castellucius non
potuit sine causa remoueri, quia verba ad nu-
tum, & beneplacitum important liberam, &
absolutam, & non regulatam voluntatem
Felin.in c.1.sub nu.51.vers. & si dicatur commit-
timus voluntati tuæ *de constit. Ias. in l.si sic num.
27.ff.de leg.1.Menoch.de arbitr.lib.1.quæst.7. num.2.*
5 Ideoque potest sic ad nutum, & beneplacitum
deputatus, etiam sine causa remoueri, dum-
modo absit malitia, *Card.in Clement.1.§.præmis-
sa sub num.4.post med.de supplen. neglig.Prælat.Dec.
in c.ad nostram n.19.& 23.de confirm. vtil. vel inut.*
& fuit dictum *in Burgen Amotionis Magistri Ca-
pellæ* 11.*Decembris* 1581. *coram bo.me. Card. Blan-
chetto, & in decis.778.n.1.p.1.diuers.*
Non obstat, quod dicitur Castelluccium
possidere dictam Capellam vigore confirma-
tionis habitæ à Capitulo Lateranen. quæ
fuit concessa simpliciter, & absque dicta clau-
6 sula *ad nutum*, quia confirmatio nihil de no-
uo tribuit, neque extendit confirmatum, sed
solũ ei addit robur. *Dec. in c.ad nostram num.9. de
confirmat.vtil.vel inutil.Alex.cons.123.num.20.lib.4
Rot coram bo.me.Greg.XV.decis.267. n.1.& in addit.
num.* 10.

num. 10. *Card. Seraph. decis.* 981. *num.* 5. & in casu
isto fuit per Capellanum in specie confirmata
electio de ipso facta per dd. Custodes 12. *Augusti*
1623. & sic dubitari non potest quin fuerit cō-
firmata dicta electio in illis terminis in quibus
fuit facta; atque ita sub qualitate d. manualitatis
7 vltra quod Castelluecius fuit remotus per dd.
Custodes ante confirmationem, ac propterea
eo minus poterat aliquid operari dicta confir-
matio cum non adesset electio confirma-
bilis.

Nec potest etiam dari dictum mandatum de
manutenendo Honesto præsentato à DD. Cu-
stodibus post remotionem Castellucij, quia nul-
lam habet institutionem, seu confirmationem
8 à Capitulo, ideoque quatenus se intrusis-
set in possessionem Capellaniæ, illius possessio
non esset manutenibilis, cum sit capta contra
9 formam Breuis Leonis X. quod habet clausulā
sublata, & decretum irritans, quod inficit ti-
tulum, & possessionem *Gabr. de clausul.* 3. *nu.* 50.
Rot. decis. 189. *num.* 4. *par.* 2. *diuers.* & fuit dictum *in*
Adrien. Decimarum 14. *Decemb.* 1607. *coram Reu. D.*
meo Patriarcha Hierosolymit., & est etiā aduertēdū
quod dicta possessio fuit capta post inhibitionē
emanatam ab Illustriss. Archipræsbytero ad in-
stantiam dicti Castelluccij.

10 Tandem non potest dari manutentio Piccar-
do tum quia ei obstant eadem, quæ supra fuit
dictum obstare Castelluccio, tum etiam quia
vsque de anno 1615. fuerunt latæ contra dictū
Piccardum duæ sententiæ, quæ transitum fe-
cerunt in rem iudicatam, quo stante censetur
Piccardus dictis sententijs acquieuisse, atque
ita se habuisse pro spoliato, vnde non potest
ei competere aliqua manutentio *Alex. in l. natu-*
raliter §. *nihil commune n.* 34. *& ibi Rip. nu.* 97. *Bolo-*
gnett. n. 60. *&* 62. *vers. limitatur ff. de acqu. possess. Me-*
noch. de retinen. remed. 3. *nu.* 685. *& seqq. Cas. de Gras.*
decis. 7. *n.* 8. *&* 9. *de sent. & re iudic.*

11 Nec obstat, quod idemmet Piccardus obti-
nuit committi aduersus rem iudicatam causam
restitutionis in integrum, nam vltra quod in
possessorio non datur restitutio *Put. decis.* 36. *n.* 4. *l.*
1. *Benincas. decis.* 79. *num.* 8. non constat etiam de
12 causis restitutionis in integrum quin nec acta
dd. instantiarum fuerunt transportata, ideoq;
deficit etiam iurisdictio stante *Decreto Sac. Conc.*
Trid. sess. 24. *c.* 20.

ANNOTATIO

Ad n. 3. *Adde Gutierrez pract. quæst. l.* 3. *c.* 2. *n.* 18. *& seq.*

NEOCASTREN. PAROCHIALIS

Vener. 8. *Nouembris* 1624.

DECISIO DXXXI.

Impressa apud Postium de Manuten. decis. 567.

BONONIEN. FRVCTVVM DOTIS

Mercurii 13. *Nouemb.* 1624.

DECISIO DXXXII.

Impressa apud Cilian. ad statut. Perus. decis. 72.

BONONIEN. DE MANZOLIS

Mercur. 13. *Nouembr.* 1622.

DECISIO DXXXIII.

Impressa apud Postium de Manuten. decis. 191.

HILDESIMEN. OPTIONIS

Veneris 15. *Nouemb.* 1624.

DECISIO DXXXIV.

Impressa in Recent. decis. 571. *par.* 4. *tom.* 3.

ROMANA FIDEICOMISSI

Veneris 15. *Nouembr.* 1624.

ARGVMENTVM

Sententia confirmanda est, quando constat de iustitia; Renunciatio facta à Nouitia, quando sit nulla ob non seruatas solemnitates.

SVMMARIVM.

1 *Sententia confirmanda est, quando constat de iustitia.*
2 *Renunciatio Monialis ex quibus sit nulla.*
3 *Quis debeat probare interuenisse licentiam in renunciatione monialis.*
3 *Iudicis decretum non inducit illas solemnitates, quæ in illo non enunciantur.*
4 *Existens in Nouitiatu gaudet priuilegio fori, & canonis, sic in eorum renunciationibus non est competens iudex secularis.*
5 *Iudicis secularis decretum non facit præsumere licentiam Iudicis Ecclesiastici in renunciationibus requisitam.*
6 *Quod post longum tempus præsumantur interuenisse solemnitates requiruntur anni* 30.
7 *Præsūptio quando intercesserint solemnitates ex lapsu plurium annorum tunc intrat, quando de scriptura non constat, secus vero quando clare apparet contrarium.*
8 *Ad inducendam presūptionem solemnitatum cntu lapsu* 30.

psu 30. annorum requiritur obseruantia.
9 *In renunciatione licentia à Vicario an possit quandocumque impetrari.*
10 *In renunciatione necesse est, quando licentia Episcopi interueniat in ipso actu.*
11 *Nouitius est de foro Ecclesiæ.*
12 *In contractibus Nouitij requiritur Iudex Ecclesiasticus.*
13 *Renunciatio nulla ob defectum licentiæ Vicarij non potest impedire immissionem.*
14 *Quod dicitur de donatione non dicitur de renunciatione.*
15 *Donatio non insinuata vt requirit statutum, non impedit immissionem.*
16 *Legitima non detrahitur de legato particulari.*

DECISIO DXXXV.

1 DOMINI dixerunt sententiam, in qua fuit declaratum Monasterium Sanctæ Ceciliæ esse ex persona Franciscæ, nūc Sororis Claudiæ immittendum in possessionem Domus relictæ dictæ Franciscæ post mortem Flaminiæ, & medietatis alterius Domus legatæ Angelicæ, in qua est substituta dicta Francisca, & Virginia, fore confirmandam, quia constat tam dictam Flaminiam obiisse, quam etiam Angelicam sine filiis, atque ita factum esse locum dd. substitutionibus, vndè debetur dicto Monasterio, cui ex persona d. Franciscæ sunt acquisitæ dictæ Domus vigore dd. substitutionum immissio *c. Monasterium de reg. iur. in 6. authent. ingressi C. de Sacr. Sanct. Eccl. l. de nobis §. hoc etiam in fin. C. de Episc. & Cler. Rot. decis. 128. num. 3. & decis. 333. n. 2. p. 2. in recent.* & fuit dictum *in Bononien de Armis 18. Aprilis & 12. Decembris 1622. coram Reuerend. D. meo Merlino.*

Nec obstat renunciatio d. Franciscæ ante emissam professionem ad fauorem Virginiæ,
2 & Angelicæ suarum sororum, quia dicta renunciatio fuit nulla ex qua fuit facta sine licētia Illustris. Vicarij, siuè eius vices Gerentis, & sic contra expressam dispositionem *Sacr. C. Trident. sess. vlt. c. 16. de regul.* qua cauetur, quod nulla renunciatio etiam in fauorem cuiuscūq; causæ præualeat, nisi fiat cum licentia Episcopi, vel eius Vicarij, & quod renunciatio sinè licentia Episcopi, facta sit ipso iure nulla censuit Sac. Congreg. Illustrissimorum Interpretum dicti Sac. Concilij, vt in Decreto cuius copia data fuit, & latè eandem sententiam tuetur *Molin. de iust. & iur. tract. 2. disputat. 139. vers. antequam, & c. Ceued. pract. quæst. Canon. quæst. 6. num. 3. & num. 4.*

Nec obstat, quod non constat interuenisse
3 dictam licentiam, quia præterquamquod excipiens de renunciatione, cum in huiusmodi exceptione sit actor debet docere de renunciatione valida, atque ita de renunciatione facta iuxta formam d. Sacri Concilij *l. in exceptionibus ff. de probat. l. actor C. eod. l. 1. ff. de except. Bellamer. decis. 616. num. 3.* satis etiam dici potest constare quod non interuenit dicta licentia, ex quo ea non fuit enunciata in instrumento dictæ renūciationis *Roll. cons. 99. nu. 32 l. 2 Natt. cons. 45. nu. 3. Cephal. cons. 144. n. 1. & cons. 150. n. 3. Surd. decis. 300 n. 11. Rot. decis. 723. n. 3. p. 2. in recent.*

Non obstat, quod stante Iudicis decreto præsumantur omnia ritè, & rectè acta, atque ita etiam dictam licentiam interuenisse, quia iudi-
3 cis decretum non sufficit ad hoc vt præsumantur adhibitæ solemnitates non enunciatæ *Feliu. in c. quoniam contra sub num. 37. post med. vers. limita etiam ibi Dec. n. 174. & seq. de probat. Paris. cons. 12. n. 57. & seq. l. 2. Gabr. de senten. conclus. 5. n. 37. & seq. Rot. decis. 72. n. 33. & 34. par. 2. diuers.* vbi quod hęc est communis conclusio DD. quodq; istam opinionem seruat Rota.

Quod, & tanto magis in casu isto procedit, quia Iudex secularis, qui dictum Decretum interposuit non erat Iudex competens Franci-
4 scæ, ipsa enim etiam tunc existens in nouitiatu gaudebat priuilegio fori, & Canonis *in c. religioso §. 1. & ibi glos. de sent excomm. in 6. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 8. n. 21.* ac propterea eo
5 minus potest Decretum Iudicis Secularis suffragari ad effectum præsumendi interuenisse in ipsa renunciatione licentiam Iudicis Ecclesiastici.

6 Minus facit, quod saltem ex lapsu plurium annorum à die d. renunciationis præsumitur illam fuisse factam adhibitis debitis solemnitatibus, quia à die d. renunciationis nō intercesserunt anni 30. prout requiritur *Rot. decis. 723. nu.*
7 *8. in fin. & n. 2. p. 2. in recent.* Tū etiā quia in omnem euentum d. præsumptioni locus non est, quando vt in casu isto ex visione ipsius instrumenti apparet non fuisse seruatas solemnitates debitas, sed tunc tantum procedit, quan-
8 do scriptura deficit, tunc enim intrat præsumptio, quod omnia solemniter acta fuerunt, dummodo vna cum lapsu annorum 30. concurrat obseruantia, vt aduertit *Rota in Elicien. Mineriorum 27. Nouembris 1585. coram Orano, & in Clusina bonorum 4 Decembris 1593. coram Pacen.*

Non obstat, quod etiam, quod in actu dictę renunciationis non interuenerit licentia Illustr.
9 Vicarij, quia tamen potuit dicta licentia adhiberi, vel ante vel post celebratum contractum d. renunciationis, & sic potest doceri quandocumque de dicta licentia, nec defectus d. renūciationis est visibilis ex dicto instrumento, suffragatur saltem ad effectum vt sit procedendum ordinariè, non verò executiuè, vt fuit dictum de donatione, de cuius insinuatione non apparet, in *Spoletana Hæreditatis 19. Nouembris 1617. coram R. P. D. meo Pamphilio & prius in Viterbien terræ Vetrallæ 30. Martij 1615. coram R. P. D. meo Pirouano & in ead. 14. Decemb. eiusdē anni corā*
10 *me*, quia imo necesse est, quod licentia Episcopi siue eius Vicarij interuenerit in ipso actu
11 renunciationis, cum enim Nouitius sit de foro Ecclesiæ, vt supra dictum est, rationi, & iustitię congruit vt suus proprius Iudex Ecclesia-
12 sticus scilicet interueniat in contractibus ab eo celebrandis quemadmodum dum erat in seculo tenebatur interuenire secularis, & non Ecclesiasticus Iudex, ita punctualiter *Cened pract. quæst. d. q. 6. num. 14.* & renunciatio sine licentia Episcopi facta est ipso iure nulla, vt supra probatum est, quod non est in donatione, vndè
13 merito talis renunciatio non potest suffragari ad effectum retardādi immissionem, nec quod
14 dicitur de donatione de cuius insinuatione statim non

tim non docetur, procedit in renunciatione
Nouitij facta cum præsentia, & licentia Iudi-
cis secularis, & non ecclesiastici.

15 Accedit, quod etiam donatio non insinuata
non impedit immissionem quando statutum
insinuationem requirit, vt supra dictam con-
clusionem limitat *Menoch. de adipiscen. remed. 4.
num. 587. vers. hæc tamen non procedere.*

Non obstat exceptio detractionis legitimæ,
quia ex deductis in facto apparet illã esse iam
factam, & in omnem euentum non est locus
dictæ detractioni in casu isto, quia agitur de le-
16 gato particulari, de quo non detrahitur legi-
tima *Cephal. cons. 674. num. 5. Surd. cons. 148. num.
31. & decis. 316. num. 10. Peregrin. de fideicom. ar-
tic. 36. num. 74. post med. cum alijs per Gabriel. de
legit. conclus. 6. num. 1. &c.*

ROMANA DOMVS.

Mercurij 20. Nouembris 1624.

ARGVMENTVM

Latissimè agitur quando substituto in donatione competat actio realis.

SVMMARIVM.

1 *In substitutione facta in contractu donationis an dominium acquiratur.*
2 *Substituto in contractu donationis non facta traditione non competit actio realis.*
3 *Dominium sine traditione non transfertur ex actu inter viuos.*
4 *Ius nullum disponit, quod ex donatione transfertur dominium absque traditione.*
5 *Lex quoties C. de donationibus explicatur.*
6 *Lex concedens actionem personalem non est extendenda ad actionem realem.*
7 *Donatarius habens rei dominium validè potest illud transferre in quem vult.*
8 *Dominium non potest auferri ab eo, in quem translatum est sine eius facto.*
9 *Cessionarius quando possit intentare actiones sibi cessas.*
10 *De Clausulis in donatione appositis.*
11 *Cinus in* l. Vnic. num. 7. C. de alien. iud. mut. caus. declaratur.
12 *Actio realis ad hoc vt detur, quid requiritur.*
13 *Cessionarius plus iuris non habet quam cedens.*
15 *Hypotheca non datur sine dominio.*
15 *Argumentum à solito cessat quando apparet de mente contraria Contrahentium.*

DECISIO DXXXVI.

FVIT in hac causa 5. *Maij* 1603. *coram Penia*
resolutum, vna tantum parte informante,
filijs Liliæ non competere actionem realem
super domo, de qua agitur, vigore donationis
eidem Liliæ factæ *Anno* 1573. ab Alexandro de
Grandis eius marito, Notario pro ea absente
stipulante sub varijs conditionibus, & signan-
ter sub conditione, quod Lilia post mortem
teneretur omnia bona restituere eius filijs na-
tis, & nascituris, quos etiam eidem Donatariæ
substituit, & causa per me super ijsdem propo-
sita fuit aliaque parte informante post plures
disputationes resolutum, standum esse in deci-
sis, ex rationibus in dicta decisione bo. mem.
1 Peniæ deductis, & præcipuè quia licet magna
sit inter DD. controuersia, an in substitutione
facta in contractu donationis dominiũ acqui-
ratur, & transferatur in substitutum sine tradi-
tione, ita vt purificata conditione substitutus
possit agere actione reali absque alia traditio-
2 ne, tamen verior, & receptior opinio est, quod
absque traditione non cõpetit substituto actio
3 realis, quia ex actu inter viuos non transfertur
dominium sine traditione, nisi in certis casibus
à iure expressis de quibus *per Gloss. & Doct. in l.
traditionibus C. de pact.* inter quos non connu-
meratur casus, de quo agitur, quia nullo iure
4 cauetur quod transeat dominium in secundum
donatarium absque traditione, *vt contra Dec. in
cons. 238. num. 7. & 8. & in d. l. traditionibus, & seq.
C. de pact.* & alias latè defendunt, *præter allegat.
in d. decis. bon. mem. Penia Barbos. in l. diuortio 8. in
princip. num. 9. & 10. ff. solut. matrim. Gomez. ad l.
Taur. lib. 4. num. 15. cum seq. Lopez. ad l. 7. tit. 4.
par. 6. Cannett. ad constit. Sicil in extrauag. volen-
tes 1. quaro subsequenter num. 16. & 17.* vbi dicit De-
cium malè, & pessimè loquutum *Vegg. cons. 51.
sub num. 36. Valasch. consult. 194. num. 12. cum seq.
Ludouic. Molin. de contract. disputat. 265. numer. 5.
Gratian. discept. forens. 332. num. 8. & seq. Vincent.
de Franch. decis. 74. num. 2. Magon. decis. florentin.
71. num 8. & decis. 102. num. 10. & decis. Lucen. 38.
num. 23.*

5 Nec obstat *text. in l. quoties C. de donat. quæ sub
mod.* quod ex pacto celebrato inter donan-
tem, & donatarium acquiritur vtilis actio se-
quenti secundo donatario sine cessione, quia in
dicta lege non dicitur, quod acquiratur secun-
do donatario actio realis, *& Glos. in d. l. in verb.
actiones*, dicit competere secundo donatario
conditionem ob causam, & eam sequuntur
communiter omnes alij, & cum dicta lex sit
6 singularis in eo etiam quod concedit actionem
personalem, vt per DD ibidem, non debet ex-
tendi ad actionem realem contra iuris regulas
Veg. d. cons. 51. sub num. 36. vbi testatur, se nullum
reperisse Doctorem legentem dictam legem,
qui illam extendat ad Dominium.

Et hæc eo fortius visa sunt procedere in hoc
casu, quod pendente conditione facta fuit alie-
natio per Alexandrum donantem, & Leliam
primã donatariam in Pinellum ex titulo one-
roso emptionis; cum primus donatarius ha-
7 bens rei dominium validè possit ante purifi-
cationem conditionis illud transferre, in quem
velit *ad tex. in l. ea lege C. de cond. ob caus. inf. in l.
fin. §. sed quia nostra C. com. de legib. Gomez. ad d. l.
Tauri 40. num. 13. Magon. d. decis. florentin. 102.
8 num. 3. & 19.* Et post quam fuerit translatum,
nequeat ab eo, in quem translatum fuit sine
eius facto auferri *l. id quod nostrum ff. de reg. iur.
Glos. mag. ad fin. 1. C. de in offic. donat. Barbos. in d.
l. diuortio in princ. num. 10. post med. vers. tamen
in conditione,* à quo sensu neq; ipsi *Dec. Alex. &
Specul.*

specul. alijque cum ijs transeuntes videntur
discedere, dum loquuntur in casu, quo viuen-
te primo donatario, nulla fuerat facta aliena-
tio, & benè aduertit singulus examinando *Veg.*
d. cons. 51. num. 16. & 17.

Nec obstat, quod prædicta locum sibi vendi-
cant in simplici donatione, secus vero in do-
natione prout est ista, in qua adest stipulatio
Notarij pro omnibus quorum interest, & am-
plissima cessio donatoris omnium iurium, &
actionum realium, & personalium ipsi dona-
tori competentium in & super rebus donatis,
cum clausula *constituti &c.* ex quibus videtur
9 posse cessionarium intentare proprio nomine
actiones ubi cessas saltem vtiles, *vt per. Iacob. de*
Arena in tract. de cession. act. numer. 63. cum alijs
per Bertazzol. claus. 28. glos. 1. sub num. 1. Et agere
etiã ad rei vindicationẽ, & si aliter non esset trã-
slatum Dominium, *Bart. in l. si ager. in fin. ff. de*
rei vindic. Bertazzol. claus. 27. glos. 1. num. 4. quia
præterquamquod clausula constituti, & aliæ,
quæ fictam traditionem importare possent,
fuerunt appositæ ad fauorem tantum Lelij, vt
benè demonstrant informantes pro Pinellis,
sicque non operantur quoad secundos donata-
rios, aliæ verò clausulæ, & cessiones intelligi
debent quoad alia bona in dicta donatione
compræhensa, super quibus donanti compe-
tebant dd. actiones reales, & hypothecariæ, non
autem respectu Domus, de qua agitur, super
qua nulla poterat eidem donanti competere
hypotheca *Iux. tex. in l. neque pignus ff. de reg. iur.*
vbi Cagnol. Surd. cons. 243. num. 13. Rota diuers.
decis. 315. num. 3. par. 1.

11 Nec fuit adnulla subtilis illa consideratio
Cini quæ fuit originalis Petri de Rampona *in*
l. Tutor. C. de alien. iud. mut. caus. qui vult dari du-
plicem rei vindicationem, alteram formalem,
quæ competit Domino non possidenti, alte-
ram causalem, quæ datur eidem rem suã possi-
denti, quæ postea formalis efficitur eueniente
casu quo Dominus rei possessionem amittat,
& sic mediante cessione iuriũ saltem esse quæ-
sitam illam causalem rei vendicationem cum
spe futuræ formalitatis, reducendæ ad exerci-
tium per cessionarium nomine cedentis, ad
proprium tamen commodum cum casus ve-
nerit, quia vltra quod non desunt qui negant
dari istam causalitatem actionis, *velnti Bal. &*
Salicet. in l. fin. num. 4. C. de hared. vel act. vend.
Socein. Iun. in l. naturaliter §. nihil commune num. 6.
& Paris. num. 8. ff. de acquir. possess. certè verior,
& receptior est opinio eorum, qui tenẽt, quod
si illa detur, dari tantum intellectualiter, & in
abstracto, nec venire in cessione actionum in
qua, venit solum actio formata, & quæ po-
test deduci in iudicium *Glos. in d. l. fin. in verb.*
introducere, & ibi Bal. & Salicet. numer. 4.
Alex. cons. 46. num. 5. vol. 1. & de communi Signo-
rel. cons. 217. num. 6. & 7. Rimin. sen. cons. 151. nu-
m. 10. Andr. de specul. in tit. de cessat. act. §. Seren-
dum num. 25. litt. D. vers. scire debes,

Verum quatenus hæc doctrina posset in ali-
12 quo casu consistere, Domini tamen censue-
runt, Hieronymo nõ posse suffragari, siquidem
ad exercitium actionis realis, duo omnino sunt
necessaria extrema, vnum videlicet Dominij
ex parte agentis, aliud vero possessionis in Reo
conuento *vt per Glos. in d. l. vnic. in verb. actionem,*
& ibi *Doct. communiter, Abb. cons. 17. num. 1. vers.*
nam rei vendicatio par. 2. Soccin. sen. cons. 266. nu. 8.
vers. 3. videndum est l. 2. & extremum Dominij
deficit Hieronymo, nã aut vult intentare actio-
nes directas ad proprium commodum ex per-
sona Alexandri cedentis, *Iuxta doctrinam Dini*
pro possessore quest. 7. num. 18. de reg. iur. in l. etenim
pot. cũ Alexãder illudã se abdicauerit primo per
traditionem factam Lelio, & deinde Pinello,
mediante eiusdem Lelij retrodatione, ne ces-
13 sionarius plus iuris habeat, quam habuerit ce-
dens, *l. nemo plus ff. de reg. iur. l. emptor vbi Bald.*
C. de hæred. vel act. vend. aut experiri vult vtiles
ex propria persona, & multo minus potest cũ
nunquam dominium rei donatæ habuerit, vt
supra est firmatum, & illa transierint in Pi-
nellum vna cum Dominio à quo nascuntur,
in quo radicantur, & cum quo transeunt *Din.*
in d. c. pro possessore num. 18. Florian. in l. per fami-
lia §. in hoc iudicium num. 7. ff famil. heris. & DD.
circiter in d. l. vnic.

Stipulatio Horatij pro omnibus, quorum in-
terest, acceptatio donationis per secundos do-
natarios; & reliquæ clausulæ diffusè ponderatæ
pro inducenda hypotheca, possunt quidem
operari, vt ius irreuocabile sit eis acquisitum
& pro eo conseruando actio personalis *ex d. l.*
quoties, sed quod rei vendicatio, vel hipotheca
14 inde oriatur non infertur, cum illa non detur
sine dominio, & Dominium non transeat sine
traditione, vt supra fuit dictum, & hæc non
competat, nisi sit a partibus expressa, vel in-
ducta à lege in certis casibus, inter quos hic nõ
repetitur; imò potius videtur dicendum ap-
patere, quod voluerit donator etiam apponi cũ
solum promiserit non contrauenire sub pæna
periurij, & potuisset illam apponi facere si sub
ea se obligare voluisset *ad l. vnic. §. sin autem C.*
de Caduc. toll. vnde cum ad hoc solum se obli-
gauerit, non est eius obligatio ad aliud exten-
denda *iuxtà tex. in l. quidquid astringendæ*
ff. de verb. obligat.

Ex quibus patet responsio ad id, quod dice-
batur de stylo Notariorum eam apponendi in
15 donationibus, cum argumentum à solito ces-
set, vbi de mente partium aliud apparet, *vt pul-*
chre per Eutrard. in loc. a solito num. 16, vltra quod
hanc doctrinam in practica non obtinere lo-
cum dicunt *Cotta in memorial. in verb. Notarius*
simpliciter rogatus in fin. Tiraquell. de retract. cõuent.
53. glos. 1. num. 7. in fin. & in simili de constit. & iu-
ramento dixit Rota in Firmana fideicommissi 1. Iulij
1622. coram R.P.D. meo Vbaldo &c.



REATINA CENSVS.

Merc. 27. Nouembris 1624.

DECISIO DXLVII.

Impressa post Duardum de Censibus decis. 417.

ROMANA PALATII.

Veneris 29. Nouemb. 1624.

DECISIO DXLVIII.

Impressa in recent. decis. 578, par. 4 tom. 3.

DERTVSEN. ERECTIONIS BENEFICII.

Ven. 29. Nouembris 1624.

ARGVMENTVM.

Ordinarius nō potest erigere Cappellaniā ex eleemosynis datis pro celebratione Missarum pro Defunctis sine expresso beneplacito Pōtificis.

SVMMARIVM.

1 *Redditus coadunatos pro celebratione Missarum non possunt per Ordinarium conuerti in alios vsus pios*, num. 6.

2 *Pontifex potest redditus pro vna causa adunatos in alios vsus conuertere.*

3 Cōcil. Trid. sess. 21. cap. 4. *de refor. declaratur*, & num. 4. *declaratur* sess. 22. cap. 8. & 9. & nu. 5.

7 *Constitutio Clementis VIII. in Thesaur. fori Eccles. par. 4. cap. 2. declaratur.*

8 *Ex eleemosynis datis pro celebratione Missarum non potest erigi Cappellania, quæ celebret pro defunctis*, num. 10. & 11.

9 Decis. 122. lib. 3. par. 3. *diuers. declaratur.*

DECISIO DXLIX.

DVBITATVM fuit, an erectio beneficii, de quo agitur, sustineretur, & DD. negatiue responderunt, non quidem ex defectu causæ, seu potestatis in genere erigendi d. Beneficium; sed quia illud erigi non potuit ex redditibus Confraternitatis, dicti enim redditus fue-
1 runt per d. Confraternitatem acquisiti, partim ex propria Cōfratrum substantia, & partim ex eleemosynis d. Cōfraternitati à Christifidelibus elargitis ad effectum eas erogandi in celebratione Missarum, pro Animabus fideliū defunctorum in Purgatorio existentium, vnde non potuit Illustrissimus Ordinarius dd. redditus relictos ad certum vsum pium, in alium con-
2 uertere, cum hoc sit reseruatum Summo Pontifici, *vt ex tex. in Clement. quia contigit de relig. dom. ibi quæ ad certum vsum largitione sunt destinata fidelium, ad alium vsum non debent conuerti, saluâ tamen semper authoritate Apostolica*, & *ibidem Vitalin. numer. 112. & Card. Zabbarell. numer. 9. Gabr. cons. 183. numer. 8. lib. 2. Nauar. cons. 15. de reb. Eccles. non alienan. numer. 6.* cum aliis per *Bertach. de Episc. par. 4. principali num. 71.* & fuit dictum *in Hispalen. Iurispatronatus 13. Iunij 1586. coram Robusterio.*

3 Nec obstat dispositio Sacri Concilii Tridentini *sess. 21. cap. 4. de reform.* vbi, quod si vnus Rector non potest sufficere Sacramentis administrandis, & cultui Diuino per agendo, Episcopus cogat Rectores, vel alios, ad quos pertinet alios sibi Sacerdotes adiungere, quia in dicto capitulo non datur facultas Episcopo destinata ad certum vsum conuertendi in alium sed potius cogendi eo casu Populum ad subministrandum ea, quæ sunt necessaria pro victu Sacerdotum adiunctorum, sicque non potest deseruire d. dispositio ad substinendā erectionem factam ex redditibus destinatis ad certum vsum pium, vt dictum est.

4 Minus faciunt aliæ dispositiones eiusdem Sacri Cōcilij *in c. 8. & 9. sess. 22.* quia *in c. 8.* Episcopi deputantur tanquam Sedis Apostolicæ delegati Executores piarum dispositionū tàm in vltima voluntate, quam inter viuos, non tamen propterea eis tribuitur facultas disponēdi de relictis ad pias causas in aliū vsum, quàm in eum, ad quem sunt destinata.

Et eodem modo etiam respondetur *ad c. 9.*
5 in quo dicitur, quod Episcopus compellat Administratores Confraternitatum ad reddendam rationem administrationis, quia neque hinc potest inferri, quod sit tributa facultas Episcopis conuertendi relicta ad certum vsum pium, in alium contra voluntatem relinquentium.

6 Quin imò eadem Sacra Congregatio Illustrissimorum Interpretum Concilij Tridentini censuit, quod redditus relicti pro Missarum celebratione non possint in alium vsum quātumuis pium conuerti, vt habetur in declaratione dictæ Sacræ Congregationis, cuius copia data fuit.

7 Minus obstat constitutio *Sanct. mem. Clement. VIII. relata in Thesaur. fori Ecclesiastici par. 4 c. 2. in fine* in qua datur facultas Confratribus excipiendi Eleemosynas; quæ tamen in reparationem, & ornatum Ecclesiarum, aut alios earundem Confraternitatum pios vsus arbitrio Ordinariorum conuerti debeant, quia dicta Constitutio loquitur de eleemosynis incertis, & nō destinatis ad certū vsum, & mandat conuerti debere in pios vsus Confraternitatum, non verò quod ex illis erigatur perpetuum beneficiū contra voluntatem offerentium dd. eleemosynas, neque enim admitti potest, quod Papa voluerit dare per d. Constitutionē Ordinariis facultatem commutandi voluntatem Defunctorum, quia Summis Pontificibus reseruata est.

Nec obstat, quod Illustrissimus Ordinarius
8 non conuertit in alium vsum relicta pro Missarum celebratione, cum iniunxerit Cappellano Beneficij per eum erecti, ex redditibus pro Missarum celebratione relictis onus celebrandi certas Missas pro suffragio animarum in Purgatorio existentium, sicque potius videtur dictus Illustrissimus Ordinarius pinguius adim-

adimpleuisse voluntatem eorum, à quibus fuerunt dd. redditus relicti, quia pro responsione est aduertendum; quod oblationes, & redditus, ex quibus fuit erectum d. Beneficium fuerunt, vt supra dictum est, relicti Confraternitati pro celebrandis Missis, quodque dominium, & administratio dictorum reddituum fuit acquisita ipsi Confraternitati ad effectum tamen elargiendi dd. redditus in celebratione Missarum per Præsbyteros ipsi Confraternitati benè visos; ac propterea Illustrissimus Ordinarius erigendo beneficium perpetuum ex dd. redditibus videtur volūtati testatorū contrauenire, non solum in eo, quod voluntas Testatorum non fuit, quod erigeretur beneficium ex dictis redditibus, *ad trad. per Vitalin. in d. Clement. quia contigit num. 112. de Relig. domib. Garz. de benefic. par. 1. c. 2. num. 11.* vbi quod ex eo quod Testator nō requisiuit authoritatē Ordinarij non videtur voluisse facere beneficium ecclesiasticum, & propterea erigere beneficium ecclesiasticum esset alterare dispositionem, & voluntatem Fundatoris, verum etiam quia Testatores voluerunt quod Confraternitas haberet administrationem dd. reddituum eaque, & non alius caueret, vt dictæ Missæ celebrarentur per Præsbiteros ipsi confraternitati benè visos, nec propterea potuerunt redditus assignari alteri, & sic voluntas Testatorum immutari in aliud opus pium, ex suprà allegatis.

9 Non obstat *decisio 1122. lib. 3. par. 3. diuers.* quā ponit *Mohed. decis. 1. de Iur. patron.* & reassumit, *Gonzal. gloss. 5. num. 58.* quia in casu d. decisionis Fundator mandauerat quod ex suis bonis erigeretur Capellania, & sic bene potuit fieri in eo casu interpraetatio, quod Fundator voluerit erigi d. Cappellaniam ad titulum beneficij, ita vt Ordinarius non censeretur contrauenisse voluntati Testatoris erigendo d. Cappellaniam ad titulum beneficij; licet etiam dicta decisio fuerit facta pluribus contradicentibus, vt in eadem met decisione dicitur, verum in casu isto agitur de redditibus, qui fuerunt relicti Confraternitati pro celebrandis Missis, non autem ad effectum erigendi Cappellaniam, nec propterea locus est interpretationi, quod relinquentes voluerint erigi beneficium perpetuum ex dictis redditibus, deberet enim præsumi, quod Testatores voluerunt, quod ex dd. redditibus erigeretur Capellania, quod non dixerunt, & vlterius quod voluerint erigi Capellaniam ad titulum beneficij, quod pariter repugnat dispositioni dictorum testatorum cum dd. redditus reliquerint Confraternitati, vt dictum est.

10 Nec denique subsistit, quod mediante erectione dicti beneficij fuerit pinguius adimpleta voluntas defunctorum, quia Cōfraternitas vtique poterit curare, vt ex dd. redditibus plures Missæ celebrentur, quàm possit celebrare vnus beneficiatus, & sic potius apparet dictam erectionem cadere in diminutionē suffragij, quod sibi procurarunt defuncti per dd. oblationes.

11 Et si Confraternitas neglexerit celebrari facere dd. Missas, poterit Ordinarius eādem cogere, vt faciat celebrare dd. Missas, nō autē propterea commutare eleemosynas ad d. effectum destinatas in aliū vsum, quantumuis pium, nisi accedente Sedis Apostolicæ beneplacito, cui talis facultas, vt supra dictum est, reseruata est.

CALAGVRITANA PROCESSIONVM

Luna 2. Decemb. 1624.

ARGVMENTVM.

Laudum quando sit obseruandum contra sententiam. Laudum quando sit validum, & obseruandum.

SVMMARIVM.

1 *Laudum posterius est attendendum potius, quam sententia anterior.*
2 *Posteriora derogant prioribus.*
3 *Laudum est nullum ex defectu iurisdictionis.*
4 *Compromissi fines quando possint excedi.*
5 *Episcopus potest liberare Beneficiatos ab aliquo onere, quando est in seruitium Dei.*
6 *Ex laudi obseruatione arguitur compromissum.*
7 *Laudum obseruatum valet in vim pacti.*
8 *Quando præsumatur notitia laudi.*
9 *Laudum obseruatum per annum præsumitur ratificatum.*
10 *In mandato generali si est data facultas faciendi ea omnia, quæ principalis facere potest, dicitur mandatum speciale.*
11 *In Laudo citationis defectus tollitur ex approbatione, & emologatione.*

DECISIO DXL.

FVIT alias per binas decisiones firmatum, Decanum, & Capitulum Ecclesiæ Cathedralis esse manutenendum in quasi possessione, quod Abbas, & Beneficiati SS. Iacobi, & Andreæ, quolibet die Sabathi tenerentur petere horas interesse horis, & accedere ad Processiones, causa vero tertia vice super iisdem proposita DD. ordinarunt, quod dubium disputaretur super bono iure, quo facto, censuerunt constare de bono iure Abbatis, & Beneficiatorum.

Nam licet antiquis temporibus tenerentur dd. Beneficiati accedere, & horas petere vigore cuiusdam sententiæ, vsque *de anno* 1584. latæ, in qua dd. Beneficiati fuerunt condemnati ad interessendum Processionibus, & videndum, declarari horas Canonicas, ità vt satis videretur fundata intentio Decani & Capituli in dicta sententia, quoad ius cogendi beneficiatos ad subeundum d. onus, vt fuit latè ostensum in alijs decisionibus in hac causa factis.

1 Tamen constat, eosdem Beneficiatos fuisse posteà à dicto onere liberatos per laudum latum per D. Episcopum, *anno* 1614. quod potius

2 est attendendum, quam dicta sententia, ex regula, quod posteriora derogant prioribus, *Ş. posteriore instit. quib. mod. testam. infirm. l. si vnus Ş. pactus ne peteret ff. de pact. l. pacta nouis. C. eodem tit. cum alijs per Surd. consil. 202. n. 1.*

3 Nec obstat, quod d. laudum fuit nullum

ex defectu iurisdictionis, cum in D. Episcopū fuerit tantum factum compromissum super numerum beneficiatorum qui debebant accedere, nec propterea ipse potuerit vigore dicti compromissi dd. beneficiatos in totum liberare ab onere accedendi ad Processiones, quia hoc obiectum videbatur ex pluribus posse euitari.

Et primo. Quia compromissum fuit factum non solum super numero beneficiatorum, sed etiam super quibus libet alijs distinctionibus.

4 Secundo. Quia dictum compromissum fuit factum etiam in D. Episcopum tanquam in amicabilem compositorem, & pro bono pacis, & concordiæ conseruandæ inter capitulum, & Beneficiatos, vndè potuit fines d. compromissi quatenus opus fuisset excedere, vt de compromisso facto tanquam in amicabilem compositorem aduertit. *Menoch. cons. 381. num. 12. & seq. l. 4. Caccialup. in tract. de transact. q. 18. sub nu. 9.* & de compromisso facto pro bono pacis conseruandæ, & pro concordia est *tex. in c. nisi esset, & ibi DD. de prebend. Gozzad. cons. 98. nu. 16. Ceph. cons. 121. num. 15. lib. 1. Blanch. de compromiss. quæst. 6. num. 16. Corsett. in suis singul. in verb. arbiter incipit laudum.*

5 Tertio. Prædicta eo magis procedunt, quod fuit data expressa facultas in dicto compromisso D. Episcopo sententiandi, & arbitrandi, prout ipsi videbitur cōuenire pro seruitio Dei, bonoque & utilitate suarum Ecclesiarum, & Diuino cultu conficiendo, nam hac facultate stante, bene potuit D. Episcopus pro vtilitate suarum Ecclesiarum liberare Beneficiatos à dicto accessu, ne dum à propria Ecclesia abesse cogantur, cultus Diuinus in ea detrimentum patiatur.

6 Quarto. Accedit, quod laudum latum per D. Episcopum fuit expressè approbatum, & emologatum à partibus, & per spatium fere integri anni obseruatum, hinc namque colligitur, mentem d. capituli ab initio fuisse, quod D. Episcopus super omnibus decerneret, quod sibi placuisset.

7 Et in omnem euentum stante dicta approbatione, & emologatione valeret d. laudum in vim pacti, & transactionis *glos. & Doct. in l. 2. C. com. vtriusque Iud. Menoch. dicto cons. 381. nu. 15. & seq. Surd. cons. 447. nu. 13. & 14. lib. 3. Thesaur. decis. 253. n. 5. Rota decis. 540. n. 8. & decis. 588. num. 1. p. 2. in recent.*

Nec obstat, quod laudum fuit emologatum à Procuratoribus constitutis ante laudum, quia mandata fuerunt data dd. Procuratoribus
8 per diem tantum ante d. laudum, vnde partes præsumuntur habuisse notitiam contentorum in dicto laudo, quin imò non est verisimile, quod dicti Procuratores laudo non viso illud approbassent, aut etiam, quod ante illius approbationem non certiorauerint suos principales de contentis in dicto laudo, vt notabiliter arguit *Abb. in cons. 18. sub n. 4. vers. item, & 2. & num. 5. l. 2.*

9 Quæ ratio magis procedunt, quia vt dictum est, dictum laudum fuit obseruatum per spatium ferè integri anni, atque ità d. laudum nō solum fuit approbatum expressè à Procuratoribus, sed etiam ipsa approbatio tacitè ratificata à capitulo, vt per *Abb. d. cons. 18. n. 7.* vbi loquitur de communitate quæ sciuit approbationem laudi factam nomine suo, & non contradixit, & dixit hanc esse optimam considerationem.

10 Ex quibus etiam cessat, quod dicitur, mandata fuisse minus sufficientia ad paciscendum, præsertim quia in dd. mandatis fuit data specifica facultas faciendi ea omnia, quę principales facere possent, si fuissent præsentes, per hæc enim verba censetur data potestas etiam in his quæ requirunt speciale mandatum *Bart. in l. Procurator cui libera ff. de Procurat. Abb. d. cons. 18. sub num. 7.*

Nec propterea etiam obstat defectus citationis ad videndum ferri laudum, quià omisso an illa fuerit in hoc casu necessaria, stantibus clausulis amplissimis dicti compromissi, tollitur scrupulus ex approbatione, & emologatione dicti laudi, & tacita ratificatione dictę approbationis.

CALAGVRITANA IVRISPATRONATVS DE VIANA.

Lunæ 10. Decembr. 1624.

ARGVMENTVM.

Remissoria denegatur, quando materia articulata est irreleuans, & inuerisimilis. Iuspatronatus Vniuersitatis probari debet per scripturas, & non per æquipollens.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria denegatur, quando materia est irreleuans, & inuerisimilis, & n. 6. & 8.*
2 *In Iurepatronatus Vniuersitatis præsumitur vsurpatio.*
3 *Iuspatronatus Vniuersitatis quomodo probetur.*
4 *Probatio facienda per scripturam, potest fieri per testes deponentes de scriptura.*
5 *Probatio per scripturas requisita in Iurepatronatus non potest impleri per æquipollens.*
7 *In defectu scripturæ, quomodo probetur Iuspatronatus.*
9 *In Iuribuspatronatus probandis non est aperienda noua via.*

DECISIO DXLI.

DOMINI steterunt in decisis coram Reue-
1 rendissimo D. meo Seleuicien, quod sit deneganda Remissoria, quia materia articulata vel non releuat, vel certè est inuerisimilis, & vtroque casu denegatur remissoria, vt in casu irreleuantiæ fuit dictum in vna Ianuen. Domorum 8. *Octobris 1614. coram Reuerendiss. D. meo Patriarcha, & coram Sanct. me. Gregorio XV. decis. 461. & 477. n. 1.* & quando materia articulata non est verisimilis *Rot. decis. 23. de test. in antiq. & coram eod. Greg. XV. decis. 211. nu. 5. & in alijs relat. per Ad-*

per Adden. ad d. decis. sub littera C. & decis. 414. nu. 3. & seqq.

Quod autem materia articulata non releuet
2 patet, quia versamur in prætenso iurepatronatus Vniuersitatis, & sic in personis, in quibus cadit præsumptio vsurpationis, vnde ad probandum tale Iuspatronatus, non sufficit qualibet probatio, sed illud probari debet per præsentationes continuatas, & effectum sortitas per spatium quinquaginta annorum, de quibus necesse etiam est, vt constet per publica documenta, & insuper requiritur etiam probatio immemorabilis per testes iuxta formam à Sacro Concil. Tridentino præscriptam *sess. 25. de reform. c. 9.* ac propterea etiam quod probaretur prout articulatur, quod occasione cuiusdam incendij fuerint igne absumpti plures libri, & prothocolla, in quibus erant adnotatæ præsentationes factæ per Vniuersitatem, tamen talis probatio non releuaret, quia non propterea dici potest constare de iurepatronatus dictæ Vniuersitatis iuxta formam à dicto Sacro Concilio Tridentino præscriptam, Concilium enim non confidit de testibus, sed requirit, vt dictum est, probationem per publica documenta, idque vltra probationem immemorabilis per testes, & decernit, quod probatio aliter facta non suffragetur.

4 Nec obstat, quod etiam in casibus, in quibus requiritur scriptura pro forma admittitur probatio per testes deponentes de tenore scripturæ, & illius amissione *c. cum] olim de priuil. & c. sicut de re Iudic. Abb. in c. 2. circa finem, & ibi Felin. num. 13. & seqq. vers. 2. intellige nisi ad strictus Dec. num. 78. vers. 2. limitatur cum seq. de probab. Bart. & alij in l. testium vers. statur nota quod in casibus C. de de testibus*, & in terminis d. Sacri Concilij *post Modern. in prax Neapolit. c. 63 num. 12. Garz. in tract. de benefic. par. 5. c. 9. sub 113. post med. vers. sed quicquid*, & videtur sensisse *Rot. coram Cas. de Graf. dec. 1. num. 11. de dilat.*

5 Quia prэterquam quod opinio dicti Moderni, & Garziæ nõ videtur tuta, eamque plurimis & validissimis rationibus confutat, *Gonzal. ad regul. 8. Glos. 18. num. 75. & pluribus seq.* quæ apud eum videri poterunt, ex quibus plurimum vrgere videtur, quod probatio per d. Concilium requisita est formalis, ità quod nec etiam per æquipollens impleri possit, vt sępius tenuit Rota, & signanter, *coram bo. mem. Card. Mantic. decis. 89. & decis. 234. & 253. & in Cremonen. Capellaniæ 2. Aprilis 1701. coram Ren. meo Decano*, vbi plures aliæ decisiones referuntur.

6 In omnem etiam euentum quod admitteretur probatio etiam in terminis d. Concilij per æquipollens, nihilominus dd. articuli non releuarent, quia non articulatur tenor instrumentorum, vt prætenditur deperditorum, neque illorum substantia, videlicet, dies, locus, personæ præsentantium, & præsentatorum, de quibus singulis necesse est, vt testes deponant quando scriptura est de substantia, *vt post glos. in d. c. cum olim de priuileg.* tradunt ibidem omnes, & præsertim *Abb. num. 8. Butr. num. 4. & 16 Bar. in l. si quis in aliquo num. 6. C. de eden. Alex. cons. 196. num. 9. 10. & 11.* vbi quod Aduocatus debet esse cautus volens probare scripturam priuilegij, vt in capitulis ponat diem, & locum instrumenti, quia illa sunt de substantia instrumenti.

7 Nec minus articulatur dd. præsentationum effectuatio, hoc est quod inter eadem met instrumenta de perdita adfuerint instrumenta, ex quibus constabat de effectuatione dd. præsentationum, quodque præsentationes, super quibus fuerunt dicta instrumenta confecta, essent continuatæ per spatium quinquaginta annorum, & quod talis continuatio per d. spatium quinquaginta annorum ex dd., vel aliis instrumentis probatur, de his enim singulis constare debet per publica documenta, vt dictum est, & sic quatenus velit Vniuersitas huiusmodi probationem supplere per probationem æquipollentem, debet talem probationem deducere, ex qua de prędictis adeò clarè constet ac si ipsa met Instrumenta essent oculis Dominorum subiecta, nec sufficit probatio generica; alias enim facile posset fieri fraus dicto Concilio, quod vt dictum est non confidit de testibus in hac materia.

8 Nec obstat, quatenus dicatur, quod poterunt melius concepi dd. articuli, atque in his omnia necessaria ad effectum requisitæ probationis exprimi, quia etiam quod hoc fieret; atq; ita ex capite irreleuantiæ non posset denegari remissoria; saltem ea deneganda esset ex capite præsumptæ calumniæ, & in verisimilitudinis, neque enim sinè manifesta calumnia peti potest remissoria ad probandum tenorem cum omnibus requisitis substantialibus tot instrumẽtorum, cum etiam vix possibile sit, probare tenorem vnius instrumenti suis requisitis eo modo, quo requiritur, quando scriptura est de substantia.

9 Et in hanc sententiam eo libentius Domini iuerunt, quod periculum esset aperire hanc viã probandi Iuspatronatus, quia per eam facile posset fieri fraus Concilio, vt dictum est, quod in hac materia nõ confidit de testibus, quodq; petitur remissoria post longam causę discussionem, ad protrahendam tantum illius expeditionem, & denique quia defuit etiam probatio immemorabilis, nec suffragatur Vniuersitati probatio Iurispatronatus quoad aliqua beneficia ad effectum substinendi Iuspatronatus, quod prętendit quoad omnia beneficia, vt fuit in hac causa per alias decisiones firmatũ, sicque frustra petitur dicta remissoria &c.

ROMANA DOMVS.

Merc. 4. Decembris 1624.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Sententia iniusta est reuocanda.*
2 *Inuestitura est regulanda iuxta verisimilem mentem inuestitorum, & num. 3. & 4.*

DECISIO DXLII.

FVIT *Anno* 1550. à RR. Priore, & Fratribus Sanctæ Mariæ de Populo concessa in Emphiteusim quędam Domus dicti Monasterij, de qua fuerunt inuestiti Franciscus, & Antonius Fratres ad tertiam ipsorum generationem ab ipsis incipiendam, videlicet ad vitam ipsorum Francisci, & Antonij, & eorum Filiorum legitimorum, & naturalium, & Filiæ Filiorum suorum Nepotum Masculorum, pacto adiecto quod si contingeret ipsas decedere sine eorum generatione censeretur dicta Emphiteusis concessa ad tertiam nominationem similiter ab ipsis fratribus incipien. videlicet ad vitam ipsos Francisci, & Antonij, & alterius personæ per ipsos fratres, seu alterum eorum superuiuentem nominandæ, & alterius nominandæ per nominatum tantum, & non vltra.

Vita functo dicto Francisco sinè filiis, ac demum Antonio, relicto Cæsare filio, idem Cæsar in defectum generationis tertiæ nominauit Clementem Melphium eius ex sorore nepotem, vnde prætendentes dictus Prior, & Fratres ob defectum lineæ in inuestitura vocatorum ius dictorum inuestitorum fuisse consumptum, nec propterea fuisse locum dictæ nominationi, introduxerunt iudicium deuolutionis coram Illustrissimo Vrbis Vicario contra dictum Clementem, à quo fauorabilem sententiam super deuolutione reportarunt.

Causa demum per appellationem ad Rotam deuoluta, contigit coram me dubitari, an d. sententia esset confirmanda, vel infirmanda, & supradicta die fuit resolutum, dictam sententiam 1 esse reuocandam tanquam iniustam, eum in ea declaretur dicta Domus deuoluta ob lineam finitam per obitum dicti Cæsaris sinè filiis, cū tamen ex tenore instrumenti inuestituræ supra relato, appareat facultatem succedendi ind. emphiteusi nō tantūfuisse cōceptā per generationē, sed etiā nominationē, & dd. qualitates fuisse in dicto instrumēto copulatiuè appositas, adeo quod rectè potuerit dictus Cæsar nominare in defectum tertiæ generationis dictum Clemētem, nec propterea dicta nominatione stante possit dici dicta Domus deuoluta.

Nec obstat quod facultas nominandi videatur concessa tantum in casu, quo prima generatio defecisset, hoc est quatenus dd. Antonius & Franciscus sine filijs decessissent, quia non debet dicta facultas ità amarè interpretari vt censeatur restricta ad primam generationem, cum præsertim incōueniens non sit quod illa intelligatur etiam concessa secundæ 2 generationi, quatenus tertia deficeret, & imò ipsum magis sit conforme verisimili menti contrahentium, nam quo ad Franciscum, & Antonium, qui receperunt inuestituram, dubitari non potest quin voluerint omni meliori modò, & sibi ipsis, & omnibus alijs in inuestitura comprahensis prospicere, vt in similibus terminis fuit dictum *in Romana Domus 3. Nouembris 1587. coram Robusterio, & in Tarusina feudi 24. May præteriti coram me*, & quoad concedentes etiam patet, ipsos voluisse prouidere tantummodo, vt concessio non excederet vltra vitam inuestitorum duas alias vitas, & interim eam durare, siue id contigat per viā Nominationis, siuè per viam generationis, & in hac materia multum attendi solet verisimilis 3 mens contrahentium, *l. vlt. C. quæ res pig. oblig. poss. Fulgos in l. 3. §. 51. quis insulam ff. deeo quod cer. loc. Paris. cons. 88. num. 23. lib. 1. Soccin. sen. cons. 15. num. 38. l. 1.* cum alijs, *per Card. Mantic. in tract. de tacit. & ambit. lib. 3. tit. 1. num. 12. & seq. & lib. 14. tit. 29. num. 16. & 33.* & satis dicitur expressum quod ab expresso resultat, *l. si ità §. qui filio ff. de bon. posses. secund. tabul. Bald. in l. fin. num. 23. in fin. C. de hæred. Instit. Soccin. in l. in ambiguo nu. 7. ff. de reb. dub. Dec. cons. 65. num. 3. Aym. cons. 149. num. 11. Ceph. cons. 152. num. 76. Surd. cons. 143. num. 20. & cons. 294. num. 21. & decis. 154. num. 38. & seq.*

5 Vnde licet Franciscus, & Antonius decesserint cum filijs, atque ita ab initio non fuerit locus nominationi, potuit tamen eadem nominatio fieri à Cęsare, quia vt dictum est d. facultas censeri debet concessa in omni gradu in inuestitura comprahenso, & in locum dictæ Generationis subrogato taliter, vt quandocumq; deficeret Generatio, locus esset dictæ Nominationi, dummodo concessio non excederet tres vitas &c.

TARVISANA FÆVDI.

Lunæ 9. Decembris 1624.

DECISIO DXLIII.

Impressa in Recent. decis. 555. par. 4. tom. 3.

ROMANA DOMVS.

Lunæ 9. Decembris 1624.

DECISIO DXLIV.

Impressa in Recent. decis. 384. part. 4. tom. 3.

AVXIMANA BONORVM.

Mercurij 11. Decembris 1624.

ARGVMENTVM.

Obligatio Cameralis habet executionem paratam.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis habet executionem paratam.*
2 *Executio potest fieri non firmato statu hæreditatis.*
3 *Exceptiones, quæ non sunt liquidæ non possunt impedire executionem vigore obligationis Cameralis.*

DE-

DECISIO DXLV.

DOMINI, informantibus tantum Creditoribus q. Pompilij Rotundi, resoluerunt mandata Rotalia deberi executioni demandari iuxtà decisionem Reuerendiss. D. Patriarchæ 19. *Ianuarij* 1624. quia dicta mandata fuerunt relaxata contra bona hæreditaria D. Pompilii
1 debitoris plurium fructuum Censuum † cum obligatione Camerali, quæ habet executionē paratam *Iuxt. trad. per Gallet. ad formam oblig. Camer. par.* 1. *quæst.* 2. *num.* 11. *& seq. Thesaur. decis.* 26. *nu.* 11. *Rot. decis.* 741. *num.* 1. *par.* 1. *diuers.*

Non obstat, quod tertia pars dictorum bonorum dicitur spectare ad Phebum vigore fideicommissi Hieronymi sui Patrui magni, quia vt in eadem decisione Reuerendiss. D. mei Patriarchæ dicitur, dicta mandata potuerunt exequi super duabus ex tribus partibus dictorum bonorum, salua dicta tertia parte.

Non obstat, quod antequam ad executionem deueniatur, firmandus erit status hæredi-
2 tatis, & facienda diuisio, † quia executio potest fieri pro dictis duabus partibus pro in diui so, vt fuit dictum in *Romana spolij domus* 26. *Februarij* 1618. *& in Tusculana fideicommissi* 4. *Iulij eodem anno coram Reuerendiss. D. meo Decano* saltem ex æquitate, quam solet seruare Rota in immissionibus in re communi, vt in *decis.* 562. *num.* 5. *par.* 2. *in recent.* & sæpè in aliis relat. *per Adden. ad decis. Sanct. me. Gregor. XV.* 185. *n.* 4. & facta demum executione potest fieri diuisio *March. decis.* 827. *nu.* 2. *vers. an executio lib.* 1.

Non obstat, quod dicta mandata non potuerint relaxari in præiudicium Patris Cornelij fratris Pompilii, quia præterquam quod Pompilius diuisit cum filiis Cornelii, dicti etiam filii non sunt in causa, neque in causam admissi, Ideòque dicta mandata ipsis non præiudicant.

Non obstāt, assertæ cessiones creditorum an-
3 teriorum, & aliæ exceptiones † quia non sunt liquidæ, ità ut possint impedite executionem obligationis Cameralis *Card. Seraphin. decis.* 145. *num.* 2. *& seqq. Rot. decis.* 52. *num.* 9. *& decis.* 155. *num.* 3. *inter impressa. per Modern. de oblig. Camer. Card. Mantic decis.* 221. *num.* 7. & fuit dictū in *Vrbeuetana affictus* 19. *Martij* 1604. *coram Reuerendiss. D. meo Decano, &c.*

VICEN. ADMINISTRATIONIS

Lunæ 16. *Decembris* 1624.

DECISIO DXLVI.

Impressa apud Postium de manut. decis. 194.

ROMANA DOTIS

Veneris 20. *Decemb.* 1624.

ARGVMENTVM.

Capias ex

SVMMARIO.

1 *Creditum non iustificatum non est præferendum.*
2 *Executio contra Maritum super bonis dotalibus pro debito Vxoris quando sit deneganda.*
3 *Promissor dotis non potest agere contra bona dotalia pro credito Mulieris.*
4 *Promittens dotem esse anteriorem omnibus Creditoribus primi viri, an & quando censeatur etiam includere creditum ipsiusmet Promittentis.*
5 *Fraus non est præsumenda in viro optimæ conditionis.*

DECISIO DXLVII.

LILIVS promisit ad fauorem Aristotelis dotem scut. 500. quam Catherina consequi debebat super quadam domo primi eius viri esse anteriorem omnibus aliis creditoribus dicti eius primi viri. Petente verò Aristotele sibi consignare scuta 180. ex pretio dictæ domus redacta opposuit se idem Lilius, prætendens se esse vti creditorem anteriorem dictæ Catherinæ occasione cuiusdam census supra dicta domo impositi dicto Aristoteli cum dictis pecuniis præferendum; vndè fuit dubitatum, cui essent dictæ pecuniæ consignandæ, & 19. Aprilis præteriti fuit resolutum, esse consignandas Aristoteli, cui resolutioni cum Lilius acquiescere nollet; denuò proposui idem dubium, & Domini steterunt in decisis.

1 Primo, Quia prætensum creditum Lilij † nō videbatur satis iustificatum, secundo, quia vt in alia decisione fuit deductum pro debito vxo-
2 ris non fit executio in rebus † dotalibus contra Maritum, nisi quando Mulier dedit omnia bona sua in dotem, quo casu censetur, illa dedisse deducto ære alieno, vel quando fuit facta excussio contra Vxorem, & tamen in casu isto non constat, nec quod Catherina dederit omnia sua bona in dotem, nec quod contra eam fuerit facta excussio.

Tertio, In omnem euentum quod creditū Lilij esset iustificatum, quodque esset locus executioni contra Maritum in rebus dotalibus,
3 obstaret Lilio propria † eius promissio, sub qua Aristoteles duxit in Vxorē dictam Catherinam.

Nec obstat, quod Lilius promisit, quod dos erat anterior aliis creditoribus primi viri Catherinæ, non autem etiam quod esset anterior creditoribus ipsiusmet Catherinæ, qualis est di-
4 ctus Lilius, quia † ista declaratio posset admitti, si Lilius tunc ignorasset debitum Catherinæ, verum cum ipsi fuerit ad modum cognitum dictum debitum, multum verisimile est quod voluerit etiam illud in dicta sua promissione includere, atque ità assecurare Aristotelem, quem sciebat aliàs non ducturum in Vxorem dictam Catherinam ipsiusmet Lilij promissoris Sororem, quod omninò poterat consequi super dicta domo dotem sibi promissam, ne alias videatur Lilius voluisse elude-
5 re Aristotelem, quod non est † præsumendum in viro optimæ conditionis, prout est Lilius quinimò verisimile est, quod quatenus non fuisset talis ipsius intentio, potius detraxisset debitum, quod habebat Catherina super dicta domo, cum eodemmet Lilio, ne Aristoteles remaneret deceptus iuxtà *tradit. in l. Iulianus §. qui pecu, & §. quod autem ff. de act. empt. cum alys per Surd. consil.* 150. *num.* 125. *& seqq. &c.*

CA-

CAMERINEN. PRÆDII.

Lunæ 13. Ianuarij 1625.

ARGVMENTVM.

Declaratoria quando concedenda. Vinum si sit consumptum, tantundem venit restituendum.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria est decernenda facta intimatione mandati, seruatis quatuor terminis, nec doctum de paritione, & num. 7.*
2 *Paruisse mandato dicitur si quis præstiterit patientiã.*
Limita quando est necessaria actualis restitutio nu. 4.
Declara quoad fructus, quia sufficit se offerre paratum restituere facta liquidatione num. 6.
3 *Fructus veniunt à die petitionis mandati de manutenendo.*
5 *Liquidatio dicitur certa ex inuentario.*
8 *Vinum præsumitur potius extare, quàm sit consumptum.*
9 *Vinum recipit functionem in genere suo.*
10 *Vinum tantundem est restituendum,*
11 *Res alienata pendente lite perinde est, ac si alienans illam possideret.*

DECISIO DXLVIII.

DICTVM fuit, dandam esse declaratoriam contra Angelum, quia constat de intimatione mandati de manutenendo, relaxati ad fauorem Alegretti contra dictum Angelũ,
1 † quodque fuerunt seruati quatuor termini de stylo seruari soliti de quibus per *Vestr. in prax. c. vlt. lib. 8. num. 19.* nec doctum de paritione, quo casu non denegatur declaratoria *Abb. in c. 1. num. 10. de Iudic. Cassad. decis. 6. num. 10. de caus. possess. & propriet. Mohedan. decis. 1. de sent. excomm. cum alijs adductis in Legionen. Canonicatuum 16. Decemb. 1672. coram R.D. meo Patriarca Hierosolymitano.*

Nec obstat, quod Angelus satis videatur pa-
2 ruisse dicto mandato præstando † patientiam, vt Alegrettus continuet dictam possessionem *Alex in l. restituta in princ. ff. ad Trebell. Mohed. decis. 9. de re Iudic. Card. Seraphin. decis. 756. num. 1.* quia in dicto mandato non fuit concessa tantummodo manutentio dicto Alegretto quoad possessionem prædij, & domus, de quibus agitur, sed etiam quoad possessionem mobilium, & doliorum Vini, quæ tempore turbationis dictæ possessionis in dicta domo existebant, & vlterius veniunt etiam sub dicto man-
3 dato † fructus à die petitionis dicti mandati *l. 3. ff. de interdict. Surd. decis. 212. nu. 11. & seqq. Rot. decis. 317. numer. 1. par. 1. in recent.* ac propterea non potest dictus Alegrettus dici paruisse dicto mandato, nisi etiam dicta mobilia, & Dolia vini, nec non & fructus à die petitionis dicti mandati restituat, non enim sufficit sola
4 patientia, vbi est necessarius † actus positiuus restitutionis *Card. Seraphin. decis. 1113. num. 3.*

Nec obstat, quod declaratoria non datur ante liquidationem, quia quoad mobilia, & Do-
5 lia vini liquidatio est certa † ex Inuentario facto tempore turbationis, & quoad fructus licet nulla adsit liquidatio saltem sufficiens; tamen Angelus tenebatur ad effectum paritionis offerre se paratum restituere dictos fructus,
6 † facta eorum liquidatione, quod cum non fecerit dicitur contumax, & potest contra eum
7 relaxari † declaratoria, vt nuper fuit dictum in *Calaguritana pensionis 14. Decemb. præteriti coram Reuerendiss. D. meo Patriarcha.*

Non obstat, quod vinum fuit consumptum
8 † quia præsumptio potius est, quod extet, & in
9 omnem euentum cum illud recipiat † functionem in genere suo *l. 2. §. 1. ff. si cert. pet.* potest
10 tantundem † restitui, vt in similibus terminis fuit resolutum in *Romana diuisionis de Antolinis 17. Februarij 1620. coram R.P.D. meo Vbaldo*, in qua etiam fuit dictum, quod cum res
11 fuerit alienata pendente lite, † perinde est ac si alienans rem ipsam possideret, *l. qui dolo ff. de reg. Iur. l. sedet si lege §. perinde, & l. non tantum §. veniunt, vers. imò & si possessor ff. de possess. hæred.*

Et ità fuit resolutum, vna tantum parte informante, altera sæpiùs citata, & non comparente, &c.

ROMANA DOMORVM

Lunæ 13. Ianuar. 1625.

DECISIO DXLIX.

Impressa post Merlin. de Ligitim. decis. 127.

ROMANA PECVNIARIA

Mercurij 15. Ianuarij 1625.

ARGVMENTVM.

Societas non tenetur ad debita contracta per Consocium nomine proprio, quando pecuniæ non fuerunt versæ in vtilitatem Societatis. Societas potest esse vniuersalis quo ad vnum negotium, & non omnium bonorum, & alia vt in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Socij non tenentur ad debita Consocij contracta post finitam societatem.*
2 *Socius non tenetur ad debita Consocij etiam si contracta durante Societate, si sint contracta nomine proprio, & pecunia non sint versa in vtilitatem Societatis, & num. 14.*
Declara hoc non procedere in Societate omnium bonorum, num. 3.
5 *Societas ad hoc vt non dicatur omnium bonorum sufficit fuisse excepta aliqua bona.*
6 *Societas potest dici vniuersalis etiam si fuerit contracta circa vnum negotium.*

Decla-

Declara quod dicitur vniuersalis, quod illud negotium tantum, non verò omnium bonorum, & Societas non tenetur ad omnia debita Sociorum, vt num. 7.

8 *Societas vniuersalis omnium bonorum ad hoc vt dicatur contracta necesse est, vt id exprimatur.*

9 *Verba* che sia commune tanto il credito, quanto il debito *intelliguntur de debitis, & creditis Sociali nomine contractis, & versis in vtilitatem Societatis.*

10 *Socius non potest alium Consocium obligare pro debitis extra Societatem contractis.*

11 *Societatis pacta non sunt extendenda de casu vtili ad damnosum, & num. 14.*

12 *Societas debet esse aequalis, ne sit Leonina.*

DECISIO DL.

DVBITATVM fuit, an Torquatus, & Ioannes teneantur ad debita contracta per Agabitum eorum fratrem, & Domini negatiuè responderunt, moti autem sunt, quia dicta debita, vel sunt contracta post dissolutam Societatem initā inter dictos fratres *anno* 1602. Nam dicta Societas fuit, vt prætenditur, dissoluta *anno* 1605. vt patet ex quodam Instrumēto diuisionis inter ipsos fratres celebrato *anno* 1615. in quo enunciatur dicta dissolutio, & dicta debita fuerunt post dictum *annum* 1605.
1 contracta, & hoc casu dubium non est † quod ad ea minimè teneantur dicti fratres *l. omne as alienum ff. pro Soc.* ibi *quod manente Societate contractum est Card. Mantic. de tacit. lib 6. tit. 22. n. 2.*

Vel fuerunt contracta durante Societate, & neque hoc casu tenentur ad eam dicti fratres
2 quia non fuerunt contracta nomine Sociali † sed nomine proprio Agabiti, neque pecuniæ versæ fuerunt in vtilitatem Societatis *l. Iure Societatis ff. pro Soc. Dec. conf. 98. num. 2. Parif. conf. 94. num. 27. & seq. lib. 1. Natt. conf. 567. num. 3. & seqq. Thesaur. decis. 136. nu. 6. & seqq. Card. Mantic. d. lo tit. 27. num. 4. Card. Seraph. decis. 375. nu. 1.*

Non obstat, quod hoc non procedit in So-
4 cietate Vniuersali † omnium bonorum, quia Societas contracta per dictos fratres *de anno* 1602. non fuit Societas Vniuersalis omnium bonorum, sed fuit Societas localis videlicet bonorum in Vrbe existentium, ibi, *che il negotio di Roma*, & in ea fuerunt exceptæ proprietates Castrensium, & quasi Castrensium,
5 & bonorum dotalium, quod sufficit, † ad effectum, vt non dicatur Societas omnium bonorum *Natt. conf. 110. numer. 1. Bal. conf. 482. sub num. 1. vers. in contrarium, & numer. 2. lib. 5. Surd. conf. 138. num. 11. & 14. Card. Mantic. dicto tract. de tacit. lib. 6. tit. 3. num. 7.*

6 Non obstat, quod potest dici Societas † Vniuersalis etiam quod fuerit contracta circa vnum negotium, quia si posset dici Vniuer-
7 salis † esset vniuersalis respectu illius negotij, nec propterea est Societas omnium bonorum, minusque sequitur, quod Socius in tali Societate teneatur ad debita per alium socium contracta, nisi dicta duo requisita concurrant,
8 & ad effectum vt Societas vniuersalis † omnium bonorum censeatur contracta, necesse est, vt id exprimatur *l. 3. §. cum specialiter & ibi glos. & DD. ff. pro Soc. Natt. conf. 100. numer. 2. & seq. lib. 1. cum alijs per Petr. de Vbald. de duob. fratr. par. 3. num. 32. post med. vers. sed loquuntur.*

Non obstat pactum, de quo in dicta Societate, *che sia commune tanto il credito, quanto il de-*
9 *bito*, quia hoc intelligi debet † de debitis, & creditis sociali nomine contractis, & versis in vtilitatem Societatis *Bert. in l. socium §. socius num. ff. pro Soc.* non autem de gestis extra Societatem, & nomine proprio, in quibus vnus
10 Socius non potest alterum † Consocium obligare, ne vnus ex facto alterius teneatur, *Parif. conf. 93. num. 27. & seq. lib. 1.*

Non obstat, aliud pactum. *Che in tutti li contratti vtili che essi fratelli faranno à nome di qualsiuoglia di loro, siano compresi tutti essi fratelli*, tum quia dictum pactum loquitur de contractibus
11 vtilibus, † quales non sunt contractus, de quibus agitur, tum etiam quia per dictum pactum fuit prouisum, ne vnus frater posset ad fauorē alterius facere contractum absque participatione aliorum fratrum, qui non est casus, de quo agitur, quia contractus facti non fuerunt facti per Agabitum ad fauorem alicuius ex fratribus, sed dicti contractus fuerunt facti nomine proprio, sicque dictum pactum non intrat.

Nec obstat, quod dictum pactum intelligi debet non solum de contractibus vtilibus, sed etiam damnosis, nè inter socios inducatur inæqualitas, & Societas sit Leonina, quia dum pactum fuit appositum ad euitandas fraudes, quæ fieri potuissent locus, si vnus in negotijs, in quibus aderat certa vtilitas, contraxisset nomine proprio, nec propterea erat necesse idem pactum extendere ad negotia damnosa, quia nullum poterat adesse periculum, quod vnus ex socijs cōtraxisset debita socialia nomine proprio, vndè dum pactum rectè fuit restrictum ad negotia vtilia, nec adest necessi-
11 tas illud † ampliandi ad damnosa in quibus attendi debet iuris communis dispositio, iux-
14 tà quam vt dictum est † socius non tenetur ad debita per alium contracta, nisi fuerint contracta sociali nomine, & pecuniæ versæ fuerint in vtilitatem Societatis, *Thesaur. dicta decis. 136. per tot*, cum alijs suprà allegatis, &c.

CIVITATIS CASTELLI PECVNIARIA.

Luna 27. Ianuarij 1625.

ARGVMENTVM.

Filius fideiubens pro Patre excarcerando non restituitur nec ex capite læsionis. Læsio quomodo consideranda, & de quo tempore.

SVMMARIVM.

1 *Filius fideiubens pro Patre si non est illius heres, potest petere restitutionem in integrum aduersus fideiussionem ab ipso factam.*

Limita hanc conclusionem non procedere, quando filius fideiussit pro excarcerando Patre num. 2.

Amplia

Amplia etiam si fideiusserit pro liberando Patre ab imminenti carceratione num.3.

4 *Filius se obligans pro Patre restituitur ex capite enormissima lasionis, de qua conclusione dubitatur* ibid.

Declara vt lasio debeat esse de tempore contractus.

5 *Lasio debet adesse de tempore contractus, vt quis ex hoc capite restituatur.*

Et debet considerari damnum, & lucrum de eo tempore num.9.

6 *Filius si non fideiubeat pro Patre potest ab eo exharedari, & priuari sua legitima.*

Et hoc habet locum etiam si Pater sit carceratus pro debito num.7.

8 *Lasio est manifestè probanda ab allegante.*

10 *Filius fideiubendo pro Patre dicitur exercere opus pietatis.*

DECISIO DLI.

DOMINI dixerunt, Raphaelem non esse
restituendum in integrum; licet enim fi-
1 lius † fideiubens pro Patre, si non est illius hæ-
res, possit petere restitutionem in integrum ad-
uersus fideiussionem ab ipso factam *l.1.C. de*
fil. famil. minor. tamen ista conclusio non pro-
2 cedit † quando filius se obligat pro excarce-
rando Patre *glos. in l. exigendi ver. condemnatione*
vers. vel melius dic. C. de procur. Bald. in autent. si
captiui sub num.5. C. de Episc. & Cleric. Castrens.
cons.52. in fin. vers. tertium, & vltimum lib.2. Odd.
de restit in integrum par.2. quast.54. artic.4.num.19.
Rot. coram Sanct. mem. Greg.XV. decis.120. num.7.
& seq. & fuit dictum in Romana Pecuniaria de Quer-
ris 26. Iunij & 9. Decembris anni prateriti coram
Reuerendiss. D. meo Decano, Vndè cum Raphael
in casu isto se obligauerit pro liberando Patre
à Carceribus, seù ab imminenti periculo car-
3 cerationis † quod idem est. *Surd. cons.367. sub*
num.17. vers. nec resistit cum alijs adductis in dicta
decis.120. num.9. coram Gregorio XV. & in Roma-
na Pecuniaria de Querris, meritò non est locus di-
ctæ restitutioni.

Nec obstat, quod etiam hoc casu videlicet
4 quando filius se obligat † pro excarcerando
Patre, datur restitutio filio ex capite enormis-
simæ læsionis, quia quicquid sit de ista opinio-
ne punctus stat quomodo considerari possit
5 hoc casu enormissima † læsio, illa enim debet
adesse de tempore contractus, *l. si voluntate in*
fin. C. de rescind. vendit. glos. & DD. in l.2. ff. eod.
tit. & l. pretia rerum ff. ad l. Saludiani, & cum
filius si non fideiubeat, possit à Patre exhęreda-
ri, † & priuari sua legitima, *§. causas, & ibi glos.*
& DD. in Auth. vt cum de appell. cognosc. Castrens.
dict. cons.52. vbi quod *aut. si captiui C. de Episc.*
7 *& Cler.* locum etiam habet, quando † Pater est
in carceribus pro debito, *Rot. in dicta Romana*
de Querris coram Reuerendissimo D. meo decano, ha-
benda erit ratio damni, quod probabiliter
filius pati potuisset si non fideiussisset, quo at-
tento vix potest considerari læsio enormissima
aut saltem in casu isto de tali læsione non con-
8 stat, quæ † tamen ab allegante clarè, & ma-
nifestè probari debet, *Abb. in cap.1. num.2. de*
restit. in integr. Rot. decis.86. num.12. par.4. diuers.
& coram Sanct. me. Greg.XV. dicta decis.120. n.14.

Nec obstat, quod Raphael repudiauit hæ-
reditatem Patris, quia non propterea conclu-
di potest, quod per dictam fideiussionem fue-
rit enormissimè læsus, sufficit enim, quod tem-
9 pore † obligationis adesset spes probabilis,
quod Pater posset acquirere bona, & sic quod
Raphaeli fuerit consultum fideiubere pro Pa-
tre, vt effugeret damnum exhęredationis, qua-
tenus Pater acquisiuisset alia bona, vltra quod
10 filius fideiubendo pro excarcerando † Patre
exercet etiam debitum pietatis officium atque
ità eò minus locus est restitutioni aduersus fi-
deiussionem, vt fuit latè in *dictis decisionibus* 120.
num.11. coram Sanct. me. Greg.XV. & in Romana
de Querris coram Reuerendiss. D. meo Decano de-
ductum: *&c.*

VELITERNA AFFICTVS

Veneris 31. Ianuarij 1625.

DECISIO DLII.

Impressa in Recent. decis.592. par.4. tom.3. & apud Postium de manut. decis.195.

IANVEN. SEPARATIONIS THORI

Veneris 31. Ianuarij 1625.

DECISIO DLIII.

Impressa in Recent. decis.324. par.6.

ROMANA PECVNIARIA:

Ven. 21. Februarij 1625.

ARGVMENTVM:

Procurator emens rem nomine alterius, & de illius pecunia, si rem alienet inuito domino tenetur ad fructus.

SVMMARIVM.

1 *Emens loca montium nomine, & pecunia alterius si illa vendat inscio Domino tenetur ad fructus perinde ac si extarent.*

2 *Emens rem pecunia, & nomine alterius si sibi reseruauit illius dispositionem censetur nomine procuratorio, & non potest illam vendere sine scientia ipsius Domini.*

3 *Procuratores diligentes inuestiunt pecunias suorum principalium, ne stent otiosa.*

4 *Pecunia illius dicitur esse, cuius nomine res empta fuit, & Creditor rei fuit descriptus, & exegit fructus.*

5 *Excusatio friuola non admittitur.*

6 *Procurator, qui ex pecunia sui principalis retrahit magnam vtilitatem, non potest conqueri, si reddat minores fructus, quàm retrahit.*

Pro-

7 *Procurator debet respondere tantundem suo principali de illius pecunia, quantum ipse percipit, siue illam inuestiuerit de consensu, vel non.*
8 *Positiones quando sunt irreleuantes, non est illis respondendum.*

DECISIO DLXIV.

FVit in hac causa post plures resolutiones *die 12. Iunij præteriti* decisũ Zeccadorum teneri ad interesse ad rationem fructuum locorum montium, cui decisioni non acquiescente Zeccadoro, dubium super iisdem proposui, & Domini censuerunt, standum esse in decisis

Nam quid quid sit dicendum, an Dominiuni locorum montium, quę Zeccadorus emit ex pecunijs adeum peruentis occasione litis ab ipso pro DD. de Monte acuto agitatæ, fuerit ipsis DD. de Monte acuto acquisitum, certum est, dicta loca fuisse ad cõmodum & vtilitatem dd. de Monte acuto empta, illosque propterea fuisse dd. locorum creditores descriptos, vt appatet ex fide, de qua in Summ. Zeccadori *n. 10.* ideoque non debuisset Zeccadorus in præiudicium dd. de Monte acutis & absque eorum scientia & mandato dicta
1 loca vendere, & cum ea vendiderit, tenetur ad fructus, perindeac si dicta loca adhuc extarent *l. idemq. §. procurator. & ibi DD. ff. mand. Honded. cons. 82. num. 21. Vol. 2. Rot. in Romana de Ceul is 25. Iunij* 1601. *&* 26 *Iunij* 1602. *coram bo. me. Penia*.

Nec obstat, quod in emptione dd. locorum
2 Zeccadorus sibi reseruauit omnimodam dispositionem, quia vt in alia decisione fuit dictum, dicta reseruatio censeri debet facta vti procuratori, & in omnem euentum negari non potest, quin dicta loca vt dictum est fuerint empta ad commodum, & vtilitatem DD. de Monte acuto, & ex eorum pecunijs, vnde, dato etiam quod vigore d. reseruationis potuerit ea dictus Zeccadorus vendere, non tamen debuisset illa vendere finè causa, & scientia DD. de Monteacuto in eorũ præiudicium, & cum illa vendiderit, tenetur ad interesse ex allegatis.

Nec obstat, quod Zeccadorus emit dicta loca pro sui securitate ad effectum scilicet ne pecunias Domi, vel penes Mercatorem retinendo casu fortuito, aut per Mercatoris decoctionem perderet, totidemque de proprio restituere cogeretur, quia Imò apparet, ipsum inuestisse dd. pecunias in tot locis montium,
3 vt diligentem Procuratorem decebat ad effectum, ne remanerent otiosæ, sed fructum afferrent DD. pecuniarum, quos propterea eorundem locorũ creditores describi curauit, ideoque non debuisset postea dicta loca absque causa distrahere: & dictas pecunias otiosas penes se retiuere, in eorum, ad quos dd. pecuniæ spectabant, præiudicium.

Nec obstat, quod pecuniæ, ex quibus dd. loca fuerunt empta, non spectabant ad DD. de Monteacuto; quià hoc non meretur allegari, cũ etiam ex eo appareat, dd. pecunias spectasse
4 ad dd. de Monteacuto, quod vt sæpe dictum est, Zeccadorus curauit illos dd. locorum creditores describi, & eosdem permisit dd. locorum fructus exigere, quod certè non fecisset, si pæcuniæ, ex quibus dicta loca fuerunt empta, fuissent ipsiusmet Zeccadori; non verò dd. DD. de Monteacuto, & Zeccadorus hactenus non negauit dd. pecuniàs vnà cum fructibus decursis vsque ad diem venditionis dd. locorum restituere;

Necobstat quod DD. de Monteacuto fuerunt de pecunijs quæ ad ipsos spectabant, satisfacti; quia præterquã quod fuit contrarium resolutum, vt in *dec. 27. Martij præteriti*, quæ; quidquid cõtra eam opponatur, in hac disputatione iuxta stylum huius Sacri Tribunalis præsupponitur, non ignorat etiã Zeccadorus, quod quidquid in causa contra Balleonos fuit actum, actum fuit nomine DD. de Monteacuto, licet principale interesse in illa haberent Taurini, quodque propterea Inuestimentnm etiam quod fuit factum nomine dd. de Monteacuto spectabat promaiori parte ad Taurinos, vnde licet DD. de Monteacuto fuerint satisfacti de rata ;ad ipsos spectante, non tamen fuerunt satisfacti respectu dd. de Taurinis, nec propterea quod DD. de Monteacuto receperunt suam partem locorum montium, potest excusari Zeccadorus, quod alia loca vendidit absque causa, vt dictum est.

Nec obstat quod non vendidit dicta loca finè causa, sed vt haberet paratam pecuniam ad effectum, vt eam posset numerare illis de Taurinis, seu in Galliam transmitere, vt mandarunt Montacuti, quia huic etiam obiecto in quo re vera vertitur difficultas huius causę fuit satisfactum in alia decisione, in qua inter alia fuit dictum, quod ex litteris Zeccadori ad DD. de Monteacuto satis apparet, ipsum recusasse parere mandato habito à DD. de Mõteacuto, quod residuum solueret Taurinis, nisi a dd. Taurinis ei transmitterentur prius validæ quietantiæ pro pecunijs prius per eum dd. de Taurinis solutis, quodque propterea non debuisset, donec ei transmittebantur dictę quietantiæ, dicta loca distrahere in præiudicium DD. de Monteacuto, siue de Taurinis.

Nec obstat, quod singulis diebus poterant transmitti quietantiæ, non autem eadem facilitate vendi dicta loca, ideoque nec aliquid imputandum est Zeccadoro, quod ante aduentum dd. quietantiarũ vendidit dicta loca, quia
5 hæc visa fuit nimis friuola excusatio, nam quatenus non fuisset reperti emptores locorũ montium adueniente tempore solutionis, potuisset Zeccadorus eadẽ loca tradere Taurinis, nec erat timendum quod Taurini ea non acceptassent, aut recusare potuissent.

Et cessaret difficultas, si vt prætenditur, Zeccadorus pecunias redactas ex venditione dd locorum exposuisset, vt prætenditur, in societates officiorum, aut emptionem terrui fructi ferarum, eo enim casu minus conqueri posset, si cogeretur ad restitutionem fructuum ex alienis pecunijs, perceptorum ad rationem
6 saltem fructuum locorum montium, in quibus reperiebantur dd. pecuniæ inuestitæ, ad *tex. in d. l. Idemque §. si procurator ff. mandat. vbi* quod

quod si Procurator meus pecuniam meam Fænori dedit, vsurasque consecutus est præ-
7 stare debet quantumcumque emolumentum sensit, siue ei mandaui siue non, quia bonæ fidei hoc cõgruit ne de alieno lucrum sentiat.

Ex quibus etiam patet, quod materia contenta in positionibus, quibus Zeccadorus pe-
8 tit respondere à principalibus meis est penitus irreleuans, quodque dicta petitio non tendit ad alium finem quàm ad impediendā expeditionem causæ, quod ex eo etiam colligitur quod sunt ferè centum & vltra positiones in actis exhibitæ, & quod Principales sunt in diuersis & longinquis partibus, ita vt non nisi plurium mensium spatio responsio ab his haberi posset.

FIRMANA PENSIONIS.

Vener. 26. Februarij 1625.

DECISIO DLXV.

Impressa in Recent. decis. 452. par. 4. tom. 1. & post Viuian. de Iurepatron. decis 91.

CALCIATEN. IVRISDICTIONIS.

Vener. 28. Februarij 1625.

ARGVMENTVM.

Carceratio Rei Inquisiti potest fieri ex leuioribus probationibus, quando est suspectus de fuga, & talis suspicio probatur etiam ex relatione Nuntii.

SVMMARIVM.

1 *Iudex potest carcerare Reum probatis requisitis Sacr. Conc. de quibus in decisione absque Iudicibus adiunctis.*
2 *Arbitrium conuenit regulari à Iure, & potest extendi ad pœnam comminatam à Iure.*
3 *Stuprum est crimen atrocius, pro quo pœna depositionis imponitur.*
4 *Maxime interueniente raptu.*
5 *Ad Rei carcerationem sufficiunt leuia indicia, quando est suspectus de fuga.*
6 *Contra Reum fugientem, vel fugam parantem proceditur etiam non seruato iuris ordine.*
7 *Nuncio referenti citatum respondisse nolle venire creditur ad effectum inquirendi, quidquid sit ad effectum condemnandi.*
8 *Nuncio creditur de iniurijs sibi illatis.*
9 *Maximè concurrentibus testium depositionibus querelæ, & alijs circumstantijs.*
10 *Animus qualis fuerit in præcedentibus dignoscitur ex ijs quæ postea fiunt.*
11 *Ad Capturæ validitatem attenditur qualitas querelati, & delicti denunciati.*

DECISIO DLXVI.

FVit per duas decisiones firmatum, carcerationem Didaci fuisse iustam, quia verò pro parte eiusdem Didaci allegatum fuit dd. decisiones fuisse factas eo non legitime citato, ideo placuit tertio causā super ijsdē proponere, & DD. vnanimi Voto steterunt in decisis.

Quod enim dictus Didacus esset accusatus
1 de crimine atrociori requirente depositionem quodque esset suspectus de fuga, atque ità adfuerint requisita per Sacr. Conc. Trident. ad effectum vt D. Episcopus potuerit contra eum sinè Coniudicibus, siue adiunctis ad dictam carcerationem procedere, benè iustificatur ex adductis in dd. decisionibus, quibus etiam non obstat, quod ex consuetudine illarum partium non imponitur pro crimine stupri pœna depositionis, quia dicta consuetudo non probatur, & dato quod pœna stupri sit arbitraria Iudici, quodque regulariter pro dicto crimine non imponatur pœna depositionis, non tamen prohibetur extendere arbitrium ad pœnam à iure promulgatam, quinimo conuenit, quod arbitrium reguletur à iure, *Bart. in extrauag.*
2 *ad reprimen. in vers. videbitur Cæs. de Grass. decis. 7. num. 7. & decis. 8. in princ. de re Iud.* ac propterea negari non potest, quin versetur in crimine atrociore, & pro quo pœna depositio-
3 nis imponatur *Clar. in §. stuprum num. 3. Decian. de delict. 8. c. 12. num. 13. Addit. ad Diaz. in prac. cap. 11. num. 2.*

Et cessat difficultas, quia Didacus non fuit accusatus de simplici stupro, sed de stupro cum
4 raptu, pro quo imponitur sine dubio pœna depositionis; vt latè per *Farinacc. de Int. Cam quæst. 145. num. 19. & seqq.*

Non obstat, quod non constat de corpore delicti, nec de indicijs sufficientibus ad carcerationem, quia vt in alijs decisionibus fuit compro-
5 batum, sufficiunt ad hunc effectum quælibet leuia indicia, quādo reus est suspectus de fuga, ne aliter dum processus instruitur ipse reus aufugiat, & processus reddatur inutilis *C. si clericos & ibi DD. de sent. excomm. in 6. Clar. in prax. crim. §. fin. quæst. 28. sub num. 2. post med. vers. poterit iudex &c. Marsil. in prax §. constante num. 5. in alijs per Farinac. de conuers. quæst. 27 num 125.*

Et Didacus non habet iustam causam conquerendi, quod fuerit carceratus nullis præcedentibus legitimis indicijs, quia ipsemet dedit causam dictæ carcerationi cum enim Vrbanius cum eo ageretur & per Notarium vicè Cursoris agentem ei notificaretur præceptum Vicarij ne discenderet ex Ciuitate, spreuit dictum præceptum, & allegauit declinatoriam fori, ac Iudicis incompetentiam, dixitque se velle illico equum ascendere, vnde non mirum si his auditis Vicarius processit ad ipsius carce-
6 rationē nam contra fugientem, aut fugam parantem proceditur etiam non seruato iuris ordine *l. 1 & ibi Bal. num. 20. Salicet. sub num. 2. C. vbi quis de Curiali vel Cohortali &c.*

Nec obstat, quod relationi d. Notarij non sit credēdum, quia quicquid sit ad effectum condemnādi reum, potuit haberi fides ad effectum

inqui-

inquirendi et procedendi ad carcerationem Nuntio enim referenti citatum respondisse se nolle venire creditur *Felin. in c. ad petitionem sub num. 2. post med. vers. sed Innoc. hic & c. de accusat. Bar. in l. vlt. Tiraq. de retract. §. 8. glos. 9. num. 17. & seq. Menoch. de arbitr. Iud. casu 112. num. 8. & 17*: quinimò creditur etiam Nuncio de iniuriis illatis, ac propterea eo magis potuit Ordinarius eidem fidem habere de verbis, quæ citatum reddebant suspectum de fuga *Menoch. d. casu 112. num. 17. Caball. resolut. 127. num. 6.*

9 concurrentibus præsertim testium depositionibus, querela, ac aliis circumstantiis *Cabal.* post alios proximè allegatos *resolut. 126. num. 10. & seq. & d. resolut. 127. num. 11.*

Et ex his etiam patet, quod aderat iusta causa suspicionis fugæ, quæ etiam magis comprobatur ex depositionibus dd. testium, & quod dicta suspicio non esset inanis, colligitur ex eo quod Didacus postquã fuit carceratus appensis funibus per fenestram aufugit; qualis enim

10 animus fuerit in præcedentibus dignoscitur ex iis, & quæ postea fiunt *l. quedam sunt ff. de reb. dub. Card. Mantic. decis. 35. num. 1.*

Reliquis fuit in aliis decisionibus satisfactum & quæ deducuntur ad ostendendum, quod Didacus non potuit puniri; nisi de simplici fornicatione non indigent responsione, quia dato etiam quod hoc esset verum, non propterea sequitur, quod ab initio fuerit malè captus, ad hunc enim effectum attenditur qualitas querelæ, & delicti denunciati, ad *not. in l. cum quidem ff. de Iurisd. omn. Iudic.* nec requiritur quod delictum sit plenè probatum; alias non posset procedi ad carcerationem, nisi perfecto totali processu, quod est absurdum, nec vnquam nocens caperetur.

NVLLIVS PAROCHIALIS CASTRI DVRANTIS.

Merc. 5. Martij 1625.

ARGVMENTVM.

Litteræ quando dicantur iustificatæ. Beneficium dicitur vacare per obitum, & si fuerit resignatum, quando illa non habuit effectum. Reseruatio ex manus appositione facta ex causa, quę non habuit effectum, non inducitur.

SVMMARIVM.

1 *Fundamentum gratiæ est plenè iustificandum.*

2 *Parochialitas ad effectum prouisionis substinenda probatur ex enunciatiuis.*

3 *Litteræ non exequutæ nihil ponunt in esse.*

4 *Resignatio facta ex causa non abdicat Ius à Resignante si causa resignationis non purificetur.*

Et isto casu beneficium dicitur vacare per obitum num. 5.

6 *Beneficium vacasse per obitum probatur ex assertione partis sub tali assertione illud impetrantis.*

7 *Beneficium ex appositione manus Papæ censetur reseruatum.*

8 *Beneficium non reseruatur ex appositione manus facta ex causa, quæ non habuit effectum.*

9 *Gratia ad euitandam subreptionem debet iustificari tantum circa narrata.*

DECISIO DLVII.

DOMINI steterunt in decisis *die 26. Iunij 1624.* vbi fuit firmatum, gratiam Bernardini esse in omnibus iustificatam ex rationibus in decisione tum extensa deductis, quę placuerunt.

Neque obstant, quæ denuo per scribentes pro Andrea contra decisionem adducūtur, quod scilicet Ecclesia, de qua agitur sit Collegiata & non Parochialis, & in hoc ideò gratia Bernardini, quæ est de Parochiali, non sit iustificata; quia quod sit Collegiata non probatur plenè, & concludenter, prout adhuc effectum

1 requiritur. Nam cum hoc sit fundamentum gratiæ ipsius Andreæ requiritur plena, & concludens iustificatio *Rot. decis. 160. num. 2. part. 2. in recent.* Et fuit dictum in *Nolana Prioratus 8. Nouembris 1613. coram R. P. D. meo Cavalerio, & in Placentina Plebis Carpineti 5. Nouembris 1622. cor. R.P.D. meo Pirouano.*

Benè autē visum fuit DD. probari pro parte Bernardini dictam Ecclesiam esse Parochialem tam ex enunciatiuis, & prouisionibus antiquissimis, quam etiam ex prouisionibus modernis de simplici Parochiali in summario di-

2 cti Bernardini datis *numer. 2.* quæ ad hunc effectum probant Parochialitatem, vt fuit ponderatum *in Parmen. Prioratus 19. Aprilis 1600. coram bo: me: Penia*, & in aliis in alia decisione adductis.

Nec dici potest probata Collegialitas ex litteris *fel. record. Pauli V.* erectionis Ecclesiæ Abbatialis Sancti Christophori Castri Durantis in Collegiatam cum incorporatione istius Ecclesiæ Sancti Alexandri pro prima dignitate post Abbatialem; quia cum fuerint in forma Commissaria directę Episcopo Forosemptonien. il-

3 larum executori cum clausula *vocatis vocandis &c.* & non fuerint exequutæ, sed adhuc super illis pendeat lis in decisa in Rota *coram R. P. D. meo Pamphilio*, nihil ponunt in esse, nec suffragantur *Clemen. vnic. & ibi Cardin. nu. 7. & 8. de conceß. praben. Rot. dec. 160. num. 1. & decis. 665. num. 4. part. 2. in recentior.*

Atque hinc etiam visum fuit DD. sublatum aliud obiectum per informantes pro Andrea adductum, quod dicta Ecclesia non vacauerit per obitum Lutij, vt Bernardinus narrauit in eius prouisione, sed per resignationem, ex quo dictus Lutius Rector *anno 1612.* cōsensit resignationi d. Ecclesiæ in manibus PP. per quam dicebatur abdicatum à se omne ius iuxt. deducta in *Burgen. Canonicatus 28. Aprilis 1597. coram bo: mem: Card. Pamphilio relata per Marches. de comiß. par. 1. fol. 144.* quia cum dicta resignatio fuerit ex causa erectionis dictæ Collegiatæ, nec vn-

4 quam fuerit effectum sortita, non potest dici fuisse aliquod ius abdicatum à resignante, in resignatione enim in est semper tacita conditio quatenus causa resignationis purificetur *Mo-*

Cc *bed.*

hed.dec.36.de renunciat.Paris.de resig. lib. 1. quaest.3.
nu.47. & seqq. ideòque Beneficium vacauit per
5 obitum, non autem per resignationem, vt fuit
latè firmatum *in Ilerden. Canonicatus 2. Decemb.*
1624. coram R.P.D. meo Buratto & hoc confirma-
6 tur ex confessione eiusdem Andreæ, qui ex ea-
dem vacatione per dicti Lutij obitum dictam
Præposituram impetrauit, vt fuit in alia deci-
sione ponderatum.

Minus obstare visum fuit aliud obiectum
subreptionis gratiæ Bernardini; ex quo non
narrauit, quod Papa apposuerat manum in
hoc beneficio per concessionem dictæ erectio-
7 nis Collegiatæ, ex qua manus appositione cen-
setur inducta reseruatio ad *Not. per Abb. in c. in-*
ter dilectos de excess. plat. quia cum dicta manus
appositio fuerit ex causa dictæ erectionis, &
dicta erectio nō habuerit effectum, cessat quo-
8 que dicta prætensa affectio, vt in similibus ter-
minis fuit dictum *in Leodien. Canonicatus Sancti*
Ioannis 28. Iunij 1621. coram me, Nec etiam intrat
in præsenti casu prætensa subreptio, cum aga-
tur de iustificatione gratiæ, quæ versatur tan-
9 tum circa narrata, non autem circa omissa, ex
quibus subreptio inducitur, quæ sunt inter se
diuersa, vt fuit dictum *in Ilerden. Canonicatus 5.*
Iulij 1620. coram R.P. D. meo Vbaldo.

Ex quibus ità fuit resolutum vtraque parte
informante &c.

GERVNDEN. DISMEMBRATIONIS:

Luna 10. Martij 1625.

ARGVMENTVM.

Litterarum Apostolicarum reductioni an, &
quando sit locus.

SVMMARIVM.

1 *Litterarum Apostolicarum reductioni, vt sit locus debent iustificari omnia narrata in Commissione, in qua fuit petita reductio.*
2 *Arbitrium regulatur à Iure.*
3 *Narrata in gratia sunt per impetrantem iustificanda ad effectum validitatis.*
4 *Arbitrium non intrat, nisi magna subsistente causa.*
5 *Beneficium à Principe concessum decet esse mansurum.*
6 *Litterarum Apostolicarum reductio non intrat quando non sunt executa, & sunt in forma commissaria, cum clausula* vocatis vocandis &c.
7 *Remedium extraordinarium non conceditur quoties competit ordinarium.*

DECISIO DLVIII.

FVIT in hac causa per Signaturam S. D. N,
rescriptum per hæc verba, *vel si magis*
placet prævia Oris apparitione committatur alicui ex
Auditoribus Rotæ causa reductionis litterarum Apo-
stolicarum ad terminos iuris arbitrio Rotæ. Vndè
dubitaui, an intret arbitrium ad effectum d. re-
ductionis & DD. responderunt non intrare, vt
1 enim sit locus reductioni, debent iustificari om-
nia narrata in commissione, in qua fuit petita
reductio, vt fuit dictum *in Albanen. Beneficiorum*
27. Iunij 1614. coram R.P. D. meo Pironano, & in
Farfen. Abbatiæ 26. Aprilis 1624. coram R.P.D. meo
Vbaldo, & in casu isto narrata in d. commissio-
ne non fuerint iustificata.

Nec obstat, quod fuit commissa causa redu-
ctionis arbitrio Rotæ, quia, vt est tritissimum,
2 arbitrium regulatur à iure & sic dictum ar-
bitrium non intrat, nisi quatenus ei sit locus de
iure, hoc est quatenus, narrata in commissione
super dicta reductione sint iustificata, cum om-
nia in gratia narrata censeantur pars gratiæ, sic
3 que ad effectum validitatis veniant per impe-
trantem iustificanda *Gonzal. super regul. 8. gloss. 9.*
in annot. contra nullit. ex num. 230. & sequen. Rot. dec.
24. num. 1. & dec. 160. nu. 2. part. 2. in recent. & in his
terminis fuit resolutum *in alleg. Farfen. Abba-*
tiæ coram R.P. D. Vbaldo.
4 Præterea non intrat etiam d. arbitrium, nisi
magna subsistente causa; quia beneficium con-
cessum a Principe decet esse mansurum *c. decet.*
5 *de reg. iur. in 6. Verall. dec. 128. num. 4. 5. Rot. dec. 461.*
num. 5. par. 1. in recent. in casu verò isto non con-
stat de aliqua causa saltem sufficienti.

Nec obstat, quod literę dismembrationis,
quę petuntur reduci ad viam iuris; sunt reuo-
catę per regulam reuocatoriā vnionū, quod-
que sunt subreptitię, & obreptitiæ, quia est
aduertendum, quod dictæ litteræ non sunt ad-
huc demandatæ executioni, & sunt conceptæ
6 in forma cōmissaria & cū clausula *vocatis vocan-*
dis &c. sicque indigent iustificatione. Vndè
quatenus sint reuocatæ, aut fuerint repertę
subreptitiæ, vel obreptitiæ carebunt effectu
absque eo, quod reducantur ad viam iuris,
quæ propterea reductio frustra petitur, nec di-
ctæ causæ faciunt ad effectum, vt illa concedi
debeat; quoties enim competit remedium or-
7 dinarium nō deuenitur ad extraordinarium *l. in*
causa la. 2. ff. de minor. l. in Prouinciali vbi Bart. &
DD. ff. de nou. oper. nunciat. Roll. cons. 59. num. 2. l. 1.
Rot. dec. 731. num. 2. par. 2. in recent.

Et nihilhominus nec dictæ causæ sunt suffi-
cienter iustificatæ, vt patet ex latè deductis per
scribentes pro Capitulo, in quibus tamen no-
luerunt DD. insistere, quia poterunt accura-
tius examinari, quando agetur de executione
dictarum literarum, tunc enim videbitur, an
regula reuocatoria vnionum habeat locum in
dicta gratia, & vtrum dictæ literæ mereantur
executionem, quæ non sunt præsentis indagi-
nis, aliud enim est quod dictæ litteræ sint re-
uocandæ ad viam iuris, aliud quod non me-
reantur executionem, & ista sunt diuersa re-
media, vnum quidem extraordinarium, aliud
verò ordinarium, nec ad extraordinarium re-
curritur. dum competit ordinarium, vt di-
ctum est &c.

FER-

FERRARIEN. CANONICATVS.

Lunæ 10. Martij 1625.

ARGVMENTVM.

Capias ex Summario

SVMMARIVM.

1 *Affectio non inducitur ex causa litis, nisi probetur beneficium esse litigiosum de tempore vacationis.*
2 *Causa actus magis attenditur, quã ipsius actus exercitium.*
3 *Lis non inducitur ex appellatione interposita per non Procuratorem.*
4 *Capitulum non prohibetur eligere beneficiatos pendente lite super iure eligendi.*
Amplia id fortius procedere si lis non esset super beneficio collato num. 5.
Et eligens sit in possessione num. 6.

DECISIO DLIX.

DOmini dixerunt, immissionem non esse denegandam Iulio, quia quicquid sit de alijs requisitis ad effectum obtinẽdi immissionem, non constat de reseruatione, seu affectione
1 quæ deducitur ex pretensa lite, quia non probatur quod Canonicatus & præbenda tempore vacationis fuisset litigiosa, quin imo constat potius dictum Canonicatum fuisse pacifice possessum per Iacobum vsque ad eius obitum.
Nec obstat, quod prætendatur, ius conferendi Canonicatus, & præbendas in Ecclesia Ferrarien. fuisse effectum litigiosum tam per litem introductam super dicto iure conferendi inter Illustriss. Cardinalem ordinarium ex vna, & Capitulum dictæ Ecclesiæ Cathedralis ex altera occasione dicti, & aliorum Canonicatuum vacantium, quam etiam per aliam litem introductam inter prouisos a d. Illustriss. Card. Ord. & Capitulo, atque ita fuisse effectum litigiosum dictum Canonicatum, & præbendam, cum ma-
2 gis attendatur causa actus, quã ipsius actus exercitium *Bald. in l. 1. n. 24. C de emancip. liber. Aym. cons. 75. num. 15. cum alleg.*
Quia prætensa lis inter Illustriss. Card. & Capitulum non iustificatur, neque ea deduci potest ex quadã asserta appellatione nomine Ca-
3 pituli facta, quia non constat de mandato Capituli, & potuit in omnẽ euentum dicta appellatio interponi ratione interesse, quod habebat Capitulum, vt prouisus, siue electus ab eo obtineretur in causa inter eum, & prouisum ab Illustriss. Card. pendente, nec propterea ex d. appellatione resultat probatio litis prætensæ super iure conferendi inter Illustriss. D. Card. & Capitulũ, & alia lis, quę dicitur introducta inter dd. prouisos etiã quod possit dici introducta super titulo Canonicatus, tamen nõ fuit apta ad inducendam litem super omnibus Canonicatibus, atque ita per dictam litem non fuit effectus litigiosus Canonicatus de quo agitur, super quo non pendebat dicta lis tempore vacationis, sed tantum fuerunt effecti litigiosi illi Canonicatus, super quibus fuit dicta lis introducta.
Nec obstat, quod dicti prouisi nitebantur iure collatorum dicti scilicet Illustriss. Card. & Capituli, ac propterea fuit quoque ius conferendi dictorum Collatorum in controuersiam deductum, & per consequens effectum litigiosum, quia ista consequentia ad effectum saltem de quo agitur, nõ tenet nec iure probatur, alioquin esset in potestate cuiuslibet tertij priuate legitimos Collatores eorũ iure conferẽdi, quod est absurdum.
Quinimo dato etiam, quod fuisset inducta lis super iure conferendi, adhuc non fuisset pro-
4 hibitum Capitulum eligere, vt post *Doct. in c. cum venissent de restit. in integ.* aduertit *Ferret. conf. 192. num. 15. l. 1.* vbi adducit etiam rationem; quia scilicet eo casu ius in lite deductum non alienatur, nec transfertur in electum, ideoque de iure non prohibetur electio ad beneficiũ, de
5 quo non est quæstio, & eundem *Ferret.* refert, et sequitur *Lancellot. de atten. par. 2. limit. 22. num. 2. & 3.* quod potissimum procedit, quando eli-
6 gens, vt in casu isto, est in possessione eligendi vt per *Lancell. dicta limit. 2. n. 14. post Lap. alleg. 136 sub num. 8. vers. Est ergo &c.*

AQVILANA BENEFICII.

Mercurij 14. Martij 1625.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria est concedenda constito de intimatione mandati, & seruatis quatuor terminis seruari solitis.*
Maximè constito de non paritione tam verbis, quam factis vt num. 2.
3 *Nuncio deponenti de intimatione, & re pertinente ad eius officium plenè creditur.*

DECISIO DLX.

DOMINI dixerunt, dandam esse declaratoriam contra Fabium Viuium, quia constat de mandato de reintegrando ad bona Ecclesiæ Sãctæ Luciæ, de quibus agitur ad fauorẽ
1 Rectoris dictæ Ecclesiæ emanato dicto Fabio personaliter intimato, & in actis reproducto, & quod fuerunt seruati quatuor termini de stylo seruari soliti, de quibus per *Vestr. in prax. c. vlt. l. 8. num. 19.* & tantum abest, quod appareat de paritione, vt imò ex testibus datis in sum. Manerij *num. 2.* constet de expressa contrauentione, & inobedientia non tantum verbis ia-
2 ctando se nolle vnquam dicto mandato parere illique sufficere assensum regium, & insuper afficiendo verbis iniuriosis Nuncium, qui illi dictum mandatum intimauit, sed etiam factis in recolligendo omnes fructus bonorum dicti

beneficij, de quo agitur, quo casu cum de illius
2 manifesta contumacia sit certum, non potest
denegari declaratoria *Abbas in cap. 1. num. 10. de iudic. Conarr. in c. alma mater par. 1. §. 9. num. 3. de sentent. excom. Rot. decis. 319. numer. 1. & decis. 591. num. 6. part. par. in recent.*

Quod autem dictum mandatum fuerit personaliter dicto Viuio intimatum satis patet, nō solum ex relatione Nuncij, qui illud intimauit, qui cum deponat de pertinentibus ad eius offi-
3 cium datur ei plena *fides c. cum parati, & ibi Glos. in verb. si suis nuncius de appell. l. pri. §. cura Carnis. & ibi Bart. num. 2. ff. de off. præfect. 216. idem Bart. in extrauag. ad reprimen. in vers. per nuncium num. 10. Rot decis. 211. num. 2. par. 2. in recent.* sed etiam ex testibus, qui intimationi dicti mandati interfuerunt, ex quibus resultat contumacia in excusabilis dicti Viuij, propter quam vt supra dictum est, debet declaratoria relaxari, &c.

TOLETANA INDVLTI

Veneris 14. Martij 1625.

ARGVMENTVM.

Pendet á Summario.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ Apostolicæ quando sunt iustificatæ merentur executionem.*
2 *Canonicus, qui habet onus legendi, & interpratandi Sacram Scripturam, debet habere maiorem residentiam.*
3 *Canonici Officium nemini debet esse damnosum.*
4 *Canonicus inseruiens Episcopo lucratur distributiones quotidianas siue sit Canonicus simplex, siue sit magistralis.*
5 *Inscriptio Breuis arguit scientiam Papæ, & Officialium.*
6 *Officiales Papæ dicuntur illius Organum.*
7 *Ad subreptionem euitandam sufficit, quod Papa potuerit cogitare in genere.*

DECISIO DLXI.

DICTVM fuit, Breue Sanct. me. Gregor. XV. debere executioni demandari ex notissima illa regula, quod litteræ Apostolicæ
1 quando sunt iustificatę merentur executionē. *Glos. in c. si Capitul. in vers. exequatur de concess. preb. in 6. Menoch. de adipis. rem. vlt. num. 35. Mohed. decis. 13. vt lit. pend. Rot. decis. 45. & decis. 391. num. 1. par. 1. in recent.*

Patet autem dictum Breue esse iustificatū, quia quod D. Aluarus fuerit deputatus coadministrator Serenissimi Cardinalis Infantis in Archiepiscopatu Toletano, quodque dictus D. Aluarus Canonicatū, & præbendam obtineat in Ecclesia Toletana probant Testes, qui dantur *Summar. num. 3.* iidemque etiam Testes deponunt, quod Dominus Aluarus ratione dictæ administrationis necesse habet sæpè versari in Oppido Madriti, vt communicet negotia cum Serenissimo Cardin. Infante, & interdum cum ipso Rege, & in alijs locis dictæ Diœcesis vt in dict. *Summar. num. 3.*

Non obstat, quod non fuit narratum Summo Pontifici quod dictus D. Aluarus obtinet Canonicatū Magistralem, seu Theologalem in dicta Ecclesia, quod si Papa sciuisset fortasis non eadem facilitate concessisset dicto D. Aluaro indultum percipiendi in absentia etiā distributiones quotidianas, cum videatur dictus
2 Canonicatus requirere magis præcisā residentiam propter onus legendi, & interpretandi Sacram Scripturam, *adnot. in c. super litteris vbi Fel. num. 8. de rescript. cap. 2. de fil. presbyt. in 6. cum simil.* tum quia non videtur posse subsistere quod PP. difficilius concessisset dictum indultum si sciuisset dictum Canonicatum esse magistralē nam dictus D. Aluarus fuerat iam prius ante dictum Indultum per aliud Breue *Sanct. mem. Pauli V.* exemptus á residentia, vt posset administrationi Ecclesiæ incumbere, vnde cum officium suum nemini debeat esse damnosum
3 *iux. trad. per Menoch. cons. 228. num. 15. & cons. 170 num. 3.* valde rationabile erat, vt D. Aluarus, qui tenebatur inseruire in dicto officio Ecclesię lucraretur distributiones etiam quod obtineret Canonicatū Magistralem, cum eadem ratione lucretur etiā dictas distributiones Canonicus qui inseruit Episcopo siue sit Canonicus sim-
4 plex, siue magistralis *c. de cæterò c. ad audientiam de Clerico non resid. Put. decis. 393. lib. 3. cum alijs per Moret. de distribut. quotid. par. 2. qu. 8. num. 5.*

Tum etiam quia in omnem euentum cessat dicta prætensa subreptio, quia ex inscriptione dicti Breuis apparet PP. habuisse scientiam dictū Canonicatum esse magistralem, nam di-
5 ctum Breue est inscriptum *Aluaro de Vigellas Canonico Magistrali*, quod arguit scientiam Papæ, & illius Officialium quod sufficit cum dicantur Organum Papæ *Cas. de Grass. decis. pri.*
6 *num. 8. de probat. Rot. decis. 731. par. 2. in recent.* Et præsertim quia ad euitandam subreptionem
7 sufficit, quod PP. potuerit cogitare in genere *ad l. quod iure ff. de milit. test. Felin. in c. non nulli num. 18 de rescript. Corn. cons. 201. num. 14. l. 2. Cassad. decis. 12. num. 6. & seqq. de preb. & fuit dictum, in Regien. Translationis pensionis 26. Nouemb. 1622. & 17. Iunij 1624. coram R.P.D. meo Pirouano, & in Firmana Pensionis 21. Februarij præteriti coram me, &c.*

AMERINA FIDEIVSSIONIS,

Vener. 11. Aprilis 1625.

ARGVMENTVM.

Est idem cum Summario.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis habet executionem paratam.*
2 *Obligatio vt dicatur facta metu mandati requiritur protestatio, alias dicitur spontanea.*
3 *Obligatio facta* vti principali principaliter, & insolidum *cum obligatione alterius si corruit prima*

ma remanet valida secunda.
4 *Obligatio facta in carceribus regulariter non substinetur.*
5 *Declara valere quando se obligauit, ad id ad quod tenebatur, & illius vigore habuit dilationem.*
6 *Ad Censum extinguendum non potest agi.*
7 *Fallit quando adest obligatio partitionis, num. 7.*

DECISIO DLXII.

DD. dixerunt, vltimum mandatum relaxatum contra D. Leonidam fuisse iustum de validitate verò d. mandati mandarunt particulariter videri.

Quo enim ad iustitiam d. mandati de ea cōstare videbatur, quia fuit relaxatum vigore obligationis Cameralis de extinguendo censum infra sex menses, quorum lapsus tempore dicti mandati nō controuertitur, vnde apparet rectè fuisse relaxatum, obligatio enim Cameralis vt
1 est notissimum habet executionem paratam, *Gabr. cons. 67. num. 8. l. prim. Cepb. con. 439. num. 16 Thesaur. decis. 26. num. 11. & 13. Mohed. decis. 2. & 3. de except. Rot. decis. 627. in princ., & decis. 341. n. 1. par. 1. diuersorum.*

Non obstat, quod dicta obligatio emanauit vigore mandatorum prius relaxatorum contra D. Equitem Paulum, quæ cum sint nulla eadem nullitas influit etiam in hanc obligationem, quia præterquā quod aliquibus ex DD. videbatur, quod vt dicta obligatio censeretur facta metu dictorum mandatorum requirebatur
2 tur protestatio in ipso actu obligationis, alias obligatio censetur spontanea *iux. decis. 196. nu. 3 par. pri. diuers. Card. Seraph. decis. 1047. num. 11. & decis. 365 num. 2. coram Sanct. mem. Greg. XV. cum alijs ibid. cumul. 1. per Adden. num. 4.* fuit etiam responsum, quod obligatio D. Leonidæ fuit spontanea omnino, quia nullum fuit relaxatū mandatum contra D. Leonidam, sed contra D. Equitem Paulum, pro quo se obligauit D. Leonida sponte sua nulla vi, aut metu adductus.

Non obstat, quod D. Leonida accessit obligationi D. Equitis Pauli, ideoque si obligatio D. Equitis non sustinetur corruit etiam obligatio D. Leonidę, quia D. Leonida non accessit simpliciter obligationi D. Equitis, sed vlterius se obligauit etiam vti principalis, & in
3 solidum, vnde licet non sustineretur obligatio D. Equitis, sustineretur tamen obligatio D. Leonidæ, *Rot. coram Sanct. mem. Greg. XV. decis. 562. per tot. & decis. 321. numer. 7. & ibi Adden. numer. 13.*

Vltra quod nec obligatio D. Pauli videtur nulla, quia licet se obligauerit in carceribus,
4 quo casu obligatio regulariter non sustinetur *ex trad. per. Farin. in prax. quæst. 35. num. 29.* quia tamen se obligauit ad id quod tenebatur, &
5 imò etiam conditionem suam meliorem fecit cum teneretur tempore obligationis extinguere censum, & occasione dictę obligationis fuit ei data dilatio sex mensium ad extinguendum dictum censum, obligatio est valida.

Nec obstat, quod non potuerit agi ad extin-
6 guendum censum, cum census de sui natura habeat causam successiuam quia hoc fallit quando adest obligatio partitionis *Bened. de bon. de censibus art. 68. num. 101. Felin. de censib. l. 3. c. 3. num. 9. in fin. vers. sed ipse, &c. Velasq. de censib. cap. 97. num. 23. Rodriq. super mot. prop. Pij V. de censib. dub. 2. cond. 6. Anton. Gomez. inn. de censib. cap. 3. cond. 5. num. penult. in fin. &c.*

IMOLEN. SALVIANI

Vener. 11. Aprilis 1625.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum non competit, nisi probetur rem esse possessam à debitore.*
2 *Debitor mei debitoris dicitur mihi obligatus limita ad effectum obtinendi Saluianum vt num. 3.*

DECISIO DLXIII.

FVerunt in partibus latæ duæ sententiæ, quibus fuit declaratum, hæredes q. Io. Franzoni esse immittendos in possessionem vnius prædij, donec fuerint integrè satisfacti de summa scut. 10000. de qua sunt legitimè creditores q. Alexandri Sassatelli mediante persona Gentilis Franzoni eorum debitoris, & creditoris respectiuè d. Alexandri Sassatelli occasione Instrumentorum, de quibus in actis, & D. Marchionem Riarium reum conuentum etiā condemnandum ad dimittendam possessionē dicti prædij, causa postmodum ad Rotam deuoluta dubitaui suppositis dictis sententijs, & contestatione litis contra D. Marchionem an fructus percepti per D. Marchionem à die contestationis litis veniant restituendi, & DD. negatiuè responderunt, fundamentum autem resolutionis vnicum fuit iniustitia dictarum sententiarum, quia scilicet non poterat competere dictis hæredibus Io: Saluianum vigore cuius ipsi fuerunt immissi in possessionem dicti prædij, cum non probetur, quod dictum præ-
1 dium fuerit possessum à Gentile debitore dicti Ioannis, pro vt requiritur ad effectum, vt locus esse possit dicto Saluiano *Rol. cons. 14. num. 2. lib. pri. Thes. decis. 171. numer. 2. cum alijs quos refert Scapuccin. de Saluian. lib. 1. quæst. 17. num. 3.*

Nec obstat, quod sufficere videtur ad effectū dicti Saluiani, quod dictum prædium fuerit possessum ab Alexandro debitore Gentilis, quia nomen debitoris Gentilis erat quidem
2 obligatum Io. creditori dicti Gentilis *ad l. nomen C. quæ res pignor. oblig. possint.* ac propterea potuisset competere Ioanni siue illius hæredibus immissis in dictum nomen sui debitoris ex allegat. pro dictis hæredibus, sed non dabatur actio ex Saluiano in prædium, quod, vt di-
3 ctum est, nunquam fuit possessum à Domino Gentile; quia scilicet defuit primum extremum Saluiani quod est possessio, vt in puncto

ex pluribus firmat post alios *Stapuccin. dicta quæst.* 17,

Non obstat, quod Alexander, qui possedit dictum prædium, illudq; vendidit D. Marchoni Riario erat principalis debitor Io. quia hoc non iustificatur, & vt ex supra allegatis apparet in sententijs dicitur quod Io. est creditor Alexandri mediante persona Gentilis, vnde quatenus etiam factum aliter se haberet tamen dictæ sententiæ non possunt substineri, quia presuponunt, Ioannem esse creditorem Alexandri mediante persona Gentilis, & nihilominus cõcedunt ex Saluiano immissionem dicto Io. in possessionem prædii, numquam possessi à Gẽtile pro principali debitore, quod DD, visum fuit subsistere non posse, &c.

ROMANA PALATII

Luna 14. *Aprilis* 1625.

ARGVMENTVM.

Electio in alternatiuis semper est debitoris sententia iniusta non potest saluari cum pretextu erroris. Venditor non potest agere ad pretium, nisi adimpleto contractu ex parte sua.

SVMMARIVM.

1 *Electio in alternatiuis est debitoris.*

2 *Alternatiua non infert præcise vllum membrum suorum alternatiuorum.*

3 *Fructus ad rationem conuentam sunt soluendi, & non aliam.*

4 *Sententia dicitur iniusta; si plus conuento condemnat etiam si dictum plus dicatur appositum per errorem,*

5 *Sententia in dispositiua est attendenda.*

6 *Dicto* (dicta) *repetit omnia præcedentia cum suis qualitatibus.*

7 *Venditor non potest agere ad pretium, nisi ex parte sua adimpleat contractum.*

DECISIO DLXIV.

DOmini steterunt in decisis 29. *Nouembris preteriti* quia ex lectura Instrumenti vigore cuius agitur apparet partes conuenisse quod non præstita cautione de euictione per venditorem, posset emptor arbitrio suo vel inuestire pretium in locis montium, vel deponere penes aliquem mercatorem, vel penes se retinere loco cautionis; dummodo tamen isto casu solueret venditori annuum censum scut. quatuor auri ad rationem *iuliorum* 11, pro quolibet centenario pretij non soluti, vel non depositi, aut in emptionem locorum montium non collocati, Vnde cum venditor dictam cautionẽ non præstiterit non poterat Emptor præcisè cogi ad soluendum pretium vna cum fructibus sed, vt in alia decisione dicitur conuenire debebat, vt vel pretiũ deponeret, aut in tot locis montium inuestiret, vel quatenus penes se
retinere vellet, fructus dicti pretij solueret, ad
dictam rationem scutorum quatuor pro cen-
tenario iuxta formam dicti pacti, & per con-
sequens sententia; quæ condemnat dictum
emptorem præcisè ad soluendum dictum pre-
tium vna cum fructibus, non potest saluari ab
1 iniustitia, in alternatiuis enim est electio debi-
toris *l. plerumq. in fin. ff. de iur dot. Surd. conf.* 225.
sub num.6. vers. secundo est aduertendum Ceph. conf.
436. *num.7. Neguf. de pig. in* 1. *membr.5. par. num.* 7
& seq. Afflict. decis. 392. *num.*5.
Nec alternatiua infert precisè vllum mem-
2 brum suorum alternatiuorum. *Aegid. Bellame-
ra conf,*33. *num.*27,
Preterea est etiam dicta sententia iniusta, quia
cõdemnat Emptorem ad fructus ad rationem
scutorum quatuor cum dimidio, cum tamen
3 in eodem instrumento, vt dictum est partes cõ-
uenerint, quod dicti fructus soluerentur ad ra-
tionem scutorum quatuor tantum.
Ner placuit DD. quod ad euitandam dictã
iniustitiam dicebatur, quod expressio scutor.
4 quatuor cum dimidio fuit facta per errorem,
quia hac ratione possent omnes ferè senten-
tiæ iniustæ ab iniustitia saluari.
Et minus subsistit, quod dicta expressio non
fuit facta in dispositiua sentẽtiæ, quæ debet at-
5 tendi ex *decis.* 34, *num.*81. *& seq. par.* 2. *diuers.* quia
in dispositiua dicitur, Franciscam esse immit-
tendam, donec fuerit illi satisfactum de dicto
credito, & Fructibus, & creditum supra fuerat
expressum in *scutis* 1530. pro residuo pretij, &
6 fructus ad rationem *scutorum* 40. cum dimi-
dio. & illa dictio, *detto*, repetit omnia precedẽ-
tia cum omnibus qualitatibus *l. pri. §. hoc edi-
cto, vbi Bart. num.* 2. *ff de postul. latè Gratus de di-
ction.* 42. *num.* 1. *& seq.*
Non obstat, quod emptor non fuit condem-
natus ad soluendum pretium, sed ad dimitten-
dam possessionem donec Francisca fuerit satis-
facta, quia ex iam deductis apparet, quod em-
ptor fuit condemnatus ad dimittendam pos-
sessionem, donec fuerit Franciscæ satisfactum
de credito, & fructibus, & sic de sorte princi-
pali, & de fructibus, quod sapit manifestam in-
iustitiam, quia emptor vt dictum est nõ poterat
præcisè cogi ad soluẽdum pretium, sed electio
erat ipsius emptoris, an vellet pretium soluere,
vel fructus.
Non obstat, quod nõ esset amplius locus di-
ctæ cautionis, cum nullus possit super esse ti-
mor euictionis, ex quo lapsi sunt à die vendi-
tionis anni vltra quadraginta, atque ita extin-
ctæ omnes obligationes, & hypothecæ, quia
quidquid sit an per lapsum dicti longissimi tẽ-
poris sit sufficienter cautum Emptori absq; alia
7 cautione certum est, quod venditori non com-
petit actio ad pretium ex dicto contractu, nisi
ex parte sua adimpleat contractum, atque ita
præster dictam cautionem *l. Iulianus §. offerri ff.
de act. empt. Surd. conf.* 101. *num.* 1. *Cephal. conf.* 407
num. 18. *Rot. decis.* 33. *numer.* 1. *par. pri. in recen-
tior, &c.*

TARVI-

TARVISINA FEVDI

Veneris 18. Aprilis 1625.

DECISIO DLXV.

Impressa in Recent. decisr 603. par.4. tom.3.

BRIXIEN. ARCHIPRAESBYTERATVS

Luna 21. Aprilis 1625.

DECISIO DLXVI.

Impressa apud Viuian. de Iur. patr. lib. 5. cap. 7. num. 18.

FOROLIVIEN. FIDEICOMMISSI

Luna 21. Aprilis 1625.

ARGVMENTVM.

Substitutio vulgaris per aditionem primi decedentis cum filijs expirat. Compendiosa quando censeatur inducta. Trebellianica cēseatur prohibita, si sit facta substitutio in tota hæreditate.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio si sine filijs deficit quoad portionem decedentis cum filio.*
2 *Vocatio quando dicatur facta simultanee, vel ordine successiuo.*
3 *Substitutio facta per vulgarem, & per verba alternatiua per aditionem filij expirat.*
Nec porrigitur ad Nepotes num. 4.
5 *Decis. conf. 95. impugnatur, & declaratur.*
6 *Substitutio facta per verba cum copula si non adsint verba tractum temporis importantia censetur vulgaris.*
7 *Substitutio compendiosa inducitur per dictionem quandocumque.*
8 *Declara, quod si dicta dictio est apposita personis filiorum institutorum non trahitur ad Nepotes vt numer. 8.*
9 *Trebellianica dicitur prohibita per substitutionem factam in tota hæreditate.*
Et procedit siue dictio tota sit adiuncta verbis dispositiuo, vel executiuo num. 10.

DECISIO DLXVII.

EQVES Bernardinus de Ferramontibus, vt alias dictum est prætendens se vocatum ad fideicommissū q. Hieronymi post obitum Montis deuentum viuente Monte cum eo ad quandam concordiam, in qua dictus Montes agnouit in primis vocationem dicti Equitis Bernardini, & vlterius declarauit etiam bona; quæ post ipsius obitum ad d. Bernardinum deuenire debeant, & pro obseruatione dictæ declarationis, & trāsactionis obligauit omnia bona sua in forma R. C. A. Vnde nolentibus postea hæredibus dicti Montis stare dictæ declarationi, & transactioni, nec valente Equite Bernardino alia ratione quam mediante d. declaratione facta per Montem probare idētitatem bonorum fideicommissi Hieronymi suppositorum egit Eques Bernardinus in vim Sal uiani pro immissione in bonis liberis Montis sibi in d. transactione vt dictum est obligatis, eamq; obtinuit, verum quia bona descripta à dictis heredibus in inuentario hereditatis Montis, vti libera non adæquabant valorem bonorum, quæ dictus Montes declarauit esse subiecta fideicōmisso d. Hieronymi dubitari contigit, an d. Equiti Bernardino esset etiam danda immissio in bonis debitis Monti pro legitima, & Trebellianica in hæreditate q. Pauli Patris d. Montis, in cuius dubij disputatione cum propter multitudinem scripturarum resolutio haberi non posset, DD. ordinarunt, vt strictè informaretur an fideicommissum Merualdæ expirauerit in Paulo, & vtrum, ex fideicommisso Pauli debeatur Trebellianica, quo facto respōderunt, fideicommissum Merualdę expirasse in Paulo, & Trebellianicam non deberi, ex fideicommisso Pauli. Quo enim ad fideicommissum Merualdę, constat, Merualdam instituisse hæredes Honuphrium, & Hieronymum suos filios, & si dd. Filij vel alter eorum quandocūque decederent sine filijs masculis legitimis, & naturalibus eos ad inuicem substituisse, vel eorum filios, vel nepotes Masculos in stirpes, & non in capita, vnde cum Honuphrius obierit cum Paulo filio, deficit quoad portionem
1 d'Honuphrij conditio *iux. cons. Oldr. 22. sæpius à Rot. Canonizatum.* Quò verò ad portionem Hieronymi, qui decessit sine filijs potest quidem admitti, quod factus fuerit locus fideicōmisso ad fauorem Pauli, quia, vt dictum est, Merualda, in casu deficientiæ Hieronymi sine filijs vocauit Honuphrium cohæredem Hieronymi vel eius filios, & sic Paulum, qui
2 censetur vocatus non simultaneè cum ipso Honuphrio, sed ordine successiuo, quia substitutio facta de personis, inter quas cadit ordinata caritas, intelligitur ordine successiuo, verum non potest censeri vocatus dictus Paulus per fideicommissum; sed per vulgarem tantum, quæ vocatio facta est verbis al-
3 ternatiuis, ibi vel eorū filios, vel nepotes, ideóque per aditionem Pauli expirauit fideicommissum *l. post aditam C. de impub. & alys substit,*
4 nec porrigitur ad nepotes ita in *punct. Alciat. conf. 83. & conf. 89. num. 3. & seqq. l. 9. cum aliis cumul. per Peregr. de fideicom. art. 18. num. 24.* vbi
5 dicit aberrasse *Decium* contrarium sentiendo *conf. 95. in pri. dub.* contra quem expresse conclusit *Alciat. d. conf. 83.* vbi considerat quod in casu Decij erant alia verba apta importare fideicommissum, *& idem conf. 5. n. 39. lib. 4.* vbi testatur de communi *Gratian. discept. Forens. l. 3. c. 575. num. 22. & duobus seqq. & nouissimè Fusar. de substit. fideco. q. 479. num. 75.* quin etiam quod verba dictæ substitutionis concepta essent per

copu-

copulam, ad hue tamen cum non adsint verba
6 denotantia tractum temporis successiuum, substituti censentur vocati per vulgarem, & non per fideicommissum iuxta receptã *Cumani* distinctionem *in l. Gallus* §. *quidam rectè num.* 8. *& ibi Aretin. Alciat. & alij*. §. *de lib. & posth. cum alijs per Rot. decis.* 357. *nu.*1. *par.*2. *in recent. & decis.* 207 *num.*1. *& ibi Adden. num.*9. *coram Sanct. mem. Greg. XV. & in Reatina fideiussionis.* 14. *Martij* 1622. *coram R.P.D. meo Vbaldo*.

Non obstat dictio *quandocumque* quæ denotat
7 tractum temporis successiuum, & per eam inducitur compendiosa substitutio, quæ includit etiam fideicommissum, quia d. dictio est apposita personis Honuphrii, etiam Hieronymi hæredum institutorum, non autem filijs, vel nepotibus, ac propterea dici quidem potest, quod inter dictos Honuphrium, & Hieronymum
8 fuerit inducta compendiosa, & sic fideicommissaria, non verò respectu filiorum, & nepotum, ità in specie post alios *Peregr. d. art.* 18. *sub num.*13. *vers. contra tamen concludit Rot. dicta decis.* 357. *num.*6. *Fusar. vbi supr. num.*38. *&* 39.

Quoad fideicommissum Pauli non potest prætendi Trebellianica, quia dictus Paulus substituit filijs masculis feminas *in tota hæreditate*,
9 quæ verba sufficiunt ad effectum, vt censeatur prohibita Trebellianica. *Gabr. in tit. ad Trebell. conclus.* 6. *num.*1. vbi de communi *Card. Mantic. de coniect. l.*7. *tit.*12. *num.*13. *& seq.* vbi respondit contrarijs *Put. decis.* 438. *num.*7. *lib.*2. *in nou. Crass. de mag. comm. in* §. *Trebellianica quæst.*8. *n.*4. *etiam tenuit Rot. in Rom. Trebellianica* 9. *Nouemb.* 1612. *coram R.P.D. meo Vbaldo.*

Idque in distinctè procedit siue verbum tota sit ad iunctum verbo dispositiuo, vt in casu
10 isto siue executiuo *Ruin. consl.* 148. *num.*2. *lib.*3. *Card. Mant. vbi sup. sub num.*14. *Crass. dicta quæst.*8 *num.* 4.

ROMANA DEVOLVTIONIS VINEÆ.

Veneris 2. *Maij* 1625.

ARGVMENTVM

Deuolutio incursa per aliquem quando, & an contra hæredem possit declarari. Restitutio in integrum aduersus non solutum canonem datur.

SVMMARIVM.

1 *Caducitas incursa per testatorem non potest declarari contra illius hæredes.*
2 *Limita quando adest pactum quod Emphyteuta cessans à solutione canonis cadat ipso iure, & facto.*
3 *Qua limitatio non caret difficultate.*
4 *Restringe limitationem quando in pæna iuris requiritur etiam factum hominis, vt est voluntas Domini.*
5 *Deuolutio non intrat contra non possidentem.*
6 *Declara hoc non habere locum si priuatio sua possessionis ex sua culpa processit.*
Qua declaratio non habet locum si priuatio est ex facto Antecessoris num.7.
8 *Restitutio in integrum minoribus, & pupillis datur aduersus non solutionem canonum ex capite iustæ ignorantiæ.*
Amplia etiam si agatur de Emphyteusi Ecclesiastica cũ pacto expresso caducitatis num.9.
10 *possessio capta pupillis indefensis est nulla.*
11 *Dominus directus agendo ad caducitatem tractat de pæna, & lucro, Emphyteuta verò de damno.*

DECISIO DLXVIII.

Domini steterunt in decisis, quod nõ sit locus deuolutioni; quia dicta deuolutio fuit acceptata per Capitulum 19. *Iulij* 1621. & sic post mortem Marci Antonij. Vnde dato etiam quod constet Marcum Antonium cessasse per integrum biennium à solutione Canonis, quod que propterea fuerit per eum incursa caducitas. Ita vt nec locus esse possit excusationi, quod tamen non videtur subsistere ex deductis in decisione; nihilominus non potuit caducitas per dictum Marcum Antonium incursa declarari
1 contra ipsius Marci Antonij Filios, & hæredes cum eo viuente declarata non fuit *Honded. consl.* 55. *num.*20. *lib.*1. *Card. Mantic. de tacit. lib.* 22. *tit.*27. *num.*14. *cum alijs per Adden. ad decis. Sanct. mem. Greg. XV.* 350. *littera C.*

Non obstat, quod quando adest pactũ, quod
2 cessante Emphyteuta à Solutione cadat ipso iure, & facto, potest etiam caducitas declarari cõtra hæredes, vt per *Surd. decis.* 29. *num.*12. quia quatenus ista limitatio ad prædictam regulam
3 esset vera, quod tamen non caret difficultate ex adductis per *Odd. de restit. in integ. quæst.* 89. *art.*9. *num.* 78. ea non applicaretur, quia in casu isto non legitur pactum, quod cessante Emphyteuta cadat ipso iure, sed potius adest pactũ penitus contrarium, fuit enim conuentũ, quod cadetet volentibus Canonicis, & deuolutionẽ acceptantibus ibi. *Piacendo così à essi Signori Canonici, & accettando la deuolutione*, & sic iuxta dictum pactum ad inducendam Caducitatẽ requirebatur factum hominis, voluntas, scilicet, & declaratio Canonicorum; nec dicta caducitas inducebatur attento dicto pacto *ipso iure*, ac
4 per consequens neque etiam locum habet dicta limitatio, vt benè per *Bero. consl.* 98. *num.*39. *lib.* 1. & ibi reassumendo distinctionem, quam ponit *Bart. in l. pri. ff. de priuat. delict.* latè pertractat hanc materiam, & in fine concludit, quod quando pœna non est imposita ipso iure, sed facto hominis videlicet declarãdo Emphyteutam à Iure suo cecidisse, tunc talis pœna nullo modo dicitur transire ad hæredem, siue debitũ sit commissum circa contractum, puta quia in ipso contractu erat cautum, quod vltra biennium non posset differre solutionem siue extra.

Nec dicatur, quod fuit incursa dicta caducitas etiam per hæredes Marci Antonij, quia hoc
5 non probatur; præsertim cum ipsi numquam Vineam possederint; vnde non intrat quoad ipsos deuolutio *Rot. in Romana Deuolutionis Domorum* 26. *Iunij* 1589. *coram bon. mem. R.P.D. Comitulo cum alijs alleg. in decisione*.

Nec applicatur limitatio adducta *per Alex. consl.*

cons. 11. num. 5. lib. 5. & Bero. cons. 196. num. 11. lib. 1. vt scilicet dicta conclusio non procedat quando facto, & culpa emphyteuta, qui rem
6 emphyteuticam hypothecauerit, priuatio possessionis sequuta est; cum prædicti minores dictam Vineam non hypothecarunt, sed eorum
7 Antecessor, in quibus terminis limitationi prędictæ locus non est; vt declarauit *Rota in dicta Romana Deuolutionis Domorum coram Comitulo*, quam refert, & sequitur *Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 27. num. 47. vers. sed si res.* & in omnem euētum cum dicti hæredes sint pupilli, & minores
8 respectiuè cōpeteret ipsis ex capite Iustæ ignorantiæ restitutio in integrum aduersus non solutum Canonem, vt latè per *Odd. de restit. in integr. quæst. 89. art. 9. nu. 78. & 80.* vbi quod etiam
9 hoc locū habet in emphyteusi Ecclesiastica etiā contra Ecclesiam, ac etiā quando adest pactum expressum caducitatis. *Mantic. in citato tit. 27. num. 40. Gram. decis. 52. num. 5. Rot. in alleg. Romana Deuolutionis Domorum coram Comitulo.*

Non obstat, quod res non est amplius integra, sicque non potest esse locus dictæ restitutioni, quia possessio capta per Capitulum est nulla, cum fuerit capta Pupillis indefensis, nec
10 propterea eadē Capitulo in aliquo suffragari potest, & perinde est ac si capta non fuisset.

Nec subsistit, quod Ecclesia agit de damno vitando, dicti autem pupilli de lucro captando, quia Ecclesia agendo ad caducitatem tractat de
11 pœna, & lucro, emphyteuta verò de damno, vt post alios *Magon. decis. Floren. 70. num. 8.* & ità conclusum, &c.

PERVSINA FIDEICOMMISSI DE GRATIANIS.

Lunæ 5. Maij 1625.

DECISIO DLXIX.

Impressa in Recent. decis. 606. par. 4. tom. 3.

ROMANA CENSVS

Lunæ 12. Maij 1625.

ARGVMENTVM

Census impositus super re aliena quando, & quomodo substineatur. Legitima quando possit detrahi viuente Patre.

SVMMARIVM.

1 *Census impositus super re aliena valet quoad solutionem fructus, secus est quoad Dominum rei.*
Declara Conclusionem non procedere, quando Emptor census sciebat rem esse alienam num. 2.
3 *Legitima non debetur filio viuente Patre.*
Quod procedit inuito Patre, secus eo volente num. 4.
4 *Interpretatio quæuis sumi debet ad substinendum actum, & excludendum dolum.*
5 *Instrumento potius standum, quam quietantijs.*

DECISIO DLXX.

DOmini dixerunt, decretum A.C. super solutione fructuum census, de quo agitur esse confirmandum; quia ex instrumento, quod datur, apparet censum fuisse impositum per q. Petrum Franciscum super domo sita in Ciuitate Nouariæ, certis finibus terminata, quodque etiam in reliquis fuit seruata forma Constitutionis *Sanct. mem. Pij V.* vndè non potest dubitari de valida Census impositione.

Nec obstat, quod Domus, super qua fuit impositus census, tunc non erat Petri Francisci, sed Iosephi Patris Petri Francisci, quia præterquam quod non probatur, quod Domus non esset Petri Francisci, & ipse in dicto instrumento asseruit se Dominum, & Patronum dictæ Domus, tenet etiam impositio census super re aliena in præiudicium imponentis censum, saltem ad effectum, vt Emptor nō teneatur im-
1 putare in sortē fructus perceptos, sed eos possit loco damnorum, & interesse retinere, licet respectu veri Domini talis impositio non valeat, vt *per Modern. Perusinum de Censibus par. 1. cap. 2. quæst. 1. num. 10.*

Nec obstat, quod ista conclusio non procedit, quando Emptor sciuit rem, super qua fuit
2 impositus census, esse alienam, vt per eumdem *Perusin. d. art. 1. num. 13.* quia in casu isto vt iam dictum est, nō probatur, quod domus esset aliena, & quatenus id probaretur, nō constat, quod Io. Baptista, qui emit censum, sciret dictam domum esse alienam, & sic dicta limitatio non applicatur.

Nec obstat, quod vtrumq; satis probari videtur ex ipso Instrumento impositionis dicti census; in eo namq; dicitur, quod Petrus Franciscus est Filius Iosephi, quodque elegit dictam Domum pro sua legitima, vnde innotuit sine dubio dicto Io. Baptistæ quod frater Petri Francisci viuebat, & sic quod dictus Petrus Franciscus erat Filius Familias, & licet Petrus Franciscus professus fuerit in dicto Instrumento se velle eligere dictam Domum pro sua legitima: tamen Io. Baptista emptor census benè sciebat, aut saltem scire debebat, quod legiti-
3 ma ei non erat debita viuente Patre *l. 2. §. interdum ff. de vulg. cum alijs per Crass. §. legitimam qu. 16. num. 3.* ac per consequens constat Io. Baptistam sciuisse dictam Domum non pertinere ad Petrum Franciscum, sed ad Iosephum, & sic esse alienam.

Pro respōsione enim est aduertendum, quod regula, quod filius familias non possit petere legitimam, neque eam sibi eligere, procedit inuito Patre, secus verò patre volente, & con-
sentiente, *l. cum quid §. fin. ff ad l. Falcid. Grassus*
4 *d. §. legitima quæst. 2. numer. 8.* ac propterea cum in eodem Instrumento Petrus Franciscus asseruerit se esse Dominum dictæ Domus, quodq; seorsum à Patre habitabat, benè potuit credere Io. Baptista quod elegerit dictam Domum pro sua legitima consentiente Patre, atque ità ex dicto Instrumento non probatur sufficienter

scientia

scientia Io: Baptistæ quod dicta Domus esset aliena,& sufficit,vt dicta scientia non possit dici probata sola possibilitas, quod Io. Baptista ignorauerit dictam Domum esse alienã, quod que habuerit causam credendi,quod esset Petri Francisci, præsertim quia omnis potius interpretatio sumi debet ad sustinendum actum,
4 & ad excludendum dolum,& mendacium Petri Francisci, qui expressis verbis affirmauit, se esse Dominum dictæ Domus, vt dictum est;

Non obstãt quietantiæ Io. Baptistæ in quibus dicitur,quod electio dictæ legitimæ fuit facta à Petro Francisco ex nunc prout ex tunc moriente Patre, quia dictæ quietantiæ fuerunt scriptę manu aliena,& subscriptæ a Io. Baptista qui nõ aduertit ad dicta verba, & nihilominus dictæ quietantiæ se referunt ad instrumentum, vnde potius stari debet Instrumẽto in quo Pe-
5 trus Franciscus asserit se Dominum, & patronum domus quodque dicta domus ad eum spectat. Et quatenus dictæ quietantiæ sint contrariæ dicto Instrumento,quin etiam stante dicto Instrumento, & assertione Petri Francisci, censendæ potius essent dictæ quietantiæ erroneæ,vel artificiosæ, vel extortæ à Io. Baptista linguæ latinæ ignaro, vt testes deponunt,& sic non possunt eidem Io. Baptistæ obesse, ità vt ex illis possit dici probata dicta scientia.

TOLETANA INDVLTI

Luna 12. Maij 1621.

ARGVMENTVM.

Inscriptio Breuis arguit scientiam Papæ. Canonicus potest lucrari fructus in absentia ex indulto concesso ex iusta causa,licet adsit statutum contrarium. Clausulæ *quorum tenores* virtus.

SVMMARIVM.

1 *Factum Notorium non sine calumnia controuerti potest.*
2 *Verbum* oportet *videtur importare necessitatem præcisam.*
3 *Inscriptio Breuis arguit scientiam Papæ.*
4 *Scientia Officialium dicitur scientia Papæ.*
5 *Statuta quod nõ licet Canonico petere Indultum pro lucrandis fructibus in absentia intelligitur de Indultis ex mera gratia.*
6 *Statutum, quod Canonicus absens non lucretur fructus,non comprehendit inseruientem Episcopo.*
7 *Canonicus Coadministrator alicuius Ecclesiæ absens iustè consequitur fructus.*
8 *Canonicus effectus Vicarius iustè consequitur fructus in absentia.*
9 *Clausula* Quorum tenores *ex obseruantia Curiæ derogat quibuscumque Constitutionibus habentibus derogatorias derogatoriarum.*
10 *Papa sufficienter derogat Constitutionibus Antecessorum per clausulam* Quorum tenores.
11 *Clausula* quorum tenores, *non includit ignorata per Papam.*
12 *Contrarium quod illa sufficiat.*
13 *Iuramentum de non vtendo Indulto intelligitur nisi adsit iusta causa.*

DECISIO DLXXI

Domini steterunt in decisis, quod Breue debeat executioni demandari, quia dictum Breue est in omnibus iustificatum. Nam quod D. Aluarus fuit deputatus Coadministrator Serenissimi Cardinalis Infantis est adeò notorium, vt sine vehementi suspicione calumnię
1 controuerti non possit, & vt dicitur in alia decisione in hac causa facta id probant Testes,qui etiam deposuit,quod d.D. Aluarus obtinet Canonicatum, & præbendam in Ecclesia Toletana quod què dictus D. Aluarus sæpè necesse habet ex causa dictæ eius administrationis accedere ad Oppidum Madridi,& ad alia loca.

Nec obstat, quod posset fungi dicto administrationis officio etiam non discedendo ab Vrbe Toletana,quia licet Breue sit conceptum
2 verbo *oportet* quod videtur importare necessitatem præcisam,tamen illud debet intelligi secũdum subiectam materiam quodscilicet cogitur vt melius satisfaciat muneri suo,& exactius negotia expleat sæpè personaliter accedere ad oppidum,vbi Serenissimus Cardinalis Infans residet,quod verum esse nemo dubitare potest.

Non obstat,quod Papæ non fuit narratum, quod D. Aluarus obtineret Canonicatum Magistralem,quia huic obiecto fuit satisfactum in alia decisione, & maximè DD.placuit responsio tunc data, quod, & in scriptione Breuis ap-
3 patet,Papam habuisse scientiam,quod D.Aluarus erat Canonicus Magistralis, fuit enim dictum Breue sic in scriptum. *Aluaro de Villegas Canonico Magistrali.* Quæ inscriptio quidquid dicatur arguit scientiam Papæ, quia Breue, fuit signatum annulo Piscatoris in præsentia Papæ iuxta notoriũ stylum, & sic dicta inscriptio fuit
4 oculis Papæ subiecta, vltra quod scientia Officialium dicitur scientia Papæ. *Cas de Graff. decis. 1. num. 8. de probat. Rot. decis. 356. num. 8. par. 1. in recent. & decis. 730. num. 2. par. 2.*

Non obstat, quod non fuit facta mentio in dicto Breui, quod aderant in Ecclesia Toletana statuta particularia, & Constitutio Sixti IV. in qua disponitur,quod nulli liceat sub prætextu quorumcumque priuilegiorum Apostolicorũ, sub quacumque verborum forma petere in absentia fructus Canonicatus vltra. 60. Florenorum quia dicta constitutio intelligenda videtur de
5 indultis, & priuilegijs ex mera gratia concessis ex iusta,& rationabili causa *ad tex. in c. ad audientiã cum ibi not. de Cleric. non resid.* vbi quod Constitutio de nõ percipiendis fructibus in absentia non comprehendit Canonicos inseruiẽ-
6 tes Episcopo,& sic dicta Constitutio non comprahendit indultum, de quo agitur,quia illud
7 fuit concessum D. Aluaro, ex iusta causa propter seruitium scilicet quod impendit Ecclesiæ in officio Coadministratoris,quæ est iustissima causa lucrandi fructus in absentia, sicuti dici

tur

tur de Canonico effecto Vicario *Put. dec. 293. l. 3. Gonzal. ad regul. 8. gloss. 6. nu. 255. & seqq. Garz. de Benef. par. 3. c. 2. num. 364.*

Tum etiam quia in omnem euentum satis videtur derogatum dictę constitutioni per am-
9 plissimas clausulas & derogationes appositas in d. indulto accedente pręsertim clausula *quorum tenores*, quæ ex obseruantia Curiæ derogat quibuscumque constitutionibus habentibus clausulas derogatorias derogatoriarum *Butr. cons. 2. num. 2. Mohed. dec. 1. de rescript. cum alijs per Gonzal. supra reg. 8. glossa 36. num. 22. & pluribus sequent. & præsertim nu. 29.* vbi quod Curia seruat quod
10 per dictam clausulam sit sufficienter derogatum, alias impossibile esset Papę derogare constitutionibus Antecessorum, quia non potest reminisci omnium, vel scire omnia in contrarium obstantia *Rot. dec. 109. num. 10. coram bo. me. Greg. XV. & dec. 460. num. 5. & 666. num. 4. part 1. in recent.*

11 Non obstat, quod clausula *quorum tenores* non includit ignorata per Papam *Rot. dec. 128. num. 4 par. 2. in recent.* quia hoc procedit in derogationibus conceptis sub alijs verbis quantumvis amplissimis, non autem etiam quando fuit ap-
12 posita clausula *quorum tenores* quia ista sufficit ex supra alleg.

Non obstat iuramentum præstitum, vt prętenditur à D. Aluaro de non vtendo indulto contra formam Constitutionis *Sixti IV.* quia, vt dictum est, dicta constitutio non loquitur
13 de indultis concessis ex iusta, & Canonica causa, & sic D. Aluarus vtendo indulto sibi ex iusta, & Canonica causa concesso, non contrauenit dicto eius iuramento; quia non vtitur Indulto contra formam dictę Constitutionis, sicut nec posset dici contrauenire Iuramento, siue dictę constitutioni si perciperet fructus in absentia ex causa infirmitatis vel alterius legitimi impedimenti, neque enim ad dictos casus extenditur dicta constitutio, & iuramentum de seruando dictam constitutionem, vel de non vtendo Indulto contra formam dictæ Constitutionis ex supra alleg.

Et in omnem euentum in dicto indulto fuit etiam derogatum statutis, & constitutionibus iuramento firmatis &c.

NEOCASTREN. PAROCHIALIS.

Vener. 23. Maij 1625.

ARGVMENTVM.

Via executiua non competit prouiso à Possessore Iuris conferendi aduersus prouisum Apostolicum possidentem. Beneficium dupliciter reseruatum potest per Papam conferri nō obstante alterius Priuilegio.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio frustra datur alicui si non potest disponere de eo, quod est in fructu.*

2 *Via executiua non potest agi contra prouisum Apostolicum possidentem, sed iudicio ordinario agi debet & num. 6.*

3 *Mandatum de manutenendo in collatione Ecclesiæ intelligitur saluis reseruationibus Apostolicis.*

4 *Beneficium per obitum possessoris apud Sedem, & per litem dicitur dupliciter affectum.*

5 *Religio Hyerosolymitana habet priuilegia conferendi beneficia reseruata, non tamen duplici reseruatione.*

DECISIO DLXXII.

IN hac causa, quæ vertitur inter Baiulium Sanctæ Euphemiæ, & Præsentatum ab eo ex vna, & Lęlium Pandulphum prouisum Apostolicum ex altera, fuit capta resolutio *coram R. P. D. Nauarro* ad fauorem Lælij, quod ipse debebat manuteneri in possessione Ecclesiæ Parochialis, de qua agitur; deinde fuit firmatum, dicto Baiuliuo esse dandum mandatum de manutenendo in quasi possessione conferendi Ecclesiam, de qua agitur; vnde præsentatus à Baiuliuo pretendere cepit ipsum esse immittendum in possessione dictæ Ecclesiæ, quia
1 scilicet frustra concederetur dictum mandatū de manutenendo Baiuliuo, si collatio, quæ est in fructu, & per consequens spectat ad possessorem *gloss. in c. cum olim & ibi Abb. & alij comm. de maiorit. & obed.* effectu carere deberet, atque ità prouisus, seu præsentatus à Baiuliuo possessionem consequi non valeret. Verum disputato dubio, an dicto Præsentato esset danda immissio, Domini negatiuè responderunt, quia Lælius, qui est in possessione dictæ Ecclesiæ, & obtinuit mandatum de manutenendo est legitimus Contra dictor eum habeat possessionem nempe Apostolicam. Vndè non potest con-
2 tra eum procedi executiuè, sed procedi debet iudicio ordinario *DD. in c. si à sede de preben. in 6. Bart. in l. fin. num. 21. vers. Aut comparet aliquis, & ibi Dec. nuer. 41. C. de edict. diu. Adr. toll. Menoch. de adipis. rem. 4. num. 565. Rot. dec. 711. num. 2. part. 1. in recent.*

Non obstat, quod mandatum de manutenendo relaxatum ad fauorem Baiuliui trahit secum immissionem Præsentati, tanquam actū consequutiuū mandati de manutenendo, quia licet mandatum, quod fuit datum conferendi
3 Ecclesiam Baiuliuo, fuerit datum simpliciter; illud tamen intelligi debet saluis reseruationibus Apostolicis, quia scilicet nō constat, quod dictus Baiuliuus sit in quasi possessione conferendi etiam in casu reseruato, vnde dictum mandatum non potest ad istum casum extendi ac propterea cum Ecclesia vltimo vacauerit per obitum Nicotaræ apud Sedem, etiam pendente lite inter Episcopum Neocastren. & dictum Baiuliuum, atque ità collatio huius Ec-
4 clesiæ pro hac vice sit dupliciter Sedi Apostolicæ reseruata *Gonz. supra reg. 8. glos. 13. num. 101. Gomez. in reg. de impetr. benef. vac. per obit. quæst. 15. nu. 7. & seq. Capui. dec. 85. par. 2.* meritò non operatur dictum mandatum in præiudicium prouisi Apostolici.

Non obstant priuilegia Sacræ Religionis Hyerosolymitanæ conferendi Beneficia etiam
5 Sedi Apostolicæ reseruata; quia non constat, quod dicta priuilegia intrent, quando adest du-

plex

plex reseruatio, vt in casu isto. Et in omnem
6 euentum hoc erit agendum iudicio ordinario cum,vt dixi,dictus Lelius sit legitimus contradictor *Put.dec.120.lib.1.cum aliis supra alleg.*

SALERNITANA PENSIONIS.

Veneris 23. Maij 1625.

A R G V M E N T V M.

Translatarius debet iustificare litteras apostolicas, & non iuuatur possessione transferentis. Quæstio magistraliter, & per pulcherrimas distinctiones in hac decisione pertractata.

S V M M A R I V M.

1 *Pensionarius agens contra Titularem, qui pensionis reseruationi consensit, est manutenendus absque litterarum iustificatione.*

2 *Pensionarius agens contra eum, qui non consensit pensioni, & si est in possessione non retardatur solutio, si verò non est in possessione non est soluenda pensio nisi iustificatis litteris per Pensionarium.*

3 *Pensionem exigendi possessio quam habebat transferens, non transit in translatarium, sed eius morte extinguitur.*

4 *Pensionem exigendi quasi possessio, quam habebat transferens facit, vt non retardetur solutio translatarijs.*

5 *Declara id procedere si transferens non habuisset iustificare gratiam, vel exegisset per triginta annos & num.9.*

Vel quando translatarius est subrogatus in quasi possessione transferentis num.6.

Decisio Sancti Marci pensionis coram Sacrato *relata per* Marchesan. par.2.fol.436. *in quibus terminis loquatur* ibidem.

7 *Arbitrium regulatur à Iure.*

8 *Litteris Apostolicis non datur exequutio, nisi sint iustificata &* num.12.

10 *Pensionarius non potest agere possessorio adipiscenda nisi littera sint iustificata.*

11 *Immissio est concedenda haredi scripto constito solum de possessione defuncti.*

13 *Littera Apostolica semper censentur habere clausulam* quatenus preces veritati nitantur.

14 *Gratia non iustificata censetur subreptitia, & non meretur nomen gratia.*

15 *Obligatio Titularis soluendi pensionem transit in successorem quoad validitatem pensionis; non autem ad effectum releuandi translatarios ab onere iustificandi.*

16 *Papa si voluisset supplere defectum Iuris in transferente debuisset exprimere, nec sufficiunt verba generalia.*

D E C I S I O DLXXIII.

FVIT reseruata ex causa resignationis pensio ducatorum 800. *Moneta Regni* constituentium summam *scut.* 560. *auri de Camera* ad fauorem bon. me. Sanuitalis Archiepiscopi Baren. super fructibus Ecclesiæ Sancti Petri ad Curtim cum expressione valoris dictorũ fructuum per asceusum in ducatis 710. *Auri de Camera* cum consensu D.Caroli Caraccioli de dicto Beneficio prouisi; eamdem pensionem transtulit dictus Archiepiscopus *anno* 1623. vsque ad summam *scut. Regni* 600. ad fauorem quinque suorum familiarium, interim dictus D. Carolus resignauit dictam Ecclesiam sic grauatam D. Abbati Pignattello, qui cum recusaret soluere dictam pensionem translatarijs, essetque conuentus coram A.C. vel Iudice ab eo deputato reportauit sententiam contra se, à qua interposita per dictum Abbatem appellatione; fuit commissa causa in Rota cum clausula *sine retardatione solutionis pensionis arbitrio Rota*, vndè dubitari contigit, an intret arbitrium pro retardatione. Receptissima enim à Rota illa distinctio est, quod aut agitur
1 contra Titularem, qui consensit pensioni, & tunc tenetur Titularis ad solutionem pensionis absque alia litterarum reseruationis pensionis iustificatione, aut agitur contra alium, qui non consensit pensioni, & tunc vel pensiona-
2 narius est in quasi possessione exigendi pensionem, & non retardatur solutio pensionis, aut non est in ista quasi possessione, & tunc non tenetur Titularis soluere dictam pensionẽ non iustificatis literis per Pensionarium, ac propterea cum in casu isto non agatur contra eum qui consensit pensioni, nec traslatarij sint in quasi possessione exigendi dictã pensionem, atque ità versemur in postremo membro dictæ distinctionis; meritò non possunt translatarij consequi dictam pensionem, nisi doceant de translatione valida, & sic iustificent litteras reseruationis dictæ pensionis, à quibus pendet ius transferentis, & per consequens dictæ translationis validitas.

Nec obstat, quod sufficit, quod D. Archiepiscopus, qui transtulit in dictos suos familiares dictam pensionem, esset in quasi possessione exigendi dictam pensionẽ, quia possessio trans-
3 ferentis non transit in Translatarium, sed illa extinguitur per mortem transferentis; ideòque non potest translatarijs suffragari ad effectum eos releuandi ab onere iustificandi dictas litteras, vt in puncto, & ad effectum arbitrij procedendi sine retardatione, dixit *Rota in Brixien. Pensionis cor. Illustriss. Card. Millino relata per Marches. de commis. par.1.fol.625. & in Lauden. Pensionis coram bo. me. Penia relata per eundem Marches. d.p. 1.fol.560. & in Neritonen. Pensionis coram Litta relata per Garz. de Benef. part. 1. cap. 5. numer.42.*

Non obstat, quod quando transferens fuit in quasi possessione exigẽdi datur de stylo Signaturæ translatarijs *clausula sine retardatione*, sicuti
4 daretur ipsi transferenti si non transtulisset *Sar. in Comp. signat. num.*85. cum allegatis, quia hoc potest procedere, vel quando gratia reseruationis pensionis est iustificata, vel quando non indiget iustificatione, puta si transferens spatio 30. annorum exegit pensionem; quo casu translatarius releuatur ab onere iustificandi gratiã reseruationis, vt benè explicat *Garz. de Benef. d. part. 1. cap. 5. num.* 470.

Vel tertio quando translatarius est subroga-

tus

6 tus in quasi possessione transferentis in quibus
terminis loquitur *dec. in causa S. Marci pensionis cor. b.m. Card. Sacr. relat. per Marches. par. 2. fol. 486.*
Secus vero in alijs casibus, & in omnem euentum Signatura in hac causa non rescripsit
simpliciter sine retardatione, sed addidit clausu-
7 sulam arbitrio Rotæ. Arbitrium autem, vt
est notissimum, regulatur à Iure, & de iure non
8 datur executio literis Apostolicis, nisi sint iustificatæ; nec translatarius releuatur ab onere
iustificandi gratiam transferentis, etiam quod
transferens fuerit in quasi possessione exigendi
9 pensionem; nisi eam exegerit spatio 30. annorum, vt dictum est, ita in specie sæpius respondit Rota, & signanter in *dictis Brixien. Pensionis coram Illustriss. Card. Millino & Lauden translationis pensionis coram Penia, & coram San. me. Greg. XV. dec. 75. numer. 5. & seq.* vbi latè firmatur requiri
possessionem continuatam spatio 30. annorum, & ita semper Rotam seruasse,

Non obstat, quod tunc demum videatur necessaria iustificatio, quando agitur pro executione literarum; secus verò quando agitur possessorio, tunc enim sufficit docere de possessione transferentis, quia hæc distinctio non potest subsistere, nam quoad possessorium summarissimum manutentionis non potest conuuari translatarius, quia possessio transferentis non transit vt dictum est in translatarium, sed inhæret ossibus transferentis, & per obitum ipsius extinguitur, quo verò ad possessorium adipiscendæ; quatenus illud intentetur per translatarium vigore literarum Apostolicarum vnum, & idem omninò iudicium est cum ipsa executione literarum, quia possessorium adipiscendæ resultat ex litteris pro vt resultat ex testamento remedium *legis fin. C de edict. diu. Adr. toll.* & si hoc iudicium posses-
10 sorium esset diuersum ab executione, & magis priuilegiatum, quilibet certè omissa instantia pro executione litterarum, conuolaret ad illud iudicium possessorium; vltra quod neque in hoc iudicio esset per Papam concessa translatario subrogatio ad possessionem trāsferentis; tunc enim quia ministerio Papæ illa possessio transit in subrogatum, datur immissio translatario in dictam quasi possessionē transferentis, vt latè fuit firmatum *in d. S. Marci pensionis coram bo. me. Card. Sacrato* & in alijs sæpissimè.

Nec facit simile, quod sicuti hæredi scripto
11 in testamento competit immissio docto solummodo de possessione defuncti absque eo, quod doceat de suo iure & dominio *l. fin. C. de edic. diu. Adr. toll.* ità debet dari immissio translatario docto solummodo de possessione transferentis, quia licet litteræ Apostolicæ habeant executionem paratam ad instar remedij *d. l. fin.*
12 hoc tamen intelligitur quatenus sint iustificatæ, quia literæ Apostolicæ semper censentur
13 habere clausulam quatenus prout veritate nitantur *c. 2. de rescript. l. fin. C. de diu. rescript. Mohed. dec. 35. de renunciat. Caputaq. dec. 128. par. 1.* & gra-
14 tia non iustificata censetur subreptitia, nec meretur executionem, aut etiam nomen gratiæ *c. 1. & ibi DD. de lit. contest. in 6. Dec. conf. 142. n. 6. & fuit dictū in Camerinen. Pensionis 21. May 1607. coram bo. me. Card. Sacr.*

Non obstat, quod obligatio Caroli, qui consensit pensioni, transit etiam in D. Abbatem successorem dicti Caroli, quia dicta obligatio
15 transit quantum ad effectum validitatis pensionis, ità vt non possit dici reseruata pensio sine consensu Titularis, sed non ad effectum releuandi translatarios ab onere iustificandi, adhuc enim effectum sufficit, quod agatur contra eum, qui non consensit pensioni, vt perpetuo tenuit, Rota, vt apparet *ex supra alleg. dec. & alijs in illis relatis.*

Non obstat motus proprius S. mem. Greg. XV. quia in eo nihil disponitur, quod translatarij non teneantur iustificare gratiam transferentis, sed solum continetur facultas transferendi concessa D. Archiepiscopo & translatio ab eo facta etiam quod non fuerit in dicta facultate facta sufficiens mentio, quod Beneficium super quo erat imposita pensio esset iuris patronatus nobilium; vndè de vno ad aliud non potest fieri illatio, & si Papa voluisset sup-
16 plere defectum iuris in transferente debuisset hoc exprimere, nec sufficiunt ad istum effectum verba generalia a scribentibus pro translatarijs ponderata.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE GRIPTIS.

Lunæ 26. May 1625.

ARGVMENTVM.

Renunciatio ex causa, & Iuri quærendo quando requirat solemnitates requisitas in donationibus.

SVMMARIVM

1 *Renunciatio ob causam non est facienda cum solemnitatibus requisitis à statuto in donationibus.*
2 *Verba concepta per negatiuam vniuersalem* nulla, *comprehendit omnes.*
3 *Dos promissa per Administratorem censetur promissa de bonis administratis.*
4 *Renunciatio facta in recompensam, si non æquiualet bonis renunciatis, habetur pro pura, & subiacet statuto de donationibus.*
5 *Renunciatio Iuri quærendo de futuro non indiget solemnitatibus.*
Declara non procedere quando spes est certa radicata in causa de præsenti num. 6.
7 *Legitima non detrahitur ex legato particulari limita nisi adsint alia bona num. 8.*

DECISIO DLXXIV.

DOMINI steterunt *in decis. 15. Nouembris præteriti*, ex rationibus tunc deductis, quibus non videbatur obstare, quod renunciatio, de qua agitur, non fuit simplex renunciatio, sed renunciatio ob causam, nempè ob scut. 50. promissa Claudiæ pro dote, & 200. pro Acconcio, ac scut. 30. annua durante vita ipsius

1 Claudiæ, nec propterea subiacet dicta renunciatio solemnitatibus adhibendis in donatione quia censetur potius remuneratio *Alex. cons. 107.num.10.& 14. l.7. Clar.in §. donatio quæst. 16. numer.5.& quæst.18.sub num.1.vers, contraria autem &c.cum alijs adductis in vna Signina Castrorum 24. Ianuarij 1622.coram me, & in eadem 13.Nouembris 1623.coram R.D.meo Decano.*

Fuit enim responsum, quod quid quid sit, an dictum obiectum locum habere possit etiam in terminis *Sacr.Conc. Trid.* quod loquitur per
2 verba concepta per negatiuam vniuersalem, ibi *nulla* renunciatio atque ità comprehendere videtur omnes renunciationes, cessat in casu isto difficultas, quia ex lectura instrumenti dictę renunciationis apparet, quod dicta dos, & Acconcium fuit promissum dictæ Claudiæ per Flaminiam Matrem, & curatricem, & legitimam administratricem bonorum dictæ Clau-
3 diæ, vndè præsumitur dicta dos promissa ex bonis administratis, non verò ex bonis Flamminiæ *l.cum post mortem,& ibi DD.ff.de administr, & percep.Tut.glos.in l.fin.in verb. paternum officium Menoch.de arbitr. casu 88. numer.46. & seqq.& fuit dictum in Romana de Cincijs 5. Iunij 1604.coram Illustriss.Card.Millino,*& per consequens remanet dicta renunciatio simplex donatio, quia Claudia nihil recepit in recompensam bonorum donatorum, aut saltem d. recompensa, si quam
4 habuit, non æquiualet bonis donatis, quo casu renunciatio habetur pro pura donatione, & subiacet solemnitatibus adhibēdis in donationibus *Gabr.de donat.concl.1. num.68. Card.Seraph. dec.416.num.20.& 31.cum alijs per Sanchez. qui loquitur in terminis dicti Sacr.Conc.in opusc.moral.p.2. l.1.c.5.num.32.*

5 Nec obstat, quod videatur tantum renunciasse dicta Claudia iuri quærendo de futuro, quia renunciauit, vt legitur in dicto instrumēto omnibus bonis mobilibus, & stabilibus, iuribus, & actionibus Patris, & Matris, Aui, & Auunculi cum verbis, & clausulis amplissimis, & certum, est quod Auus, & Auunculus tempore dictæ renuntiationis erant mortui, atque ità apparet, renunciasse iuribus etiam quęsitis, vltra quod quo ad bona paterna, in quibus mater fuit relicta vsu fructuaria, spes erat plus quā
6 certa, & eradicata in causa de præsenti ex testamento paterno, quod sufficit ad effectum, vt sint adhibendæ dictæ solemnitates.

Non obstat exceptio detractionis legitimæ,
7 quia vt in alia decisi fuit dictum, agitur de legato particulari, à quo non detrahitur legitima *Bald.in rubr.de rerum divis.col.1. & in leg.potest de leg.1.Natt.cons.199.num.6.& cons.238.numer.5. cum alijs per Peregr.de fideicom. art.4. num.34.* nec
8 intrat hoc casu limitatio, quod dicta conclusio locum non habet, quando non extant alia bona, quia non est verum, quod alia bona non extent, & non probatur, quod ea, quæ extant sint Emphyteutica, & subiecta deuolutioni, quin etiam pluraque ex alijs bonis possidentur ab eodemmet Francisco, cui debetur legitima & prætensio Monasterij est restricta ad medietatem domorum tantum, quarum aliam medietatem possidet dictus Franciscus, & in dictam tantum medietatem petit immitti; sicq; aliam medietatem computare debet Franciscus in dictam legitimam, nec constat, quod ea non sufficiat pro integra legitima &c.

METEN. CANONICATVS.

Merc. 28. Maij 1625.

ARGVMENTVM.

Pendet à Summario

SVMMARIVM.

1 *Possessio instrumentalis sufficit ad manutentionem.*
2 *Breue cum clausula constito &c. debet prius iustificari dicta clausula antequam exequatur.*
3 *Præsertim contra prouisum ab Ordinario possidentem.*
4 *Et procedens vigore talis Breuis dicta clausula non iustificata nulliter procedit, & non priuat possessione.*
5 *Notariatus ad effectum reseruationis beneficij non sufficit probari per famam, vt quis fuerit tentus, & habitus pro tali, sed requiritur plena & concludens probatio.*

DECISIO. DLXXV.

FVIT dictum, Claudio esse dandum mandatum de manutenendo; quia de illius possessione constat ex instrumento adeptæ possessionis Capitulariter, quæ instrumentalis
1 possessio sufficit ad effectum manutentionis *ad l.prædia, vbi Bart. Alex. & alij ff. de acquir. possess. Menoch.de retinen.rem.3.num.573.Put.dec.360.n.8. l.1. Rot.dec.66.num.1.par.1.in recent.*

Non obstat, quod Claudius fuit dicta possessione priuatus vigore Breuis de capienda possessione nomine Cameræ; quia in d. Breui erat inserta clausula *cōstito, quod Antonius esset Sedis A-*
2 *postolicæ Notarius*, vndè in primis debuisset iustificari dicta clausula, & quidē plenè, & concludenter *Dec.in rubr.de probat.num. 154. & ibid. Felin. num.33.Bald.in l.in bona fidei num. 28. vers. vnum restat &c. & ibi Salic.pariter numer.28. C.de reb cred.* quia in ea erat fundatum dictum Breue ad latè *trad.per Gonzal.super reg.8. in proem. §. 7. num.21. & seqq.& fuit dictum in Vicen.Beneficij, S. Martini 22.Februarij 1600. coram bo. me. Card. Pamph.& in Elnen.Beneficij 11.Decembris 1614.coram R.D.meo Seleucien.* præsertim quia agebatur
3 contra prouisum ab Ordinario, & existentem in possessione, vt fuit dictum *in Giennen. Canonicatus,& Præbendæ 11.Maij 1585.coram Robusterio, & in Burgen. Abbatia de Salas 20. Nouembris 1620.cor. R.P.D. meo Vbaldo* Et cum fuerit pro-
4 cessum dicta clausula non iustificata, fuit nulliter, & iniustè processum, & per consequens nec dictus Claudius fuit sua quasi possessione priuatus *l.improba, & ibi DD.C.de acquir.possess.Rot. dec.802.num 7.par.1.diuers. & fuit dictum in Anconitana bonorum 15.Maij 1615. coram me.*

Non obstant testes deponentes, quod dictus Antonius esset Notarius Sedis Apostolicæ, quia nihil penitus concludunt, dicunt enim tan-

tantummodo, quod Antonius habitus fuit ex
numero Notariorum creatorum à *bo.me.Card.*
Lotharingio, quod non sufficit ad probandum;
quod rè verà esset talis, cum neque etiam ad
hunc effectum sufficeret probatio per publi-
5 cam vocem, & famam, hoc est quod publicè
fuerit tentus & habitus pro tali *Gonz. ad reg. 8.*
glos. 11.nu.100.& seq.& fuit dictum in dicta Burgen.
Abbatia de Salas coram R.P.D.meo Vbaldo, sed re-
quiritur plena, & concludens probatio, cum
sit fundamentum reseruationis *Put.dec.266.n.3*
& 4. l.3.Rot.dec.46.num.3.& 4.part.2.diuersor.&
fuit dictum in Leodien. Cappellania 1.Iuly 1619.co-
ram R.P.D.meo Vbaldo &c.

LVNEN. SARZANEN. IVRISPATRONATVS.

Merc. 28. Maij 1625.

ARGVMENTO

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Confessio extraiudicialis de aequitate canonica probat.*
2 *Licet emanauerit in acta nullo.*
3 *Sequestratario deputato à Iudice nulla debetur merces.*

DECISIO DLXXVI.

PRO Laurentio informatione fuit resolu-
tum, constare de sufficienti liquidatione
fructuum beneficij, de quo agitur, cum illa
fuerit ab Alexandro, & Hieronymo de Lau-
rentijs aduersarijs facta cum Philippo Seque-
stratario sub die 22. Augusti 1620. pro fructi-
bus eo vsque decursis in lib. 4922. & solidum
vnum Mediolani monetæ Pontremuli, vt ap-
paret ex instrumento, quod datur in summario
Laurentij *nu.1.* qua confessione stante maximè
interpartes informatas cum subsequuta solu-
tione nulla maior probatio potest super dicta
1 liquidatione exoptari, quæ licet sit extra iudi-
cialis, tamen de æquitate Canonica plenè pro-
bat, vt de communi testatur *Gabr.in tit.de confes.*
conclus.1.num.47.& seq. Rot.dec.158.num.11.par.1
in recentior.& coram S.mem.Greg.XV.dec.48.nu.2.
& fuit dictum in Lunen. Abbatia & in Pacca. dimi-
dia portionis 22. Aprilis 1627. coram R. P. D. meo
Buratto etiam quod emanauerit in actu nullo,
2 & inutili *Rot.dec.116.num.2. part.1.in recent.*

Quod autem attinet ad Philippum Seque-
stratarium, cui dictus Alexander, & Hierony-
mus ratione mercedis laborum, quos in exi-
gendo dictos fructus substinuerat, soluerũt lib.
4551. DD. censuerunt, dictas libras esse quoque
dicto Laurentio restituendas, cum dictus Phi-
3 lippus fuerit sequestratarius à Rota deputatus
cui propterea nulla merces debetur, quicquid
sit, si allas fuisset deputatus ab ipsis partibus
iux. doctrinam *Angel. in l.interesse nu.2. ff.de acqu.*
poss.& ibi Imolen.num.2.& Rom.num.6. Arct.sub n.1
in fin. &c.

VLIXBONEN. MONASTERII.

Luna 12. Iunij 1625

DECISIO DLXXVII.

Impressa in Recent.decis. 456. par. 4.tom. 2.repetit. post
Gallerat.de Renunciat. dec.31. & post Tambaria. de
Iur. Abbatum dec.81.

CAMARINEN. EXPENSARVM.

Ven. 6. Iunij 1625.

ARGVMENTVM.

De Sanatione Examinis facti extra terminum, &
quando sit locus arbitrio.

SVMMARIVM.

1 *Examen factum extra terminum concessum à Iudice*
de rigore est nullum.
2 *Clausula* Arbitrio Rotæ *relaxat aliquantum Iuris*
rigorem.
3 *Examini extra terminum pars dicitur consentire dan-*
do interrogatoria, & est locus arbitrio pro sanatione
4 *Examen testium facta absque citatione ad videndum*
iurare testes, valet quando Iudex monuit pro singu-
lis diebus, & horis.
5 *Ad Examen conducere Interpretem viget solum in*
Curia, in partibus verò toleratur, sed non est ne-
cessarium.
6 *Subreptionis oppositio in Commissionibus in Curia*
non admittitur propter facilem aditũ ad Principem.

DECISIO DLXXVIII.

FVit dictum, intrare arbitrium pro sanatio-
ne examinis Testium, quia licet Testes
fuerint examinati extra terminum præfixum à
1 Iudice, atque ideo attento iuris rigore dictum
examen sit nullum, cum tamen clausula *Arbi-*
2 *trio Rotæ* relaxet aliquantum iuris rigorem, &
pars consensit dicto examini dando extra ter-
3 minum interrogatoria, intrat dictũ Arbitrium,
vt per *Put. decis. 300. l.3. in nou.* quam passim
Rota sequitur, vt *in decis.587. & 680, & decis.716.*
num.4. & 5. par.2. in recent. & decis. 400. num. 1.
coram Sanc. mem. Greg. XV. & ibi late Adden. n.4.

Non obstat defectus citationis ad videndum
4 iurare testes quia Iudex monuit partes prò sin-
gulis diebus, & horis, quod sufficit, & de stylo
Curiæ toleratur, durante termino probationis
Cas. de Grassis. dec.9.n.5.de sent. & re iudic. & fuit
dictum *in Ianuen. Pecuniaria coràm R.P.D. meo*
Vbaldo quæ est decis.193.num.6.par.1, in recent.

Non obstat, quod pars Christophori decla-
rauit in actu exhibitionis interrogatoriorum,
quod volebat conducere interpretem, & ni-
hilominus eo non expectato fuit processum ad
5 examen, quia stylus adhibendi interpretem
viget in curia tantum; in partibus vero licet
aliquando toleretur non est tamen necessariũ
Scacc. de iudic. l. 108. n. 425. & *fuit dictum in To-*
letana hæreditatis 6. Iunij 1618. cor.bo. me. Andrea.

Non obstat, quod commissio sanatoria di-
6 citur subreptitia quia in Curia non admittitur
ista oppositio propter facilẽ aditum ad Prin-
cipem &c. *Rot. coràm Reuerendiss. D. meo Deca-*
no decis.74.in fin.& cor.S.me.Greg.XV.dec.435.n.5.

VOLATERRANA CENSVS

Lunæ 9. Iunij 1625.

ARGVMENTVM.

Est superfluum.

SVMMARIVM.

1 *Quod Transactio non dicit, nec nos dicere debemus.*

2 *Quod semel placuit amplius displicere non potest.*

3 *Possidens domum tenetur ad extinctionem census.*

DECISIO DLXXIX.

DOMINI steterunt in decisis 17. *Iunij anni præteriti*, nam vt sæpè dictum est in transactione, de qua agitur, Gregorius conuenit cũ Tullio, qui onus census Sc. 2. mill. subierat contemplatione dicti Gregorij, quod acciperet ab eodem Gregorio domum magnam, eamque retineret per quinque annos, & ex pensionibus dictę domus solueret fructus dicti census, & in eadem transactione subditur, *Che in fine di detti 5. anni sia in arbitrio, e facoltà di Gregorio di ripigliar la casa, & estinguere il detto Censo, ò estinto che fosse da Tullio, rimborsar il denaro à detto Tullio, ò vero far l'instromento di vendita di detta casa à esso Tullio, in tal caso sia tenuto ò sborsare à Gregorio Sc. 700.* in quibus pretium domus excedit pretium dicti census.

Vnde apparet, rectè fuisse firmatum in dicta decisione, non potuisse Tullium cogi ad emendam dictam domum, & ad soluendum Gregorio dicta Sc. 700. sed potius eundem Gregorium cogendum esse ad extinguendum censũ, nam licet fuerit in dicta transactione positum arbitrio Gregorij, quod vel solueret Tullio pretium dicti census, vel eidem faceret instrumentum venditionis domus, & eo casu teneretur Tullius soluere Sc. 700. tamen dicta trãsactio, vt ex verbis supra relatis apparet, restricta est in hac parte ad certum casum, quando scilicet census fuisset extinctus à Tullio, qui casus cum non euenerit, quia scilicet Tullius non extinxit dictum censum, cessat electio, vltra quod nec adsunt verba obligatoria Tullij, ità vt possit dici obligatus ad emendam domũ sed verus, & germanus sensus verborum, quibus conceptum legitur dictum pactum est, vt quatenus fuisset extinctus census per Tullium esset in arbitrio Gregorij restituere pretium, vel domum vendere, seu insolutum dare Tullio, ità vt nec eo casu posset cogi Gregorius ad vendendam domum Tullio, sed teneretur alterutrum ex prędictis facere, vel pretium restituere, vel instrumentum venditionis facere, ex quo certè inferri non potest aliqua obligatio Tullij emendi domum, & præsertim quia census non fuit ab eo extinctus, & sic casus de quo in dicto pacto non euenit.

Non obstat, quod videatur etiam data eadem electio Gregorio, quando census non fuisset extinctus à Tullio, quia in transactione
1 hoc nõ dicitur, & quod trãsactio non dicit, nec
nos dicere debemus *l. si vero §. de viro ff. sol. matr. l. fideiussores magistratus ff. de fideiuss. Surd. cons. 123. n. 35. Becc. cons. 39. n. 5. l. 1. Bald. cons. 298. num. 6. in fin. l. 1.*

Nec valet argumentum desumptum ex quodam alio pacto in eadem transactione apposito, quia dictum pactum nihil penitus commune habet cum isto, in eo enim fuerunt assignatæ Tullio certæ terræ in solutum pro pecunijs per eum solutis pro Gregorio cum pacto redimendi infra quinquennium, quibus elapsis idem Gregorius promisit facere instrumentũ venditionis; in isto autem pacto non fuit data Tullio in solutum domus, de qua agitur, sed fuit tantum eidem assignata pro sui securitate, vt ex pensionibus dictæ domus solueret fructus census perdictos quinque annos, vndè nõ potest cogi ad restituendam domum, & de proprio extinguere censum, prout tenetur retinere terras pro pecunijs per eum solutis, cum eas semel receperit in solutum pro dictis pecu-
2 nijs, nec propterea quod semel placuit, amplius
eidem displicere possit *c. quod semel de reg. iur. in 6 glos. in §. religiosum in vers. consentiente instit. de rer. diuis. Bart. in l. dir... ff. de aqua pluu. arc.*

Et ex his patet responsio ad omnia pro Gregorio deducta, illa enim procederent, si fuisset dicta domus data in solutum Tullio pro dicto censu, vel legeretur pactum expressum, quod illam teneretur recipere in solutum pro dicto censu, quorum tamen neutrum subsistit, vt ex verbis supra relatis apparet.

Quin etiam constat Gregorium finito quinquennio domum recepisse iuxtà pactum in eadem met transactione appositum, quod posset in fine quinquennij domum recipere, & censum extinguere, atque ità frustra nititur eruere intellectum, quem vellet ex dicta transactione, sed potius contentus esse debet electione
3 semel facta, & cum domum retineat, tenetur
etiam censum extinguere, vt dictum pactum adimpleat *l. conuentionum. & ibi late D D. C. de pact. Dec in l. debitori num. 14. c. eodem Tit. Socc. cons. 86. num. 9. l. 4.*

ALBANEN. VINEÆ

Vener. 13. Iuny 1625.

ARGVMENTVM.

Pendet à Summario.

SVMMARIO.

1 *Manutentio est danda possidenti.*

2 *Possessio titulata præfertur possessioni Iure familiaritatis, & est manutenenda.*

3 *Res empta ex pecunijs Vxoris per Maritum acquiritur Marito, & hæredibus.*

DE-

DECISIO DLXXX.

DICTVM fuit, Io: Mariæ dandum esse mandatum de manutenendo in Vinea Superiori, quià de eius possessione constat ex depositionibus plurium testium, quorum copia datur *Summar.* dicti Io: Mariæ *num.4.* dicentium, quod dictus Io: Maria statim defuncto Pirro eius Patruo, vti hæres ipsius Pirri accepit possessionem dictæ Vineæ, quodque fuit recognitus à Colonis in Dominum, & quod fructus eiusdem Vineæ recollegit, & primus quidem ex dictis Testibus testatur se fuisse præsentem, quando fuit capta possessio à dicto Io: Maria,& dictorum Testium depositio coadiuuatur ex instrumento locationis factæ dictę Vineæ per eumdem Io:Mariã *dicto Summar.n.5.* vt ex alijs instrumentis acquisitionum dictæ Vineæ factarum per Pirrum, vnde non potest
1 denegari dicto Io: Mariæ manutentio vulgar. *§.retinendæ vbi DD.instit de interd. l.1. §. huius autem,& ibi Bart.in prin.& in §.quod ait Prætor n.14. ff.vti possidetis Conar.prac.q.c.17.*

Non obstat possessio Angelæ, quià vel dicta possessio quoad Vineam superiorem non est probata, & testes de dicta possessione deponentes intelligi debent de Vinea inferiori non autem de superiori,de qua agitur,vel quatenus aliqui ex dictis testibus deponant, etiam
2 de ista superiori præferri debet possessio Io: Mariæ, quià ista est titulata, & prætensa possessio Angelæ viuente Pirro fuit iure familiaritatis, nec propterea attendenda *Ang.in l.assiduus sub num.1.circa medium vers.in text.vbi mulier possidet C.qui pot. in pig.hab. Alex.in l.qui iure familiaritatis sub num.5.vers.per hoc tamen ff.de acquir.poss. Castr.cons.179.num.4.vers.item non obstat l.1.Ruin. cons.34.n.12.& seq.l.1. Gratian. qui plures eum vlat. discept.foren.c.450.n.1.& seqq.Rot.dec.239.sub n. 4. coram R.D.meo Decano.*

Non obstat, quod imò ex quodam libro manu eiusdem Pirri conscripto apparet dictam Vineam fuisse emptam ex pecunijs Angelæ, licet fuerit empta nomine Pirri, quia erit altioris indaginis videre, an dictus liber probet acquisitionem Vineæ superioris ex pecunijs dictæ Angelę,& in omnem euentum dominium
3 dictæ Vineæ licet emptæ ex pecunijs Angelæ fuisset quæsitum Pirro,suis que hæredibus *l.1. & l.penult.& seq. t.si quis alt. vel sibi l. si patruus C. comm.vtriusque iud. Bald.cons.63.num.1. l.50. Rom. cons.3.n.1.vers.1.quia,& cons.291.n.6.Roll.cons.90. sub num.22.l.2.Rot.dec.152.nu.4.coram Sanct.mem. Gregorio XV.*& sic possessio Io:Mariæ est in hoc casu præferenda dictæ prætensæ possessioni Angelæ quo ad dictam Vineam superiorem,vt dictum est.



ROMANA EMOLVMENTORVM

Lunæ 16. Iunij 1625.

DECISIO DLXXXI.

Impressa apud Postium de Manut. decis. 656. & videatur in eadem causa decis. 352. par. 11. recent. vbi num.15.ista decisio declaratur.

MELITEN. NAVIS

Veneris 20. Iunij 1625.

ARGVMENTO

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Possessio facit præsumere dominium in Iudicio rei vendicationis contra violentum spoliatorem.*
2 *Testibus famulis Partis tamquam suspectis non creditur.*
3 *Testes infideles contra Christianos non probant.*
4 *Confessio facta in tormentis censetur metu extorta, & non attenditur.*

DECISIO DLXXXII.

FVIT resolutum pro Emanuele informante sententiam A.C. quę condemnat fratrem Raymundum Equitem Hierosolymitanum ad restituendam dicto Emanueli Nauim cum omnibus in ea contentis,siue illorum valorem iuxta Inuentarium confectum per Notarium Armamentorum,de qua fuerat à dicto Fratre Raymundo Piratice, & violenter spoliatus esse confirmandam,cum dicta sententia sit valida, & iusta.

Et quo ad validitatem illa non potest controuerti, cum fuerint seruata omnia requisita ad effectum dictæ Validitatis necessaria.

De Iustitia vero constat, quia non solum probatur possessio Emanuelis dictæ Nauis,neque ea controuertitur, quod sufficit ad effectũ, vt locus sit dictæ restitutioni, quia scilicet agitur contra violentum spoliatorem, quo casu etiam in iudicio rei vendicationis, & quando dominium principaliter deducitur, sufficit sola
1 possessio, & ex ea præsumitur in odium violenti spoliatoris dominium *l. si quis emptionis §. sed hęc, & ibi DD.C.de præscript.30. vel 40.annorũ Bart.in l.pen.num.3 ff.de condit.instit.Salic. in l. cum res n.8.c.de probat.*

Verum etiam constat de dominio Emanuelis dictæ Nauis ex testibus, qui deponunt dictum Emanuelem emisse dictã Nauim à quodam Hagumemet Mauro, vnde rectè fuit eidem decreta dicta restitutio:

Non obstant testes inducti pro parte dicti Fratris Raymundi,qui conantur probare, quod dicta Nauis non erat dicti Emanuelis, sed di-

cti Hagumemet Mauri, qui cum esset Turca licitè potuerunt illius bona occupari, tanquam bona Infidelis, quia dicti Testes nullam merentur fidem, & præsertim in concursu cum Testibus ad fauorem Emanuelis, cum aliqui eorum sint dicti Fratris Raymūdi famuli, qui-
2 bus propterea tanquam suspectis non creditur *Innoc. in cap litteris de Testibus Corn. conf. 70. num. 12. l. 1.*
3 Alij vero infideles, quorum depositionibus contra Christianum nulla fides adhibetur *c. si hæreticus 2. quæst. 7. Rot. coram San. mem. Gregor. XV. decis. 510. n. 8.*

Non obstat confessio propria Emanuelis, quod dicta Nauis erat dicti Hagumemet, quia illa emanauit dum esset in fortijs Piratæ, & dū detinebatur in compedibus varijs tormentis cruciatus, vt apparet ex processu fol. 13. 17. & 19. atque ità tanquam facta in tormentis cen-
4 setur metu extorta, quæ propterea non attenditur *l. qui in carcerem, & ibi DD. ff. quod met. caus. Soccin. Iun. conf. 77. n. 18. l. 1. Natt. conf. 451. nu. 1. & seqq. l. 2. & fuit dictum in Romana repetionis indebiti 25. Iunij 1510. coram R. P. D. Pirouano.*

SPOLETANA DOTIS

Luna 23. Iunij 1625.

ARGVMENTVM

Sumas ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Vis executiua, quæ competit contra obligatum, competit contra suscipientem in se obligationem.*
2 *Solutio promissa sub conditione, illa purificata est facienda.*
3 *Promissio pro debito necessario tenet etiam sine solemnitatibus.*
4 *Contractus non potest pro parte sibi utili approbare, & pro damnoso impugnari.*

DECISIO DLXXXIII.

OBIIT Baldus Antonius, nullo relicto Filio legitimo, & naturali, eique ab intestato successit Abundantia Atronia Monialis germana Soror dicti Baldi, quæ cum licentia Generalis, ac de consensu Capituli Canonicorum Lateranen. promisit sub obligatione in forma R. C. A. soluere Catherinæ filiæ naturali dicti Baldi, & ex bonis ipsius Sc. 1000. pro sua dote, deinde donauit omnia bona hæreditaria Iuliano Martano, qui suscepit in se onus soluendi dicta Sc. 1000. in terminis, & modis expressis in dicto instrumento promissionis factæ per Abundantiam, vndè dedi dubium an dictæ Catherinæ debeantur dicta Sc. 1000. ità vt pro eis sit relaxandum mandatum, & DD. censuerunt deberi, atque pro eis esse relaxandum mandatum, constat enim per publica instrumenta de promissione facta, vt dictum est per dictam Abundantiam Monialem ad fauorem Catharinæ, ac de obligatione Iuliani soluendi dicta Sc. mill. in terminis, & modis expressis in dicto instrumento promissionis Abundantię, sicque dubitari non potest, quin Iulianus teneatur soluere dicta Sc. mill. eodem modo, quo fuerunt promissa per Abundantiā, ità vt sicuti Abundantia potuisset conueniri via
1 executiua vigore dictæ obligationis in forma Cameræ, ità, & pariter possit eodem modo conueniri Iulianus *l. si quis pro eo §. si nummos, & l. si à colono §. fin. & vtrobique DD. ff. de fideiuss. l. centū capua ff. de eo quod cert. loc. Alex. conf. 34. num. 5. l. 2. Aym. conf. 45. num. 6. Rot. decis. 641. num. 15. par. 1. diuers.*

Non obstat, quod dicta Sc. mill. solui debeāt tempore consummationis matrimonij contrahendi inter dictam Catherinam, & Equitem Darium Marinum, quia constat etiam hanc
2 conditionem fuisse purificatam ex iuribus, & testibus pro dicta Catherina productis, ex quibus apparet fuisse inter dictam Catherinam, & Equitem Darium contractum, & consūmatum matrimonium, & ex ipsis genitum filium masculum, & fœminam, qui semper tenti, & habiti fuerunt publicè, & palam pro filiis legitimis, & naturalibus dicti Darij, & Catherinæ vt latius dicti testes deponunt.

Non obstat, quod obligatio Abundantiæ fuit nulla, quia preterquam, quod fuit facta de licentia Generalis, & Canonicorum Lateranen., & Catherinæ debebantur ex hæreditate Baldi patris, vel alimenta, vel dos, atque ità dicta Abundantia promisit soluere debitum necessarium, quo casu tenet promissio, etiam
3 sine solemnitatibus facta, non potest etiam dictus Iulianus frui beneficio donationis cum hac conditione sibi factæ soluendi dicta Scut. 1000. & sub pretextu dictæ nullitatis dictam solutionem effugere, sed quatenus velit bona donata retinere, tenetur etiam dictam conditionem iuxta promissionem factam adimplere, & sentire incommodum ex contractu, ex quo vult sentire commodum, non enim potest
4 quis approbare contractum ad sui vtilitatem, & illum reprobare quo ad eius damnum *l. si ità stipulatio in fin. §. de oper. libert. Bald. & Ang. in l. plarum §. si duobus ff. de leg. 1 Bart. in l. Seio ff. de ann. leg. Castr. in l. omnes populi in fin. ff. de iust. & iur. Bald. conf. 32. & 34. num. 1. vol. 2. cum alijs per Tiraq. de retract. in fin. n. 4. & seqq.*

ROMANA PALATII

Veneris 27. Iunij 1625.

ARGVMENTVM.

Solutio promissa sub certa conditione, illa non adimpleta, non est facienda, nec inducitur præsumptio solutionis ex præscriptione, nisi constet de implemento conditionis, fructuum taxatio in qua Summa subsliuncatur.

SVM-

SVMMARIVM:

1 *Immissio in Saluiano non datur non constito de Credito.*

2 *Instrumentum, in quo aliquid est implendum non potest exequi non docto de implemento, & nu. 3.*

4 *Obligatio de soluendo fructus ob non solutionem sortis si de illius solutione non constet est exequenda.*

5 *Præsumptio solutionis ex præscriptione inducta non intrat, quando solutio erat facienda adimpleta conditione, de cuius adimplemento non constat.*

6 *Coniecturæ non releuantes non admittuntur.*

7 *Iactare suum nemo præsumitur.*

8 *Depositum non factum cum debitis requisitis non suffragatur.*

9 *Taxatio fructuum verisimilis, & proportionata etiam facta ab initio contractus substinetur.*

10 *Fructus stabilium solent taxari ad rationem quinque pro centenario.*

DECISIO DLXXXIV.

FVIT dictum, non esse dandam immissionem pro sorte principali, sed esse dandam pro fructibus, nisi obstet præscriptio statutaria quoad fructus decursos per decem annos ante litem.

Nam quoad sortem non videbatur danda immissio, quia non constat de credito, quoad dictam sortem, & sic deficit primum requisi-
1 tum ad effectum obtinendi in Saluiano. Quod autem non constet de credito patet, quia ex instrumento, quod ad probandum dictum creditum producitur, apparet Buccamatios em-
2 ptores domus promisisse soluere dictam sortē Petro authori Franciscæ, quando, & postquam Petrus cautionem de euictione præstiterit dictis emptoribus, vndè donec doceatur dictam cautionem fuisse præstitam, non possunt dicti emptores, seu habentes causam ab ipsis cogi ad soluendam dictam sortem, nec per consequens constat, vt dictum est de credito.

Nec obstat, quod à die venditionis dictæ domus lapsi sunt anni 40. & 50. quod est sufficiens spatium ad præscribendum quamcumque hypothecam, & obligationem itá, vt frustra amplius petatur dicta cautio, quia huic motiuo fuit etiam in alijs decisionibus satisfactum, in quibus dicitur, quod quidquid sit, an sit sufficienter cautum Emptoribus absque alia cautione, certum est, quod cum ipsi non promiserint pretium, nisi sub dicta conditione, opus omnino est, vt quatenus velint creditores ex dicto instrumento agere doceant de dictæ cō-
3 ditionis existentia, alias non possunt dicto instrumento iunari ad *l. Iulianus §. offerri ff. de act. empt. Rot. d. 33. nu. 1. & seq. p. 1. in recent. cum alijs alleg. in decis. 14. Aprilis præteriti in hac causa facta.*

Quo vero ad fructus danda videbatur immissio, quia constat de vtroque extremo, de credito scilicet cum hypotheca, & de possessione Monasterii. Et quoad possessionem Monasterij ea non controuertitur, quo vero ad creditum quo ad dictos fructus constat de eo ex dicto instrumento, quia ex illo apparet, Emptores promisisse sub obligatione Camerali soluere fructus ad rationem Scutorum quatuor pro centenario, pro rata pretij non soluti, vel depositi, itá quod cum non appareat dictum pretium fuisse solutum, vel depositum merito intret dicta obligatio, & hypotheca vi-
4 gore obligationis in forma Cameræ inducta *glos. in l. 2. in ver. repellere, & ibi Bart. nu. 9. C. de iur. emphit. Ias. in l. in illa stipulatione sub n. 15. vers. ista regula fallit ff. de verb. obligat. Natt. cons. 226. n. 3.*

Non obstat allegata præscriptio solutionis, ex lapsu annorum 40. & vltra à die venditionis, quia ad obiectum præscriptionis fuit in alia decisione responsum, & ex eadem responsione tollitur etiam dicta præsumptio solutionis, ex quo etiam, vt dictum est, non tenebantur Emptores soluere pretium ante præstitam cautio-
5 nem non potest esse locus præsumptioni, quod illud soluerint ante præstitam cautionem *Ang. cons. 127. in fin. cum alys adductis in vna Bonon. pecuniaria 2. May 1616. coram R.P.D. meo Vbaldo*: Et quod cautio fuerit præstita, non probatur nec admitteretur præsumptio, quod fuerit præstita, præsertim ad effectum præsumendi postea solutionem dicti pretij.

Nec aliquid faciunt coniecturæ adductæ ad præsumendum dictam solutionem, quia non
6 sunt tales, vt possint releuare ad præsumendū quod Emptores soluerint pretium ante præstitam cautionem, atque ita non debitum, præsertim cum sibi expresse cauerint, quod ad solutionem dicti pretij astringi non possint ante præstitam cautionem, & vrget regula, quod ne-
7 mo præsumitur iactare suum.

Non obstant Testes, qui conantur deponere dictum pretium fuisse depositum, quia vltra quod dicti Testes patiuntur plures exceptiones nihil etiam concludunt in dicto, nec concordant in summa, & non constat, quod pretium
8 depositum fuerit factum cum debitis requisitis, itá vt eo possint iuuari dicti Emptores, seu habentes causam ab eis iuxta trad. per *Bar. in l. si soluturus n. 5. ff. de solut. Bald. in l. acceptum n. 4. in fin. & ibi Castr. n. 12. C. de Vsur. Hypol. Riminal. cons. 666. n. 45. l. 6. Menoch de Arbitr. casu 232. n. 23. Rota decis. 350. n. 6. p. 2. in recent. & fuit dictum in Bonon. pecuniaria, seu literar. Cambij 17. Nouembris 1617. coram R.P.D. meo Vbaldo.*

Non obstat, quod taxatio dictorum fructuū ad rationem scutorum quatuor pro centenario facta ab initio videtur illicita, quia etiam
9 taxatio facta ab initio substinetur, quando illa est verisimilis, & proportionata, & apparet sūmam non fuisse excessiuam *Bald. in l. rogasti §. si tibi n. 7. vers. nisi probaretur, & ibi Purpurat. sub nu. 39. ff. si cert. pet. Dec. in c. cum venerabilis sub num. 3. vers. putarem tamen de except. Couar. variar. resol. l. 3. c. 1. sub n. 3. vers. 7. in fin. Cas. de Graff. decis. 2. n. 1. & 2. de vsur. Rot. dec. 331. n. 4. p. 1. in recent.*

In casu autem isto summa non fuit excessiua, cūm imo fructus bonorum stabilium so-
10 leant taxari etiam ad rationem quinque pro centenario *Menoch. præsumpt. 122. nu. 53. & seqq. Honded. cons. 30. n. 20. Rot. diu. dec. 116 p. 2. & decis. 552. n. 2. p. 1. in recent.*

Et itá, &c.

CAVAL-

CAVALLICEN. FIDEICOMMISSI

Veneris 27. Iunij 1625.

ARGVMENTVM

Est idem cum Summario.

SVMMARIVM.

1 *Debita fideicommittentis debent solui cum bonis alienari prohibitis, quæ tali casu alienantur.*
2 *Declara, quod si debita possunt persolui cum fructibus vnius anni, non sunt alienanda corpora.*

DECISIO DLXXXV.

TEXTATRIX prælegatis omnibus mobilibus, totaque suppellectili, & factis pluribus alijs legatis instituit sibi hæredem Clementiam cum onere fideicomissi ad fauorem primogenitorum mandans, quod deficiente prole tam masculina, quam fœminina erigeretur Collegium Scholarium per D. Episcopum, & Consules Ciuitatis, & secuta morte sua iussit confici inuentarium, illique stari.

Post obitum Testatricis fuit confectum inuentarium, & quia ex eo apparebat debita hæreditaria, & legata per eandem Testatricem facta, ac funeris impensam excedere summam Scut. 8. mill. fuit dubitatum, an possint alienari bona per dictam Testatricem vt suprà fideicommisso supposita ad effectum persoluendi dicta legata, & debita, & DD. censuerunt ea posse alienari, quia pro debitis fidei
1 committentis possunt alienari bona alienari prohibita *iux tex. in l. 1. ff. de fund. dotal. & in l. filius familias §. diui il 2. ff. de leg. 1. l. Pater filium ff. de leg. 3 l. petit. §. cum prædium ff. eodem l. alienationes ff. fam. ercis Mol. de primogen. hispan. l. 1. c. 10. n. 1.* est enim eo casu alienatio necessaria *dicta l. alienationes Ceph. consf. 13. n. 25. & consf. 47. n. 21. Socc. consf. 16. nu. 14. l. 3.* quæ non venit sub prohibitione alienationis *Pereg de fideicom art. 40. num. 18. circa fin.* & fuit dictum *coram S. me. Greg. XV. dec. 299. num. 3. & ibi adden n. 6.*

Nec obstat, quod dicta debita, & legata sunt persoluenda ex fructibus hæreditatis, quia quidquid esset dicendum, quando dicta legata, & debita possent persolui ex fructibus vnius anni, quo casu videtur facienda solutio ex fru-
2 ctibus, nec possunt alienari corpora hęreditaria ad trad. post alios per *Molin. de hispan. primog. dict. lib. 1. c. 19. n. 4. & l. 4. c. 6. num. 15.* cessat in casu isto difficultas, quia ex eodem inuentario facile conijcitur, quod fructus vnius anni minimè sufficiunt ad solutionem dictorum debitorum, & legatorum, quæ vt dictum est ascendunt ad summam Scutorum 8. mill. & vltra vnde rectè possunt alienari dicta bona, pro dictorum debitorum solutione *Peregr.* post alios supra allegationes *dicto art. 40. nu. 18. vers. in compluribus.*

Non obstat, quod alienatio bonorum fideicommisso subiectorum non est permissa etiã pro debito necessario, quando alia bona libera extant, quia ex serie testamenti supra relati apparet, nulla in hoc casu adesse bona libera, quia bona mobilia, & etiam fructus fuerunt Clementiæ hæredi prælegata, & alia omnia bona ipsius Testatricis dicto fideicõmisso supposita, ex quibus ità fuit resolutum vna parte informante in maximam alterius partis contumaciam, quæ sæpius citata non comparuit.

BONONIEN. BENEFICII

Veneris 22. Iunij. 1625.

ARGVMENTVM

Iurispatronatus probatio in personis suspectis de vsurpatione ex præscripto Sacr. Concil. Trident. qualiter debeat esse.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus per Communitatem licet paruam est probandum, vel per Instrumentum fundationis, & dotationis, vel per Immemorabilem, & præsentationes continuatas spatio 50. annorum, & effectum sortitas.*
2 *Et probatio debet esse per Instrumenta publica, nec valet per æquipollens.*
3 *Et debent concurrere copulatiuè, ità vt si deficiat immemorabilis, non suffragetur.*
4 *Nec sufficit centenaria.*
5 *Immemorabilis nõ potest probari per scripturas cuiuscumque temporis.*
6 Dec. 1141. Seraphin. *declaratur.*
7 Dec. 545. par. 1. diuers. *declaratur.*
8 *Immemorabilis dicitur probari per scripturas, si in illis enunciatur immemorabilis.*
9 *Immemorabilis probatur per enunciatiuas ad minus duas non habentes originem à personis suspectis.*
10 *Immemorabilis vis, & efficacia consistit in eo, quod nihil vnquam fuerit visum, vel auditum incontrarium.*

DECISIO DLXXXVI.

FVIT dictum non constare de iurepatronatus vniuersitatis Longariæ, quia dato etiã
1 quod dicta vniuersitas esset parua nihilominus cadit in ea presũptio vsurpationis adeoque docere tenetur de dicto iure, vel per Instrumentum fundationis, & dotationis, vel per testes deponentes de immemorabili cum suis requisitis, & per præsentationes continuatas spatio 50. annorum, & effectum sortitas de-
2 quibus etiam constare debet per publica documenta iuxta formam à *Sac. Conc. Trid.* præscriptam *Sess. 25. c. 9.* vt sępius tenuit *Rota*, & signanter *coram bo. me. Card. Mant. dec. 89. & dec. 234.* qui loquitur de vniuersitate parua, & *coram P. D. Decano dec. 25.* cum alijs relatis *in Hieracen. Iurisp. 17. Februarij 1617. coram R. P. D. meo Verospio, & in*

Caisgu-

Calaguritana Iurispatr. de Viana 9. Maij 1616. & 15 Nouembris 1621. coram me in quibus etiam dicitur, quod probatio *à Sac. Concil.* præscripta est formalis ità vt non possit adimpleri per æquipollens; Et in casu illo non constat de dicto pretenso iurepatronatus per instrumentum fundationis, & dotationis, nec per immemorabilem vna cum dictis continuatis præsentationibus.

Nec obstat, quod constat per publica instrumenta de præsentationibus dictæ Vniuersitatis continuatis ab anno 1458. vsque ad præsens, & sic per spatium plus quam centum, & sexaginta annorum, quia ad huc deficit probatio

3 immemorabilis requisita per Conc. vt dictum est, nec propterea probatio ex dictis præsentationibus desumpta potest in aliquo dictæ vniuersitati suffragari.

Non obstat, quod centenaria æquipollet Immemorabili, quia quidquid sit quo ad alios effectus, & in iurepatronatus priuatorum, in quibus ita probatur iuspatronatus per centenariam, ac per immemorabilem, fallit quan-

4 do requiritur immemorabilis pro forma, tunc enim illa probari debet per testes, quia imme-

5 morabilis non potest probari per scripturas cuiuscumque temporis vt per *Io. Andr. in c. 1. n. 4. vers. in glos. de præscript. in 6. Natt. cons. 636. n. 103 & seq. l. 3. cum alijs per Gabr. tit. de præscript. concl. 1. n. 89. Rot. coram S. mem. Gregorio XV. decis. 51. n. 4. & latè fuit dictum in Tullen. iurisdictionis 32. Martij 1596. coram bon. mem. Card. Pamph. & in dicta Hieracen Iurispatronatus 17. Februarij 1617. coram R. P. D. meo Verospio.*

6 Nec obstat *decis. Seraph.* 1141. quia in casu dictæ decisionis non constabat, quod illi, qui prætendebant iuspatronatus essent DD. Caliri ità vt in eis caderet præsumptio vsurpationis, & multa concurrebant ex quibus visum tunc fuit DD. probari iuspatronatus videlicet possessio trecētorū annorū, & sētētiæ ãtiquæ, quibus canonizabatur iuspatronatus, & plura alia adminicula, quæ in præsenti casu deficiunt.

7 Minus facit *decis. 545. p. 1. diuers.* quia ibi agebatur de iurepatronatus mixto scilicet personarum potentium, & non potentium, quo casu non requiritur probatio requisita *per Conc.* in potentibus *Menoch. l. 3. præsumpt. 90 n. 15. Rot. dec. 219. n. 2. p. 1. in recent.*

Neque, denique attendenda sunt alia in contrarium allegata, quia vel intelligi debent,

8 quod per scripturas probatur immemorabilis quatenus in illis enũciatur immemorabilis, vt post alios bene aduertit *Addens. ad dictam decis. S. mem. Greg. XV. si litera e.* vbi quod probatur immemorabilis per scripturas antiquissimas dũmodo in iis enuncietur immemorabilis, &

9 huiusmodi enunciatiuæ sint adminus duæ, & non habeant originem à personis suspectis vt fuit dictum in *Corduben Decimarum* 18. *Maij* 1618 *coram Reuerendiss. D. meo Decano*, & alias sæpissimè.

Vel certè non subsistunt, quia iuxta opinionem, quam Rota seruat, centenaria non æquipollet immemorabili, nec immemorabilis potest probari per scripturas, non enim probari potest per scripturas, quod nihil vnquam fuerit visum, vel auditum in contrarium, in quo

10 potissimum consistit vis, & efficacia immemorabilis, vt fuit dictum *in dicta Tullen. Iuris dict. 22. Martij 1696. coram bo. me. Card. Pamph. & in alijs relatis in dicta Hyeracen Iurispatr. coram R. P. D. Verospio.*

Non obstat declaratio Sacr. Congreg. Illustr. Interpretum Sacr. Conc. Trid. cuius copia data fuit, quia, vt ex eius lectura apparet, non est declaratio dictę Sacr. Congreg. Sed votum bo. me. Cardinalis Matthæi, quod ex supra deductis apparet esse erroneum, pro vt est erroneum etiam votum, ex quo fuit motus bo. me: Card. Paleottus ad approbandum iuspatronatus, de quo agitur, sic que nec eadem approbatio obesse potest libertati Ecclesiæ.

TOLETANA INDVLTI

Veneris 4. Iulij 1625.

ARGVMENTVM.

Identificatur cum Summario.

SVMMARIVM.

1 *Distributiones quotidianæ debentur tantum interessentibus, horis diuinis, de iure, & ex dispositione* Sac. Con. Trident.

2 *Absens ex indulto dicitur præsens ad effectum lucrandi fructus, qui distribuuntur certis diebus anni.*

3 *Secus ad effectum lucrandi distributiones, quæ quotidie distribuuntur inter præsentes.*

4 Garz. de benefic. par. 3. cap. 2. num. 351. & 353. *declaratur.*

DECISIO DLXXXVII.

DVBITATVM fuit, an D. Aluaro debeantur fructus, ac distributiones sui Canonicatus, & præbendæ à die, quo suscepit officium Coadministratoris, etiam quod Choro non inter fuerit, & DD. dixerunt, distributiones diurnas non deberi, de aliis vero mandarunt particulariter videri.

Nam quoad dictas distributiones, hoc est quæ singulis diebus distribuuntur inter interessentes horis diuinis, non videbantur deberi dicto D. Aluaro ante Indultum Apostolicum,

1 quia debentur tantum interessentibus horis diuinis, non solum de iure communi iuxta *tex. in c. 1. de Cleric. non resid. in 6. Paris. cons. 33. n. 2. & seq. l. 4. Card. Seraph. decis. 1311. n. 2.* sed etiam ex Constitutione *Sacr. Conc. Trid. sess. 24. c. 12. §. distribuentes, &c.* ac propterea non possunt deberi dicto D. Aluaro pro tempore, quo non interfuit dictis horis diuinis.

Non obstat, quod D. Aluarus ratione officii, quod habet reputatur pro præsente, vt fuit in aliis decisionibus in hac causa factis firmatũ, quia dictum officium, & seruitium, quod præstat Ecclesię, operatur quidem, vt habeatur pro

2 præsente, ad effectum lucrandi fructus, qui distribuun-

stribuuntur certis diebus anni, vt per *Paris.consf. 31.n.8.& nu.16.& seq.l.4.* non autem operatur, vt habeatur pro interessente, ad effectum lucrandi fructus, seu distributiones, quæ singulis
3 diebus distribuuntur inter interessentes *glos. in c.cum non deceat in verb.exceptis de elect.in6.Cassad. decis.vnica n.2.& seq.de Clerie.non resid. Rot. coram S.me. Greg.XV.dec.154.n.3.*
4 Non obstat *Modern.de benef.p.3.c.2. nn.351.& 353.* quia limitationes ibi per eum adductæ ad prædictam regulam non applicantur, quia non probatur consuetudo in contrarium, nec quod redditus consistat tantum in distributionibus diurnis, vndè standum est regulæ, quam etiam idemmet *Modernus* admittit, & pluribus confirmat *loc.cit.n.357.*

ROMANA VINEÆ

Veneris 4. Iulij 1625.

ARGVMENTVM.

Inest Summario.

SVMMARIVM.

1 *Contra Obligatum in forma Cameræ est relaxandum mandatum.*
2 *Canones non sunt soluendi à non possidente, nec vllos fructus percipiente.*
3 *Limita non procedere si fuerit reintegratus ad possessionem, & fuerint illi restituti fructus pro dicto tempore.*

DECISIO DLXXXVIII.

RESPONSVM fuit pro informante, Brunellum teneri soluere Canonem decem petiatum fodi pro eo tempore etiam quo dictum fodum, & Vineam retinuerunt DD. de Matthęis, ac pro dictis Canonibus esse relaxandum mandatum, quia dictus Brunellus reperitur ad solutionem dictorum Canonum obligatus per instrumentum obligatione Camerali vallatū,
1 vndè relaxari debet contra eum dictum mandatum *ad trad.per Castr. in l. post rem iud. ad fin.ff. de re iudic.cum alijs per Rot.dec.620. n.1. p.1.& dec. 686.p.2.in recent.& alibi sæpissimè.*

Non obstat, quod Brunellus pro tempore, quo fuit occupata Vinea, & fodum à DD. de Matthęis non possedit dictam Vineam, & fo-
2 dum, neque aliquos fructus ex eis percepit, atque ita non potest condemnari ad solutionem dictorum Canonum pro dicto tempore, quia possessionem Ciuilem dictæ Vineæ, & Sodi animo semper retinuit, & ad possessionem naturalem fuit reintegratus, eique fuerunt restituti omnes fructus ex dicta Vinea per dictos DD. de Matthęis perceptos, qui fuerunt liquidati in Sc.536. vndè non potest euitare solutio-
3 nem dictorum Canonum, etiam pro dicto tēpore *l.quæro.& ibi DD.ff.de vsufruct.leg.& in l.pēdentes §.si quid ff. de vsufr. Gratian. discept. for. c. 611.sub n.4.Rot.dec.686.sub n.5.p.2.in recent.& fuit dictum in Romana Restitutionis fructuum 23. Iunij 1603.coram R.Attrebaten.*

Non obstat, quod nisi Brunellus fuisset spoliatus sua possessione naturali, redegisset ad culturam dictum Sodum, atque ex eo aliquam vtilitatem percepisset, quod cum facere non potuerit culpa ipsorum DD.de Matthęis, non potest condemnari ad solutionem Canonum pro dicto sodo pro tempore, quo fuit impedirus illud redigere ad culturam, quia non constat, quod illud redegisset ad culturam, quin imò ex præcedentibus, & subsequentibus colligitur, quod nec tunc illud redegisset ad culturam, & sic eo minus videtur ista excusatio considerabilis ad effugiendam solutionem debiti clari, & liquidi, vigore Instrumenti, vt dictum est vallati obligatione Camerali.

BRIXIEN. ARCHIPRAESBYTERATVS

Veneris 4. Iulij 1625.

ARGVMENTO

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Archipresbyteratus quod sit prima dignitas in aliquo loco probatur per Testes deponentes de communi reputatione, ac publica voce, & fama.*
2 *Presbyteratus probatur ex litteris patentibus Ordinarij.*
3 *Origo probatur ex litteris patentibus Ordinarij.*
4 *Narratiua quando non sunt fundamentum gratia sed pars illius per semiplenas probationes sufficit illas iustificare.*
5 *Narratiua apposita in supplicatione si non adsit in litteris non est iustificanda.*

DECISIO DLXXXIX.

DOMINI dixerunt, gratiam Hieronymi esse in reliquis iustificatam. Nam quod Archipræsbyteratus sit prima dignitas, probāt
1 testes deponentes de communi reputatione, ac de publica voce, & fama *Abb. in c. de multa sub n.22.vers.3.conclusio de praben.Rot.dec.518.n.2.p.1 diuers.& dec.411.n.1.& 432.n.2.et seq.coram S.me. Greg.XV.et ibi Addens.* idemque testes deponūt quod dictum Archipresbyteratum dum viueret, obtinebat q. Bartolomeus Garzonius vltimus illius possessor, qui decessit de mense Septembris 1623. extra Rom. Curiam de visu, & publica voce, & fama, & quod dictus Archipresbyteratus excedit valorem annuum decem ducatorum pro vt requirit regula reseruatoria reddentes optimas rationes.
2 Præsbyteratus Hieronymi probatur, ex litteris patentibus Ordinarij *Fel. in c. post cessionem n.3.et 15.de probat.Rot.in Ratisbonen Canonicatus 1. Ianuarij 1616.coram R.P.D.meo Pirouano*, & alibi sæpius.

3 Ex

3 Ex iisdem literis etiam probatur, quod dictus Hieronymus sit oriundus ex Oppido Vrceorum nouorum.

Aliæ etiam narratiuæ, quod Hieronymus sit Doctor, quod valor Archipresbyteratus non excedat ducat. 380. quod super eo sint reseruatę duæ pensiones, vna scut. 50. altera 200. probatur rum ex publicis instrumentis, rum ex dictis testibus, & cum dictæ narratiuæ non sint causa, & fundamentum gratiæ sed tantum pars illius
4 sufficiunt ad earum verificationem probationes leniores, & semiplenæ *Bellamer. dec. 113. et 114. et 416. Rot. dec. 296. n. 1. et dec. 351. n. 7. p. 2. in recent. et faitdictum in Vlixbonen. Beneficij 4. Maij 1616. coram R.P.D. meo Vbaldo.*

Quod Aduersarius sit intrusus, & quod nullo alio sit suffultus legitimo titulo, non indiget iustificatione, quia ista narratiua non legitur in
5 supplicatione, sed in litteris tantum ad effugiendum solutiones Annatæ. *Rot. dec. 108. n. 16. et dec. 573. in fin. et ibi Addit. n. 7. coram S. me. Greg. XV. et coram Reu. D. meo Decano decis. 428. num. 4. et seq. in impress.*

lumentis dicti Officij & illa exegerit, quia non propterea cōstat exegisse emolumēta spectātia ad Notariatū Aquæ Virginis; sed imo apparet ex resignatione dicti officij facta à Buccamatio ad fauorem Pascuæ nullam fuisse factā mentionem dictorum emolumentorum, sed in instrumento cum Pascua celebrato adesse clausulam cessionis omnium iurium, non tamen venditorum alijs personis, pro ut erat illud, ex
2 quo manifeste elicitur in dicta venditione dicta emolumenta fuisse dicto Io: emptori, & illius successoribus præseruata *l. quintus §. argento ff. de ann. et arg. leg. Bart. in l. Codicillus §. instituto n. 4. ff. de leg. 2. Roll. cons. 71. n. 28. l. 5.*

Non obstat, quod dicta possessio exigendi appareat nomine ipsius Buccamatij, & pro eo ipsius Mileti, quia etiam ad huiusmodi statum debet dari manutentio, dum apparet de titulo emolumentorum, stante venditione pro se, & hæredibus facta à dicto Buccamatio dicto Io:
3 Mileto; ex titulo enim præcedenti præsumitur possessio *glos. in l. quadam mulier ff. de rei vendic. Bart in l. cum solus in fin. ff. de vsucap. Alciat. præsum. 23. in princ. reg. 2.* & ità decisum vtraque parte informante.

ROMANA NOTARIATVS

Die ... 1625.

ARGVMENTVM.

Capias ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Possessio acquisita cōtra Antecessorem nocet etiam successori ad effectum manutentionis.*
2 *Cessio omnium Iurium non comprehendit Iura alijs personis vendita.*
3 *Possessio præsumitur ex titulo antecedenti.*

DECISIO DXC.

DOMINI dixerunt, mandatum de manutenendo dandum esse D. Dianę tanquam Vxori q. Io. Mileti, & cessionarię filiorum illius, quia constat de eiusdem possessione exigendi emolumenta spectantia ad Officium Notariatus Aquæ virginis, de quibus agitur vsque ad finem anni 1622. & sic de tempore motæ litis ex instrumento cessionis cum clausula constituti per Buccamatium possessorem dicti Officij factæ de dictis emolumentis ad ipsum spectantibus, quæ possessio licet fuerit acquisita
1 contra Buccamatium Antecessorem nocet etiā Palmerino Successori *Guidop. dec. 629. n. 1. et seqq. Gig. de pens. q. 47. num. 10. Rot. decis. 562. num. 1. p. 1. diuers.*

Non obstat, quod Palmerinus habet particulare officium Notariatus Magistrorum Viarum titulo emptionis à Pascua, ad quod spectant etiam emolumenta dictæ Aquæ Virginis, & propterea fuit descriptus in libris Populi Romani de mandato Camerarij, & obtinuerit diuersa mandata de soluendis sibi emo-

FERRARIEN. CANONICATVS.

Veneris 7. Nouemb. 1625.

ARGVMENTVM.

Beneficium, super quo adest lis, potest conferri à Papa etiam concurrendo cum Ordinario Collatore, sed quomodo intelligenda sit hęc conclusio, vide in decisione, in qua materia optimè pertractatur.

SVMMARIVM.

1 *Canonicatus non dicitur litigiosus, dum fuit per possessorem vsque ad obitum pacificè possessus.*
2 *Lis vertens super vno Canonicatu non potest alium afficere &* num. 5.
3 *Illatio non fit ex diuersis.*
4 *Lis vertens inter Prouisos non præiudicat Collatoribus, nec alios priuat Iure conferendi beneficia.*
6 *Beneficium super quo est lis, quando superest Collitigans, Ordinarius Collator non potest dare nouum collitigantem.*
7 *Secus est quando beneficium non est litigiosum, vel nullus superest Collitigans, tunc si Ordinarius Collator est in possessione potest conferre.*
8 *Papa potest in discordia Collatorum concurrere, & prouidere.*
9 *Declara id procedere, quando spectat ad duos Collatio, quorum vnus vni confert, alter alteri &* num. 20.
Secus est quando non spectat ad duos communiter, sed duo prætendunt habere Ius conferendi, & quisque præsentat vt num. 11. & num. 21.
10 Decis. 701. par. 4. diuers. Decisio in Hispalen. Portionis 14. Aprilis 1595. & 12. Maij eiusdem anni, & 18. Martij 1596. coram Blan-

Blanchetto apud Garz. de benef. par. 5. cap. 4. num. 38. *in quibus terminis procedant.*

12 *Papa non præsumitur velle derogare Iuri alterius.*

13 *Papa quando prouidet concurrendo cum Ordinario apponit clausulam* dummodò alteri non sit Ius quæsitum.

14 *Prouiso per electionem Capitali dicitur Ius quæsitum.*

15 *Capitulum non potest sine Episcopo tribuere exercitium administrationis.*

16 *Papæ prouisioni semper est locus, quando neutra prouisio substinetur.*

17 *Per clausulam* Dummodò alteri non sit Ius quæsitum *appositam in prouisione Papæ Ius electi à Capitulo censetur præseruatum.*

18 *Confirmatio electionis nihil noui tribuit Electo, sed tantum exercitium.*

19 *Episcopus si denegat confirmationem Electi à Capitulo, dicitur facere iniuriam, & recurritur ad Superiorem.*

22 *Lis quando est inter Collatores circa collationem, neuter potest conferre propter malam fidem.*

23 *Declara non procedere, quando vnus est in quasi possessione conferendi.*

24 *Beneficium quando habet litem super ipsa possessione potest conferri à Papa.*

25 *Beneficium quando non est litigiosum, non est locus dispositioni* cap. 1. & 2. vt lit. pend.

26 *Electio de beneficio facta à Capitulo ad quod spectat Ius eligendi, tenet etiam si adsit lis super possessione.*

DECISIO DXCI.

DOMINI steterunt in decisis, quod Iulio sit deneganda immissio, quia non constat de reseruatione, seu de lite, ex qua possit induci dicta reseruatio; Canonicatus enim de quo agitur vacauit per obitum Iacobi, qui
1 fuit in pacifica possessione dicti Canonicatus vsque ad eius obitum, vndè cessat prætensio dictæ litis.

Nec obstat, quod tempore vacationis dicti Canonicatus aderat lis inter prouisum per Capitulum ex vna, & prouisum per Illustriss. Cardinalem Ordinarium ex alia super alio Canonicatu; quia, vt iam fuit dictum lis super
2 alio Canonicatu non potuit afficere Canoni-
3 catum, de quo agitur ex diuersis enim nõ † fit illatio *l. Papinianus exuli ff. de Minor. Cephal. cons.* 204. *num.* 56. *l.* 1. *Surd. cons.* 150. *nu.* 94. *lib.* 1.

Non obstat, quod in eadem lite inter dictos prouisos fuit deductum in controuersiam ius vniuersale competens dicto Illustriss. D. Cardinali, & Capitulo conferendi omnes Canonicatus; vndè infertur, quod fuerit effectum litigiosum ipsum Ius conferendi, aut quod saltem dicti Collatores fuerint constituti in mala fide, ità vt non potuerint pendente dicta lite conferre etiam alios Canonicatus, quia huic etiam obiecto fuit in alia decisione responsum, quod lis inter prouisos non potuit
4 præiudicare † Collatoribus, ne in potestate cuiuslibet tertii sit priuare Legitimos Collatores eorum iure conferendi, vt in fortioribus terminis fuit dictum *in Bonon. Iur. Patr.* 20. *Iunij* 1612. *coram R. P. D. meo Pirouano, quæ est decis.* 427. *par.* 1. *in recent.* vbi *sub num.* 5. dicitur quod dispositio *cap.* 1. & 2. *vt lit. pend. in* 6. non est extendenda, quando lis est inter Ordinarium, & Patronos super pertinentia Iurispatronatus ne monendo litem sit in potestate Ordinarii priuare Patronos suo iure præsentandi.

Non obstat, quod in eadem lite existebant etiam ipsi Collatores, & inter eos disceptabatur super dicto iure vniuersali conferendi omnes Canonicatus, quia hoc non verificatur in facto.

Et in omnem euentum dato, quod re vera fuisset lis inter dictos Collatores super iure conferendi; non propterea fuisset Capitulum, quod erat in quasi possessione conferendi,
5 impeditum conferre † Canonicatum, super quo in specie nulla aderat lis, nam quod dicitur quod etiam quod Collator sit in quasi possessione conferendi non potest conferre, in-
6 telligi debet de Beneficio † super quo fuit lis introducta, & quando superest colligans, tunc enim Ordinarius Collator non potest dare nouum colligantem, vt *in cap.* 1. & 2. *vt lit. pend. in* 6. & fuit dictum *in causa Pampilonen. de Carique* 21. *Maij* 1603. *coram bo: me Card. Lancell.* secus est si agitur de beneficio, quod non fit litigiosum, vel si nullus superest colliti-
7 gans, tunc enim quando collator est in quasi possessione conferendi, potest conferre *Abb. in cap. ex literis num.* 3. 6. 7. & 8. *Io: Andr. nu.* 4. *Anan. nu.* 15. *de Iu. patr. Ferret. cons.* 192. *nu.* 15. *l.* 1. *Lap. alleg.* 136. *num.* 7. & 8. *Lancell. de attent. lit. pend. par.* 2. *cap.* 4. *num.* 640.

Non obstat, quod in discordia Collatorum
8 Papa † potest concurrere, & prouidere, vt fuit dictum in causa *Meten. Canonicatus* 8. *Nouemb.* 1577. *coram bo: mem. de Rubeis*, vbi plures aliæ decisiones referuntur; quia verum quidem est, quod quando collatio spectat ad duos communiter puta ad Episcopum, & Capitulum, tunc si Capitulum confert vni, & Episcopus alteri; Papa potest concurrere, & prouidere,
9 quia † neutra ex dictis collationibus valet, & in istis terminis procedunt, & loquuntur decisiones, & auctoritates pro Iulio allegatæ, & signanter *decisio in Hispalen. portionis* 18. *Ianua-*
10 *rij* 1594. *coram bo. me. Card. Pamphilio, quæ est decisio* 702. *par.* 4. *diuers. & decisio in alia Hispalen. portionis* 14. *Aprilis* 1595. & 17. *Men eiusdem anni* & 18. *Martij* 1596. *coram Card. Blanchetto registrata per Garz. de Benef. par.* 5. *cap.* 4. *num.* 38.

Secus autem est quando collatio non spectat ad duos communiter, sed discordia Collatorum in eo versatur, quod quilibet ex colla-
11 toribus prætendit † collationem ad se spectare, & quilibet confert beneficium, tunc enim non est locus concursui Papæ, quia certum est vni ex prouisis fuisse per dictam collationẽ ius quæsitum, & sic non intrat prouisio Papæ,
12 quia Papa † non præsumitur velle derogare iuri alterius *cap. quamuis & ibi Doctr. de rescript. in* 6. *l.* 2. §. *si quis à principe ff. ne quid in loco publ. Felin. in cap. causam, quæ de rescript. num.* 40. *Dec. cons.* 11. *num.* 4. *Crescent. decis.* 5. *sub nu.* 1. *de concess. preben.* & propterea etiam stylus obtinuit, quod in similibus gratiis, quãdo scilicet Papa non prouidet tanquam de reseruato, sed con-
13 currendo † cum Ordinario semper apponitur clau-

tur clausula *dummodò alteri non sit ius quæsitum Sarnen. super reg. de iur. quæs. non toll. quæst.1. in principio, & fuit dictum in Hostunen. Cappella 17. Nouemb.1600. coram bo. me. Iusto.*

In casu autem isto discordia inter Illustriss. Cardinalem Ordinarium, & Capitulum in eo erat, quod Illustriss. Cardinalis prætendebat ius conferendi in mensibus reseruatis ad se spectare, è contra verò Capitulum contendebat, quod etiam tunc collatio erat facienda per electionem Capituli, & institutionem Illustriss. Cardinalis Ordinarij, & vterque contulit, nempè Cardinalis per collationem liberam, Capitulum autem per electionem, per quam du-
14 bium † non est, fuisse quæsitū ius electo *Dec. in c. postquam numer.17. & seq. de elect. Ancar. in Clement. Romani numer.4. de iur. iur. Abb. in cap. postulationum num.4. de postul. per lat., & in cap. nobis num.4. de iurepatr. Oldrad. cons.146. in fin. & fuit dictum coram San. me. Greg. XV. decis.240. n. 17. & in Cremonen. Canonicatus 26. Aprilis 1924. coram Reuerendissimo D. meo Decano.* Vndè in casu isto non erat locus prouisioni Papæ, vt dictum est.

Non obstat, quod collatio Capituli non poterat substineri, cum non possit sine Episco-
15 po † tribuere exercitium administrationis *cap. transmissam de Elect. in 6.* atque ità benè intrabat prouisio Papæ, cui, vt dictum est, semper
16 locus est quando neutra collatio sustinetur, quia imò electio Capituli sustinebatur, & fuit per eam acquisitum plenum ius electo
17 quod per clausulam *dummodò † alteri non sit ius quæsitum* censetur præseruatum. *Sarn. in dicta reg. de iur. quæs. non toll. quæst. 1. num.8. Rot. decis. 13. nlias 12. de praben. in nou. Aegid. decis.167. & fuit dictum in Pisaua Cappellania 20. Maij 1594. coram bo. me. Card. Blanchetto, & in Firmana Beneficij 3. Iunij 1594. coram eodem.*

Et licet dicta electio expectaret post se con-
18 firmationem; tamen per confirmationem † nihil noui iuris tribuitur electo, sed tantum exercitium. *Io. Andr. in addit. ad specul. ff. de act. scilicet petit. in §. super in vers. significauerunt ad med. Abb. in dict. cap. nobis num.4. de iure patronat. Oldrad. dict. cons. 146. num.4. & fuit dictum in dicta Cremonen. Canonicatus coram Reuerendiss. D. meo Decano*, & si Episcopus denegat confirmationem electo à Capitulo dicitur facere iniuriam, &
19 recurritur ad superiorem; cum sit actus iustitiæ, & non gratiæ *Rot. decis.240. nu.11. & seq. coram San. mem. Greg. XV. cum alijs adduct. in dicta Cremonen. Canonicatus coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Nec propterea quod non fuerit subsequuta confirmatio, locus est prouisioni Papæ, quia illa non intrat, quandò alteri ius est quæsitum, vt etenim ex prædictis apparet magna est differentia, quandò discordia Collatorum versatur tantum circa personas, non autem circa ipsam collationem, quia scilicet inter eos non controuertitur, quod collatio non spectet ad eos communiter, vel quando discordia versatur circa collationem ipsam, quia vterque prætendit, vt dictum est collationem ad se spe-
20 ctare; primò enim casu si ambo conferant † diuersis tamen personis neutri ex prouisis ius acquiritur, & sic Papa potest tunc concurrere, & prouidere; secus verò est in secundo ca-
21 su cum tunc † per collationem, seu etiam per electionem ab eo factam, qui est in quasi possessione conferendi, seu etiam eligendi acquiritur ius electo, cui Papa nunquam præsumitur velle derogare, vt dictum est.

Non obstat, quod etiam quando discordia versatur inter Collatores circà ipsam collatio-
22 nem, neuter ex illis potest conferre † propter malam fidem, in qua sunt per litem suprà dicta collatione constituti; quia in casu isto nulla aderat lis super iure conferendi inter Illustriss. Cardinalem Ordinarium, & Capitulum, & in omnem euentum dictum obiectum non procedit, quando alter ex dictis col-
23 latoribus est † in quasi possessione conferendi; tunc enim potest, etiam non obstante tali lite conferre *ex Abb. Io. Andr. Ferret.* & aliis suprà allegatis.

Non obstat, quod hoc cessat, quando fuit
24 lis introducta etiam super † ipsa possessione *Rot. decis.1. de iur. patr. in nou. cum aliis per Lancell. de attent. lit. pend. num.642. 648. 650.* quia in casu isto nulla fuit vnquam controuersia inter dictos Collatores supra quasi possessione quinimò in decisionibus factis, & præcipuè in decisione facta in causa *Ferrarien. Canonicatus 11. Decemb. præteriti coram R.P.D. meo Vbaldo* expressè dicitur, quod non controuertebatur possessio Capituli, quia de ea apparebat ex pluribus electionibus à Capitulo factis, & ab Episcopo confirmatis ab anno 1429. vsque ad annum 1618. quodque controuersia in ea tantum erat, quod prætendebatur regulam reseruatoriam, quæ excipit Cardinales Collatores, non suffragari Capitulo, ità quod Capitulo non liceret in mensibus reseruatis eligere, atque ità ex prædictis colligitur, quod Canonicatus, de quo agitur nunquam fuit litigio-
25 sus, † ità vt possit in casu isto esse locus dispositioni *cap. 1. & 2. vt lit. pend.* quodq; nunquam fuit lis contestata inter ipsos Collatores super iure conferendi, nec minus controuersa possessio, prout requiritur ad hoc, vt existens in possessione non possit eligere; quin etiam his addi potest, quod licet fuisset controuersa pos-
26 sessio, cum tamen Capitulum elegerit † ad quod spectat ius eligendi; teneat electio ità *Ant. de Butr. in cap. 2. num.45. de restit. in integr.* vbi dicit, quod quando lis pendet super possessione inter duos, quorum vterque contendit rem possidere, neuter potest eligere, si tamen ad electionem procedant, quia permissum est cuique ius suum manutenere, valebit electio, sed confirmatio pendet ex litis euentu, &c.

Et ità vtraque, &c.



PLACENTINA PENSIONIS

Vener. 14. Nouemb. 1625.

DECISIO DXCII.

Impressa apud Postium de manut. decis. 510.

BONONIEN. ALIMENTORVM

Lunæ 10. Nouemb. 1625.

ARGVMENTVM.

Sumas ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta debentur descendentibus etiam in bonis fi-
dei commissi.*
2 *Declara, quod debeat probari descendentia, & pau-
pertas.*
3 *Filiatio non probatur per testes de auditu deponen-
tes.*
4 *Transactio ad vnum effectum inita ad alium non ex-
tenditur.*
5 *Sententia lata nemine citato nihil operatur.*
6 *Legitimatio facta post obitum Patris non citatis in-
teressatis non praiudicat.*
7 *Paupertas ad effectum obtinendi alimenta in bonis
fideicommissi qualis esse debeat.*

DECISIO DXCIII.

DOMINI steterunt in decisis, quod ali-
menta non debentur D. Isabellæ, & eius
filiis, quia non cõstat de bono iure dictæ D. Isa-
bellæ, eiusque filiorum respectu fideicommis-
si, & transactio non se extendit ad dictam D.
Isabellam, & filios, vt fuit in alia decisione
deductum.

Nec obstat, quod filij dictæ Isabellæ non
petant dicta alimenta, nec tanquam vocati in
dicto fideicommisso, nec vigore dictæ trans-
1 actionis, † sed vt sibi debita in bonis Comitis
Andolti Auer. *iux. trad. per Peregr. de fideicom.
art. 42. sub num. 36. Menoch. præsumpt. 191. nu. 1.
lib. 4. Surd. de alimentis tit. 8. priuileg. 19. num. 1.*

Quia vt etiam hoc casu debeantur alimenta
necesse est probare non solum descenden-
tiam, sed etiam paupertatem, quod scilicet
2 prætendentes † alimenta non habeant aliunde
vnde sustentari valeant, vt per *Surd.* vbi suprà,
& in casu isto vtrumque deficit.

Nec obstat, quod descendentia videatur
probata, cum constet, dictos filios esse natos
ex Comite Alexandro, qui fuit filius Comi-
tis Andolti, quod non probatur quod Comes
Alexander sit filius Comitis Andolti, neque
3 enim ad hunc effectum possunt deseruire †
Testes, qui dantur; nam vltrà exceptiones,
quas patiuntur, deponunt tantum de auditu,
& nullus ex illis cõcludit dictam filiationem,
vt apparet ex illorum lectura.

Minus potest fieri fundamentum in trans-
actione, quia in narratiua prætensionum Co-
mitis Prosperi dicitur Comitem Alexandrũ
non esse filium Comitis Andolti, & transactio
4 fuit inita ad certum effectum, neque † vltrà
eum debet extendi *Surd. cons. 105. num. 39. decis.
132. num. 15. cum sequent.*

Nec etiam releuat sententia lata à Vicario,
& legitimatio dicti Comitis Alexandri, quia
5 sententia † lata est, nemine citato *Card. Man-
tic. decis. 340. num. 4. & coram San. mem. Greg. XV.
decis. 486. num. 10. Gonzal. super reg. 8. glos. 9. §. 1.*
6 *num. 86.* & legitimatio facta † est post obitum
Comitis Andolti, nec citatis interesse haben-
tibus *Bart. in l. Gallus §. quod si tantum num. 14.
ff. de lib. & posth.*

Non constat etiam de paupertate, quia
non probatur, quod nec Pater, nec Mater
possit alere dictos filios, vel quod aliundè
non habeant vndè possint ali, pro vt requiri-
tur ad effectum, vt ipsis debeantur alimenta
7 ex bonis Aui nõ obstante fideicommisso *Card.
Seraph. decis. 420. numer. Rot. decis. 470. num. 5.
par. 2. in recent. &c.*

BRIXIEN. ARCHIPRÆSBYTERATVS

Lunæ 17. Nouembris 1625.

ARGVMENTVM.

Scripturæ quando dicantur in forma proban-
ti.

SVMMARIVM.

1 *Sumptum de sumpto de per se non probat.*
2 *Declara non procedere quando est adminiculata.*
3 *Scriptura reperta in Archiuio publico communita-
tis antiquo, & registrata in libro Archiuij plenè
probat.*
4 *Archiuista fidei non parum deferendum.*
5 *Obseruantia tribuit fidem Scripturæ etiam informi*
num. 9.
6 *Literarum Apostolicarum requisita remissiuè.*
7 *Literæ Apostolicæ extractæ ex registris Apostolicis
plenè probant.*
8 *Scriptura extracta à processibus originalibus per
Notarios Actuarios, vel successores dicuntur in
forma probanti.*

DECISIO DXCIV.

DOMINI dixerunt, scripturis, in quibus
fundatur decisio in hac causa facta, esse
adhibendam fidem.

Nam quoad Scripturam, in qua continetur
ordinatio tunc Episcopi Brixiensis, quod in
Ecclesia, de qua agitur perpetuis futuris tem-
poribus adessent nouem Canonici, & dicitur
confecta anno 1237. licet non possit dici in
forma probanti, quia est sumptum de sum-
1 pto, extracta nimirum à quodam † alio sum-
pto confecto á quodam Francisco de Bursellis
sicque per se non probat, vt reiecta opinione

Bart.

Bart. firmat *Rot, coram San. mem. Greg. XV. decis.432. & decis.733. par.1. diuers.* vbi etiam
testatur de communi; cum tamen plura ad-
minicula concurrant, ex quibus corrobora-
tur veritas dictæ scripturæ, est ei fides adhiben-
2 da, quia datur † etiam fides copiæ copiæ quan-
do est adminiculata, vt per *Verall. decis.234.*
par.1. & fuit dictum in Firmana beneficij 13. Iunij
1545. coram Cardinali Blanchetto, & in Perusina
executionis 22. Maij 1595 coram bo. me. Penia.

Adminicula autem, quæ comprobant fi-
dem dictæ scripturæ, sunt, quod illa fuit re-
3 perta † in Archiuio publico Communitatis
auth. ad hac C. de fide instrum. quod est antiquis-
sima scilicet 400. fere annorum, quod est re-
gistrata in alio libro Archiuij nuncupato (il
registro nuouo) vt refert Archiuista in sua
subscriptione, quod dictam ordinationem re-
fert Dominicus Cadaleus dicens dictam ordi-
nationem esse registratam in Annalibus Com-
4 munitatis, † cuius attestationi non parum vi-
detur deferendum *Fel. in cap. inter dilectos n.12.*
de fid. instrumentorum post *glos. in cap. venerabi-*
lem in vers. translulit. de elect. gemin. in cap. in No-
mine Domini 23. distinct. Ias. in l.1. num.25. ff. si
cert. petat. Paris. cons.1. num.50. lib.1. Bellam. de-
cis.70. num.3. quodque denique concurrit obser-
uantia sufficienter probata ex Testibus, & ex
alijs scripturis, quæ etiam sola sufficeret ad ef-
5 fectum, † vt dictæ scripturæ sit adhibenda fi-
des *Aym. cons.174. num.7. Pereg. cons.64. num.19.*
lib.1. & cons.48. num.8. l.4. Rot. decis.482. nu.6.
par.1. & decis.18. sub num.11 & 703. nu.8. par.2.
in recent.

Quo verò ad literas Apostolicas, quæ di-
cuntur extractæ ex alio processu sine citatione
partis, & literis compulsorialibus lite, vt præ-
tenditur pendente est aduertendum, quod ali-
quæ sunt originales, prout sunt litteræ con-
ualidatoriæ in forma Breuis anno 1481. in
quibus dicta Ecclesia enunciatur Collegiata,
& etiam literæ *si in euidentem* de anno 1502.
6 quibus non desunt requisita de stylo Curiæ ad
praxim tradita per *Rebuff. in 3. par. sign. ff. Bul-*
la noua num. 11

Aliæ autem sunt extractæ ex registris Apo-
stolicis Bullarum, prout sunt literæ collatio-
nis de anno 1444. & aliæ prouisionum de an-
7 nis 1433. & 1546. † quibus propterea plena
fides adhibenda est *Rot. decis.10 de fid. instr. in*
antiq. Crescent. decis.2. eodem tit.

Citationes, etiam edicta, & decreta emana-
ta ab ipsa Curia Episcopali Brixien. & deposi-
tiones Testium, extractá apparent ex suis pro-
cessibus originalibus per ipsosmet Nota-
rios, & Cancellarios actuarios, vel eorum Suc-
8 cessores, † vt patet ex eorum subscriptioni-
bus, sicque sunt in forma probanti *Caputaq.*
decis.246. num.3. par.2. Rot. decis.301. num.1. &
seq. & 629. num.2. par.2. in recent.

Et ex iisdem scripturis iunctis præsertim
Testibus nouissimè in Curia examinatis plenè
deponentibus super statu collegiali dictæ Ec-
clesiæ recipiunt robur etiam omnes aliæ scri-
pturæ, ità vt licet in illis aliquis defectus nota-
ri posset, ex quo forte appareret illas non esse
in forma probanti, nihilominus eis fides adhi-
9 beri debeat; cum etiam hoc casu † quando
scilicet constat de obseruantia adhibeatur fides
scripturæ penitus in formi *Bald. cons.400. nu.5.*
l.4. Menoch. cons.523. nu.20. & seq. Surd. cons.262.
num.26. Rot. decis.113. num.11. par.1. diuersor.

ROMANA LEGATI.

Mercur. 19. Nouemb. 1625.

ARGVMENTVM.

Legatum victus qualiter intelligatur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia, quæ ex actis non iustificatur est iniusta.*
2 *Alimenta legata sunt præstanda per hæredem eodem modo, quo præstabantur per legantem.*
3 *Testis vnicus non probat.*
4 *Testis litigans cum eo contra quē deponit non probat*
5 *Testi in verisimilia deponenti non creditur.*
6 *Alimentorum præstatio legata attenditur vltima, quam habebat in vita legantis, licet prius plus habuerit.*
7 *Legatum victus est interpretandum fauore hæredis, non verò fauore Legatarij.*
8 *Victus qualitas est probanda à Legatario victus*
9 *Verba* dabatur, & datur *important effectualem traditionem.*

DECISIO DXCV.

CVM à sententia A.C. ad fauorem R.P.D.
Varellæ contra DD. hæredes bon. mem.
Illustrissimi D. Cardinalis Dezæ lata pro scutis
nouem mestruis occasione prætensæ habita-
tionis domus, vsus Coquinæ, & Fœnilis pro
prætenso supplemento portionis victus per
dictum Cardinalem suis familiaribus relictæ,
fuerit causa appellationis ad Rotam deuoluta,
& emanauerint dictæ sententiæ rotales pri-
ma à R.P.D. meo Buratto, & secunda à
R.P.D. meo Pirouano, quę reuocant dictam
sententiam A.C. quoad scuta septem mestrua
ratione dictę habitationis, & Fęnilis, & illam
confirmant, quoad scuta duo mestrua ratio-
ne dictę Coquinę, tandem causa mihi com-
missa, & prætendentibus agentibus pro Ve-
ralla habere tres conformes pro dicta coqui-
na, & ideò velle compensare creditum Coqui-
næ cum debito dictorum scutorum septem,
dubitaui, an constet de tribus cõformibus exe-
quendis, & Domini responderunt, non esse exe-
quendum pro dictis scutis duobus mestruis
ratione dictę coquinæ, quia quoad dicta
scuta duo sententię non iustificantur ex actis,
1 & sic sunt notoriè iniustæ *Paris. cons.54. num.2.*
l.4. Gabr. cons.26. nu.5. & 6. & seq. Cæsar. de Graf.
decis.13. in fin. de sent. & de re iud. Rot. decis.659.
nu.6. par.2. in recent. & fuit plenè firmatum in vna
Romana Officij 23. Ianuar. 1603. coram bon. mem.
Scotto, vbi testatur de stylo Rotæ.

Quod autem dictæ sententię non iustificen-
tur ex actis, patet, quia nullibi in actis appa-

ret iustificatum, quod bon. me. Varella tem-
pore mortis bon. mem. Cardinalis Dezę ha-
ret vsum coquinæ, & Domini hæredes ip-
sius D. Cardinalis non tenebantur præstare di-
cto Varellæ familiari dicti Cardinalis, nisi eam
2 portionem victus, † quam habebat Veralla
tempore mortis eiusdem dicti Cardinalis, vt
fuit in hac causa sępius coram R.P.D. meo
Buratto firmatum, atque ità sententiæ, quæ con-
demnant dictos hæredes ad præstandum dicta
duo scuta mestrua pro coquina non iustifican-
tur ex actis.

Nec obstat, quod in actis legatur dicta duo-
rum Testium deponentium, quod Varella
haberet vsum coquinæ etiam tempore mortis
Cardinalis; quia hoc deponere conatur pri-
mus Testis tantum, secundus autē suprà quar-
rum expreſsè dicit se nescire, an Verella ha-
beret vsum coquinæ in palatio, quod Cardi-
nalis inhabitabat tempore mortis, & sic pri-
3 mus Testis remanet vnicus, † cui propterea
non creditur *cap. veniens ad nos, & cap. licet vni-
uersis de Testibus l. vbi numerus ff. eodem tit. Surd.
cons. 23. num. 27. l. 1.* præsertim quia dictus Te-
4 stis † habet consimilem causam contra dictos
hæredes Cardinalis *l. nullus ff. de Testib. l. omnibus
C. eodem Roll. cons. 98. num. 2. l. 4. Aym. cons. 99.
nu. 2. & seq. Farinac.* qui plures cumulat *in tract.
de Testib. quæst. 60. num. 41. Rot. decis. 235. num. 3.
& decis. 700. num. 32. par. 2. in recent.* & deponit
in verisimilia; nam tempore mortis Cardinalis
Veralla erat Prælatus, & habebat propriam
domum, & familiam; vndè verisimile admo-
dum est, quod retinuerit propriam etiam co-
quinam instructam pro suo, & familiæ vsu in
dicta domo, nec accesserit ad coquinam Car-
5 dinalis, atque ità eo minus est dicto Testi cre-
dendum *Aym cons. 61. num. 9. & cons. 198. nu. 16.
Surd. cons. 1. num. 10. Caputaq. decis. 276. num. 6.
Rot. decis. 194. num. 5. post secundum vol. cons. Fa-
rinac.*

Non obstat, quod saltem negari non possit,
quod Varella habuerit vsum coquinæ in aliis
Palatiis, quæ inhabitauerat Cardinalis priùs,
quàm migraret in Palatium in quo obiit, quia
etiam hoc admisso non propterea sequitur,
quod in Legato Cardinalis censeatur compre-
hensus dictus vsus, quia legatum est restrictum
ad portionem victus, quam habebat Veralla
tempore mortis Cardinalis, vt latè fuit com-
probatum *in dictis decisionibus in hac causa factis
coram R.P.D. meo Buratto*, in quibus etiam di-
6 citur, quod attenditur vltima præstatio † etiam
si aliquo tempore in vita Cardinalis plus ha-
buisset *per tex. in l. mela §. sed si alimenta in fin.
& ibi Alberic. & alii ff. de alimentis & cib. leg. Alex.
cons. 5. num. 22. vers. non obstat lib. 5. Sued. in tract.
de aliment. tit. 4. quæst. 19. num. 10. & seq. Simon
de Pret. de interpretat. vltim. vol. lib. 4. dubit. 1. n. 48.*

Non obstat, quod Cardinalis etiam in Pa-
latio, quod inhabitabat tempore mortis ha-
bebat coquinam paratam pro vsu familiæ,
quia quicquid de hoc sit, sufficit, quod dictā
coquinam non retinebat pro vsu Varellæ, aut
quod saltem non probatur pro parte Varellæ,
quod ei daretur dictus vsus tempore mortis
Cardinalis.

Non obstat, quod erat in facultate Varellæ
vtendi dicta coquina, quia neque hoc proba-
tur, & cum non simus in Legato fauorabili
alimentorum, sed in legato portionis victus,
quæ dabatur tempore mortis Testatoris; sem-
7 per facienda est in dubio † illa interpretatio,
quæ magis fauet hæredi *l. diarus ff. de alim. &
cib. leg. Simon de Pratis loco cit. num. 43.* cum aliis
cumul. in hac causa 24. *Ianuarij* 1618. *coram
R.P.D. meo Buratto*, atque ità cum vsus coqui-
næ non fuerit expreſsè relictus, incumbit Va-
rellæ onus probandi, quod dictus vsus ei da-
8 retur † tempore mortis Cardinalis *d. l. Diarys
ff. de aliment. & cib. leg.* & quidem effectualiter,
9 quia verba *dabatur*, † *& datur* quibus conce-
ptum est dictum Legatum important effe-
ctualem traditionem *l. vbi autem §. fin. ff. de
verb. obligat. l. fin. ff. de condit. caus. dat. caus. non
sec. Surd. decis. 266. num. 28.* nec propterea suffi-
cit etiam si probaretur, quod erat in facultate
D. Varellæ accedendi, & vtendi dicta coquina
sed necesse esset eum probare, quod cum ef-
fectu, ei dabatur dictus vsus tempore mortis
Cardinalis, &c.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE LAMBERTINIS.

Lunę 24. Nouembris 1625.

ARGVMENTVM.

Identitas bonorum ex quibus excludatur.

SVMMARIVM.

1 *Identitas bonorum excluditur ex diuersa denomina-
tione.*
2 *Dictio* Videlicet *restringit fideicommissum ad res
duntaxat nominatas, illasque declarat.*
3 *Dictio* Videlicet *est declaratiua, & restrictiua præ-
cedentium,*
4 *Identitas non probatur præsumptionibus.*
5 *Identitas excluditur ex diuersitate loci, in quo bona
sunt sita.*

DECISIO DXCVI.

DOmini dixerunt ex deductis non consta-
re de identitate bonorum, de quibus agi-
tur, quondam enim Guido Antonius Senior
supposuit in eius Testamēto vt apparet ex ver-
bis eiusdem testamenti cuius copia datur Sum-
mario D. Comitis Pepuli *num.* 20. vnam eius
possessionem cū domo magna vulgariter nun-
cupatam *la Casazza* positam in communi San-
cti Venantij *in loco detto la Casazza* distinctam in
pluribus petiis terrarum videlicet vnam *detta la
Casazza*, aliā, quæ vocatur *il Campazzo*, & aliā,
quæ vocatur *calamasio, & bella vista* bona au-
tem, de quibus agitur vocantur vulgariter *le
prese, & Calamontone*, & sic denominatio bo-
1 norum fideicommisso suppositorum non
conuenit cum denominatione bonorum de-
qui-

quibus agitur, nec propterea potest dici con-
stare de dictorum bonorum identitate.

Nec obstat, quod dicta quoque bona, de qui-
bus agitur sunt posita in loco *dicto la Casazza*,
quia etiam hoc admisso, tamen non releuaret
cũ Testator nõ supposuerit simpliciter omnes
terras existentes in dicto loco fideicõmisso. Sed
bona tantùm, & terras suprà specificatas dictio
2 enim *Videlicet* qua vsus est Testator, vt suprà
dictum est, restringit fideicommissum ad ter-
ras dum taxat nominatas, illasque declarat *l. le-
gata & ibi gloss. ff. de suppel. leg. Bart. in l. quæstum
§. si quis fundũ sub num. 15. vers. Aut fuit facta enu-
meratio specier. ff. de fund. instruc. Socc. iun. cons. 108.
num. 13. l. 2. Paris. cons. 85. num. 43. l. 2. Rot. corã fan.
mem. Greg. XV. decis. 186. num. 9.* vbi quod dicta
3 dictio *Videlicet* est declaratiua, & restrictiua
præcedentium, & fuit dictum *in Vrbeuentana fi-
deicommissi 27. Nouẽbris 1620. coram Reuerendiss.
Domino meo Decano.*

Non obstant etiam alia ad probandam ean-
dem identitatem deducta, quia sunt merę prę-
4 sumptiones, neque ex illis resultat aliqua pro-
batio identitatis confinium à Testatore speci-
ficatorum, & dictarum terrarum *delle prese
& Calamontone*, de quibus agitur vltra, quod e-
tiam apparet, terras, quæ vulgariter dicuntur
delle Prese positas esse saltem pro parte in co-
muni Galeriæ, terræ autem fideicommisso sup-
positæ sunt sitę in communi Sancti Venantij,
5 & sic constat dictas terras non conuenire in lo-
co loci, vnde arguitur etiam diuersitas corporũ
*l. si idem, & ibi DD. C. de Codicill. Paris. cons. 58.
num. 4. & 9. l. 3. Magon. dec. Lucen. 93. num. 13.
Card. Seraph. decis. 528. num. 1. & decis. 1137. n. 3.*

ROMANA FIDEICOMMISSI DE BRICHIS.

ARGVMENTVM.

Neptes appellatione filiarum non compræhen-
duntur ad inducendum fideicommissum. Re-
pręsentatio filiæ in locum Matris quando de-
tur, & ex quibus.

SVMMARIVM.

1 *Neptes non veniunt appellatione filiarum ad inducen-
dum fideicommissum, quod quid sit ad excludendum.
Maximè si in verbo filiæ sit addita dictio* eius *n. 2.*
3 *Dictio* Eius *est personalissima, & excludit extensio-
nem filiarum ad nepotes.*
4 *Neptes non veniunt appellatione filiarum si Testator
filias instituit pro æquali portione.*
5 *Neptes non veniunt appellatione filiarum, si Testator
vna decedente alias superstites vocauit, saltem in
ipsarum præiudicium.*
6 *Coniectura ad inducendum fideicommissum debent es-
se plures, & violenta.*
7 *Filia in sucessione repræsentat matrem.*
*Limita in sucessione ex Testamento, in qua lo-
cum non habet repræsentatio vt* num. 8.
9 *Repræsentatio in successione communis Ascendentis ex
Testamento admittitur.*
Declara dummodo. Concurrant coniecturæ n. 10.
11 *Repræsentatio filiæ in locum matris non datur quan-
do mater fuit instituta per reciprocã ad superstites.*

DECISIO DXCVII.

GRegorius institutis filijs masculis, ità sub-
stituit in euentu quod eius filij omnes
decederent absque filijs legitimis, & naturali-
bus, tũc ijsdem succedere voluit eius filias fœ-
minas pro æquali portione.

Decesserunt filij sine filijs superstite Cletia
filia dicti Gregorij Testatoris, & Barbara Ne-
pte ex Felice altera filia. Vnde fuit dubitatum
an Barbara esset in dicto fideicommisso vocata
in simul cum Cletia. Et Domini responderunt,
eam non esse vocatam, quia scilicet in dicto
Testamento nulla legitur mentio Neptum Te-
statoris ex filiabus ipsius Testatoris, qualis est
dicta Barbara, sed tantum ipsarum filiarum.

Nec obstat, quod appellatione filiarum ve-
niunt etiam Neptes, quia regula est in contra-
1 rium, quod scilicet Neptes appellatione filia-
rum non veniunt nec ex proprietate verborum
nec ex communi vsu loquendi; præsertim vbi
agitur de inducendo fideicommisso quidquid
sit quando agitur de illius exclusione, vt latè
fuit deductum *in decis. 507. & 667. in recent.*

Non obstat, quod ab ista regula receditur
concurrentibus coniecturis, quia in casu isto
non ad sunt coniecturæ saltem sufficientes; Te-
stator enim vocauit filias simpliciter absque
alia adiunctione, ex qua posset elici talis vo-
luntas, quin etiam plures concurrunt conie-
cturæ, quæ optimè deseruire possunt ad ex-
2 cludendam dictam vocationem. In primis ve-
rò ad dictũ effectum non parum operatur quod
3 Testator vocando filias addidit dictionem *eius*,
quæ est personalissima & excludit extẽsionem
ad Nepotes, vt in puncto arguunt *Doct. alleg. in
dictis decis. 507. & 667.* Præterea est etiam no-
tãdum quod Testator instituit filias pro æquali
4 portione, quo casu Testator non censetur vo-
casse nepotes appellatione filiorum vt per *Card.
Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 8. n. 10. vb
de comm.*

Tertio plurimum facit, quod Testator in
substitutione reciproca facta filiabus post quam
euenisset casus ad earum fauorem, vocauit vna
decedente alias superstites, non autem filias
Præmortuæ, atque ita ipsius Testatoris nepo-
tes, vnde clare apparet, quod prædilexit filias
nec voluit, quod ad exclusionem filiarũ con-
currerent Neptes, nec per consequens dici po-
5 test quod eas voluerit ipsarum filiarum appel-
latione comprehẽdere in præiudicium saltèm
dictarum filiarum *Paris. cons. 37. num. 49. lib. 2
Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 9. num. 7.*

Et ex his patet responsio ad coniecturas pro
comprehensione Neptum deductas, sunt enim
leues admodum, nec in concursu præsertim
cum dictis coniecturis sufficiunt ad effectum,
vt recedatur a regula, quod vbi agitur de indu-
cendo fideicommisso appellatione filiarum
non veniunt Neptes, ad quem effectum ne-
cesse, est quod coniecturæ sint plures; & vio-
6 lentę, ita vt ex illis necessario inducatur volun-
tas Testatoris, vt fuit dictum *in sup. alleg. decis
507. & 667. par. 2. in recent.*

Non obstat, quod dato quod Barbara, non
veniat appellatione filiarum saltem videtur ad-

mit-

mittenda iure repræsentationis quasi ipsa suc-
7 cedat in locum Felicis eius Matris *iux. tex. in §. cum filius inst. de hered. q. ab intest defer.* quia re-
præsentatio locum habet in successione ab in-
8 testató tantum, non autem in successione ex
Testamento, & licet etiam aliquando admitta-
9 tur in successione ex Testamento, & presertim
in successione communis Ascendentis, vt per
Marzar. de fideicom. quæst. 18. cum alijs pro Cle-
ria adductis. Tamen id procedit quando con-
currunt coniecturæ, quæ hic deficiunt, & in
primis requiritur, quod aliquo modo sint vo-
10 cati nepotes, alias frustra dubitaretur vtrum
iure repræsentationis possint concurrere cum
Patruo *Ruin. cons.* 181. *num.* 5. *lib.* 2. *Gabr. cons.* 2. *num.* 16. *lib.* 2. *cum alijs adductis in Recanaten. fideicommiss.* 18. *Decembris* 1623. *coram R.P.D. Vbaldo.*

In casu autem isto Barbara non est vocata, vt supradictum est, & tantum ab est, quod presumi possit, quod Testator voluerit concurrere nepotes cum eorum Amitis, quod imò apparet, quod Testator instituit dictas eius filias pro æquali portione, & vna ipsarum decedente substituit superstites, non autem filias Premortuæ, & sic per inde est, ac si eas nominatim vocasset. Ex quibus penitus excluditur omnis prætensa repræsentatio ex laté traditis per *Peregr. fideicom. art.* 21. *num.* 25. *& in dicta Recanaten. fideicom. coram R. P. D. Vbaldo, &c.*

VRBEVETANA ALIMENTORVM.

Luna 1. *Decembris* 1925.

ARGVMENTVM.

Collige ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta collitiganti debentur constito de paupertate, & de bono Iure.*

2 *Paupertas probatur ex Testibus deponentibus aliquem nihil possidere.*

3 *Alimenta vt debeantur sufficit leuior, & præsumptiua probatio boni Iuris.*

4 *Filiatio probatur per tractatum commune reputationem, & publicam vocem, & famam.*

5 *Item probatur ex nominatione Parentum iuncto actu proportionabili institutionis, aut donationis n.* 5.

6 *Alimenta, & sumptus litis regulantur à quantitate fructuum, qui colliguntur ex re super qua est lis.*

DECISIO DXCVIII.

DVbitaui, an Hectori, & Francisco fratribus debeantur alimenta, & sumptus litis, ad quam summam, & DD. responderunt deberi, quia constat de duobus requisitis ad hunc effectum necessarijs, nempè de ipsorum pau-
1 pertate, & bono iure; quibus probatis Rota
solet passim pro alimentis respondere *Crauet. decis.* 8. *de iudic. Card. Seraph. decis.* 198. *num.* 1. & de stylo Testatur in *decis.* 189. *num.* 1. *coram San. mem. Greg. XV. & fuit dictum in Maceraten. Spolij* 25. *Iunij* 1618. *coram R.P.D. meo Caualerio.*

Quod enim attinet ad primum requisitum, illud probatur ex Testibus datis in Summario
num. 4. qui deponunt de extrema paupertate
2 dictorum fratrum, & quod nihil possident cū
quo possint se substentare.

Quo vero ad bonū ius de eo apparet ex Instrumento primo genituræ factæ ab Hectore seniore ad fauorem suorum filiorum & descēdentium Castri de cuius successione agitur quod datur in Summario *num.* 1. & licet dicatur dictum Hectorem non potuisse erigere dictam primo genituram, ex quo dictum Castrū ad ipsum non spectabat sed ad Sigismandam ipsius vxorem tamen constat ex alio Instrumēto in Sūmario *num.* 2. fuisse de Anno 1571. à dicta Siegismunda dictam primo genituram ratificatam.

Nec obstant, quæ cōtra dictum Instrumentum, & ratificationem fuerant à scribentibus
3 pro Zefiris deducta, quia ad effectum, de quo
agitur sufficit leuior, & præsumptiua probatio *iux. trad. per Surd. in tract. de alim. tit.* 1. *quæst.* 120. *num.* 8. *& seq. Card. Seraph. decis.* 426. *num.* 1. *Rot. decis.* 748. *num.* 1. *par.* 2. *in recent.*

Non obstat, quod non constat dictum Hectorem Iuniorem, & Franciscum descendere ab Hectore seniore, atque ita esse in dicta primo genitura comprehensos, quia hoc etiam probatur saltem ad effectum de quo agitur ex quo scilicet docetur ipsos descendere à Leone nempe ex testibus in dicto Summar. *nu.* 3. qui deponunt de tractatibus, & communi reputatione, ac de publica voce, & fama, ex quibus
4 bene probatur filiatio *Dec. cons.* 272. *nu.* 1. *& seq. Paris. cons.* 10. *num.* 57. *l.* 2. *Menoch. præsumpt.* 53. *num.* 21. *&* 43. *Rot. decis.* 761. *num.* 15. 1. *par. in recent.* quodque Leo est filius dicti Comitis Hectoris senioris, & Comitissæ Sigismundæ ex dicto Instrumento erectionis primo geniture, & ratificationis factæ per dictam Sigismundam in quo nominatur filius ipsorum, ex nominatione enim parentum iuncto actu pro-
portionabili institutionis, aut donationis pro-
5 batur filiatio *Menoch. de arbitr. casu* 89. *num.* 39.
Roll. cons. 22. *num.* 26. *& seq. l.* 3. *Nar. cons.* 235. *n.* 1. *& seq. Gozad. cons.* 12. *num.* 13.

Quoad quantitatem dictorum alimentorum, & sumptus litis, quia ea regulari debet à quan-
6 titate fructuum, qui percipiuntur ex dicto Ca-
stro, & de ea nulla adducebatur certa probatio; DD. mandarunt, vt pro nunc dentur scuta centum, & disputetur dubium super negotio principali. &c.

EGITANEN. DECIMARVM.

Veneris 5. *Decembris* 1925.

ARGVMENTVM.

Dominium Decimæ quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum datur ex læsione*

2 *Dominium Decimæ ex quibus probetur*

3 *Confessio Auctorum nocet agenti, & successoribus*

4 *Dominium regulariter non probatur ex inuestituris ad fauorem infeudantis.*

5 *Fallit concurrentibus coniecturis.*

6 *Decimæ dicuntur spectare ad Capitulum ex sola recognitione, licet à Laicis possideantur.*

7 *Sententia lata ex falsa causa in ea expressa non substinetur.*

Testes

8 *Testes deponentes de immemorabili per quadraginta annos de visu debent esse adminus annorum quinquaginta quatuor.*

9 *Testes non probant immemorabilem, nisi adsint requisita* gloss. in cap. 1. in verbo *memoria* de præscript. in 6.

10 *Decimæ dominium ad fauorem Capituli sufficit quomodocumque constare, quando Parochus non est in causa.*

11 *Capitulum agens de decimis contra Parochum debet probare quadragenariam cum titulo, vel immemorabilem.*

DECISIO DXCIX.

DOMINI responderunt pro Decano, &
Capitulo informante constare de causis
restitutionis in integrum aduersus sententias
in partibus contra ipsum latas aliarum senten-
tiarum priùs ad fauorem eiusdem Capituli lit-
terarum reuocatorias, quia dictę vtrimque sen-
tentię aliarum reuocatorię continent manife-
stam iniustitiam, ex qua resultat læsio, quæ est
1 sufficiens, & legitima causa restitutionis in in-
tegrum *Abb. in c. ex litteris num. 5. de restit. in integr. Benintend. dec. 85. nu. 9. & seq. Card. Seraph. dec. 251. nu. 2. Rot. dec. 1. de restit. in integr. in nou. & dec. 132. num. 1. part. 1. & 672. num. 1. part. 2. in recent.*

Quod autem dictę sententię contineant manifestam iniustitiam probatur, quia dictæ sententiæ absoluunt Simonē de Sylua à solutione Decimarum villę de Lozes sub prætextu, quod dictus Simon, suique Antecessores sint in possessione pacifica à tempore immemorabili nō soluendi dictas Decimas, quodque Capitulum non probat, nec quadragenariam possessionem cum titulo colorato percipiendi dd. Decimas, nec immemorabilem, vnde dictæ sententiæ sunt ex duplici capite iniustæ, primo quia constat de bono iure Capituli, quoad dictas Decimas ex propria cōfessione Auctorum dicti Simonis, qui dictas Decimas vti spectantes ad Capitulum receperunt infeudum à dicto
2 Capitulo, & etiam ex testibus deponentibus
de possessione Capituli, ex quibus saltem simul
3 iunctis probatur dominium Capituli, dicta e-
nim confessio nocet etiam Simoni, eiusq; successoribus *Imol. in l. cum tale §. falsa legati ff. de condit. & demonstr. Ruin. cons. 161. in princ. l. 1. Aym. cons. 157. num. 2. Card. Seraph. dec. 533. num. 2. & 3.* & in terminis Decimarum *idem Seraph. dec. 869. num. 3. & dec. 1424. num. 2. & seq.*

Nec obstat, quod regulariter inuestituræ
4 non probent dominium ad fauorem infeu-
dantis *specul. intit. de locat. §. nunc aliqua vers. fin. cum aliis per Ruin. cons. 50. numer. 1. lib. 1.* quia id fallit concurrentibus coniecturis, quæ
5 possunt in casu isto ex depositionibus dictorum
testium desumi, eoque magis quod versamur
in re, quæ à laicis iure proprio possideri non
potest; quo casu sufficit sola recognitio dictarum Decimarum à Capitulo ad effectum, vt
6 illæ censeantur spectare ad Capitulum, non
veró ad recognoscentes, vt alias *Rota* aduertit in vna *Ariminen. bonorum 4. Februarij 1611. coram R. Lugdunen. quæ est dec. 290. num. 2. & seq. par. 1. in recent. & in Taurinen. Decim. 12. Ianuarij 1607. coram eodem, quæ est dec. 193. num. 4. part. 2.* Nec proptereà potuit dictus Simon à solutione dictarum Decimarum absolui.

Secundò sunt iniustæ duæ sententiæ, quia
causæ in illis expressæ non sunt veræ, & sic
7 possunt dici latæ ex falsa causa, quo casu sen-
tentia non sustinetur *Felin. in c. inter cæteras nu. 5 de sent. & re iudic. Aym. cons. 134. in fin. Gabriel. de sent. conclus. 7. Rot. dec. 27. de re iudic. in antiq. Card. Seraph. dec. 988. num. 2.*

Et quod causæ expressę non sint veræ patet,
quia in facto non subsistit, quod sit probata
prętensa possessio Simonis, eiusque Auctorum
ab immemorabili tempore. Hæc enim lis fuit
mota de anno 1592. vnde testes, qui deponunt
de dicta immemorabili, vt possent deponere
de visu per quadraginta annos ante dictam li-
tem, vt requiritur, debuissent de eo tempore
8 esse ętatis saltem quinquaginta quatuor anno-
rum, & per consequens tempore examinis
quod fuit factum anno 1608. annorum septua-
ginta, & tamen præter sextum testem, qui
tunc erat ætatis annorum 75. alij non habent
istam ætatem, & dictus sextus testis non depo-
nit de visu, nec de aliis requisitis *per gloss. in 1. in v. memoria de præscript. in 6.* in quibus etiam alij
9 testes deficiunt, nec proptereà vllatenus pro-
bant dictam immemorabilem *Rot. coram Card. Seraph dec. 1102. num. 2. & seqq. & coram san. mem. Greg XV. dec. 449. num. 9.*

Prætereà non subsistit etiam, quod Capitu-
lum necesse haberet probare quadragenariam
possessionem cū titulo colorato, vel immemo-
rabilē, quia quando Parochus non est in causa,
vt in casu isto; tum sufficit Capitulo, quod con-
10 stet quocumq; modo de eius dominio, vt fuit
dictum *in Nouarien. Decimarum 16. Ianuarij 1604. coram bon. mem. Card. Lancell.* & tunc demum do-
11 cere debet Capitulum de dicta quadragenaria
cum titulo, vel immemorabili, quando agit
contra Parochum *c. 1. de præscript. in 6. Rebuff. de Decim. quæst. 13. num. 81. & fuit dictum in Ciuitaten. Decim. 18. Maij 1595. coram bo. me. Gipsio* atque
itá etiam d. causa remanet falsa, & per consequens dictæ sententiæ non sustinentur, vt dictum est &c.

GADICEN PENSIONIS.

Ven. 12. Decembris 1625.

ARGVMENTVM.

Accipe ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *In obligationibus non fit extensio.*

2 *Nec aliud est inquirendum præter id, quod est scriptum in Instrumento.*

3 *Clausula* Alias &c. *extēditur alias ad omnia damna & interesse.*

4 *Obligatus cum clausula* alias &c. *potest conueniri etiā pro sorte principali.*

5 *Declara quod debeat præcedere interpellatio vt præstet factum, & si non præstet, potest peti sors principalis.*

9 *Fideiussor non potest agere contra confidei ussorem pro tota summa.*

7 *Cessionarius potest agere in solidum contra obligator.*

DE

DECISIO DXCX.

Franciscus prouisus de beneficio simplici cum pensione annua 60. ducat. auri de Camera pro Celidonio promisit soluere dictā pensionem, & cautionem bancariam præstare ad triennium duraturā, eamque tertio quoque anno renouare.

Huic promissioni accesserunt inter alios Didacus, & Io. Lopez pro renouatione Cedulę bancariæ tantū Io. Lopez vigore dictę obligationis fuit coactus soluere scut. 351. & demptis scut. 68. pro sua rata, egit pro alijs contra Didacum eo obligatum, obtinuitque contra eum relaxari mandatum. Vnde fuit dubitatum, an Didacus teneatur ad pensiones per Ioieo obligatum solutas ita, vt mandatum AC. pro illis relaxatum sit exequendum, vel potius reuocandum, & DD. resoluerunt, Didacum non teneri et mandatum esse reuocandum.

Ratio fuit quia Didacus non se obligauit ad solutionem dictæ pensionis, sed pro renouatione Cedulæ Bancariæ tantum, ideoque non te-
1 netur ad solutionem pension. In obligationibus enim non fit extensio vnius ad aliam *l. si extraneus ff. de condit. caus. dat. l. si cū dotem in princ. ff.*
2 *solut. matrim.* Nec aliud est inquirendum præter id quod est scriptum in Instrumento *Baldus in l. fin. in princ. C. de fals. caus. adiect. leg. cum alijs adductis in decis. 403. par. 1. in recent.*

Non obstat, quod in obligatione facta per
3 Didacum legitur videlicet *alias &c.* quod extenditur alias ad damna, & interesse, & loco
4 interesse peti potest sors principalis *Bald. in l. si tradimo q. 4. C. de act. empt. Ruin. conf. 141. n. 9. prop. fin. lib. 1. Rot. decis. 141. num. 1. par. 1. diuers.* Quia ad effectum vt Didacus teneretur ad interesse debebat interpellari ad præstan. factum, &
5 quando factum non præstitisset, tunc erat locus obligationi ad interesse *Dec. conf. 108. sub num. 2. vers. Non modo sic vsque ad finem.*

Rursus dato, quod Didacus teneretur ad interesse etiam sine interpellatione, non poterat
6 aliqua actio competere Io. confideiussori contra Didacū saltem pro tota summa *Surd. decis. 201. num. 11. Menoch. conf. 32. numer. lib. 1. Rot. decis. 732. n. 1. par. 1. in recent.*

Nec obstat, quod hoc procederet, si Io. egisset tanquam fideiussor, secus vero est cum agerit vti cessionarius, hoc enim casu fideiussor
7 videtur emere nomen debitoris, & potest agere in solidum *Rota dec. 382. num. 5. par. 1. in recent. Franc. decis. 55.* quia in casu isto non constat de aliqua cessione.

Atque hinc etiam resultat alia iniustitia dicti mandati, quia scilicet Io. egit tanquam cessionarius, & tamen in actis non constat de cessione. Vnde sententia, seu mandatum non iustificatur in actis. &c.

COMAGLEN. ET FERRARIEN. PRÆPOSITVRÆ, ET BENEFICII.

Luna 15. Decembis 1625.

DECISIO DCI.

Impressa in Recent. dec. 630. par. 4. tom. 3.

LVCANA BENEFICII.

Luna 13. Ianuarij 1626.

ARGVMENTVM.

Arbitrium intrat ad impediendam executionem litterarum Apostolicarum quando adest legitimus Contradictor: Clausulæ *dummodo alteri non sit ius quæsitum*, & clausula *amoto quolibet illicito detentore*, faciunt executorem mixtum.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium regulatur à iure.*
2 *Clausula* dūmodo alteri non sit ius quæsitum, *clausula*, amoto quolibet illicito detentore *apposita in litteris Apostolicis faciunte executorem mixtum.*
3 *Via ordinaria non autem executiua debet procedi contra legitimum Contradictorem qualis est possessor legitimus de tempore expeditionis litterarum.*
4 *Appellatione pendente executio facta remanet nulla, & attentata.*

DECISIO DCII.

LATA in hac causa sententia per A. C. super executione litterarum Apostolicarum ad fauorem Vincentij obtentarum; fuit causa appellationis à Nicolao à dicta sententia interpositæ mihi commissa cum clausula, *sine præiudicio exequutionis litterarum Apostolicarum arbitrio Rota.* Vnde dubitaui an intret arbitrium. Et Domini censuerunt intrare arbitrium, pro retardanda exequutione; quia arbitrium regulatur à iure, & de iure dabatur à
1 dicta sententia appellatio ad vtrumq; effectum, ac propterea sum fuerit ab ea appellatum, non est locus illius exequutioni.

Quod autem à dicta sententia daretur appellatio ad vtrumque effectum patet, tum quia in litteris Apostolicis ad fauorem Vincentij, obtentis adest clausula *dummodo alteri non sit ius quæsitum*, & Clausula *amoto quolibet illicito detentore*, quę faciunt exequutorem mix-
2 tum itaut teneatur Iudicis Officium assumere, *Fel. in c. fin. num. 72. & seq. de præscript. Gonzal. super reg. 8. gloss. 9. in annot. num. 236. & seq. Rot. decis. 52. num. 2. part. 2. in recent. & coram S. M. Greg. XV. decis. 91. num. 2. & in Toletana Cappellania coram R. D. meo Decano, quæ est decis. 113. num. 5. & seq.* & ab eius sententia datur appellatio. *capit. vltim. cum ibi not. de præben. Bart. in c. super litteris de rescr. Card. Mant. dec. 324. n. 3. Card. Seraph. dec. 1045. num. 2. & coram R. D. meo Decano, decis. 196. 225. n. 5. & 251. num. 1.* Tum & multo magis quia Nicolaus tempore datæ dd. litterarum erat in possessione beneficii, de quo agitur vigore præsentationis de eo factæ à Patronis d. beneficii, atque ita dictus Nicolaus erat legitimus Contradictor, neque contra eum poterat procedi
3 exequutiuè, sed erat agendum via Ordinaria. *Rot. decis. 731. num. part. 1. & decis. 56. num. 3. part. 2. in recent. & in Burgi S. Donnini Præpositura 28. Nouembris 1616. coram R. P. D. Buratto*, & per consequens

sequens locus erat appellationi, neque ea pendente potuit sine vitio nullitatis, vel attentatorum ad executionem procedi. *Rot. coram Sanct. mem. Greg. XV. decis. 91. num. 3. & decis. 159. num. 3. part. 2. in recent.*

Et ita, &c.

ROMANA FRVCTVVM DOTIS,

Veuer. 11. Ianuarij 1626.

ARGVMENTVM.

Fructus dotales debentur vxori tàm cõstante, quã soluto matrimonio à Patre dotante vel ab eius heredibus, Et an censeantur tacite remissi si à marito viuente non fuerunt petiti, Et an huiusmodi præsumptio possit per contrarias debilitari.

SVMMARIVM.

1 *Fructus dotales debentur tam constante, quam dissoluto matrimonio.*

2 *Fructus dotales debẽtur in recompensam onerum Matrimonij, & ista regula fortius procedit, quando agitur cõtra Patrem dotantẽ, vel ipsius heredes n. 3.*

3 *Fructus dotales decursi viuente marito, & non petiti censentur remissi declara num. 5.*

6 *Appellatione dotis veniunt etiam fructus cum sint accessorij ad ipsam dotem.*

7 *Solutio prius cedit in causam fructuum, & vsurarum etiam absque declaratione.*

8 *Receptio partis vsurarum sufficit ad osseruandam præsumptionem remissionis.*

9 *Omnis interpretatio sumenda est pro exclusione donationis, & remissionis.*

10 *Remissionis tacita præsumptio per contrarias præsumptiones potest elidi, cum vna præsumptio ab alia tollatur.*

11 *Præscriptio interrumpitur per solutionem sortis, & fructuum.*

12 *Fructus dotales debentur etiam post solutum matrimonium ratione alimentorum ab heredibus Patris.*

DECISIO DCIII.

DOmini steterunt in decisis 15. *Ianuarij* 1621. coràm Reu. D. meo Patriarca, quod fructus debeantur Dominæ Marchionissæ, nisi obstet præscriptio Statutaria post annum 1587. Est autem in facto præmittendum pro faciliori intelligentia, quod de anno 1575. fuit cõstituta dos d. D. Marchionissæ per b. m. Pompeium Patrem, scut. 15. mill. ex quibus 6000. debebantur in die celebrationis matrimonij, reliqua verò scut. 9000. intra quinquennium; obijt autem b. m. maritus D. Marchionissæ Anno 1612. non facta adhuc solutione d. dotis. Vnde nunc agitur de fructibus
1 d. dotis non solutæ post dictam dissolutionem,
tam constante matrimonio, quam eo soluto
debitis ac decursis. Et quoad fructus quidem
decursos constante matrimonio, & sic vsque
ad Annum 1612. regula est pro affirmatiua; dicti enim fructus debebantur in recompensam
2 onerum matrimonij per *tex. in c. salubriter vbi
omnes Doct. de vsur. Surd. cons. 459. num. 4.* cum
alijs pluribus relatis per *Moder. discept. fr. c. 726.
num. 3. & seqq.* Et dicta regula eo magis proce-
3 dit, quando vt in casu isto agitur contra Patrem
dotantem, vel ipsius hæredes *Rot. decis. 471. n. 1.
par. 1. in recent.*

Nec obstat, quod dicti fructus non fuerunt
4 petiti viuente Marito, ideoque censentur remissi *l. vir vsuras ff. de donat. inter vir. & vxor.*
quià vltra quod magna est cõtentio inter Doctores, vtrum dicti tex. dispositio procedat tantum in remissione expressa, seù etiam in remissione tacita, vt apparet ex relatis per *Surd. in
tract. de alim. tit. 1. q. 42. num. 111. & seqq.* vbi
plures cumulat, qui tenent dictum tex. procedere in remissione tacita, nec in vsuris fauorabilibus, quales sunt istæ, de quibus agitur, sed
5 tamen in odiosis, hæc etiam opinio in casu
isto eo magis est amplectẽda. Primo quod non
subsistit in facto, quod dicti fructus non fuerint
petiti viuente marito, quia de Anno 1587. maritus petijt, & recepit scut. 2000 ad computum
suarum dotium, & sic etiam pro fructibus ipsi
debitis, nam appellatione dotis veniunt etiam
6. fructus dotis, cum sint accessorij ad ipsam dotem *Ceph. cons. 485. num. 113, l. 4. Neguz. de pign. n.
1. mem. 4. num. 47. ampliat. 6. Surd. in d. tract. de
alim. tit. 1. quæst. 43. num. 2. & fuit dictum in Rom.
fructuum dotis 15. Nouembris 1596. coram b. m.
Orano* & solutio dictorum scut. 2000. cessisse
7 censetur etiam absq; alià declaratione prius in
causam vsurarum *l. 1. C. de solut. l. in his §. Imperator ff. eodem Surd. cons. 290. num. 61. vol. 2. Rot. decis. 372. num. 5. par. 1. in recent.*

Et sufficit receptio partis vsurarum, vt non
8 sit locus dictæ præsumptę remissioni. *Dec. cons.
571. sub num. 6. vers. 40. considerandum est* cum
omnis interpretatio sumẽda sit pro exclusione
donationis, & remissionis, vt in dictis terminis *Corn. cons. 164. num. 6. lib. 3. Surd. d. cons. 290.
num. 53. & seqq. vol. 2. Rot. decis. 662. num. 8. par. 2.
in rec.* & *fuit dictũ in Romana exequutionis* 10. *Mart.*
1617. *coram R. P. D. Buratto.*

Secundo eo magis cessat d. præsumpta remissio, quia per testes, qui dantur pro parte D.
Marchionissę probatur, quod D. Marchio ipsius
maritus sæpius fuit protestatus, se velle cõsequi
dictos fructus, & cum dictis Testibus concurrunt etiam plures aliæ coniecturæ benè ponderatę in decis. Reuerendiss. D. mei Patriarchæ,
ex quibus saltem omnibus simul iunctis excluditur omnis præsumptio tacitæ remissionis, quæ
potest per contrarias præsumptiones elidi, cum
10 vna præsumptio ab alia tollatur *Surd, cons. 16.
num. 23. & decis. 339. num. 8. Rot. decis. 507. num. 12.
part. 2. in rec.* & in terminis fructuum dotis fuit
dictum *coràm S. mem. Greg. XV. decis. 63. num. 8.*

Nõ obstat præscriptio Statutaria *lib. 1. cap. 15.*
quia illa ad summum posset obstare ab anno
1612. vsque ad annũ 1612. neque ante dictum
annum potuit esse locus d. præsumptioni, quia
quælibet prætensa præscriptio fuit interrupta
11 per solutionem sortis, & fructuum factam, vt

dictum

dictum est, anno 1587. *Natt. cons. 402. numer. 64. Pedemont. decis. 102. num. 1. Rot. decis. 595. in fin. par. 2. in recen.*

Quo verò ad fructus debitos post solutum matrimonium, & sic post annum 1612. citra debentur pro rata dotis non soluta ab hæredibus Patris saltem ratione alimentorum, quo-
12 rum onus spectabat ad Patrem, illiusque hæredes *Menoch. cons. 81. num. 61. & seq. Surd. d. tract. de alim. tit. 1. quæst. 43. num. 31. & fuit dictum in Romana fructuum dotis de Cinciis 27. Ianuarij 1597. coràm bo. mem. Orano.*

Neque hoc casu necesse est, quod doceatur de interpellatione, & paupertate, quæ regulariter concurrere debent ad hoc, vt debeantur fructus
13 Viduæ *Rot. in d. Romana fructuum dotis 27. Ianuarij 1597. & 19. Ianuarij 1598. coram Orano.* Et in omnem euentum prædicta duo requisita etiam concurrunt, vt ex his quæ in facto deducta sunt demonstrantur.

Nec obstat, quod sors principalis d. dotis prætenditur fuisse vsque ab initio soluta mediante assignatione affictuum Terræ Zagaroli facta per Pompeium marito d. Marchionissæ in ipso instrumento promissionis d. dotis, quodque propterea cessat petitio dictorum fructuum, quia dicta assignatio non habuit effectum, neque illa fuit acceptata per D. Marchionem, caret-
14 que aliis etiã requisitis necessariis ad inducendam delegationem, aut dationem in solutum, de quibus per *Rot. coràm bo. mem. Greg. XV. decis. 217. num. 3. & per Modern. discept. fr. c. 64. num. 16.* nec propterea dici potest constare ex dicta assignatione de solutione d. Sortis, ita vt frustra, vt prætenditur, nunc disputetur de fructibus dotis non solutæ.

Et ita &c.

NOVARIEN. PAROCHIALIS.

Lunæ 19. Ianuarij 1626.

ARGVMENTVM.

Vt sit locus immissioni ad fauorem gratiosè Subrogati, quæ nam requisita debeant concurrere, & ista sigillatim examinantur.

SVMMARIVM.

1 *Immissio est concedenda gratiosè sub rogato Tribus concurrentibus requisitis nempe Clericatu, lite, & obitu possidentis beneficium.*
2 *Lis probatur ex commissione, citatione, aliisque actibus iudicialibus.*
3 *Clericatus probatur ex litteris patentibus Ordinarij.*
4 *Obitus probatur ex partita extracta ex libro Parochiali.*
5 *Possessio probatur ex Instrumento adeptæ possessionis.*
6 *Possessio præsumitur continuata vsque ad obitum.*
7 *Possessio probatur ex partita libri Parochialis, ac ex litteris edictalibus Ordinarij, maximè quando non agitur de præiudicio alicuius num. 8.*

DECISIO DCIV.

PEtrus Bellanus fuit prouisus authoritate ordinaria de altera ex duabus portionibus Ecclesiæ S. Clementis vti vacante eo quod vt prætendebatur Petrus Bonius illius vltimus, & immediatus possessor assecutus erat aliam Parochialem, & vigore dictæ prouisionis immissus obtinuit in possessionem dictæ portionis, vt constat ex instrumento, cuius copia data fuit *Summar. numer. 1.* post plures inde annos Petrus Bouius enuncians se possessorem dictæ portionis commisit causam iactationis, & iactationum contra dictum Bellanum in Rota, & vigore dictæ Commissionis eumdem Bellanum citare fecit, & contra eum ad plures actus iudiciales processit.

Hoc iudicio pendente decessit Bellanus, & Bouius obtinuit se gratiosè subrogari ad ius, & possessionem dicti Bellani. Vnde fuit dubitatum, an ipsi esset danda Immissio vigore dictæ gratiosæ subrogationis; & Dñi ipso solo informante censuerunt esse dandam, quia constat de tribus requisitis ad huius effectum, nempe de
1 lite, de clericatu Bouij, & de obitu Bellani in possessione *Rot. decis. 321. & decis. 144. num. 1. par. 1. in rec. Card. Seraph. decis. 990. num. 1.* & fuit dictum in *Verulen. Beneficij 16. Decembris 1601. coràm Litta; & in Toletana Parochialis 24. Ianuarij 1604. coràm bo. mem. Penia.*

Quo enim ad litem de ea cõstat ex commissione, in qua adest clausula *quam, & quas*, & clausula *cum omnibus incidentibus, & toto negotio principali* & ex subsequuta citatione iunctis aliis acti-
2 bus iudicialibus, de quibus in processu *clem. 2. & ibi DD. vt lit. pend. Rot. d. decis. 321. n. 2. par. 1. & decis. 42. num. 1. par. 2. in recent.*

Clericatus autem probatur ex litteris patentibus Ordinarij, in quibus asserit d. Bouium esse
3 Presbyterum *Felin. in c. post censionem nu. 3. & 15. versi. fallit. 7. de prob. Rol. cons. 4. num. 5. lib. 1. Gram. decis. 81. num. 1.*

Et quoad obitum Bellani in possessione constat in primis, quod dictus Bellanus obierit ex
4 partita ex tracta ex libro Parochiali *Rebuff. ad reg. Constit. tom. 2. rubr. de regest. Baptism. & Sepult. gloss. 4. in princ. num. 1. Mandos. ad reg. 18. quæst. 10. sub num. 4.*

Et quod obierit in possessione probatur ex
5 Instrumento ad eptæ possessionis per dictum Bellanum *Abb. in c. cum nobis de præscript. num. 5. & fuit dictum in literen. Archip. 7. Februarij 1601. coràm bo. mem. Card. Sacrato* quæ possessio præsu-
6 mitur continuata vsque ad ipsius obitum *Innoc. in c. sæpe sub num. 2. vers. possessionem autem Ecclesiarum de restit. spol. Alex. cons. 33. num. 3. lib. 3. Natt. cons. 400. num. 6. lib. 2. Rot. decis. 700. num. 1. par. 1. & decis. 401. num. 4. par. 2. in recent.*

Nec obstat, quod Bouius in supradicta Commissione asserit se possidere dictam portionem, quia hoc intelligi debet de possessione merè ciuili. Nam quod Bellanus fuerit in possessione colligitur ex supradictis, & etiam ex dicta partita libri Parochialis, in qua Bellanus enunciatur Rector Parochialis Ecclesiæ S. Clementis, & melius ex literis edictalibus Ordinarij in quibus

bus dicitur quod dicta portio vacauit per obitũ Bellani illius vltimi, & immediati possessoris *d. Summ. num. 4.*

Quæ omnia eo magis admittenda sunt,
5 quod non agitur de præiudicio alicuius cum vt supponitur, nullus sit in possessione dictæ portionis, ideoque absque difficultate locus est dictæ Immissioni vigore dictæ gratiosæ subrogationis. &c.

FIRMANA PENSIONIS.

Veneris 23. Ianuarij 1626.

DECISIO DCV.

Impressa in Recent. decis. 464. par. 4. tom. 2.

ROMANA SALARII.

Veneris 23. Ianuarij 1626.

DECISIO DCVI.

Impressa post Zacch. de Salar. decis. 83.

ROMANA PALATII.

Lunæ 26. Ianuarij 1626.

ARGVMENTVM.

Lis dicitur incepta quando fructus fuerunt iudicialiter petiti. Clausulæ *quam & quas* in commissione nil releuant quando iudicia sunt contraria, contractus iuratus non cadit sub generali dispositione statuti, nisi de eo fiat specialis mentio.

SVMMARIVM.

1 *Lis non dicitur incepta nisi à die quo fructus fuerunt petiti iudicialiter.*
2 *Lis super fructibus valdè differt à lite super rescessione contractus, nam qui petit fructus tendit ad illius exequutionem, secus verò qui instat pro illius rescissione.*
3 *Clausula* quam, & quas *non immutant iudicium inceptum.*
4 *Iudicia quando sunt incompatibilia & contraria, tunc clausula* quam, & quas *in commissione nihil operantur, sed requiritur specialis expressio.*
5 *Contractus iuratus non comprehenditur sub generali dispositione statutorum, nisi de illo sit facta mentio.*
6 *Iuramentum perpetuat actionem, habet que vim litis contestationis, quæ interrumpit præscriptionem.*
7 *Statutum Vrbis tollit iuramentum, quia tollit fidem scripturæ.*
8 *De statuto vnius loci non valet il latio ad statutum alterius loci.*

DECISIO DCVII.

DOMINI dixerunt, litem incœpisse anno 1623. & *Statut. Vrb. c. 159. sum. 1.* non obstare; de alijs verò mandarunt particulariter videri.

Nam quoad litem fructus, de quibus agitur non fuerunt petiti iudicialiter, nisi de anno 1623
1 vnde tunc & à d. tempore incœpit dicta lis.

Nec obstat, quod videatur incœpisse d. lis anno 1599. quo fuit præsentata in actis commissio, cuius copia datur, quia tunc, vt in commissione legitur, fuit commissa causa super rescissione venditionis ex capite enormissimæ læsionis, non autem super solutione dictorũ fructuum, ac propterea dici non potest, quod dicto anno 1599. incœperit lis super dictis fructibus, sed super rescissione dictæ venditionis, quæ est diuersa admodum a lite super fructibus, quia lis super rescissione præsupponit venditorem nolle stare contractui, lis au-
2 tem super fructibus tendit ad ipsius contractus exequutionem, & sic lis super rescissione nihil commune habet cum dicta lite super fructibus.

Nec obstat clausulæ *quam & quas &c.* de quibus in dicta commissione, quia illę non mutant iudicium incœptum *Mohed. dec. 5. numer. 1.*
3 *de iud.* & nihil operantur, nisi deducãtur ad speciem *Card. Seraph. dec. 113. num. 13.*

Quod eo magis in casu isto procedit, quia, vt dictum est, ista duo iudicia sunt inter se contraria, & propterea requirebatur specialis ex-
4 pressio ad *not. per Socc. cons. 122. num. 1. lib. 4. Paris. cons. 131. num. 8. & seqq. lib. 1.* vbi quod clausulæ salutares appositę in libello non possunt saluare libellum à contrarietate.

Non obstat etiam *Stat. Vrb. c. 159. lib. 1.* quia illud non habet locum in contractu iurato; iuramentum enim non venit in generali dispo-
5 sitione; nisi de illo sit facta mentio *glos. in c. cum non deceat verbo effectus de elect. in 6. et in c. constitutis nu. 5. de rescript. Gabr. de Iureiur. concl. 5. inprtc. Seraph. de princ. Iuram. par. 22 nu. 53.* & iuramen-
6 tum perpetuat actionem, habetque vim litis contestationis, quæ interrumpit præscriptionem *l. nam & postea ff. si is qui & ibi Bart. num. 3. Rom. num. 4. Ias. num. 5. ff. de Iureiur.* & in terminis d. statuti fuit dictum *in Romana pensionis domus 16. Ianuarij 1598. coram bo. me Card. Lancell. relata per Marches. to. 1. fol. 857.* in casu autem isto fuerunt promissi dicti fructus, de quibus agitur medio iuramento; & sic non intrat dispositio dicti statuti.

Et in contrarium allegata procedunt in ter-minis *Stat. Vrb. eod. sum. 1. c. 158.* quod tollit iura-
7 mentum, quia tollit fidem scripturæ, ex quã probatur iuramentum, quod potest fieri per statutum *Castr. cons. 61. tom. 2. Alex. cons. 170. nu. 1. & 2. lib. 7. Rot. dec. 104. num. 2. par. 2. diu.* & de vno
8 statuto ad aliud non est inferendum, vt dicitur in supradicta *dec. Romana pensionis domus cor. bo. me. Card. Lancellotto.*

Et ità &c.

BRIXIEN. ARCHIPRESBYTERATVS.

Vener. 30. *Ianuar.* 1626.

DECISIO DCVIII.

Impressa in Recent. decis. 2. par. 5.

CALAGVRITANA PROCESSIONVM.

Vener. 30. *Ianuarij* 1626.

ARGVMENTVM.

Laudi nullitatem inducentia plura explicantur. Item an & quando acquiescentia, vel recusatio præsumatur. Compromissum licet conceptum cum verbis generalibus non comprahendit differentias per rem iudicatam sublatas, nisi de eis fuerit facta specifica mentio.

SVMMARIVM.

1 *Laudum latum sine citatione est nullum.*

2 *Laudum latum absque iurisdictione est nullum, & dicitur latum absque iurisdictione quando Iudex excessit fines compromissi.*

3 *Compromissum licet conceptum cum verbis amplis & generalibus non comprehendit differentias per rem iudicatam decisas, nec præsumitur rei iudicatæ renunciatum.*

4 *Prælatus non potest renunciare Iuri Ecclesiæ quæsito per sententiam.*

5 *Compromissum non valet super eo quod iudicatum est nisi expresse dictum sit non obstante sententia in iudicatum transacta.*

6 *Procurator habens facultatem approbandi laudum, intelligitur quatenus laudum non excedat fines compromissi.*

7 *Laudi ratificatio lati contra compromissum dicitur donatio, & ideò fieri non potest a Procuratore quamuis habeat mandatum cum libera.*

8 *Fides non faciunt fidem.*

9 *Laudi acquiescentia tollitur ex reclamatione.*

10 *Laudi reductio ad arbitrium boni viri durat per 30. annos.*

11 *Laudi ratificatio excluditur absolutè, quando aliquis habet pro se rem iudicatam, & immemorabilem.*

DECISIO DCIX.

DOMINI dixerunt, constare de bono iure Capituli, atque ita recesserunt à decisione in hac causa facta 2. *Decembris* 1624. fundamentum autem resolutionis fuit, quia laudum per D. Episcopum latum non potest sustineri tum quia fuit latum sine citatione, quo casu
1 remanet nullum *Ias. in l. si quis arbitratu num. 21. & seq. ff. de verb. oblig. Bar. cons. 166. num. 2.*

Tum etiam quia fuit latum absque iurisdictione scilicet extra compromissum, quia in D. Episcopum fuit compromissa tantum differentia, quę vertebatur inter Capitulum ex vna & Beneficiatos S. Iacobi, & Andreæ ex altera circa numerum Clericorum, qui debebant accedere ad processiones, & horas petere, atque ità in eo, quod dictus Episcopus liberauit dictos Clericos ab onere accedendi ad processiones, & petendi dictas horas excessit fines dicti compromissi, & per consequens laudum in hac parte dicitùr latum sine iurisdictione,
2 ideoque est ipso iure nullum *l. non distinguemus §. de off. ff. de recept. arbitr. Surd. cons. 273. num. 12. et seq. Rollan. cons. 28. num. 38. l. 4. Ceph. cons. 693. n. 15.* & fuit alias in hac causa firmatum.

Nec obstant, quæ in dicta decisione dicebantur, quod compromissum fuit factum, non solum circa dictum numerum Clericòrum, sed etiam super quibuslibet alijs dissentionibus, quodque fuit in eo data facultas D. Episcopo sententiandi, prout ei videbatur conuenire pro seruitio Dei, bonoque, & vtilitate suarum Ecclesiarum, quia non propterea potest censeri data facultas sententiandi super dicto onere accedendi ad processiones, nam super dicto onere aderat sententia transacta in rem iudicatam vsque de anno 1484. Vndè verisimile non est, quod Capitulum voluerit dictæ rei iudicatæ renunciare, illamque in d. compromisso sub dicta verborum generalitate cō-
3 præhendere *ad tex. in cap. ex posita, & ibi Abb sub num. 3. vers. item quia Prælatus de arbitr.* vbi dicit, quod Pręlatus etiam, si vellet non potest renunciare iuri Ecclesiæ quæsito per sententiam
4 *Paul. de Castr. in l. si causa cognita num. 3. ad fin. Doctores in l. si diuersa, & in ibi Alex. num. 5. Ias. nu. 6. C. de transac.* vbi omnes tradunt non valere
5 compromissum super eo, quod iudicatum est nisi expresśè dictum sit, non obstante sententia in iudicatum transacta, atque ita in contrariū allegata possent procedere, si super dicto onere non ad fuisset res iudicata, tunc enim sub dictis clausulis generalibus posset censeri cōpræhensum etiam dictum onus.

Non obstat emologatio dicti laudi, quia emologatio fuit facta à procuratoribus eadem die, qua laudum fuit latum vigore mandati dati ante laudum, & in dicto mandato fuit data facultas dictis Procuratoribus approbandi sententiam, quàm D. Episcopus pronunciabit vigore dicti compromissi. Vnde apparet, quod dicti Procuratores habebunt facultatem approbandi laudum, quatenus non excederet fines compromissi ad not. *per Fel. in c. quoniam contra num. 48. vers. limit. 5. deprobat. Ruin. cons. 62. n. 26. & seq. l. 5.* vbi quod ratificare laudum contra compromissum latum est donare, quod fieri
7 non potest à Procuratore quantum vis habeat mandatum cum libera *Socc. iun. cons. 22. num. 29. lib. 3. Card. Mantic. de tacit. & ambig. l. 7. tit. 16. n. 40.*

Non obstat, quod laudum fuit obseruatum per spatium integri anni, quia hoc non probatur, nisi per quasdam fides, quæ non faciunt fidem, *auth. si quis in aliquo. & ibi DD. C. de edendo Ceph. cons. 380. num. 21.* & immò potius constat de contrario, quia ex datis in nouo summario apparet, Capitulum intra annum reclamasse, & petijsse reduci laudum ad arbitrium boni viri, fecisseque annotare in suis libris capitularibus pænas, in quibus prætendebat Beneficiatos incidisse iuxta formam antiqui laudi

di non accedendo ad processiones, ex quibus
9 cessat pretensa acquiescentia *Aym. cons. 266. n. 9. & fuit dictum in Tirasonen. Iurisdictionis 5. Iulij. 1593. coram Illustrissimo Card. Millino* quia immò etiam, quod Capitulū tacuisset per annum, non propterea censeri posset ratificasse dictum laudum, quia reductio laudi ad arbitrium boni vi-
10 ri durat etiam per 30. annos *Alex. qui de communi testatur cons. 95. num. 15. vers. sed tenendo communem opinionem l. 2. Dec. cons. 93. num. 6. vers. & predicta reductio, & vers. ex quo infertur vol. 1. Socc. cons. 220. num. 5. lib. 2.*

Et eo minus intrat presumptio dictæ ratificationis, quia Capitulum habet vltra dictā sententiam, & rem iudicatam pro se etiam immemorabilem, cui eo minus præsumi potest vo-
11 luisse renunciare, *Iux. not. per Ias. & DD. in dicta l. si causa cognita C. de transact. &c.*

TIBVRTINA TERRARVM

Merc. 4. Februarij. 1626

ARGVMENTVM.

Substitutio reciproca de linea ad lineam resultat ne dum ex verbis id expresse suadētibus, verum etiam ex coniecturis, & quæ sint istæ coniecturæ ex actē recensentur.

SVMMARIVM.

1 *Reciproca inter descendentes resultat ex verbis* eosdē inuicem inter se substituit, quatenus vnus moreretur sine filijs.

2 *Reciproca substitutio quando expressē dicatur inducta ne dum inter filios, verum etiam inter descendentes in infinitum, & num. 3.*

4 *Reciproca resultat ex verbis* così s'osserui in infinito, *sed hoc intellige discretiuē de proprijs filijs, & descendentibus vniuscuiusq; instituti, non autem de vna linea ad aliam declara num. 5.*

6 *Reciproca de linea ad lineam inducitur ex coniecturis, & quæ sint istę coniectura distincta enumerantur, num. 7. & 8.*

DECISIO DCX.

Proposito dubio, an sententia A.C. sit confirmanda, vel infirmanda, fuit prima vice resolutio calendata, et in alia propositione Domini ordinarunt, vt strictè videretur, an ad esset reciproca inter descendentes vtriusque lineę, & hac supradicta *die 4. Febar.* resoluerunt ad esse reciprocam inter descēdētes vtriusque lineę. Vincentius enim institutis Lutio, & Io. Dominico suis filiis eosdem inuicem inter se substituit quatenus vnus moreretur sine filijs, ibi, *& se alcuno d'essi morirà senza Figliuoli legitimi, &*
1 *naturali masthi, l'vno mora all'altro, &c.* per quæ verba dubium non est fuisse inductam reciprocam substitutionem *ad l. iam hoc iure vers. quod Ius, & l. huius ff. de vulg.*

Deindè vlterius ponderando ordinauit, quod si aliquis ex dictis suis hæredibus institutus decessisset sine filio masculo, sed cum fœmina, illa non succedat, sed dotetur, & in reliqua sua hæreditate succedat alter institutus, si erit in rerū natura; alias succedant ipsius filii masculi, & statim subiecit, *e così s'osserui in infinito durante la*
2 *linea masculina.* Vnde apparet Testatorem non solum induxisse reciprocā inter filios, sed etiam vocasse verbis expressis ad successionem Patrui Nepotes, & cum statim subiecerit illa verba, *& è così s'osserui in infinito durante la linea masculina* dubitari non potest, quin voluerit eandem reciprocam inductam inter filios, & etiam inter Nepotem, & Patruum durare inter omnes descendentes in infinitum, & sic negari non potest, quod non fuerit inducta reciproca inter descendentes in infinitum vtriusque lineę *Ruin.*
3 *cons. 151. num. 7. vol. 2. Crauett. cons. 130. numer. 6.* verba enim illa, *e così* sunt repetitiua qualitatū præcedentis substitutionis. *Ruin. cons. 184. nu. 6. lib. 2. & in terminis ad inducendam reciprocam est cons. Socc. Sen. 62. sub. num. 8. vers secundo quia lib. 3. Menoch. cons. 232. num. 21. Rot. decis. 455. num. 10. por. pr. in recentior. cum alys per Fusar. de subst. quæst. 475. num. 35. vers. & quando, &c.*

Non obstat, quod illa verba, *e così s'osserui, &c.* important quidem reciprocam intra eandem lineam, sed non possunt operari, vt censeatur inducta reciproca de vna linea, ad aliam lineā, & sic dicta reciproca intelligi debet factā discre-
4 tiuē de proprijs filijs, & descendentibus vniuscuiusque instituti *Card. Seraph decis. 1023. num. 3.* cum adductis in causa Bononien. fideicōmissi de Bentiuolis 5. *Maij. 1621. coram Reuerendiss. D. meo Decano*, & alijs allegatis, quia quidquid esset dicendum, si simpliciter fuissent substituti reciproce Lutius, & Io. Dominicus hæredes instituti, & Testator immediate subiecisset dicta verba, *e così s'osserui, &c.* cessat in casu isto difficultas, quia vt dictum est Testator ne dum induxit reciprocam inter filios hæredes institu-
5 tos, sed etiam inter Patruum, & Nepotes, & sic induxit reciprocam etiā de vna linea ad aliam, & cum eandem dispositionem voluerit obseruari in infinitum, clarum est, quod voluit inducere dictam reciprocam inter omnes descendentes in infinitum. *Surd. cons. 336. num. 9. & ex Gozzad. cons. 4. num. 13. Seraphin. decis. 409. nu. 11. Rot. in recent. decis. 718. num. 2. & 3 par. 2.*

Quod eo facilius procedit, quia in casu isto plures aliæ coniecturæ concurrunt, quæ multū conferunt ad inducendam reciprocam de vna
6 linea ad aliam, præsertim verò, quod Testator deficientibus masculis vtriusque lineæ vocauit filias proprias vna cum earum filiis, &c. & post mortem omnium ipse Testator vocauit suas
7 proprias filias, & earum filios similiter in infinitum; ex hac enim vocatione oritur non leuis coniectura ad hoc vt censeatur inducta reciproca de linea ad lineam *ad tex. in l. Titia Seio §. Seio libertis ff. de leg. 2. Menoch. cons. 575. num. 10. Peregr. de fideicom. artic. 13. num. 73. vers. contra verò*, & faciunt aliæ coniecturæ deductæ *in alia decisione Tiburtina Oliuetorum 17. Maij 1621. coram me*, in qua fuit firmatum esse fideicommissum istud perpetuum. Atque ita visum fuit Dominis in casu isto per mortem Io. Baptistæ descēdentis ex Lutio sine filiis factum esse locum

Ff fidei-

fideicommisso ad fauorem D. Caroli descendentis ex Marco Antonio filio Io. Dominici exclusa D. Titia Roncetta de Vegeribus sorore Io. Baptistæ, & ex dicto Lutio descendente, &c.

SPOLETANA DOTIS.

Merc. 4. Febr. 1626.

ARGVMENTVM

Donatarius non valet acceptare donationem celebratam ad eius fauorem, & recusare onus in ea à Donante iniunctum. Dotis promissio facta à necessario debitore nulla indiget solemnitate.

SVMMARIVM.

1 *Donatarius non potest acceptare donationem, & recusare onus in dicta donatione adiectum.*

2 *Turpitudinem propriam allegare non est permissum.*

3 *Dotandi onus transit ad hæredes vna cum bonis, & hæreditate.*

4 *Dotis promissio nulla indiget solemnitate, & nec in ea locum habet Constitutio Sanct. mem. Pij Quinti; maximè quando fit ex causa necessaria.*

5 *Statutum Ciuitatis Spoleti prohibens dari vel promitti dos vultra summam scutorum 500. declaratur, & illius dispositio non attenditur quia illi fuit derogatum à Sanct. mem. Clemente Octauo nu- mes. 60.*

7 *Donatarius acceptans donationem sibi factam absolutè tenetur onus adimplere, nec valet commodum percipere, & onus recusare.*

8 *Monialis per ingressum in Religionem non desinit esse de eadem Ciuitate, in qua ortum habuit.*

9 *Breue non derogans regulæ* de iur. quesit. non tol, *non præiudicat illi, cui iam fuerat ius quæsitum.*

10 *Exceptiones requirentes altiorem indaginem non admittuntur ad retardandam executionem obligationis Cameralis.*

DECISIO DCXI.

DOmini steterunt in decisis 23. *Iunij præteriti*, quia soror Maria abundantia donauit Iuliano hæreditatem Baldi sui fratris cum onere soluendi Catherinæ scuta 1000. vnde non potest Iulianus dictam donationem
1 acceptare, & recusare onus in dicta donatione adiectum *c. officij de testam. leg. Caius ff. de manumissis Aym. conf. 174. num. 9. Castr. cos. 193. num. 3 l. 2. decis. cos. 299. num. 3. Surd. cos. 143. num. 10. l. 1. Rot. decis. 107. num. 2. par. 1. in recentior. cum alys in alia decis. allegatis.*

Nec obstat, quod promissio dictorum scut. 1000. facta per dictam Mariam Abundantiam ad fauorem dictæ Catherinæ fuit inualida, quia vltra quod Iulianus allegando nullitatē dictæ promissionis videtur allegare propriam turpi-
2 tudinem, cum ex eisdem rationibus esset etiam nulla donatio dictæ Mariæ Abundantiæ facta ad fauorem Iuliani, non probatur etiam nullitas dictæ promissionis, sed imò potius constat illam fuisse validam; quia dicta quatuor mille fuerunt promissa Catherinæ, ex bonis, et hæreditate Baldi sui Patris, ex quibus dicta Catherina debeat consequi alimenta, & loco alimentorum dotem, pro qua ipsi fuerunt promissa dicta scut. mille, atque ita dicta Maria Abundātia promisit soluere debitum necessarium, quia scilicet ad ipsam transiuit vna cum bonis, & hæreditate Baldi onus dotandi dictam
3 Catherinam *Franc. decis. 178. num. 6. & dec. 686. num. 2. Capic. decis. 164. num. 3. & 4. cum alys per Lupum in tract. de illegit. coment. 2. §. pri. num. 17. in fin.* nec per consequens ad effectum validitatis dictæ promissionis requirebatur alia solem-
4 nitas, & constitutio Pij V. non intrat, quia non agitur de bonis Ecclesiasticis, sed de bonis Secularibus, & hæreditarijs, ex quibus erat debita dos dictæ Catherinæ, vt dictum est.

Non obstat, Statutum Ciuitatis Spoleti, quo
5 prohibetur dari, vel promitti dos vltra summā scutorum 500. quia quidquid sit, an constet de sufficienti cōfirmatione dicti statuti, cessat difficultas, tum quia huic statuto fuit derogatum
6 per *Sanct. mem. Clem. 8.* vt in copia, quæ datur, tū etiam quia cum Iulianus, vt dictum est acceptauit donationem sibi factam cum onere soluendi dicta scuta mille, tenetur onus adimplere, nec potest commodum ex dicto contractu percipere, & onus soluendi dicta scuta mille
7 sub prætextu inualiditatis dictæ promissionis recusare. *Bal. in dicto l. dolum C. de peric. & com. se: ne nd. cum alys per Tiraq. de retract. conuent. ad fin. tit. num. 4. 5. & 6.*

Non obstat, quod Breue dictæ derogationis est subreptitium eo quod in ea non fuit facta mentio, quod Maria Abundantia esset Monialis, & Cathærina filia naturalis dicti Baldi, quia quoad Mariam Abundantiam sufficit, quod fuerit expositum Papę, quod ipsa erat mulier Ciuitatis Spoletanæ, prout verè erat, quia per ingressum Religionis non desijt esse de eadem
8 Ciuitate *Bart. in l. pri. num. 11. ff. ad municip. Surd. decis. 129. num. 14. & seq. & cons. 2. num. 34.* quò verò ad Catherinam fuit narratum Papæ, quod erat naturalis, & sic cessar dicta subreptio ex facto.

Non obstat quod in dicto Breui non fuit derogatum *reg. de iur. quaes. non toll.* quia non con-
9 stat, quod esset ius aliquod quæsitum Iuliano vel alteri, quo casu posset esse fortassis locus *decis. Cas. de Gress. prim. de verb. significat.* & alijs pro Iuliano allegatis.

Et in omnem euentum istę, & aliæ exceptiones non possunt opponi per Iulianū, qui vt dictum est, acceptauit donationem cum isto onere, bonaque possedit, & fructus super 20. annos percepit, nec illę tamquam altiorem indaginem requirentes admitterentur in isto iudicio ad retardandam executionem obligationis
10 Cameralis. *Cassad. decis. vnic. num. 2. de statut. petit. Card. Seraph. decis. 1455. num. 2. Rot. decis. 415. num. 6. par. pri. & decis. 686. num. 7. par. 2. in recent. &c.*

ROMANA

ROMANA SEV' CAMERINEN. PECVNIARIA.

Vener. 6. Februarij. 1626.

ARGVMENTVM.

Identitas Mercis transmissę an, & quando remancat Iustificata, vel non. Solidationes computorum quando possint denuo reuideri ex errore Calculi; materia latissimè examinatur.

SVMMARIVM.

1 *Confessiones facta in Epistolis plenè probant.*
2 *Creditum probatur ex partita descripta in libris Mercatorum.*
3 *Partita dicuntur omninò diuersa quando differunt in tempore, & quantitate.*
4 *Identitas mercis trasmissa an, & quando remaneat probata, vel non & num. 5.*
6 *Solidationes computorum factæ cum clausula* sine præiudicio, *semper possunt reuideri ex quo ista sola praseruat ius partium.*
7 *Solidatio nunquam substinetur quoties cõstat de errore Calculi; etiam si transusset in stipulationem.*
8 *Perito attestanti de errore calculi standum est.*
9 *Calculus probatus erroneus in vna partita, non attenditur quo ad alias.*
10 *Pactum impedit calculi reuisionem, quando præcessit lis; vel quæstio super calculo secus verò si li, & quæstio non præcessit.*

DECISIO DCXII.

Domini dixerunt, sententiam A. C, quoad sexdecim petias pannorum esse iustam, de alijs verò mandarunt particulariter videri.

Nam quoad dictas 16. petias constat, quod Sabellefchi illas receperunt à Iordanis ex confessione in duabus Epistolis scriptis à dictis Sa-
1 bellefchis Iordanis die scilicet 16. *Febr.* 1622. & *die 9. Martij* eiusdem anni, in quarum prima fatentur recepisse petias decem pannorum, in alia verò petias sex, quæ constituunt numerum petiarum sexdecim, de quibus agitur, &c.

Nec obstat, quod Iordani fuerunt descripti
2 creditores pretij dictarum 16. petiarum in libris dictorum de Sabellefchis, quodque dicti pretij fuit habita ratio in solidatione computorum facta inter dictas Sabellefchos, & Iordanos, sicque non posset à dictos Sabellefchis iterato exigi dictũ pretium; quia est aduertendũ, quod obiectum hoc non verificatur in facto, non enim constat, quod in libris dictorum de Sabellefchis fuerit adnotata dicta partita, minusque; quod de ea fuerit habita ratio in solidatione.

Nec obstat, quod dicta partita 16. petiarum reperitur descripta sub alia partita petiarum 17. quia dicta partita petiarum 17. loquitur de petijs consignatis Sabellefchis 17. Iunij 1622. & sic dicta partita non conuenit cum petijs, de quibus in dictis Epistolis, nec circa numerum petiarum, cum in dictis Epistolis contineatur numerus 16. petiarum, non verò 17. nec etiam circa tempus, quia scilicet litteræ fuerunt scriptæ diebus 16. *Febr.* & 9. *Martij*, & tunc fassi fuerunt Sabellefchi se recepisse dictas 16. petias, in dicta verò partita dicitur dictos Sabellefchos recepisse dictas 17. petias 12. *Iunij*, vnde benè
3 intrat hoc casu dispositio, *text. in L. quingenta in fin. ff. de probat. l. si is qui ducenta in princ. & ibi Glos. ff. de reb. Bart. in l. triticum num 3. ff. de verb. oblig. Surd. cos. 80. num. 10. & seqq. Ias. cos. 87. num. 2. & seq. lib. 3. cum alijs adduc. per Menoch. de arbitr. casu 213. num. 11. & seqq. & fuit dictum in Rom. affictus 23. Ianuarij 1613. coram R. P. D. meo Pirouano.*

Nec obstat, quod in dicta partita dicitur, quod dictæ petiæ fuerunt Sabellefchis transmissæ ante diem 12. *Iunij* licet fuerint dicta die 12. *Iunij* consignatæ ibi *mandateci per auanti, e consegnateci hoggi*, & sic dicta partita concordari posse videtur cum dictis litteris, vt scilicet censeatur, quod petiæ fuerint transmissæ de Mense Februarij, & Martij, quibus fuerunt conscriptæ litteræ, consignatæ verò 12. *Iunij*, qua fuit creata dicta partita, quia hoc nullo modo potest subsistere, nam in litteris fatentur Sabellefchi non solum, quod petiæ, de quibus in dictis litteris ipsis fuerunt trãsmissæ, sed etiam quod
4 illas receperunt, & præsertim in litteris scriptis 9. *Martij* 161. *habbiamo riceuuto, e dato debito della vettura*, & sic fatentur etiam consignationem dictarum petiarum, quin etiam in ijsdem litteris conqueruntur, quod Panni transmissi sunt subtiles, quodque sunt confecti ex lanis non bonis, quod est manifestum signum iam tunc fuisse ipsis consignatas dictas petias. Vltra quod nec verisimile est, quod dicta consignatio fue-
5 rit dilata vsque ad Mensem Iunij, et sic patet vndequaque dictum intellectum non adaptari nec posse subsistere prætensam identitatẽ petiarum.

Non obstat, quod ter fuerunt solidata computa inter dictas partes, quodque stante huiusmodi solidatione; non possunt cõputa reuideri, quia primę duæ solidationes fuerunt factæ cum Clausula *sine præiudicio, etc.* per quam fuit præseruatum ius partium *Put. decis. 34. num. 1. & 21. l. 1. Card. Seraph. decis. 144. num. 6. Rot. diu decis 1013. nu. 1. l. 3. par. 3.* tertia verò licet possit videri solidatio finalis; tamen non legitur in ea pactum, quod non possit dari de errore calculi, vltra quod solidatio nũquam sustinetur, quã-
7 do constat de errore, etiamsi transisset in stipulationem *Bal. in l. 1. num. pri. C. de errore calculi Ceph. cons. 562. numer. 14. & seqq. l. 4.* & in casu constat de errore tamen ex supradictis; quam etiam ex relatione periti per Iudicem electi, cui creditur etiam circa existentiam erroris
8 *Rot. decis. 140. num. 1. par. 1. in recentior. Card. Seraph. decis. 275. sub num. 3. & fuit dictum in Rom. administrationis funduci 6. Nouembris 1619. & 10. Iunij 1621. coram R. P. D. meo Buratto*, & vno errore probato non attenditur calculus etiam
9 quoad alias partitas *Tob. non. cons. 63. sub num. 17. vbi etiam num. 18.* dicitur quod pactum tunc impedit calculi reuisionẽ, quando præcessit lis, vel quæstio super calculo, si vero non præcessit

ſit lis ſuper calculo, tunc pactum non obſtat
10 quominus ex cauſa erroris calculi ratio, etiam
ſæpius computata reuideri, & denuo tractari
debeat *iuxt. text. in dicta l. pri. in fin. C. de error. calcul. Ruin. conſ. 38. lib. 1. Card. Seraph. dicta deciſ. 275. num. 11.*

ROMANA CENSVS

Veneris 6. Februarij 1626.

DECISIO DCXIII.

Impreſſa apud Poſtium de manut. deciſ. 504.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE GRIPTIS.

Lunæ 9. Februarij 1626.

ARGVMENTVM.

Repetitionis exceptio pecuniarum ſolutarum an poſſit impedire immiſſionem Renunciati in bonis Renunciatis ſtante nullitate Renuntiationis.

SVMMARIVM.

1 *Monaſterium vt poſſit compelli ad reſtitutionem pecuniarum ſolutarum Monali, debet doceri illas fuiſſe verſas in vtilitatem Monaſterij.*

2 *Actio indebiti non competit illi qui ex contractu nullo tenetur ad reſtitutionem rei, & fructuum, nam tunc intrat compenſatio.*

3 *Solutio præſumitur facta ex fructibus bonorum reſeruatorum, & num. 5.*

4 *Maſculis non extantibus hæreditas Paterna ſpectat ad filiam licet dotatam ſtante ſtatuto fœminarum excluſiuo.*

DECISIO DCXIV.

Factis deciſionibus in hac cauſa ſuper nullitate renunciationis Claudiæ, fuit dubitatũ an Monaſterio petẽti immiſſionem obſtet exceptio repetitionis ſolutorum Claudiæ vigore inſtrumenti dictæ renunciationis, & Domini dixerunt, dictã exceptionem non obſtare; Nam quoad dotẽ, & Acconciũ nulla eſt controuerſia cum non petatur illorum reſtitutio, quo verò ad ſcuta 15. annua promiſſa Claudiæ in dicto Inſtrumento viuente Flaminia eius Matre, & cum effectu ſoluta ab anno 1588. vſque ad annum 1671. quo obijt dicta Flaminia, & ſcuta 30. promiſſa poſt mortem Flaminiæ, nõ obſtat dicta exceptio; quia dicta ſcuta 30. poſt hãc litem motam decurſa nõ fuerunt ſoluta Claudiæ, ſed depoſitata, ideoque quoad illa non poteſt obſtare dicta exceptio Monaſterio, ſed Franciſcus poterit depoſitum recipere.

Quo autem ad vnicam ſolutionem ſcut. 30.
factam eidem ante litem motam, & ad ſupra
dicta ſcuta 15. annua, licet, vt dictum eſt, illa
fuerint ſoluta Claudiæ, tamen omiſſo, quod
non conſtat fuiſſe verſa in vtilitatem Mona-
1 ſterij, prout requiritur ad effectum, vt teneatur
Monaſterium ad illorum reſtitutionem. *Rimin.
iun. conſ. 5. num. 76. Socc. conſ. 115. num. 13. l. 1. Odd.
reſtit. in integ. par. 1. quæſt. 47. art. 5. ſub numer. 22.
verſ. ſed contra, & fuit dictum in Rom. nullitatis
contractus 28. Iunij 1624. coram R. P. D. meo Buratto*, eſt etiam aduertendum, quod dicta ſcuta 15.
fuerunt ſoluta Claudiæ ex fructibus bonorum,
quibus ipſa renunciauit, & ſic ex fructibus bo-
norum, quæ ad ipſam Claudiam ſpectabant; vn-
de non poteſt eſſe locus repetitioni dictorum
2 ſcutorum, aut ſaltem exceptio dictæ repetitio-
nis nõ poteſt retardare immiſſionem, quia po-
tuerunt dicta ſcuta compenſari cum fructibus,
quos vna cum bonis renunciatis ſtante nulli-
tate dictæ renunciationis dictus Franciſcus te-
netur reſtituere.

Nec obſtat, quod Claudia non habuit bona
tempore renunciationis, ex quorum fructibus
potuiſſent ſolui dicta ſcuta 15. quia Claudia ſi-
bi expreſſè reſeruauit in dicto Inſtrumento re-
nunciationis dotem, & Acconcium, & dicta
ſcuta 15. ſuper ſuis bonis, quibus renunciauit;
vnde apparet ipſam tunc habuiſſe bona, ex quo-
rum fructibus potuerũt ſolui dicta ſcuta 15 ali-
as enim vana fuiſſet dicta reſeruatio, & hac re-
ſeruatione ſtante præſumuntur dicta ſcuta ſo-
3 luta ex dictis fructibus *Ceph. conſ. 740. nu. fin. Card.
Seraph. deciſ. 646. num. 1. & 2. fuit dictum cor. Sanct.
mem. Greg. XV. deciſ. 554. num. 5.*

Nec obſtat, quod Claudia non habebat alia
bona, quam bona fideicommiſſo ſuppoſita ſub
ſpe in illis ſuccedendi poſt obitum Flaminiæ
Matris; quia patet ex ipſo Inſtrumento renun-
ciationis quod etiam tũc habebat bona Patris,
Matris, Aui, & Auunculi, quibus renuncia-
uit.

Nec obſtat, quod ſuper bonis paternis nihil
poterat prætendere, cum eſſet legitimè dotata,
quia vltra quod cum nõ adeſſent *Maſculi*, hæ-
4 reditas Patris ad ipſam ſpectabat; dicta etiam
ſcuta 15. cenſeri debent pars dictæ dotis, quæ
ſibi vltra ſcuta 500. reſeruauit, & in omnem
euentum ſufficit ad effectum, de quo agitur,
quod renunciatio facta legitur cum reſerua-
tione dictorum ſcutorum 15. ſuper dictis ſuis
bonis; eo enim ipſo, vt dictum eſt præſumun-
5 tur ex fructibus bonorum, quibus ipſa renun-
ciauit ita vt non poſſit eſſe locus dictæ repeti-
tioni.

IANVEN.

IANVEN., SEV BONONIEN. PECVNIARIA.

Lunæ 9. Februarij 1626.

ARGVMENTVM.

Creditum remanet probatum ex Instrumento publico, & eo fortius, quando instrumentum fuit canonizatum per decretum, & mandatum illius vigore relaxatum. Assignatio nominum debitorum, vt importet liberationem plura debent concurrere, & singula in hac decisione discutiuntur.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum publicum facit probationem probatam.*

2 *Decretum siue mandatum Iudicis habet præsumptionem pro se.*

3 *Confessio ne dum probat contra confitentem; verum etiam contra habentes causam ab eo.*

4 *Assignatio nominum debitorum vt importet liberationem, quæ requirantur & num. 5.*

6 *Sententia interpretatur ex actis.*

7 *Contumax habetur pro decocto.*

8 *Decoctio probatur per sententiam, ex qua aliquis fuit declaratus decoctus.*

9 *Latitatio debitoris ex dispositione statuti Bononiæ potest probari per testes deponentes de publica voce, & fama.*

10 *Decoctio canonizata per sententiam facit rem claram, ita vt si deinde decoctus fuerit admissus ad officia non præiudicat veritati.*

11 *Decretum non sufficit ad probandam admissionem ad officia.*

DECISO DCXV.

Domini dixerunt, constare de credito Bartholini, & de decoctione Bucchi, de alijs verò mandarunt, quatenus opus sit, particulariter videri. Quò enim ad creditum Bartholini de eo constat ex publico Instrumento, cuius copia datur *summar. dicti Bartholini num.* 1. in summa scutor. 160000. quod facit probationem probatam *Decis. in c. licet causam num.* 103.
1 *de probat. Alex. cos.* 37. *num.* 16. *lib.* 2. *Surd. conf.* 6. *num.* 11. *cum alijs per Tiraq. de retract. lignag.* §. 2. *Glos. pri. dicto num.* 20. *vsque ad* 24. eoque magis, quod dictum etiam Instrumentum fuit Canonizatum per decretum, & mandatum illius vigore relaxatum per A.C. ad fauorem dicti Bartholini, pro quo decreto, & mandato præsu-
2 mitur *Alex. in l. sciendum. num.* 26. *ff. de verb. oblig. Surd. decis.* 106. *num.* 9. *Bertazzol. claus.* 10. *Glos.* 2 *num.* 16. *cum alijs allegat. per Gabr. in tit. de sent. conclus.* 5. *num.* 1.

Non obstat, quod dictum Instrumentũ continet meram confessionem Bucchi, quæ propterea Balbis, contra quos nunc agitur non præiudicat, quia confessio, de qua in dicto Instrumento emanauit in solidatione computorum etiam tempore, quo Balbi neq; ex eorum persona, neque excessione habita ab alijs personis erant creditores Bucchi, ideoque dicta cõfessio impugnari non potest, eaque plenè probat, non solum in præiudicium confitentis; sed etiam habentium causam ab eo. *Ruin. conf.* 50.
3 *num.* 13. *lib.* 1. *& conf.* 128. *num.* 16. *l.* 2. *Surd. conf.* 315. *num.* 60. *Rot. decis.* 349. *num.* 2. *par.* 2. *in recentior. & coram Sanct. mem. Greg. XV. decis.* 172. *n.* 30. *Card. Seraph. dicta decis.* 553. *num.* 3.

Minus facit, quod Bartholinus fuit de dicto eius credito satisfactus per assignationem plurium nominum debitorum, quia Bartholinus acceptauit dictã assignationem sub conditione quatenus debitores ipsi assignati essent veri, & legitimi debitores, & non impediatur exigere summas ab ipsis debitas, quæ sunt de requisitis ad effectum, vt sit locus liberationi per assigna-
4 tionem nominum debitori *l. si nomen, & ibi Bal. ff. de hered. vel act. vend. Io. Andr. ad Speculat. tit. de cess. act.* §. 1. *num.* 22. *vers. tutores Bal. cons.* 72 *l.* 3. & tamen non constat de dictarum conditionum existentia, ita vt intret dicta prætensa satisfactio; quinimmò nec probatur consignatio,
5 seu traditio instrumentorum, & iurium, sine quibus non potuit Bartholinus facere aliquas diligentias, ac propterea rectè fuit relaxatum mandatum contra Bucchum, pro quo, vt dictum est præsumitur.

Nec obstat, quod in dicta sentẽtia fuit dictus Bucchus declaratus contumax, non autem decoctus, quia sententia interpretatur ex actis,
6 atq; ita cum ex actis appareat, quod tunc agebatur de probanda latitatione, seu contumacia, ac per consequens etiã de decoctione Bucchi, quæ ex dicta latitatione, & contumacia resultat non potest intelligi sententia, quæ declarat Bucchum contumacem de alia contumacia, quam de illa, de qua agebatur. & sic de contumacia, ex qua talis contumax habetur pro decocto ad *tex. in l. eum, qui circa columnas ff. de pri-*
7 *uil. cred. Arg. conf.* 61. *num.* 1. *& seqq. Rom. cons.* 454. *num.* 17.

Constat etiã de decoctione dicti Bucchi plusquam manifestè; nam probata per quatuor testes cessatione, & latitatione dicti Bucchi, expositisque ædictis fuit per publicam sententiã denunciatus, & declaratus decoctus, & dicta sẽtentia transiuit in rem iudicatam, vnde ex ea probatur absq; dubio dicta decoctio *l. pri. cum*
8 *ibi not. ff. de re iudic. l. res iudicata, & ibi Dec. & Cagnol. ff. de reg. iur. Menoch. de arbitr. quæst.* 52. *num.* 2. *& 3. l.* 1. præsertim quia ex forma Statutorum Bononiæ sufficit, quod latitatio probetur per quatuor testes deponentes de publica voce, &
9 fama, vt in statuto impresso, quod datur, vbi in specie disponitur, quod ista probatio habeatur pro plena probatione.

Non obstat, quod idem Buchus fuit admissus post sententiam ad publica officia; quia id factum fuit sine præiudicio litis pendentiæ; & in omnem euentũ neque ista admissio præiudicat veritati optimè probatæ per dictos te-
10 stes, & sententiam de super latam *l. reus ff. de muner. & honor.* vltra quod etiam non constat de tali admissione; solum enim datur decre-
11 tum dictæ admissionis. *Crau. conf.* 10. *num.* 15.

Natt.conf.456.num.12, Rot decif.673.num. 1. par.1. in recentior. & firma remanet decoctio per dictos testes probata, & per dictam sententiam, & rem iudicatam declarata, &c.

ROMANA LEGATI DE DEZA.

Vener. 13. Februarij 1626.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Interpratatio in materia legatorum ea potius sumi debet, quæ magis fauet hæredi, quam legatario.*

2 *Prabatio quando est æquiuoca non concludit, & n.3.*

4 *Exequutoris Testamentarij iudicio multum est deferendum in dubio.*

DECISIO DCXVI.

DOMINI steterunt in decisis 19. *Nouembris præteritis*, placuit enim ratio tunc deducta, quod sumus in legato portionis victus, quæ datur tempore mortis bo.mem. Cardinalis; atque ità non sumus in legato fauorabili alimentorum, & propterea necesse est, quod ex parte legatarij probetur effectualis traditio portionis per eum prætensæ, & in dubio potius ea
1 interpretatio sumi debet, quæ magis fauet hæredi, vt late fuit in alia decisione comprobatum.

Nec obstat, quod dicta effectualis traditio etiam quoad Coquinam satis videatur probata ex Testibus alias datis iuncta depositione alterius Testis nuper pro parte hæredum examinati, quia ex dictis Testibus ad summum colligitur, quod bon.mem. Varella aliquando mittebat seruum ad Coquinam, quam retinebat bo.mem. Cardinalis pro vsu familiæ, quod non suffragatur Varellæ ad effectum, de quo agitur, potest enim esse, quod Varella mitteret seruũ ad dictã Coquinam iure familiaritatis, seu potius ex quadam conniuentia Præfecti Aulę bo.mem. Cardinalis, non quod ipsi deberetur vsus dictæ Coquinæ; & sic dicta probatio remanet
2 æquiuoca, nec concludit, vt requiritur *cap. in præsentia de probat. leg. neq. natales C. eodem tit. leg. non hoc C. vnde legit.* & in simili *Alex. conf. 50. num. 8. vers. ad prædicta benefacit lib. 1.* quin etiam nec dicti Testes deponunt, quod Varella vteretur dicta Coquina tempore mortis Cardinalis, & cum ipse tunc esset Prælatus, ac retineret domum propriam: verisimilius videtur, quod tunc etiam retinuerit proprium Coquum, quodque si quando misit Seruum ad Coquinam instructam pro vsu familiæ, id fecerit in
3 casu particulari, neque hinc infertur, quod fuerit solitus vti dicta coquina, minusque quod talis vsus ei daretur ex quadam obligatione, seu conuentione tacita, vel expressa.

Atque in hanc sententiam colibentius DD. iuerunt, quod neque vsus Coquinæ videtur comprehensus sub legato portionis victus, quodq; in omnem euentum aliquid videbatur iudicio
4 Executorum deferendum, qui taxarunt dictum legatum in *scut.* 9. mestruis pro personis principalioribus, inter quas erat dictus Varella; præsertim cum constet dictos Executores fuisse personas grauissimas, & valdè peritas, atque de iis plurimum confisus fuerit bon. me. Cardinalis; quorum propterea iudicio potuisset bon.mem. Varella acquiescere, &c.

NVLLIVS PAROCHIALIS CASTRI DVRANTIS.

Veneris 6. Martij 1626.

ARGVMENTVM

Concursus exigitur in Parochialibus, nec iste potest redargui de nullitate tanquam factus ab excommunicato, ex quo Abbas inhabilitatur ad exercenda munera Ecclesiastica, quia hoc debet concludentissimè probari. Examinatores in concursu Parochialis debent eligi in Synodo, & de illorum iuramento præstando. Parochialitas Ecclesiæ ex quibus probetur.

SVMMARIVM.

1 *Prouisio facta mediante concursu nullo, & inualido non attenditur.*

2 *Excommunicatio inhabilitat Abbatem ad exercenda munera Ecclesiastica.*

3 *Exceptio inhabilitatis proueniens ex causa excommunicationis est plenè probanda.*

4 *Excommunicatus non priuatur exercitio Officij; donec fuerit declaratus excommunicatus in loco; vbi fuit factus concursus.*

5 *Testium depositiones conquassantur per contrariam attestationem aliorum Testium. num.6.*

7 *Absolutionis instantia nõ probat excommunicationem, cum absolutio possit peti ad cautelam.*

8 *Absolutionem ab excommunicatione fuisse petitam ad cautelam potest colligi ex verbis, & coniecturis.*

9 *Excommunicatio potest argui ex Cedulonibus affixis, non tamen ex eis desumitur denunciatio.*

10 *Cedulones sunt affigendi per Cursores.*

11 *Examinatores sufficit quod sint electi in Synodo, vt prouisus possit dici validè examinatus.*

12 *Examinatores debent præstare iuramentum ex dispositione Sac. Concil. Tridentini, declara, num. 13. & 14.*

15 *Concursus debet fieri post Terminum præscriptum in edicto.*

16 *Ordinarij Arbitrio remittitur tempus faciendi concursum.*

17 *Collatio Beneficij ea magis substinetur, quando non agitur de præiudicio alicuius.*

18 *Ecclesiam esse Parochialem, & non Collegiatam probatur ex enunciatiuis, & prouisionibus tam antiquis quam modernis, & vltimo statu.*

19 *Ecclesiam esse Collegiatam ex quibus signis dignoscatur.*

20 *Enun-*

20 *Enunciatiua moderna infra Centum annos non probant Ecclesiam esse Collegiatam.*

21 *Status vltimus attenditur ad iudicandam qualitatem beneficij.*

DECISIO DCXVII.

DOMINI steterunt *in decisis 5. Martij* 1625. ex rationibus tunc deductis, quibus non
1 obstat, quod Bernardinus fuit prouisus de Parochiali, de qua agitur mediante concursu nullo, & inualido, quia nullitas non probatur.

Nec obstat, quod prætenditur, Abbatem, à quo factus fuit concursus, esset tunc excommunicatus ob non factam solutionem *lib.* 4800 quodq; propterea fuerat inhabilis ad exercen-
2 dum munera Ecclesiastica *Rom cons. 48. num. 1.* cum allegatis, quia exceptio dictæ inhabilitatis esset plenè, & concludenter probanda, vt in
3 puncto similis exceptionis fuit firmatum in *Placentina Beneficij 20. Nouembris* 1613. *coram R. P. D. Vbaldo, quæ est decis. 534. part. 1. in recentior.* in qua etiam dicitur, quod Excommunicatus non priuatur exercitio Officij, donec fuerit declaratus, atque ita necesse esset in casu isto, quod plenè, & concludenter probaretur, quod dictus Abbas fuerit tempore dicti concursus non solum excommunicatus; sed etiam denunciatus excommunicatus in loco, vbi fuit factus concursus. *Abb. in cap. ad probandum nn. 2. 3. & 7. & Fel. num. 3. de sent. & re iudic. Rot. decis. 602. n. 5. par. 1. in recentior.*

Nec obstant testes deponentes de dicta excommunicatione; quia deponunt tantum de auditu, nec percutiunt tempus dicti concursus quin etiam conquassantur per contrariam attestationem 34. Sacerdotum, qui omnes dicũt dictum Abbatem nunquam fuisse habitum in Castro Durantis pro excommunicato. *Fel. in cap. de Testibus num. 8. de Testibus in Cusentina beneficij 6. Iunij* 1618. *coram me.* Ideòque dictæ depositiones non sufficiunt ad destruendum concursum *cap. super litteris, &c. cum is de testibus leg. testium C. eodem*, & dictus concursus habitus à dicto Abbate substinetur.

Non obstant litteræ missiuæ Abbatis, quibus rogauit Pompeum, vt peteret eius nomine absolutionem à Censuris; quia petitio absolutionis non probat excommunicationem, cum absolutio possit etiam peti ad cauthelam *Conar.*
7 *in cap. alma mater par. 1. §. 12. nn. 1. de sent. excommu. in 6. Rot. decis. 5. de except. & decis. 11. de sent. excom. in antiq. & dicta decis. 534. num. 9. par. 1. in recentior.* & quod dicta absolutio fuerit petita ad cautelam patet ex verbis, ibi: *da ogni censura, in che potesse essere in corso*, ista enim verba denotant, quod Abbas non erat certus de excommunicatione per eum in curia, & sic absolutio censetur petita potius ad cautelam.

Et in omne euentum non probatur per dictas litteras, quod Abbas tunc esset de nunciatus excommunicatus, quia de ista denunciatione nullum verbum fit in dictis litteris.

Non obstant prætensi Cedulones, quia non constat de eorum affixione, nec in Terra Castri Durantis, nec in Curia, & sic quatenus ex di-
9 ctis Cedulonibus possit argui excommunicatio non tamen probatur indè denunciatio; quin immò potius colligitùr contrarium, quia si Abbas fuisset denunciatus excommunicatus fuissent affixi dicti Cedulones, & de eorum affixione posset facile doceri per attestationes Cursorum, per quos sunt affingendi iuxta sty-
10 lum Curiæ, de quo per *Modern. in praxi A. C. l. 1. cap. 3. num. 4.*

Non obstat, quod examinatores, à quibus fuit examinatus Bernardinus, non fuerunt electi, & approbati anno 1623. quo fuit factus concursus, quia sufficit, quod fuerint electi in vltima Synodo, vt sæpius censuit Sac. Con-
11 gregatio Illustrissimorum Interpretum Sac. Concil. Tridentini, vt testatur. *Garz. de benefic. par. 9. cap. 2. num. 8. vers. 7. si contingat, & num. 73. & 75.*

Non obstat, quod dicti Examinatores non
12 præstiterunt iuramentum requisitum per *Sac. Concil. Tridentinum sess. 24. cap. 18. de reform.* quia
13 sufficit, quod iurauerint anno 1623. & anno 1605. quibus fuerunt electi. *Garz. dict. tract. de benef. par. 9. cap. 2. num. 359.* vbi quod sufficit iuramentum generale semel præstitum de fideliter exercendo, quodque opus non est illud
14 præstare in quolibet examine, & concursu. *Fel. in cap. proposuisti num. 9. vers. fallit. 5. de probat. Bal. in l. hac edictali §. his illud num. 5. C. de secund. nupt.*

Non obstat, quod concursus fuit factus an-
15 te lapsum termini in ædicto expressi, quia in edicto, quod fuit publicatum 16. *Ianuarij*. fuit præfixus terminus decem dierũ, & deindè fuit idem terminus prorogatus vsque ad diem 5. *Februarij*, quo die fuit factus concursus, atq; itá fuit abundè satisfactum dispositioni. *Sac.*
16 *Concil. Tridentini sess. 24. cap. 18.* vbi tempus remittitur arbitrio Ordinarij. *Garz. de benef. par. 9. cap. 2. num. 50. & seq.*

Et cessat difficultas, quia concursus fuit factus die declarato in dicta prorogatione sine vlla fraude, nec alius comparuit, & sic non agitur de alicuius præiudicio, quo casu eo magis substinetur collatio, vt fuit dictũ *in Cartha-*
17 *ginen. Parochialis de Torquera 9. Decembris* 1588. *coram bon. mem. Orano relata per Garz. dict. capit. 2. num. 127. Lambert. de Iur. patronatus 2. par. 2. lib. q. 6. artic. 25.*

Quod verò Ecclesia sit Parochialis, & non Collegiata, patet tam ex Enunciatiuis, & prouisionibus antiquis de simplici Parochiali, quã etiam ex prouisionibus modernis, & vltimo
18 statu, vt firmatur in alijs *decisionibus 26. Iunij 1624. & 5. Mar. 1625.* quibus non obstant testes nouiter exaduerso examinati ad probandam Collegiatam, quia non concludũt de signis necessarijs pro constituenda Collegiata, videlicet
19 sigillo, & alijs, de quibus per *Abb. in capit. nobis nn. 8. de iur. patronat. Rot. decis. 482. nn. 4. par. 2. in recent.*

Nec pariter obstant Enunciatiuæ exaduerso productæ, quia tamquam modernæ infra cen-
20 tum annos nihil probant. *Rot. decis. 31. de probat. in antiq. & decis. 160. num. & 412. n. par. 1. in recent.* stante præsertim dicto vltimo statu de Parochiali, qui præcipuè attenditur ad iudicandam qua-

21 qualitatem beneficij. *Seraph. decis. 1103. num. 5. & decis. 1120. num. 2. & fuit dictum in Borgomen. Cappellæ 28. Febr. 1625. coram Reuerendiss. D. meo Patriarcha Hierosolymitano.*

ROMANA OFFICII.

Mercurij 11. Martij 1626.

DECISIO DCXVIII.

Impress. apud Amyaden. de stylo Datariæ lib. 1. c. 15. §. 6. nu. 81. vbi sub titulo Romana substituti summistæ.

BONONIEN. DE MANZOLIS.

Vener. 13. Martij 1626.

ARGVMENTVM.

Recognitio Apocæ priuatæ, qualiter sit facienda.

SVMMARIVM.

1 *Recognitio Apocæ priuatæ quæ fieri non solet sine Testibus, vt sit canonica Testes recognoscentes debent deponere quod fuerant præsentes, quando Apoca fuit exarata.*

2 *Recognitio Apocæ, quæ regulariter fieri solet absente parte, vt in Epistolis, & Cedulis Mercatorum, potest fieri per Testes deponentes vidisse alias illum scribere à quo fuit confecta Apoca.*

3 *Apoca obligatoria, & magni præiudicij regulariter fieri non solet sine Testibus.*

4 *Testes deponentes super recognitione si non dicunt quod viderunt illum scribere, vel quod alias viderunt scribere, non probant, nec Apoca dicitur recognita.*

5 *Recognitio de stylo Curiæ sufficit quod fiat per Testes habentes notam manum scribentis, declara hoc procedere in publicis non autem priuatis scripturis. num. 6.*

7 *Recognitio Apocæ facta per Testes habentes notam manum, vt admittatur est de necesse vt alia adminicula concurrant.*

8 *Testes non allegantes sufficientem causam scientiæ non probant.*

9 *Recognitio Apocæ parte absente, & sine interrogatorijs extorta attendi non debet.*

10 *Testis depositio reijcitur, quando ratio per eum assignata est debilis, & non concludens, & n. 11.*

12 *Testis inimici depositio nihil probat.*

13 *Testis dictum fundatum in fallaci, et inuerisimili ratione reijcitur, & num. 14.*

DECISIO DCXIX.

REPETITIS testibus alias examinatis super recognitione Apocæ, de qua agitur iuxt. Ordinem Rotæ, dubitaui, verum dicta Apoca sit sufficienter recognita, & Domini negatiuè responderunt, vbi enim agitur de recognitione Apocæ priuatæ, prout in casu isto solet, distingui, quod aut agitur de Apoca, quæ fieri non solet sine testibus, & tunc, vt recognitio sit va-
1 lida, testes deponentes super recognitione debent deponere, quod fuerunt præsentes, quando fuit scripta Apoca iuxt. trad. *per Bar. in leg. admonendi sub num. 25. vers. pro declaratione ff. de Iur. in l. nuda ratio Iur. n. 6. vers. fin. ff. de donat. Alex. consf. 33. incip. discussis. nu. 5. Paris cons. 19. n. 44. lib. 3. Menoch. de Arbitr. lib. 2. cent. 2. cas. 114. vers. 8. n. 22.*

Aut agitur de Apoca, quæ regulariter fieri solet absente parte, vt in Epistolis, & Cedulis mercatorijs, & tunc non requiritur exacta illa probatio; sed sufficit, quod testes dicant vidisse
2 se alias scribere illum, à quo fuit Apoca scripta *Soccin. in leg. si ita scripsero. scol. pen. ff. de cond. & demonstr. Ruin. cons. 70. num. 4. lib. 4. Rot decis. 170. nu. 2. par. 1. diu.*

In casu autem isto agitur de Apoca obligatoria, & maximi præiudicij, quæ regulariter
3 fieri non solet sine testibus, & nihilominus testes deponentes super recognitione non dicunt, quod viderunt illam scribere, nec quod viderunt alias scribere Comitem Vlyssem, atq;
4 ità non probant, nec dicta Apoca potest dici sufficienter recognita.

Non obstat; quod de stylo Curiæ sufficit, quod
5 testes dicant habere notam manum. *Vestr. in prax. lib. 6. cap. 1. sub num. 8. vers. nihilominus*, quia vltra quod stylus videtur procedere in publicis tantum scripturis, non verò in Apoca priuata,
6 vt per *Achil decis. 2. de fid. instrum. num. 1. & 2.* cessat in casu isto difficultas; tum quia ad effectū, vt etiam attento stylo admittatur recognitio testis dicentis se habere notam manum, requiritur, quod aliqua alia adminicula concurrant
7 *Rot. coram Sanct. mem. Greg. XV. decis. 389. num. 2. & ibi Add. num. 6.* qui plures cumulant decisiones, & in casu isto nulla adducuntur adminicula, ex quibus reddatur verisimilis dicta Apoca, sed potius adest non leuis præsumptio magnæ inuerisimilitudinis.

Tum etiam quia licet testes examinati super recognitione d. Apocę, in primo eorū examine recognouerint dictam Apocam in forma, atq; ità videantur deposuisse se habere notam manum dicti Comitis Vlyssis, tamen postea repetiti, & interrogati super causam scientiæ nullam allegauerunt sufficientem causā scien-
8 tiæ, & sic inspecto secundo examine reuera apparet dictos testes non habere notam manū dicti Comitis, nec propterea attendi debet ad effectum, de quo agitur eorum recognitio in forma, &c. parte absente, & sine Interrogato-
9 rijs extorta, & in casu isto. *Alex. d. cons. 123. nu. 5. Aret. cons. 64. num. 2. & 3. Paris. cons. 19. nu. 44. lib. 3.* vbi in specie considerat, quod licet testis deponat, quod indubitanter cognoscit scripturā tamen non attenditur illius depositio, quando
10 ratio per eum assignata est debilis, & non concludens Primus Testis iuxt. 8. enim in dicto suo secundo examine fatetur posse contingere aliquis successu temporis, vel propter alia accidentia mutet caracterem, ità vt in illius recognitione aliquis decipiatur, & *iuxt.* 9. dicit, quod

quod credit se recepisse quinque, vel sex litteris à Com. Vlixe, quodque reputauit eas scriptas fuisse à dicto Comite non quod viderit eum vnquam scribere, sed quia dictæ litteræ erant scriptæ nomine dicti Comitis, & iuxt. 16. dicit, quod remittit se Peritis, & alijs, qui habent maiorem cognitionem Caracteris Co. Vlixis, an subscriptio, de cuius recognitione agebatur possit esse scripta alia manu, quã Com. Vlixis, ex quibus apparet, quod dictus testis nullam certam notitiam habet manus dicti
11 Comitis Vlixis, quodque ipsius ratio est multum debilis, nec propterea in re tam graui illius recognitio attendi debet.

Minus attendenda videtur depositio secundi
12 testis, quia vltra exceptiones, quas patitur inimicitiæ præsertim, quam habet cũ Com. Alexandro fatetur iuxtà tertium quod anno tantũ 1614. cæpit tractare cum Com. Vlixe, & quod subscriptio, quæ tamen fuit facta anno 1576. sit Com. Vlixis colligit ex eo, quod vt ipsi videtur caracter dictæ subscriptionis est similis caracteri, quo vtebatur Com. Vlixes post dictũ annum 1614. subdens iuxta 11. quod non credit, dictum Comitem in progressu suæ ætatis mutasse caracterem. Vndè apparet dictum huius testis fundari in valde fallaci, & etiam
13 inuerisimili ratione, & dum subiungit iuxta 17. quod non credit posse esse, quod dicta subscriptio non fuerit scripta manu Com. Vlixis.
14 Eoque minus eius dicto fides adhiberi potest *ex trad. per Bald. in leg. solam num. 3. & ibi DD. C. de testibus Fel. in c. cum causa nu. 3. eodem tit. Alex. cons. 28. num. 15. lib. 5.* ac per consequens non potest dici dicta Apoca etiam attento prædicto stylo sufficienter recognita.

BRIXIEN. THVRIFICATIONIS.

Lunæ 16. Martij 1626.

DECISIO DCXX.

Impressa in Recent. decis. 647. par. 4. tom. 3.

GERVNDEN. DISMEMBRATIONIS.

Veneris 20. Martij 1626.

ARGVMENTVM.

Applicatio est species dismembrationis, & propterea dum ista suum non fuit sortita effectum, reuocatur à Regula 13. de qua latissimè tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Regula 13. Cancellariæ, nedum reuocat vniones, & dismembrationes, verum etiam infringit gratiam quæ nondum suum sortita fuit effectum, & n. 2.*

3 *Regula 13. Cancellariæ loquitur indistinctè tam de dismembrationibus, quam de applicationibus.*

4 *Applicatio nihil aliud est, quam quædam dismembratio.*

5 *Eleemosyna non est beneficium declara num. 7.*

6 *Regula 13. Cancellariæ non se restringit ad beneficia, sed loquitur etiam de officijs, & locis pijs.*

8 *Regula 13. Cancellariæ locum habet nedum in dismembratione beneficiorum sed etiam in dismembratione prædiorum beneficijs annexorum.*

9 *Regula præd. locum habet tantum in officijs conferibilibus declara num. 10.*

11 *Regula præd. habet locum in dismembratione fructuum.*

12 *Regula præd. propter eius prægnantiam verborum amplectitur quamcumque applicationem.*

13 *Regula præd. non habet locum, quando applicatio fit pro augmento cultus diuini, vel ex alia causa necessaria declara vt num. 14. 15. & 16.*

17 *Applicatio licet suum non sortita fuerit effectum, quando hoc non prouenit ex impedimento Præpositi habetur pro effectuata in præiudicium ipsius.*

DECISIO DCXXI.

SANCTÆ mem. Gregorius XV. mandauit per suas litteras ad supplicationem Capituli, & Canonicorum Ecclesiæ Gerunden. Officiali eiusdem Ecclesiæ, vt ex quadam Pia Eleemosyna panis sedis nuncupata, & ad substentationem pauperum dictæ Ciuitatis per q. Arnoldum laicum instituta annui redditus trium millium librarum illarum partium portionem annuam perpetuam ducatorum 415. summam librarum 600. illarum partium constituentium dictæ mensæ Capitulari pro perpetua Cantorum Musicorum in dicta Ecclesia manutentione applicaret.; Quia vero præsentatis coram dicto Officiali dictis litteris, non tamen executioni demandatis, obijt præfactus Sanctæ mem. Gregorius XV. & superuenit regula 13. reuocatoria vnionum, & quarumcumque dis-
1 membrationum S. D. N. fuit dubitatum; An dicta gratia esset per dictam regulam reuocata, & DD. censuerunt, eam esse reuocatã, quia dicta regula reuocat omnes vniones annexiones incorporationes applicationes, & dismembrationes, de quibusuis Cathedralibus nec non alijs Ecclesijs dignitatibus personatibus officijs, & Beneficijs Ecclesiasticis, & locis pijs, eorumque domibus Præ dijs, & locis, quæ suum effectum sortitæ non sint, atque ità cum dicta applicatio, & redituum dismembratio tempore, quo emanauit dicta regula suum effectum sortita non fuerit, merito intrat disposi-
2 tio dictæ regulæ, & sic censetur dicta applicatio per dictam regulam reuocata.

Nec obstat, quod verba regulæ non possunt conuenire applicationi, de qua agitur, ex quo regula loquitur de dismembrationibus Ecclesiarum Cathedralium, & beneficiorum qualis non est dicta applicatio, quia regula loquitur non solum de dismembrationibus, sed etiam
3 de applicationibus, & dicta etiam applicatio

nihil

nihil aliud est insubstantia, quam quędam dis-
4 membratio, quia in effectum per dictam ap-
plicationem fuerunt dismembrati, & scissi red-
ditus dictæ piæ eleemosynæ,& redditus,qui di-
stribuebantur pauperibus,fuerunt applicari di-
ctæ Mensæ Capitulari pro Musica, atque itá
verba dictæ regulæ bené conueniunt dictæ ap-
plicationi.

5 Nec obstat,quod dicta pia eleemosyna non
est beneficium, de quibus loquitur dicta regu-
la, quia regula non se restringit tantum ad be-
6 neficia, sed loquitur etiam de officijs,& de pijs
locis,& dicta pia eleemosyna est annexa benefi-
cio, quia administratur à Rectore beneficij S.
Anastasiæ, qui nuncupatur Præpositus elee-
mosynæ, & est etiam officium, aut saltem po-
test connumerari inter pia loca, & sic absque
7 dubio verificantur verba dictæ regulæ,& in di-
cta pia eleemosyna.

Nec obstat,quod redditus dictæ pię eleemo-
synæ sunt distincti à redditibus dicti beneficij,
quodque Mensæ Capitulari non fuerunt ap-
plicati fructus redditus dicti beneficij, sed
dictæ piæ eleemosynæ, quia cum, vt iam
dictum est pia eleemosyna sit annexa. Be-
neficio sufficit, vt sit locus regulæ, quod fue-
rint applicati Mensæ Capitulari redditus di-
ctæ piæ eleemosynæ,quia regula locum habet
8 ne dum in dismembratione beneficiorum, sed
etiam in dismembratione prædiorum benefi-
ciis annexorum, vt expressè in dicta regula di-
sponitur.

Atque hinc tollitur etiam quod dicitur,
quod regula procedit tantum in officijs confe-
ribilibus, quia vltra, quod officium Præposi-
9 ti dictæ eleemosynæ est conferibile,dicta etiam
regula habet locum in prædijs, & alijs anne-
10 xis beneficijs, & sic in dicta pia eleemosyna,
quæ est annexa beneficio S. Anastasiæ.

Non obstat, quod non fuit dismembratum
prædium dictæ eleemosynæ,quia regula habet
etiam locum in dismembratione fructuum,
11 vt fuit dictum *in Valentina subsidii 14. Martii 1616. coram Reu. Patriarca Antiocheno*.

Nec refert, quod in dicta applicatione di-
sponitur, quod Capitulum percipere debeat
redditus à manu eleemosynarij,quia nō propte-
rea sequitur,quod reuera dicti redditus nō fue-
rint dismēbrati à dicta pia eleemosyna,ita quod
intret dicta regula,cuius verba sunt admodum
12 prægnantia, & capiunt vt dictum est quam-
cumque applicationem, qualis dubitari non
potest quod ista sit.

Non obstat, quod dicta applicatio fuit facta
pro dote necessaria musicæ, & pro augumen-
to Cultus diuini, in quibus casibus non est lo-
13 cus dictæ regulæ *Crescent. decis. 1. de Paroch. Put. decis. 337. l. 1.* cum alijs pro dicto Capitulo alle-
gatis, quia in contrarium allegata proce-
dunt in dismembrationibus pro dote necessa-
ria alicuius Ecclesiæ iam erectæ, & sic non ap-
14 plicantur casui, de quo agitur,quia in casu isto
non fuit facta dicta applicatio alicui Ecclesiæ,
quæ carebat dote, sed fuit facta Mensæ Capi-
tulari, quæ pingues habebat redditus, nec per
consequens fuit facta pro dote necessaria.

Et licet facta fuerit dictæ Mensæ Capitulari
pro manutentione Musicorum, atque ita pos-
sit dici facta pro dote necessaria Musicæ,tamen
isto casu nō est adeo fauorabilis pro vt est quā-
15 do fit pro dote necessaria alicuius Ecclesiæ vl-
tra quod constat etiam ex testibus, qui dantur
summ. pauperum *n. 6.* quod ante dictam ap-
plicationem aderat musica in dicta Ecclesia,&
in omnem euentum Canonici potuissent ex
proprijs redditibus manutenere musicos,vel per
se ipsos canere, nec propterea aderat causa
necessaria subtrahendi dictā eleemosynā pau-
peribus, inter quos dicta Elemosina distribue-
batur, nec ex dicta applicatione resultat tale
16 augumentum cultus diuini, vt non sit locus
dictæ regulæ *Rot. in dicta Valentina subsidij coram Reu. D. Patriarca Antiocheno*, & in alij relatis per
adden. ad decis. 419. coram S. me. Greg. XV.

Non obstat, quod dicta applicatio non fuit
ante publicationem dictę regulæ sortita effectū
culpa Præpositi dictæ piæ eleemosynæ, qui op-
ponendo se executioni dictæ applicationis il-
lius effectuationem impediuit; ideoque haberi
debet in præiudicium dicti præpositi dicta ap-
plicatio pro effectuata, vt fuit dictum *in Rom.*
17 *domus 23. Aprilis 1617. coram bon. me. Card. Sacrato*
quia imo dicta applicatio non fuit antea effe-
ctuata culpa ipsiusmet Capituli, cuiusnomine
fuerant plura narrata ad extorquendam gratiā
quæ non potuerunt iustificari, ita vt etiam di-
ctum Capitulum necesse habuerit recurrere
pro gratia *proinde valere*, & sic culpa non
effectuationis non potest attribui Præposito,
qui iam iura Præpositurę legitime tueri voluit
sed Capitulo, qui ad inducendum Papam ad
concedendam gratiam narrauit,quæ coram
executore dictæ gratiæ iustificare non valuit.

ORITANA VOTI

Veneris 27. Martij 1626.

DECISIO DCXXII.

Impressa in Recent. decis. 8. par. 5. & apud Postium de manut. decis. 201.

NEPESINA HÆREDITATIS

Veneris 27. Martij 1626.

ARGVMENTVM.

Reuocatio Testamenti non condito alio Te-
stamento an, & quando teneat.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum primum reuocatur per secundum.*
2 *Testamentum primum vt censeatur reuocatum requiritur aliud Testamentum cum hæredis institutione, vel quod primo reuocato dicat velle decedere ab intestato.*

3 De-

3 *Declara hoc procedere, quando apparet reuocasse primum animo condendi aliud, secus vero quando tacitè colligitur primum reuocasse fauore venientium ab intestato, tunc enim censentur instituti venientes ab intestato, & num.4.*

5 *Inter succedentes ab intestato sufficit quodcumque voluntatis indicium.*

6 *Testamentum prius conditum non reuocatur ex secundo imperfecto, licet ex Testamento appareat voluntas reuocandi primum.*

7 *Ratio cur Testamentum primum non reuocatur ex secundo imperfecto, est quia Testator non censetur velle recedere à prima dispositione solemniter facta, & num. 8. & 9.*

10 *Fallit quando Testator reuocat primum Testamentum non vt condat aliud, sed fauore venientium ab intestato, tunc enim aliud non requiritur, vt primum censeatur reuocatum.*

11 *Testamentum primum vt sit cassum opus est vt ex secundo Testamento saltem possit adiri hæreditas declara num.12.*

13 *Succedentes ab intestato sufficit quod sint vocati tacitè vt exinde appareat reuocatum primum Testamentum.*

14 *Testatorem reuocasse primum Testamentum non animo condendi aliud, sed fauore venientium ab intestato, quæ sint indicia, & argumenta hoc suadentia recensentur & num.15.*

15 *Clausula* omni meliori modo *operatur vocationē venientium ab intestato quatenus ad substinendam reuocationem primi Testamenti sit necessaria.*

DECISIO DCXXIII.

DOMINI dixerunt, Testamentum, de quo
agitur, nō substineri, quia illud fuit ab eodem
Testatore reuocatum coram septem Testibus,
& cum rogitu eiusdem Notarij, ac propterea
cum constet de solemni voluntate derogandi
priori Testamento primum substineri
1 non potest *l.1.§. penult. ff. si Tab. Testam. null. exta.*
Bal. in l. sancimus num.2. C. de Testam. Imol. in l.2.
ita scriptum §. regula ff. de hæred. instit. Barbat. cons.
60. num.15. & seqq. l.2. Guidop. decis.200. cum a-
lijs relatis per bo. me. Card. Mantic. de coniect. vltim.
vol. l.2. tit.15. num.19. vers. sed contrariam, & per
Ioseph. Ludouic. conclus.58. ampliat. 11.

Nec obstat, quod ad effectum, vt Testa-
mentum censeatur reuocatum requiritur aliud
Testamentum cum hæredis institutione, vel
quod ille, qui testatus fuit cassando Testamen-
2 tum dicat se velle decedere intestatum *iux. ce-*
lebrem Bart. opinionem in l. si iure num.3. ff. de leg.
3. quam plures sequuntur relati *per Modern. di-*
scept. Forens. discept.558. & alij *per Marescott var.*
resol. lib.1. cap.48. qui eandem magis commu-
nem asserunt.

Quia dicta Bartholi opinio procedit quan-
do non colligitur nec tacitè, nec expressè,
quod Testator reuocauerit primum Testamē-
3 tum fauore venientium ab intestato, sed po-
tiùs apparet, illud reuocasse animo condendi
aliud; tunc enim nisi aliud solemne Testamen-
tum condatur, nunquam censetur reuocatum
primum; secus est quando tacitè saltem colli-
gitur primum reuocasse fauore venientium ab
intestato; tunc enim tacitè censentur instituti
venientes ab intestato, & eorum aditione
4 adeptio Testamenti confirmatur iuxtà *Notata*
per tex. in l. si quæsita ff. de hæred. instit. & idem
est, ac si expressè iussent dicti venientes ab in-
testato instituti *Bart. dicto cons.60. ad fin. vers.*
respondeo quod licet expressè l.2. Bero. cons.4. num.3.
l.2. Socc. iun. cons.145. num.9. Castill. de coniect.
vltim. vol. cap.9. num.21. vers. cæterum contrariam
& num.22. Ant. Faber. de errore pragmatica decade
39. errore 6. nu.3. sufficit enim inter succeden-
5 tes ab intestato quodcunque voluntatis indi-
cium *Alex. cons.104. nu.3. in fin. l.2.* & in pun-
cto tenuit *Rot. coram Sanct. mem. Greg. XV. dec.*
446. num.2. & seqq.

Nec obstant authoritates, & rationes in
contrarium ponderatæ, & præsertim illa, in
qua scribentes pro D. Dianora faciunt ma-
6 gnum fundamentum, quod sicuti per Testa-
mentum imperfectum nō reuocatur primum
perfectum; licet etiam ex Testamento imper-
fecto pateat voluntas Testatoris reuocandi pri-
mum; ità nec reuocatur per quamcunq; aliā
nudam voluntatem.

Quia ratio, quare non reuocatur primum
Testamentum perfectum, per secundum Te-
stamentum imperfectum est, quia Testator
7 condendo secundum Testamentum censetur
non velle recedere à prima voluntate solemni
ter facta; nisi quatenus secunda teneat *l. si iure*
ff. de leg.3. ibi sed vix id obtinere potest fortas-
sis ideo quod ità demum à Testamento rece-
dere velim, si posterius valiturum sit, atque
ita mirum non est, si primum Testamentum
non censetur reuocatum, nisi secundum sit va-
lidum; attenditur enim in hac materia causa
reuocationis primi Testamenti, & secundum
8 eam restringitur, & limitatur reuocatio *l. can-*
cellauerat ff. de his, quæ in Testamento delentur
Bart. in dict. l. si iure numer.4. Ruin. cons.16. num.
21. l.2. Et quando apparet Testatorem fuisse
motum ad reuocandum primum, vt secundū
conderet; tunc clausula *cassans*, aliæque reuo-
catoriç primi Testamenti habent tacitam con-
ditionem, si secundum Testamentum valeat
9 *Paul. de Castr. in l. sancimus in fin. C. de Testam.*
Ias. cons.8. num.4. lib.3.

Secus est, quando Testator reuocat primum
Testamentum, non vt condat aliud, sed fauo-
re venientium ab intestato, tunc enim non
10 requiritur aliud Testamentum, vt censeatur
reuocatum primum *Barbat. dict. cons.60. l.2.*
Socc. Iun. dicto cons.147. & absurdum, ac irra-
tionabile esset sustinere Testamentum expli-
cita Testatoris voluntate *Card. Mantic. dicto*
tit.15. num.22. Modern. dicta discept. num.9. Rot.
dicta dec.446. num.8. coram Sanc. mem. Greg. XV.

Nec obstat, quod requiritur talis dispositio,
11 ex qua possit adiri hæreditas Testatoris *l. sed,*
& si in conditione, quæ est sexta §. fin. in ip Seruus
ff. de hæred. instit. & ibi Angel. circà fin. Imol. nu.
30. vers. nota ex tex. Rot. dec.795. num.14. par.1.
diuers. quia vltrà quod hoc procedit, quando
12 apparet, Testatorem reuocasse Testamentum
animo condendi aliud; potest etiam dici, quod
quando reuocatio facta est fauore venientium
ab intestato tunc ex tali dispositione potest adi-
ri hæreditas à venientibus ab intestato.

Nec

Nec refert, quod expressè non fuerint instituti venientes ab intestato, quia vt suprà dictũ est sufficit, quod sint vocati tacitè, quia inter succedentes ab intestato sufficit quodcumque voluntatis indicium, vt fuit dictum *coram Sanc. mem. Greg. XV. dicta decis.446.n.2. & seqq.*

Quod autem in casu isto Testator reuocauerit primum Testamentum non animo condendi aliud, sed fauore venientium ab intestato, colligitur ex multis præcipuè verò, quia
14 reuocatio fuit facta cum magna solemnitate videlicet coram Notario, & septem Testibus, & cum verbis admodum prægnantibus videlicet *cassauit, reuocauit, irritauit, & annullauit, ità & taliter, quod nullum habeat effectum per inde, ac si factum non fuisset* ex his enim colligitur enixa voluntas Testatoris cassandi dictum primum Testamentum, & de dicto Testamento iudicari debet, ac si Testa-
15 tor facto ipso illud cancellasset, vel deleuisset, quo casu vtique censeretur reuocatum *l. nostra C. de Testam. & ibi communiter DD. Clar. in in §. Testamentum quæst.93.* & locus esset successioni venientium ab intestato ex præsumpta voluntate Testatoris *Bero. dicto cons.4. nu.4. circà Med. vers. & hanc vltimam opinionem late Card. Mantic. de coniect. vltim. vol. l.2. tit.15.nu. 22. Rub. Alex. cons.41. sub num.5. Menoch. cons.19. num.20. Caldan. quæst. Forens.4. num.35. Ioannes Franciscus de Ponte cons.16. nu.7. & num.101.l.2. Eugen. cons.71. num.20. & 21. l.2.* maximè cum fuerit adiecta etiam clausula *omni meliori*
16 *modo*, quæ operatur vocationem venientium ab intestato, quatenus ad sustinendam reuocationem sit necessaria *Socc. cons.2.num.12. lib.2. Ruin. cons.11. sub num.14. vers. nam, ex quibuscumque l.2. Anchar. quæst. famil.70. num.7. l.2.* & fuit dictum *in suprà allegata decis.446. num.7. coram Sanc. mem. Greg. XV.*

CAMERINEN. FIDEICOMMISSI

Lunæ 30. Martij 1626.

ARGVMENTVM

Identitas bonorum ex quibus probetur, & plures recensentur modi probandi identitatem.

SVMMARIVM.

1 *Immissio probata existentia fideicommissi, & identitate bonorum fideicommissario non denegatur.*
2 *Identitas bonorum, ex quibus probetur, & latius num.3.*
4 *Confessiones emanatæ ad alium finem nihilominus deseruiunt ad probandam identitatem, etiam ad hunc effectum sufficiunt simplices enunciatiuæ.*
5 *Confessiones adminiculatę plenè probant.*
6 *Emens rem cum pecunia aliena sibi acquirit.*
7 *Actio ad pretium non autem ad bona, datur contra ementem cum pecunia aliena.*
8 *Identitas rei probatur ex identitate nominis.*
9 *Identitas rei probatur ex Instrumento locationis vbi fuerunt specificata confinia, & eo fortius quando hæredes possident eademmet bona.*

DECISIO DCXXIV.

PROPOSITO dubio, an Octauio, & Ioanni sit danda immissio vigore fideicommissi Camillæ, & Volumniæ, de cuius fideicommissi existentia, & purificatione nulla erat cõ-
1 trouersia inter partes, Domini dixerunt constare de identitate bonorum fideicommissorum subiectorum; de alijs verò, quæ obijciebantur ad retardandam immissionem mandarunt videri.

Quo enim ad bona Camillæ, quæ consistunt in pluribus corporibus in prædio scilicet quod vulgariter dicitur prædium *Sabiano*, & in alio prædio, quod dicitur *Monte Fiore*, & alio, quod dicitur *la spesa*, & in Palatio constat illa fuisse in bonis Camillæ, primo ex Instrumento acquisitionis per eam factæ; secundo ex Testamento Camillæ, tertio ex confessione Hectoris authoris Hieronymi, quarto ex Instrumento locationis factæ à fratribus, in quo
2 enunciantur dicta bona Camillæ, quinto ex confessione eiusdem Hieronymi in quadam eius epistola, cuius copia datur sũmario Octauij, & Ioannis *num.6.* ex quibus omnibus simul iunctis vtique probata remanet identitas dictorum bonorum ex latè *trad. per Peregr. de fideicommisso art.44. num.4. 20. & 24. & per Moder. de substit. quæst.618. num.4. 30. & 34.*

Quo verò ad bona Volumniæ, quæ pariter consistunt in duobus corporibus, videlicet in prædio nuncupato *Canecona*, & in alijs nuncupato *Grisso* probatur eadem identitas ex Instrumento acquisitionis dictorum bonorum, & ex confessione Hectoris authoris Hieronymi & etiã ipsiusmet Hieronymi *Peregr dicto ar-*
3 *tic.44. numer.4. & 24.* & fuit in pluribus causis firmatum, & signanter *in Arminen. fideicommissi 14. Nouembris 1614. coram me in Vrbeuetana fideicommissi 18. Maij 1616. & 10. Aprilis 1617. & 27. Nouembris 1620. in Rom. fideicommissi de Capite ferreo 28. Ianuarij, & 28. Iunij 1621. coram. Reuerendissimo D. meo Decano, & in Rom. fideicommissi de Rubeis 12. Februarij 1618. coram bon. mem Vbaldo.*

Nec obstat, quod dictæ confessiones Hectoris, & Hieronymi dicuntur emanasse ad alium finem, quia nihilominus deseruiunt ad probandam dictam identitatem, quia ad hunc ef-
4 fectum deseruiunt etiam simplices enunciatiuæ *Peregr. dicta artic.44. num.19. Modern. de substit. loco cit. num.38.* maximè vbi agitur, vt in casu isto contra confitentem *Caput. decis.190. num. porte 1.* vbi etiam dicit, quod non conuenit bono viro, vt quod semel dixit, posteà reuocet *Rot. decis.188. numer.11. par.1. in recent.* & cessat difficultas, quia dictæ confessiones sunt
5 adminiculatę ex Instrumentis acquisitionum, & ex alijs supra deductis *glos. in cap. dudum* il secondo *in vers. de veritate ad med. de elect. Paris is 5. fin. num.54. vers. secunda conclusio de prescript. Rota coram Card. Seraph. decis.442. sub num.2. vers. & hoc sine difficultate, & coram San. mem. Greg XV. decis.506. num.2.*

Nec

Nec obstat, quod dicta bona non possunt dici supposita fideicommisso Volumniæ, cum Volumnia declarauerit in eius Testamento illa emisse ex pecunijs filiorum, quia præter quàm quod non probatur, quod bona, quæ Volumnia in dicto eius Testamento declarauit emisse ex pecunijs filiorum, sint ista, de quibus agitur; non obstat etiam dicta declaratio, quo minus dicta bona possint censeri cõpræhensa sub dicto fideicommisso, quia dominium dictorum bonorum fuit dictæ Vo-
6 lumniæ quæsitum etiam, quod emptio fuerit facta ex pecunia aliena *l.* 1. *& l. multum interest l. aliena quia pecunia C. si quis alt. vel sibi Parif. conf.* 80. *nu.* 25. *lib.* 1. *Bal. conf.* 67. *num.* 1. *l.* 5. *cum alijs adduct. in Camerinen. bonorum* 22. *Martij* 1624. *coram R.P.D meo Merlino*, quæ decisio loquitur in puncto dictæ emptionis factæ per Volumniã, & ad summum posset hæredibus dictæ Volũniæ competere actio ad pretium, non autem
7 ad bona dicta *l. multum interest, si quis alt. vel sibi cum similibus*.

Non obstat, quod non probatur, quod confinia bonorum possessorum per Hieronymũ conueniant cum confinibus bonorum acquisitorum per dictam Camillam, & Volumniã, quia vltrà quod sufficit, quod conueniant no-
8 mina prædiorum, quia nominis identitas solet etiam rei identitatem demonstrare *l. si in rem ff. de rei vendic. cum pluribus adduc. in decis.* 578. *nu.* 1. *coram Sanc. mem. Greg. XV.* satis etiam dicta confinia declarantur in Instrumento Locationis dictorum prædiorum factæ à fratribus, ex quibus iuncta possessione dictorum fratrum probatur sufficienter dicta identitas ad latè deducta *per Rot. in decis.* 706. *par.* 2. *in recentior.*

VRBEVETANA CASTRI TITIGNANI

Vener. 24. April. 1626.

DECISIO DCXXV.

Impressa in Recent. decis. 10. *par.* 5.

TAVRINEN. CANONICATVS

Veneris 24. April. 1626.

ARGVMENTVM.

Gratia si non est iustificata non potest executioni demandari. Familiaritas ad effectum reseruationis quomodo sit probanda.

SVMMARIVM.

1 *Gratia non sustinetur, quando narrata non sunt iustificata & num.* 5.
2 *Familiaritas non dicitur probata cessante intentione, & animo inseruiendi.*
3 *Familiaritas ante Cardinalatum, non bene infert ad familiaritatem post Cardinalatum, sunt enim inter se diuersa.*
4 *Familiaritas post Cardinalatum est plenè probanda, nec sufficit probatio æquiuoca.*
6 *Præsumptio tollitur ex contraria præsumptione.*
7 *Familiaritas ad effectum reseruationis debet probari vel à præstatione alimentorum, vel ex alio æquipollente à D. Cardinale.*
8 *Familiaris satis est, quod sit per aliquod tempus probata, licet inde non continuata ad effectum regulæ quartæ.*
9 *Contrarium firmat Mandos.*
10 *Narratiua debet ad vnguem iustificari.*
11 *Reseruationi locus non est quando Canonicatus fuit obtentus post obitum Cardinalis.*
12 *Secundus Canonicatus non potest dici subrogatus in locum primi ad effectum reseruationis, quando est totaliter distinctus, & contraria declarantur, n.* 13.
14 *Testes deponentes de valore Canonicatus in genere nõ probant.*

DECISIO DCXXVI.

DOMINI dixerunt, gratiam Ioannis Francisci non esse iustificatã, inter alia enim dictus Ioannes Franciscus narrauit Ioannem Antonium vltimum possessorem Canonica-
1 tus, & præbendæ, de quibus agitur, fuisse familiarem bon. me. Card. de Ruere per quatuor menses, quodque dictus Canonicatus, & præbenda valorem annum ducatorum 24. non excedit, quæ narrata non sunt iustificata, quia in primis nõ probatur, quod dictus Ioannes Antonius esset familiaris dicti Cardinalis, nam licet eidem Cardinali ante assumptionem ipsius ad Cardinalatum inseruierit, eundemq; ad Vrbem venientem concomitatus fuerit, tamen paucis post diebus dicto Cardinale in Vrbe relicto, rediit ad residentiam sui Canonicatus, & ex isto tàm celeri reditu colligitur, nõ habuisse animum inseruiendi Cardinali, post quam fuit creatus Cardinalis, ac percõsequens dici non potest, quod fuerit familiaris Cardinalis; ad hunc enim effectum requiritur mens, & dens, & cessante intentione, & animo in-
2 seruiendi, non dicitur probata familiaritas *Crescent. decis.* 5. *de praben. Sarnen. super regula* 8. *de impetr. benef. per obit. famil. Card. quæst.* 13. *nu.* 3. *& fuit dictum coram bo. me. Penia in Salamantina, & Abulen. Benefic. die* 9. *Iunij* 1593. *relat. à Marchef. par.* 2. *§. vnic. num.* 2. *supra Eugenian.*

Nec de familiaritate ante Cardinalatum be-
3 ne infertur ad familiaritatem post Cardinalatum, sunt enim inter se diuersæ *iuxta not. per Alber. in l.* 1. *§. familia ff. de publican.* & alios relatos per *Moderu. discept. Forens.* 247. *num.* 43. & familiaritas post Cardinalatum esset plenè, & concludenter probanda, neque ad effectum, de quo agitur, sufficit probatio æquiuoca, sed requiritur plena, & concludens probatio di-
4 ctæ familiaritatis tempore, quo erat Cardinalis *Caputaq. decis.* 147. *par.* 1. *Simonet. dicto tract. de reseruatione quæst.* 36. *num.* 7. *Sarnen. de impetr. benef. per obit. famil. Card. quæst.* 6. *nu.* 6. *& quæst.* 13. *num.* 6. *Rot. decis.* 584. *num.* 1. *par.* 1. *in recent.*

Et in omnem euentum non probatur, quod inseruierit Cardinali per quatuor menses, vt

narrauit, quia etiam, quod constaret de inten-
tione dicti Ioannis Antonij inseruiendi Cardi-
nali etiam non existente Cardinale, & sic quod
5 semel fuerit familiaris Cardinalis, tamen non
permansit infamulatu per dictos quatuor mē-
ses, sed vt dictum est paucis post diebus rediit
Taurinum deposito animo inseruiendi d. Car-
dinali.

Nec obstat, quod præsumitur potius perse-
uerantia in eadem voluntate, quia ista præ-
6 sumptio facile tollitur contraria præsumptio-
ne, quæ resultat ex discessu dicti Ioannis An-
tonij ab Vrbe, vt se conferret ad suam residen-
tiam; hinc enim apparet non habuisse animum
inseruiendi Cardinali, sed Ecclesiæ, cui erat
adscriptus, & sic cessat ex contrariis indicijs
præsumptio dictæ continuationis.

Non obstat, quod inseruierit Cardinali in
eadem Ecclesia in Officio Vicarij, quia qua-
tenus hoc probaretur, non posset indè inferri
ad familiaritatem, qualis requiritur ad effe-
ctum reseruationis; præsertim cum non con-
7 stet, quod habuerit alimenta, vel aliud æqui-
pollens à Cardinale iuxtà tradita per *Simonett.
de reseruat. quæst. 27. numer. 21. Gonzal. super reg. 8.
glos. 41. num. 86. Garz. de Benef. 5. par. c. 1. num. 323.
& seq.*

Non obstat, quod sufficit esse probatam fa-
miliaritatem dicti Ioannis Antonij aliquo tē-
pore, licet eadem familiaritas non fuisset con-
8 tinuata per spatium quatuor mensium, cum
ad effectum *regulæ quartæ S. D. N.* non requira-
tur familiaritas per dictos quatuor menses, sed
ad effectum tantum *reg. 12.* vt optimis rationi-
bus probat *Mandos. supra reg. 3. quæst. 20.* vltrà
quod vt supra dictum est, non probatur, quod
vllo tempore Ioannes Franciscus fuerit fami-
liaris Cardinalis, apparet etiā ex trad. per *Man-
dos.* ibidem, quod contraria opinio, quod re-
9 quiratur familiaritas per quatuor menses, &
ad effectum *reg. quartæ* non caret ratione, & li-
cet verior sit negatiua opinio, quia tamen
Ioannes Franciscus credens requiri familiari-
tatem per dictos quatuor menses etiam ad di-
ctum effectum, narrauit Papę, Io: Antonium
fuisse familiarem Cardinalis per quatuor Men-
ses proprio, vt dicitur se ligone percussit, &
10 tenetur iustificare suam narratiuam prout ia-
cet, & sic cum dicta qualitate.

Prætereà dato etiam, quod esset probata di-
cta familiaritas non constat, prout requiritur,
quod Ioannes Antonius vel ante familiarita-
tem, vel tempore, quo fuit familiaris, obtinue-
11 rit Canonicatum, de quo agitur, quin imò
probatur totum contrariū, quia scilicet quod
Ioannes Antonius fuit assecutus dictum Cano-
nicatum per optionem anno 1599. & sic post
obitum dicti Cardinalis. Vndè non est locus
dictæ reseruationi prout fuit narrata.

Nec obstat, quod Ioannes Antonius non
fuit assecutus alium Canonicatum per optio-
nem, sed aliam præbendam tantum; quodque
præbenda optata successit in locum præbendæ
dimissæ etiam ad effectum dictæ reseruationis
quia hoc obiectum non subsistit in facto, nam
Ioannes Antonius non optauit aliam præben-
dam tantum retento Canonicatu, quem tunc
obtinebat, sed optauit alium omnino Cano-
nicatū; primus enim Canonicatus erat Acho-
litalis, & secundus, quem optauit, erat Ca-
nonicatus præsbyteralis, & sic totaliter distin-
ctus, & separatus à primo Canonicatu, vndè
12 iste Canonicatus non potest dici subrogatus in
locum primi ad effectum reseruationis. vt per
Garz. de benef. par. 5. cap. 1. num. 340. vbi ex *decis.
in causa Salamantina pensionis 11. Februarij* 1585.
coram Vicecomite quam ibidem refert sub *num.*
337. colligit, quod in optione, quando muta-
tur titulus, optatum non subrogatur loco di-
missi, & sic ratione subrogationis non erit re-
seruatum, vt *num. 341. & seq.* subdit, quod de-
13 cisiones contrariæ procedunt, quando non
mutatur titulus, sed non dimisso titulo opta-
tur tantum prebenda temporalis pinguior, quę
eo casu succedit loco præbendæ dimissæ, & est
reseruata, dimissa verò remanet libera.

Non etiam est iustificata gratia Ioannis Frā-
cisci, quoad valorem, quia Testes deponunt
tantum in genere de valore Canonicatuum Ec-
clesiæ Taurinen. & nihilominus fatentur red-
ditus præbendarum dictæ Ecclesiæ esse diuersi
14 valoris, & sic non concludunt, quoad valo-
rem huius Canonicatus in specie, &c.

ARIMINEN. FIDEICOMMISSI.

Lunæ 27. Aprilis 1626.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Immissio fideicommissario retardatur exceptione de-
tractionum.*

2 *Sententia licet sine actis, attamen inseruit pro fumo,
& interim suspenditur immissio.*

3 *Immissio concedi non debet, nisi prius firmato statu
hæreditario, quando prætenditur alienationem su-
perare valorem detractionum.*

DECISIO DCXXVII.

FVIT alias in hac causa resolutum, consta-
re de fideicommisso q. Vincentij. Vnde
præsupposita dicta decisione fuit dubitatum,
an Carolo, & Melchiorri esset danda immis-
sio in possessionem domus, de qua agitur, &
Domini censuerunt pro nunc non esse dandā.
Nam licet probatum videretur, quod dicta
domus fuerit possessa à dicto Vincentio fidei-
committente, quodque remanserit in eius hæ-
reditate, & quod dictus Carolus, & Melchior
sint Nepotes fideicommittentis ex Testibus,
quorum summarium datur, & ex Testamento
Vincentij, in quo instituit Camillum, tam-
quam filium vna cum Marco Antonio alio
eius filio hæredem. Tamen adhuc videbatur
obstare petitæ immissioni exceptio detractio-
1 num faciēdarum in bonis fideicommisso sup-
positis. Et quoad legitimam dubium non est,
quin illa sit detrahenda, & vltrà dictam legi-
timam

timam datur magnus fumus aliarum detractionum, quas etiam apparet alias fuisse per sententiam in partibus latam declaratas ascendere ad summam *lib.* 5827.

2 Nec obstat, quod dicta sententia est sine a dis, quia nihilominus deseruit pro fumo ad effectum, vt assignetur competens terminus ad faciendam liquidationem, nec interim locus est dictæ immissioni; quin etiam cum dicta domus, de qua agitur, fuerit alienata à Camillo hærede grauato, illa in primis imputari debet in dictas detractiones, & quatenus prætendatur, quod ista domus superet valorem detractionum faciendarum, vel quod legitima erat in alijs bonis consumpta, firmari deberet status hæreditatis, ità vt de prædictis certa notitia haberi posset, nec interim potest dari immissio *Gabr. cons.* 36. *num.* 8. *lib.* 2. *Rot. decis.* 185. *num.* 1. & 2. *coram San. mem. Greg. XV.*

ANCONITANA PRÆDII

Mercur. 29. *Aprilis* 1626.

DECISIO DCXXVIII.

Impressa apud Postium de subhast. decis. 67.

VRBEVETANA SOLUTIONIS

Lunæ 4. *Maij* 1626.

DECISIO DCXXIX.

Impressa in Recent. decis. 659. *par.* 4. *tom.* 3.

SENOGALLIEN. PRÆTENSI FIDEICOMMISSI.

Lunæ 11. *Maij* 1626.

DECISIO DCXXX.

Impressa in Recent. decis. 661. *par.* 4. *tom.* 3.

FERRARIEN. PENSIONIS

Veneris 15. *Maij* 1626.

DECISIO DCXXXI.

Impressa in Recent. decis. 12. *par.* 5.



ANAGNINA IVRISPATRONATVS

Ven. 22. *Maij* 1626.

ARGVMENTVM.

Possessio instrumentalis alio non possidente est manutenibilis.

SVMMARIVM.

1 *Possessio probatur ex Instrumento publico alio non existente in possessione.*
2 *Manutentio datur possidenti.*
3 *Possessio capta alio existente in possessione non citato dicitur clandestina, & turbatiua.*

DECISIO DCXXXII.

CLAVDIVS fuit præsentatus ad Cappellaniam, de qua agitur 11. *Decembris* 1623 & vigore dictæ præsentationis ab Ordinario institutus subsequuta possessione, quæ fuit per dictum Claudium mediante eius Procuratore, de cuius mandato constat, in actis capta *die* 12. *Decembris eiusdem*, vt appatet ex
1 publico Instrumento, quod alio non possidente probat possessionem *l. prædia vbi Bart. & Doct. ff. de acq. poss. Rol. cons.* 46. *num.* 18. *l.* 2. *Put. decis.* 360. *num.* 8. *lib.* 1.

Vnde cum dubitaretur, an dicto Claudio esset dandum mandatum de manutenendo, fuit responsum ad eius fauorem ex trita regula,
2 quod dictum mandatum datur possidenti §. *retinendæ instit. de interdict.* cum similibus, & de possessione Claudij constat ex d. Instrumento.

Non obstat prætensa possessio Camilli, quia de ea in actis non constat, & ex literis per eum exhibitis coram Ordinario apparet, ipsum fuisse prouisum de dicta Capellania *Kalend. Martij* 1624. & sic per plures Menses post captam possessionem per Claudium, vnde quatenus vigore dictæ possessionis fuisset capta possessio, ea vtique esset posterior possessione Claudij, & per consequens cum non ostendatur capta citato Claudio, & seruatis seruandis præsumi deberet clandestina, & turbatiua.

ROMANA PECVNIARIA.

Veneris 22. *Maij*. 1626.

ARGVMENTVM

Apoca Obligatione Camerali vallata habet executionem paratam.

SVMMARIVM.

1 *Apoca plenè probat contra scribentem.*
2 *Apoca obligatione Camerali vallata habet executionem paratam.*
3 *Exceptio falsæ causæ non impedit executionem obligationis Cameralis, nisi sit incontinenti, & plenè probata.*

4 *Diuersitas temporis urguit diuersitatem Apocæ.*
5 *Debitor, vt non possit conueniri ex apoca confecta occasione ludi, requiritur quod ludus sit prohibitus.*
6 *Exceptio requirens altiorem indaginem, non valet impedire executionem obligationis Cameralis, nisi sit incontinenti probata.*

DECISIO DCXXXIII.

FVIT dictum, mandatum A. C. esse exequendum, quia fuit relaxatum vigore apocæ subscriptæ, vndè plenè probat contra
1 eum, à quo fuit subscripta *Bart. & alij in l. scripturas C. qui pot. in pign. hab. Card. Seraph. decis.* 1139. *num.*8. & cum sit vallata obligatione
2 Camerali, habet paratam executionem *Rot. decis.*695. *num.*2. *par.*2. *in rec. Gratian. discept. for. cap.*723. *num.*5. *Seraph. dec.*1477. *nu.*1. *par.*2.

Non obstat, quod apoca non fuerit facta ex causa mutui, prout dicitur in apoca, sed ex causa debiti contracti occasione ludi, quia exceptio falsæ causæ non impedit executionem
3 obligationis Cameralis, nisi ea sit incontinenti, & plenè probata *Mohed. decis.*1. *de except. Card. Mantic. de tacit. & ambig. lib.*18. *tit.*4. *n.*7. *in fin.*

In casu autem isto non potest dici probata dicta exceptio falsæ causæ, quia Testes ad eam probandam inducti vltra exceptiones, quas patiuntur, sunt singulares in loco, & in tempore, & non deponunt de ista apoca, sed de apoca confecta 1. *May* 1623. ista autem fuit confecta 10. *Maij* 1624. & diuersitas temporis
4 arguit diuersitatem apocarum *Iasconf.*87. *n.*7. *lib.*3. *Natt. conf.*4. *nu.*7. *lib.*1. *Surd. conf.*80. *n.*13.

Nec etiam deponunt, quod Ioannes Franciscus fuerit lucratus pecunias, de quibus agi-
5 tur ludo prohibito, quod tamen erat necessarium ad effectum effugiendi solutionem dictarum pecuniarum *iux. tex. in l. fin. C. de Relig. & sump. fun.*

Vndè apparet exceptionem istam requirere
6 altiorem indaginem, nec posse dici plenè, & incontinenti probatam, ità vt valeat impedire executionem obligationis Cameralis.

Reliqua etiam, quæ opponuntur contra dictam apocam, non obstant, quia procedunt, quando agitur contra tertium, non verò vbi agitur contra eum, qui scripsit apocam, aut ei subscripsit, vt in casu nostro.

ROMANA COMPENSATIONIS

Lunæ 25. *Maij* 1626.

ARGVMENTVM

Compensatio, an & quando possit allegari.

SVMMARIVM.

1 *Compensationis exceptio potest allegari etiam in executione sententiæ.*
2 *Compensatio vt intret requiritur quod creditum, quod prætenditur compensari sit liquidum, vel quod possit incontinenti liquidari.*
3 *Creditum dicitur liquidum, quando nulla exceptione potest elidi.*
4 *Creditum quando possit incontinenti liquidari, remittitur Iudicis arbitrio.*
5 *Creditum non potest denominari liquidum, quando iustificatio resultat ex libris Creditoris.*
6 *Creditum quando pendet à verificatione plurium partitarum, quæ indigent discussione, tunc non dicitur posse incontinenti iustificari.*

DECISIO DCXXXIV.

DOMINI dixerunt, compensationem nõ intrare, quia licet exceptio compensa-
1 tionis sit permissa etiam in executione sententiæ *Seraph. decis.*814. *num.*3. requiritur tamen ad hoc, vt sit locus compensationi, quod cre-
2 ditum, quod prætenditur compensari, sit liquidum, vel quod incontinenti liquidari possit *l. fin. C. de compens. Rot. decis.*634. *num.*9. *par.*1. *in recent. Afflict. decis.*381. *num.*6. *Seraph. decis.*1455. *num.*4. *Caputaq. decis.*40. *num.*2. *par.*1.
3 liquidum autem dicitur, quando nulla exceptione potest elidi, aut fuerit per sententiam declaratum *Mant. decis.*221. *num.*9.

Et quando possit, vel non possit inconti-
4 nenti liquidari, remittitur Iudicis arbitrio *Menoch. de arbitr. cas.*14. *lib.*2. *cent.*1. *num.*2. *Vrsell. ad Afflict. decis.*121. *num.*5. *&* 6.

In casu autem isto creditum Barellæ non
5 est liquidum, quia pendet ex eius libris *l. exemplo C. de probat. Doct. in l. admonendi ff. de Iure iur. Rot. decis.*287. *num.*1. *& dec.*303. *num.*3. *&* 443. *num.*1. *par.*2. *in recent. Soce. conf.*24. *num.*3. *lib.*1. *Vrsell. ad Afflict. dict. decis.*121. *num.*6. vbi quod non est liquidum, quando possunt reuideri rationes.

Nec etiam videtur incontinenti posse liquidari, quia creditum pendet à verificatione
6 multarum partitarum, quæ indigent non modica discussione, nec propterea intrat compensatio.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE MILESIIS

Veneris 29. *Maij* 1626.

DECISIO DCXXXV.

Impressa in recent. decis. 667. *par.* 11. *tom.* 3.

ANCONITANA PRÆDII

Veneris 29. *Maij* 1626.

DECISIO DCXXXVI.

*Impressa in Recent. decis.*657. *part.* 4. *tom.* 3.

ROMA-

ROMANA OFFICII.

Mer. 10. Iunij 1626.

ARGVMENTVM.

Officium substituti, an, & quando expiret morte Officialis.

SVMMARIVM.

1 *Substitutus potest amoueri, & eius officium expirat mortuo Officiali à quo fuit substitutus.*
2 *Fallit, quando substitutus fuit electus ab Officiali Auctoritate Superioris & num. 3.*
3 *Substituti electio facta vigore litterarum Apostolicarum in forma motus proprij dicitur perpetua declarata num. 4.*
5 *Officium fuisse immutatum colligitur ex lectura litterarum, & argumenta, & rationes id suadentium recensentur num. 6. 7. 8. 9. 10. 11. & 12.*
13 *Officium substituti non dicitur compatibile cum officio Præsidentis, quando apparet Pontificem voluisse nouam formam in dicto officio constituere.*
14 *Officij status quando fuit immutatus non potest Cardinalis summator amplius substitutum eligere, sed præsidentem loco substituti instituere.*
15 *Testes non percutientes tempus præcisum quandonis stat in tempore, non probant & num. 16.*
17 *Consuetudo suffragatur ad effectum alium substituendi etiam vbi esset electa industria Personæ.*
18 *Officiale defuncto expirat officium substituti.*
19 *Constitutio Sixti V. in hac materia declaratur.*
26 *Officium esse amouibile est conforme dispositioni Iuris communis.*

DECISIO DCXXXVII.

DOMINI steterunt in decisis, quod Nicolaus substitutus in officio Summatoris à bo: me: Card. Montalto potest amoueri; quia vt in decisione tunc extensa dicitur, Iure communi inspecto substitutus potest amoueri, &
1 officium substituti expirat mortuo Officiali, à quo fuit substitutus *Couar. pract. quæst. c. 4. num. 4.* cum alijs in dicta decisione alleg.

Nec obstat, quod dicta regula non procedit quando est substitutus ab Officiali auctoritate Superioris, tunc enim censetur electa industria
2 personę, nec potest remoueri, quia Nicolaus non fuit electus à Superiore, sed ab ipsomet Officiali, hoc est à bo: me: Card. Montalto tunc Summatore, nec probatur, quod talis electio fuerit facta auctoritate superioris, ità vt censeatur à Superiore electa industria personæ; in quibus tantum terminis procedunt alleg. pro Nicolao, quæ propterea in casu isto non applicantur.

Nec obstat, quod dicta electio fuit facta vigore litterarum in forma motus proprij Pauli III. quibus non solum datur facultas Cardinali Summatori eligendi substitutum, sed, & vlterius etiam disponitur, quod officium sub-
3 stituti sit perpetuum, & non amouibile, quia dictæ litterę fuerunt abrogatæ per alias litteras *Pij V. in Bullario nouo* 105. vt in alia *decisione* fuit
4 deductum, nec propterea potuit fieri dicta deputatio vigore dictarum litterarum *Pauli III.*

Nec obstant ea, quæ denuo nunc repetuntur ad demonstrandum, quod per dictas litteras *Pij V.* non fuit immutatum officium substituti erectum per *Paulum III.* quia quod etiam
5 dictum officium fuerit immutatum, euidenter colligitur ex litteris *Pij V.* si bene perlegantur.

In primis enim *Pius V.* in dictis litteris referendo statum officij Summatoris dicit fuisse litteris Apostolicis cõcessum Summatoribus,
6 vt non solum per se ipsos, sed etiam per alios possent regere officium Summatoris, quodq; substitutus in dicto officio habebat mansionẽ, seu cameram in Palatio Apostolico, nec non victum pro se, & vno famulo in Tinello.

Deinde profitetur se velle ad Sedis Apostolicæ ornamentum & salubriorem litterarum
7 expeditionem perfectiorem huius officij statum constituere; postea vlterius procedendo, & nouam formam dicto officio inducendo instituit vnum Præsidentem, qui Summatoris pro tẽpore existentis vices gereret ipsius Summatoris nutu, atque arbitrio sumendum, & remouendum, ac denique disponit, quod om-
8 nes litteræ præsente Summatore, vel Præsidente examinentur, & ipsi referantur, vt illis subscribat, & ipsas de more expediri faciat. Et finaliter mandat tam ipsum Summatorem, quam substituendum, & substituendos, ac Præsidentem, & Recognitores admitti, & recipi.

Vnde ex tota seriè dictarum litterarum, & etiam ex ipsa principali dispositione clarè colligitur, quod totum officium Summatoris fuit per dictas litteras immutatum, quodque mens, & intentio *Pij V.* fuit loco dicti substituti insti-
9 tuere Præsidentem, & Recognitores, qui vices Summatoris gererent, atq; ità in effectu essent ipsius Cardinalis Summatoris in dicto officio substituti, nec propterea dubitari potest, quin reuera officium substituti erectum à *Paulo III.* remanserit per dictas litteras extinctum, præsertim quia, vt dictum est *Pius V.* particularem, & expressam mentionem dicti officij substitu-
10 ti fecerit, & professus fuerit, se velle nouam formam huic officio inducere, ac deniq; idem munus, quod per substitutum explicabatur, di-
11 cto Præsidenti iniunxit, nec vlterius vllam prorsus mentionem de dicto officio substituti fecit, quod certe facere non prætermisisset, si ipsius intentio fuisset, quod dictum officium
12 substituti in eodem statu prout fuit erectum à *Paulo III.* permaneret; maximè cum aliorum omnium officiorum ad Summistariam spectãtium mentionem fecerit, vt etiam in alia decisione fuit ponderatum.

Nec propterea obstat, quod prætenditur officium substituti fuisse compatibile cum officio Præsidentis, vnde prætenditur à *Pio V.* fuisse institutum dictum Præsidentem vltra substitutum, non autem loco dicti substituti, quia
13 ex iam dictis apparet, quod *Pius V.* voluit nouam formam dicto officio inducere, & priorem statum in melius immutare, ac propterea officium substituti, vt prius fuerat erectum à *Paulo III.* erat penitus incompatibile cum officio d. Præsidentis; licet non negetur,

quod etiam, postquam emanarunt litteræ Pij V. potuerit Cardinalis Summator vnum, vel plures sibi etiam in dicto officio Præsidentes substituere, cum hoc ei expressè fuerit indultum etiam in dictis litteris Pij V. vt in alia decisione fuit deductum, sed non propterea potuit Cardinalis Summator postquam emana-
14 runt litteræ Pij V. deputare substitutum iuxtà formam litterarum Pauli III. quia nempè vt dictum est status officij fuit à Pio V. immutatus, & loco dicti substituti dictus Præsidens institutus.

Atque hinc patet responsio ad alias probationes ex testibus, & scripturis pro Nicolao deductas, quod tempore, quo aderat dictus Præsidens aderat etiã substitutus; vltra enim quod testes inducti ad probandum, quod dicti Aruinus, & Duccius gererent officium substituti eodem tempore, quo aderat Præsidens institutus à Pio V. nihil prorsus concludunt, quia
15 non deponunt, quod essent substituti tempore, quo aderat Præsidens, & imò fatentur ignorare quod, & quale fuerit officium Præsidentis; non probatur etiam ex dictis testibus, quod dicti Aruinus, & Duccius gererent officium substituti; prout illud fuerat erectũ à Paulo III. & potest esse, quatenus ipsi fuerint deputati substituti tempore, quo adeat Præsidens, quod fuerint deputati substituti in officio dicti Præsidentis, quod potuit facere Cardinalis Summator, vt modo dictum est, atque ita ex dictis testibus nulla prorsus resultat probatio, quod tempore Præsidis adesset substitutus iuxtà for-
16 mam litterarum Pauli III. quod tamen necesse esset probare quatenus prætenditur, quod ex ista prætensa obseruantia colligi possit argumentum, quod per Pium V. non fuerit institutus dictus Præsidẽs, sed quod potius fuerit vltra dictum substitutum dictus Præsidens institutus, vt dictum est; idemque dicitur de libris, & scripturis, in quibus Aruinus, & Duccius enunciantur substituti, quia ex illis non colligitur, quod dictum officium gererent pro vt erat erectum à Paulo III. & non sequitur Aruinus, & Duccius fuerunt substituti à Cardinale Summatore, ergo officium substituti erectum à Paulo III. non fuit immutatum, non enim negatur, quod Cardinalis summator non posset etiam, postquam emanarunt dictæ litteræ Pij V. deputare substitutos, nam vltra quod hęc facultas data est Cardinali, vt dictũ est per dictas litteras Pij V. potuit etiam circumscriptis dictis litteris Cardinalis, alios substituere, saltem, quia consuetudo introduxit, vt Cardinales in officijs, quæ habent alios substituant, quę consuetudo suffragatur ad effectum alium
17 substituendi etiam vbi esset electa industria personę Bart. in l. nemo est ff. de duob. reis Bart. Bald. & alij in l. obser. ff. de off. Proconf. Caroc. de loc quest. 2. late Mastrill de Magistr. tom. 1. l. 3. c. 29. n. 1. cũ seqq. sed negatur, quod dictus Cardinalis posset post dictas litteras Pij V. deputare substitutum perpetuum vltra vitam Cardinalis, & sic in præiudicium Successoris, hoc enim repugnat, & dictæ constitutioni Pij V. & Iuris communis
18 dispositioni, iuxta quã mortuo Officiali expirat officium substituti Gram. decis. 353. numer. 5. Mastrill. d. c. 20. num. 50.

Ad Constitutionem Sixti V. fuit responsum in alia decisione, & tantum abest, vt illa possit suffragari Nicolao vt imò ex ea detegatur, quod intẽtio Sixti V. fuerit, vt Cardinalis Summator posset quandocumque amouere substi-
19 tutos ab eo deputatos, quia in specie dedit ei facultatem exercendi officium per se ipsum, vel ab eo deputandos, seu deputandos, vndè videtur dicendum, quod dederit ei facultatem deputandi plures, & eodem tempore, prætertim cũm dicta Constitutio emanauerit fauore Cardinalis, cui erat magis fauorabile exercere officium per substitutos amouibiles.

Alia contraria obseruantia non merebatur allegari, cum potius constet, quod à bon: mem: Cardinali Montalto fuerunt post mortẽ Duccij plures deputati, & sic obseruãtia, si quę probatur potius demonstrat officium esse amouibile, vt bene fuit deductum à scribentibus pro Illustriss. D. Cardinale Sũmatore, quod etiam est conforme Iuris communis dispositioni.
20 Vnde eo magis videtur d. sententia amplectenda, in quam Domini vnanimi omnium voto iuerunt &c.

ROMANA FRVCTVVM DOTIS.

Mer. 10. Iunij 1626.

DECISIO DCXXXVIII.

Impressa in Recen. dec. 671. par. 4. tom. 3.

ROMANA SOCIETATIS.

Veneris 19. Iunij 1626.

DECISIO DCXXXIX.

Impressa in Recen. dec. 673. par. 4. to. 3. & apud Postium de Manut. dec. 659.

ROMANA CENSVS VITALITIJ.

Lunæ 20. Iulij 1626.

ARGVMENTVM

Census quando imponitur super re alienari prohibita, tunc est locus repetitioni sortis principalis.

SVMMARIVM.

1 *Census impositus super re, quæ non potest alienari, dicitur nulliter impositus & propterea est locus restitutioni sortis principalis.*

2 *Accollatarius tenetur ad restitutionem sortis census nul-*

nulliter imposito quando occasione emptionis suscepit in se onus soluendi debita venditoris.

3 *Hypoteca licet non acquiratur super re prohibita alienari, acquiritur tamen generalis omnium bonorum quæ sufficit ad effectum repetendi sortem census nulliter impositi.*

4 *Retentio non datur ex credito posteriori.*

DECISIO DCXL.

Domini dixerunt, locum esse restitutioni sortis principalis census, quia dictus census fuit impositus super domo, quæ non poterat alienari, nec censu onere grauari, vnde fuit nulliter impositus, vt fatetur vtraque pars, & per consequens factus est locus restitutioni sortis principalis, vt fuit dictum in decisionibus impressis *per Moder. de Saluian. tract. 28.144 & 287.* & nuper in alia *Romana census Vitalitij 22. Maij præteriti coram R.P.D. Merlino.*

Non obstat, quod ad restitutionem d. sortis non videantur posse compelli fratres de Sartis, qui non receperunt d. sortem, sed tantum Io: Baptista, qui censum imposuit, & dictam sortem recepit, quia dicti fratres occasione emptionis domus, super qua scilicet nulliter, vt dictum est fuerat impositus dictus census accollarunt in se omnia debita Io: Baptistæ, & sic etiam debitum d. census, seu restitutionis sortis principalis d. census *Rot. dec. 681. num. 9. par. 1. in recent.*

Non obstat defectus hypothecæ, quia licet non adsit hypotheca super domo, cum illa non potuerit alienari, nec hypothecari sine consensu Domini directi, adest tamen generalis hypotheca omnium bonorum, quæ sufficit Taurello ad effectum, de quo agitur *l. qui generaliter ff. qui potior. pign. hab. l. si generaliter C. eod. tit.*

Non obstat, quod fratribus de Sartis competere videtur retentio pro credito, quod habent aduersus venditorem, quia quicquid esset dicendum, si cōstaret de credito anteriore liquido, cessat difficultas ex quo creditum dictorum fructuum est posterius, & sic non possunt vti retentione in præiudicium Taurelli creditoris anterioris *Rot. dec. 242. nu. 5. par. 4. diu.* cum alijs deductis *in decis. 168. numer. 10. relata per Moder. de censibus &c.*

FVLGINATEN. BONORVM.

Luna 22. Iunij 1626.

ARGVMENTVM.

Sententia quando est nulla vel notorie iniusta vel continet mixturam, tunc nō intrat Aegidiana.

SVMMARIVM.

1 *Aegidiana non intrat quando sententia est nulla, vel notoriè iniusta.*

2 *Sententia remanet nulla ex defectu mandati comparentis, & quando continet mixturam.*

3 *Sententia, quæ declarat aliquos esse hæredes ex testamento, & bona esse hæreditaria continet mixturam.*

DECISIO DCXLI.

Domini responderunt pro informante, Aegidianam non intrare, quia illa non intrat quando sententia est nulla, vel notoriè
1 iniusta, aut continet mixturam, & sic non est lata in mero possessorio, & sæpius fuit decisum.

Et in casu illo sententia A. C. est nulla ex defectu mandati comparentis pro prætensis co-
2 hæredibus, & continet etiam mixturam, quia dicta sententia declarat Seuerum, & consortes esse immittendos in possessionem omnium bonorum, & iurium quorumcumque hæreditatis q. Vincentij descriptorum in quodam mandato de manutenendo alias relaxato vti hæredes dicti Vincentij vigore sui testamenti. Atque ita dicta sententia declarat dictos Seue-
3 rum, & consortes esse hæredes ex testamento dicta bona in dicto mandato descripta esse hæreditaria, & per consequens continet mixturam ad tradita per *Bal. cons. 141. lib. 1. num. 7. Rot. in Spoletana hæreditatis inter impress. per Statil. post tract. de Saluian. dec. 236.* atque ita non intrat dicta Aegidiana, &c.

NEAPOLITANA BENEFICII.

Luna 22. Iunij 1626.

DECISIO DCXLII.

Impressa apud Posthium de Manut. dec. 512.

BARCHINONEN. CAVSÆ PIÆ.

Luna 22. Iunij 1626.

ARGVMENTVM

Patet à Summario.

SVMMARIVM.

1 *Executio facta pendente termino ad appellandum remanet attentata.*

2 *Stylus debet probari per actus particulares, & cum alijs requisitis, de quibus per* Garz. de benef. p. 9. cap. 4. num. 20.

DECISIO DCXLIII.

FVIT dictum, constare de attentatis, quia constat, quod pendente termino ad appellandum à sententia lata in partibus, qua fuit declaratum beneficium, seu operam piam, de qua agitur, esse conferendam Petro Paulo, eadem sententia fuit executioni demandata, vnde cum

1 cum postea intra debitum tempus fuerit à dicta sententia appellatum, omnia, pendente dicto termino, & causa post appellationem interpositam gesta sunt attentata *c. non solum de appellat. in 6. Rota decis. 156. numer. 5. part. 2. in recent.*

Non obstat prætensus stylus Curiæ Barchinonen. quod in beneficialibus non datur appellatio suspensiua, quia omisso quod non est certum, an agatur de beneficio, seu de opera pia, non probatur etiam dictus stylus saltem eo modo, quo probari deberet, nempè per actus particulares, & cum alijs requisitis de quibus per *Garz. de benef. 9. par. cap. 4. num. 20. cum seqq. &c.*

ROMANA PALATII.

Veneris 26. Iunij 1626.

ARGVMENTVM.

An & quando sit locus præsumptæ solutioni per Statutum Vrbis *in capit.* 158. & 159. inductæ.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrbis in capit. 158. & 159. de præscriptione examinatur.*

2 *Solutio præsumitur ex dispositione statuti Vrbis post lapsum sexdecim annorum.*

3 *Solutionis præsumptio per statutum inducta intrat quãdo contrarium per Creditorem non probatur, vel alia præsumptio præponderans non adducitur nu. 5.*

4 *Solutionis præsumptio allegari non potest, quando repugnat confessio sui Auctoris.*

DECISIO DCXLIV.

VT alias fuit dictum, domus, de qua agitur fuit anno 1573. à quondam Petro vendita Cardinali Flauio Vrsino pro persona per eum nominanda cum pacto inter alia, quod non præstita cautione per Petrum de euictione esset in arbitrio Cardinalis Emptoris ex pretio emere tot loca alicuius Montis de Vrbe, vel illud penes Mercatorem in Vrbe commorantem deponere, vel illud penes se retinere loco euictionis, dummodo in casu, quo penes se retineret, soluat pro damnis, et interesse d. domus annuum censum scut. 4. pro quolibet centenario pretij non soluti.

Anno 1578. personæ à dicto Cardinale nominatæ eandem domum vendiderunt Benedicto, & Camillo de Buccamatijs, qui promiserunt soluere d. Petro dictos fructus ad rationem scut. 4. pro quolibet centenario pro rata pretij non soluti, & omnia alia promissa per Cardinalem in instrumento dicto anno 1573. inter ipsum, & dictum Petrum celebrato adimplere.

Anno 1599. fuit per Renatam filiam & hæredem d. Petri lis mota dictis de Buccamatijs super rescissione contractus venditionis factæ per d. Petrum Cardinali &c. ex capite enormissimæ Læsionis.

Anno 1623. Francisca filia & hæres d. Renatæ mutato iudicio agere incepit, remedio Saluiani pro fructibus à die venditionis factæ Cardinali decursis.

In quo iudicio cum Buccamatij Rei, & possessores siue habentes causam ab ipsis opponerent inter alia de præscriptione *Statuti Vrbis c. 158. & 159. lib. 1.* viso & resoluto quod *statutum*
1 *Vrbis c. 159.* non obstabat dubitari an obstet dicta præscriptio statuti *c.* 158. & Domini censuerunt, eam obstare ab anno 1578. vsque ad annum 1599. ab anno verò 1573. vsque ad annum 1578. & ab anno 1599. citra non obstare.

Ab anno enim 1578. ad annum 1599. intrat d. præscriptio, seu præsumptio solutionis, quia statutum disponit, quod si creditor fuerit ne-
2 gligens per sexdecim annos in petendo debitum, præsumi debeat, quod fuerit facta solutio, ac propterea cum à dicto anno 1578. non constet, quod fuerint petiti dd. fructus vsque ad annum 1623. & sic effluxerit tempus sufficiens ad præsumendam solutionem intrat dicti statuti dispositio.

Non intrat verò eadem dispositio ab Anno 1573. vsque ad Annũ 1578. & ab Anno 1599. citra quia dictum Statutũ disponit, quod præ-
3 sumatur facta solutio, nisi contrariũ per Creditorem legitimè probetur, vel contraria præsumptio præponderans, & præualens adducatur; quo ad dicta autem tẽpora contraria præponderans, videtur adesse præsumptio, quod si dicti fructus non fuerunt soluti; atque ita etiam quod non constet fuisse petitos stante tamen dicta cõtraria præponderante præsumptione non habet locum præsumptio solutionis ita eodem statuto disponente.

Et quoad tempus quidem ab Anno 1573. vsque à Annum 1578. sumus in claris, quia in Instrumento venditionis factæ Anno 1578. inter personas nominatas à Cardinalis, & Buc-
4 camatij, ipsemet partes fatentur, quod fructus vsque tunc decursi non fuerunt soluti Petro, propter eius absentiam ab Vrbe, & sic dicti Buccamatij, siue habentes causam ab eis non possunt contra dictam claram confessionem allegare præsumptam solutionẽ ex dicto Statuto; quia vt dictum est illa non habet locum quando adest contraria probatio, seu coniectura præponderans.

Quoad tempus verò ab Anno 1599. citra adest alia præponderans coniectura, quia vt dictum est d. Anno fuit mota lis Buccamatijs a Renata filia, & hærede Petri super rescissione contractus venditionis d. domus; nec propterea verisimile est, quod pendente d. lite
5 Buccamatij soluerint dd. fructus; minusque quod eos receperit d. Renata, quia citra approbationem d. contractus quem impugnabat eos recipere non poterat; atque ita ista cõiectura præponderare videtur coniecturæ ex lapsu

lapſu temporis ſexdecim Annorum per dictū Staturum inductæ, nec propterea poreſt eſſe locus præſcriptioni dicti Statuti.

ASSISIEN. BONORVM.

Veneris 26. Iunij 1626.

DECISIO DCXLV.

Impreſſa in recent. deciſ. 470. par. 4. tom. 2. & apud Poſt. de manut. deciſ. 73.

VELITERNA BENEFITII.

Merc. 1. Iulij 1626,

ARGVMENTVM.

Patet a Summario.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio quando non fuit proſequuta, illa remanet per lapſum fatalium deſerta.*

DECISIO DCXLVI.

IN hac cauſa fuit lata præuijs duabus deciſionibus Rotalibus ſententia vſque de menſe *Maij* 1621., & ſcilicet tunc ab ea vt ſupponitur fuerit intra legitima tempora appellatum, cum tamen ab illa citra nihil aliud actum fuerit in cauſa d. appellationis illa re-
1 manſit per lapſum fatalium deſerta *c. cum ſit Romana de appellat. Auth. ei qui C. de temp. ap. pel. Lancell. de attent. 2.par.c.12. ampliat. 1.n.28. cum ſeqq. Rota deciſ. 601. num.1. par.1. in recent.* Vnde Domini dixerunt, conſtare de re iudicata, quæ ſit exequenda. &c.

PERVSINA FIDEICOMMISSI DE GRATIANIS.

Merc. 1. Iulij 1626.

ARGVMENTVM.

Identitas bonorum quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio probatur ex Inſtrumento emptionis.*
2 *Identitas probatur ex depoſitione Teſtium.*
3 *Teſtes deponentes de auditu in antiquis plenè probant.*
4 *Poſſeſſio filij probat bonorum identitatem.*
5 *Identitas probatur ex fide Cataſti.*
6 *Identitas probatur ex enunciatiuis emanatis in inſtrumento exequutionis.*
7 *Identitas Confinium probat bonorum identitatem.*

DECISIO DCXLVII.

DIctum fuit, conſtare prædium *delle due Laſſe* fuiſſe in bonis qu. Capitanei Felicis fideicommittentis ex pluribus ſaltem ſimul iunctis. Primo, quia conſtat dictum
1 prædium fuiſſe emptum ab Vxore dicti Capitanei cum clauſula *ad habendum*, & clauſula *conſtituti* ad fauorem d. Capitanei interueniente pro eo, & pro ipſius hæredibus ſtipulatione Notarij
2 Secundo, eadem identitas probatur ex depoſitione plurium Teſtium, qui dicunt Capitaneum poſſediſſe dictum prædium.
Non obſtat, quod deponunt tantum ab auditu, quia nihilominus cum ſimus in antiquis
3 plenè probant *c. licet de Teſtibus cum alijs per Peregr. de fideicom. art. 44. num. 17.*
4 Tertio, dicta probatio coadiuuatur, ex quo conſtat illud fuiſſe poſſeſsū per Vincentium filium, & hæredem d. Capitanei, & ab eodem Vincentio perueniſſe ad Dominos de Perinellis.
5 Quarto, concurrit Cataſtrum, in quo reperitur deſcriptum dictum prædium inter alia bona hæreditaria d. Capitanei *Rota deciſ. 706. num. 2. & 8. par. 2. in recent.*
Quinto, denique facit aliud Inſtrumentum celebratum inter Dominos de Perinellis aſſerentes fuiſſe factam executionem ſuper hoc prædio ad inſtantiam D. Boncambij creditoris Vincentij illudq; demiſerunt eidem D. Boncambio cum pacto expreſſo, quod ſi hoc prædium euinceretur à Petro Gratiano in vim præfati fideicommiſſi, iura d. D. Boncambij remanerent Illæſa pro ſuo credito contra hæredes, & bona hæreditaria D. Vincentij; ex
6 hoc enim Inſtrumento non ſolum probatur quod d. prædium deuenit à Vincentio filio Capitanei in Perinellos; & à Perinellis in Boncambium, ſed elicitur etiam non obſcura confeſſio dictorum de Perinellis, & Boncambij; quod dictum prædium fuit in bonis fideicommittentis, & ex omnibus prædictis ſaltem ſimul iunctis, vt ſupra dictum eſt, reſultat ſufficiens probatio d. idētitatis ad effectum de quo agitur.
Nec poteſt dubitari, quin prædictum prædium ſit illud, quod hodie poſſidetur à Boncambijs; quia veritas ex ſupradictis deprehen-
7 ditur, & concurrit identitas confinium; vt patet ex lectura Inſtrumēti acquiſitionis d. prædij per Felicem, & Inſtrumenti adeptionis poſſeſſionis eiuſdem prædij per Perinellos hæredes Vincentij filij, & hæredes grauati d. Capitanei, in quibus ſunt expreſſa eadem confinia, vt plenè demonſtratur per Scribentes in facto pro hæredibus q. Petri Gratiani. &c.

VITERBIEN. HÆREDITATIS.

Mercurij 4. Iulij 1626.

DECISIO DCXLVIII.

Impreſſa in Recent. deciſ. 676. par. 4. tom.

VOTO:

VOTORVM

Nec Non

RESPONSORVM DIVERSORVM CELEBRIVM VRBIS IVRE CONSVLTORVM

In quibus singulares Iuris quęstiones luculenter, & doctè examinantur.

COLLECTANEA.

VOTVM seù Responsum.

R.P.D. Hippolyti Aldobrandini Sac. Rot. Romanæ Auditoris; postea Clem. VIII. fel. record.

IN CAVSA

Lucen. prætensi criminis læsæ Maiestatis de Podijs.

ARGVMENTVM.

Occidens Vexilliferum, seù caput Reipublicæ an, & quando incurrat Crimen Læsæ Maiestatis, & Perduellionis adeò, vt tàm ipse, quàm eius filij incurrant pœnas inflictas committentibus talia delicta, & hac occasione, quàm plurima de materia etiam super interpraetatione statuti Lucani. Quid obtenta gratia reintegrationis, & remissionis. Cętera de substantia transactionis ob læsionem.

SVMMARIVM.

1 *Ordo præsentis consultationis.*
Distinctio, & diuisio difficultatum occurrentium in præsenti casu ibidem.
2 *Facti species præsentis consultationis.*
3 *Vincentius de Podio exul duxit Vxorem, & ex ea habuit quatuor filios.*
4 *Io. de Podio instituit hæredes pro dimidia filios Vincentij.*
5 *Iacobus de Podio successit alijs eius fratribus.*
6 *Crimen Læsæ Maiestatis olim quale, & quibus legibus, & pœnis punitum.*
7 *Lex 12. tabularum quod crimen faceret Læsæ Maiestatis, & quomodo.*
8 *Apuleia lex maiestatis quæ*
9 *Varia lex Maiestatis quid disponeret*
10 *Cornelia lex Maiestatis quid disponeret.*
11 *Antonina lex Maiestatis quid disponeret*
12 *In Iuliam omnes aliæ leges fuerunt translata*
13 *Iulia Maiestatis quid, & quot capita contineret.*
14 *Iulia Maiestatis imponebat varias pœnas in singulis capitibus, & quas.*
15 *Pœna seditiosorum arbitraria.*
16 *Perduellionis pœna & num. 21. 96. 106.*
17 *Perduelles donare nequeunt ampl. nu. 18.*
19 *Perduelles mortuos flere non licebat.*
20 *Perduellis, & perduellionis crimen qui, & quid & num. 22. 32.*
23 *Criminis Læsæ Maiestatis plures species*
Perduellioni examen differt ab illo Læsæ Maiestatis
24 *Filiæ Rebellium ex l. Iulia non efficiebantur incapaces successionis personarum extranearum.*
25 *Vincentius non incidit in pœnam perduellionis & nu. 106. & seqq.*
26 *Delinquentis intentio in delictis est inspicienda.*
27 *Finis declarat, qualis res censenda sit*
28 *Delinquentis intentio distinguit vnum crimen ab alio.*
29 *Affectio operi nomen imponit.*
30 *Intentio Vincentij in interfectione Vexilliferi num. seqq. & num. 80.*
31 *Perduelles non dicuntur comprehensi ciuilibus discordijs, nec ciuiles dissensiones tendunt in exitium Reipublicæ licet ex eis sæpius labefactetur.*
33 *Crimen Læsæ Maiestatis non committitur, inter quos sunt ciuiles discordiæ.*
34 *Rebelles non efficiuntur dimicantes inter se pro assequendis Magistratibus.*
35 *Fugiens ad hostes ob defensionem sui corporis non incidit in Crimen Læsæ Maiestatis.*
36 *Tumultus factus sub causa assequendi Magistratus cadit sub crimine seditionis.*
37 *Qua pœna puniatur.*
38 *Seditiosi qui sint, & num. 41.*
39 *Seditionis crimen non transgreditur, quando non agitur de Tyranno creando, vel de mutanda forma Reip. sed eadem forma retenta de recuperanda pristina libertate.*
40 *Statutum puniens leuantem rumorem, non habet locum in percutiente.*
41 *Turbatio Reipublicæ orta ex dissentione Priuatorum qua pœna puniatur. & n. 43.*
42 *Intentio in omni materia inspicienda.*
43 *Statutum puniens turbantem pacificum statum Reipublicæ non habet locum in dissentione Priuatorum.*
44 *Specie vna expressa non censetur expressa altera.*

45 Gene-

45 *Generale mandatum, ſeû tractatus intelligitur modo licito, non autem illicito.*

46 *Tractatus debet in ſe habere concluſionem ad effectum punitionis.*

47 *In crimine læſæ Maieſtatis punitur tractatus conſiſtens in ſola oris apertione. Contrarium n. 48.*

49 *Cogitationis Pœnam nemo patitur. Vide nu. 51.*

50 *Etiam in crimine læſæ Maieſtatis.*

51 *Dummodò ad actum extrinſecum non fuerit deuentum ſecùs è contrario Cogitatio differt à coniuratione n. 51.*

52 *Executio quando non eſt conformis tractatui non huic ſed alteri cauſæ eſt adſcribenda.*

53 *Executio cauſæ veriſimiliori debet adſcribi, & Magiſtratus conſequendi cauſa, diſcordiarum exempla.*

54 *Intentio indicatur ex qualitate Actus.*

55 *Crimen perduellionis non dicitur commiſſum ex conuocatione Conſilij, & Collegij, penes quod tota auctoritas Reip. conſiſtebat ad effectum* di raſſettare le coſe, *non ad effectum mutandi ſtatum eiuſdem Reipubl.*

56 *Ciuilis diſſenſio dicitur, quæ oritur occaſione conſequendi Magiſtratus in Republica.*

57 *Magiſtratuum Vſurpatio pertinet ad ſecundum caput* legis Iuliæ, *quod non continet crimen perduellionis.*

58 *Ciuilium diſſenſionum ob conſecutionem Magiſtratuum exempla hiſtoriarum.*

59 *Vexilli feri Republicæ Lucanæ occiſio non fuit crimen perduellionis, quia non fuit animo Remp. occupandi, ſed potius ex cauſa priuata n. 78. ac num. 106. Ampl. n. 76.*

60 *Neque crimen læſæ Maieſtatis.*

61 *Magiſtratus offenſio an ex priuata cauſa facta præſumatur, an potius odio Principis, & Reip. recurrendum eſt ad coniecturas. Et cui incumbat onus probandi n. 63.*

62 *Delictum præſumitur commiſſum ex cauſa, quæ illud reddit minus graue.*

64 *Vexilliferi occiſio facta per Vincentium proceſſit ex priuata cauſa, & quare.*

65 *Delictum præſumitur commiſſum ex cauſa, quæ apparet, & deſumitur ex qualitate temporis, & ex alijs de quibus n. 66. & 67.*

68 *Delictum vbi præceſſerunt Minæ, præſumitur commiſſum à Minante ex Minis præcedentibus.*

69 *Delictum cenſetur commiſſum ex cauſa iniuriæ, & iræ præcedentis, & nu. 70.*

71 *Inimicitia priuata facit ceſſare præſumptionem delicti in Rempublicam.*

72 *In delictis arguitur à præparatione ad præparata.*

73 *Delictum incogitatum arguitur ex impræparatiane.*

74 *Idem operatur oppoſitum in oppoſito, quod propoſitum in propoſito.*

75 *Teſtis vnicus, & ſibi contrarius non probat.*

77 *Delictum non probatur vnico teſte, & n. 79. & n. 83.*

79 *Confeſſio per duos Teſtes conteſtes probari debet.*

81 *Armatos adducere non eſt crimen læſæ Maieſtatis in caſu, de quo ibi.*

82 *Clauis Portæ Ciuitatis procuratio facta per Vincentium non importat argumentum delicti perduellionis, & nu. 83.*

84 *In delictis ſpectatur tantũ, quod principaliter agitur.*

85 *Socius criminis, vt afficiat ſocios, debet induci, tanquam teſtis parte citata, & torqueri, alias ſecus.*

86 *Socius criminis probat ad inquirendum, & ad torquendum, ſed non ad condemnationem, etiam ſi plures ſint.*

87 *Teſtium numerus non ſupplet defectus in cauſa criminali ardua.*

88 *Delictum in dubio præſumitur illud, quod eſt minus graue, & quod mitiori pœna eſt plectendum.*

89 *Officialis interfectus in dubio præſumitur non odio Principis, vel Reip. ſed priuato.*

90 *Pœna inhabilitatis filii non imponitur niſi vigore* leg. quiſquis C. ad leg. Iul. Maieſt.

91 L. quiſquis C. ad l. Iul. Maieſt. *& in eo quod punit filios odioſiſſima eſt.*

92 *Et odio irrationabili,*

93 *Et reſtringenda quantum fieri poteſt.*

94 *Argumentum, commiſſum eſt crimen læſæ Maieſtatis, ergo filii amiſerunt paſſiuam teſtamenti factionem, & pœnis l. quiſquis tenentur, non valet.*

95 *Probari debet concludenter, quem commiſiſſe crimen perduellionis ad hoc, vt eius filii puniantur.*

96 *Filiorum inhabilitatis pœna imponitur ſolum pro crimine perduellionis, & n. 97.*

98 L. quiſquis C. ad leg. Iul. Maieſt. *habere locum in crimine læſæ Maieſtatis in primo capite, quomodo intelligenda.*

99 L. quiſquis C. ad leg. Iul. Maieſt. *locum tantum habet in delicto commiſſo contra Principem, ſecus contra Rempublicam, & quomodo, & n. ſeqq.*

100 Cyn. & Fulgoſ. in l. quiſquis C. ad leg. Iul. Maieſt. *reprobantur.*

101 *Rempublicam offendens, an incurrat pœnam* l. quiſquis, *& an committat crimen læſæ Maieſtatis.*

102 *Crimen læſæ Maieſtatis committi poteſt, licet non attentetur contra Principem, ſed agatur de nece Cõſiliarii lateri illius aſſiſtentis. Vide ibi.*

103 *Conſiliarii Principis, qui apud eius perſonam, atque in eius ſupremo Conſiſtorio, & lateri aſſiſtunt dicuntur efficere quodamodo vnum corpus cum ipſo Principe.*

105 *Reſp. corpus non habet, nec animam, ſed eſt quid vniuerſum.*

105 *Vexillifer, Antiani, vel Magiſtratus ſi occidantur committitur crimen læſæ Maieſtatis, filii tamen delinquentis non ſubiiciuntur pœnis* leg. quiſquis C. ad leg. Iul. Maieſt. *Amplia nu. 106.*

107 *Interficientes Magiſtratu fungentes puniuntur pœna* leg. Iul. Maieſt.

108 *Necantes Conſiliarios puniuntur pœna* leg. quis quis C. ad leg. Iul. Maieſt. *non autem necantes eos, qui Magiſtratu funguntur.*

109 Menoch. conſ. 99. num. 79. cum ſeq. *reprobatur, & declaratur.*

110 *Pœna* leg. quis quis C. ad leg. Iul. Maieſt. *non debet extendi ad interficientes omnes eos, qui pars corporis Reip. ſunt.*

111 *Verba* leg. quis quis C. ad leg. Iul. Maieſt. *diuerſimodè ponuntur in Codicibus & num. 130.*

112 *Dictio* vel *inter diuerſa poni ſolet.*

113 *Adiectiuum aliquando aſſumit formam ſubſtantiui.*

114 *Adiectiuum poſitum in numero plurali poſt duo ſubſtantiua ad omnia præcedentia refertur, & ea omnia qualificat.*

115 *Quid autem quando poſt duo ſubſtantia ponitur adiectiuum in numero ſingulari vni tantum ſubſtantiuo conueniens.*

116 *Declinatio Imperij Romani cœpit ſub Imperatoribus Honorio, & Arcadio.*

117 *Imperatores Honorius, & Arcadius vexati fuerunt à coniuratoribus Ruffini, & aliorum.*

128 Legis quis quis C. ad leg. Iul. Maieſt. *ſenſus qui ſit, & cauſa eius pœnæ & n. 124.*

119 Pœnis leg. quis quis C. ad leg. Iul. Maieſt.

Subij-

Subijciuntur coniurantes in necem etiam Virorum illustrium.

120 Barbari olim dicebantur omnes illi, qui non parebant Romano Imperio.

Turcarum comercium est probibitum n. 121.

121 Barbarorum commercium omne probibitum erat apud Romanos.

122 Aurum ad Barbaros deferre probibitum erat apud Romanos.

223 Barbarorum Matrimonium probibitum erat Ciuibus Romanis.

124 Serui ad Barbaros fugientes deprahensi quomodo puniebantur.

125 Delictum grauius punitur ratione personæ probibitæ in eo perpetrando adhibitæ.

126 Lex si quis non ponitur in Cod. Theodosiano sub tit. ad leg. Iul. Maiest. sed ad leg. Cornel. de Sicar.

127 Lex debet ità interpretari, vt nullum verbum reddatur superfluum.

128 Verba quæcũq; legis debent aliquid ponderis habere.

129 Verba legis ad casũ magis dubitab le sunt trabenda.

131 Seuera pœna leg. quis quis imposita fuit ratione personarum, quarum opera delictum perpetiebatur.

132 Dictio priuatus significat proprium, & n.142.

133 Immò proprium Principis.

134 L. quis quis pœna non afficit delinquentem de per se solo non communicato consilio cum aliquo, & nu. 128. & 140.

135 Dictio Cum copulat, & denotat simultaneitatem.

Dictio Cum inducit maiorem coniunctionem, quam faciat & n. 35.

136 Statutum puniens mulierem nubentem extra Territorium cum hæreditate non comprabendit nubentem sine hæreditate.

137 Lex loquens cum aliqua qualitate, illa non verificata, cessat.

Et specifice probanda est adeò vt non sufficiant generica præsumptiones n. 137.

138 Argumentum sumptum à contrario sensu l. quis quis quid disponat.

Dispositio leg, quis quis, vt locum habeat requitur coniuratio cum alijs, de quibus n. 138. & n. 154.

139 Argumentum a contraria sensu debet sumi ad limites verborum.

140 L. quis quis comprabendit tantum delinquentes, qui eum personis, ac auxilio personam ibi expressuram & n. seqq.

141 Magistratu fungẽtes non veniunt appellatione militũ.

142 Priuatus dicitur, qui sine iurisdictione, vel imperio est, & distinguitur ab illustribus, & ab ijs, qui in dignitate sunt, & num. 153.

143 Militum appellatione non veniunt Senatores.

144 Militum appellatione qui contineantur, & n. 143.

145 Militum Scholæ qua nam essent remissiuè.

146 Fœderati sub optionibus inter milites qui essent.

147 Opinatores Milites qui nam essent.

149 Illustres Senatores priuatorum appellatione non continebantur.

150 Tractans de nece Principis cum illustribus viris non subijcitur pœna l. quis quis.

151 Coniuratione facta super nece Principis cum his, qui in aliqua essent dignitate constituti, coniurantes non incurrunt pœnam l. quis quis.

152 Militia non est dignitas, nec in dignitate constituit.

155 Iacobum, & alios filios Vincentij de Poljo non priuatos passiua testamenti factione, nec iure communi, nec vigore statuti Lucani.

156 Filij non incurrunt pœnas l. quis quis propter offensionem Principum inferiorum.

Contrarium vigore statutorum Lucensium, quæ extendunt l. quis quis ad offendentes Rempublicam n. 158. Vid. n. 159.

Statutum antiquum Lucanæ Reipub. lib. 4. cap. 61. priuat filios legitima.

161 Cessante præsupposito cessat dispositum.

Statutum puniens vnum delictum, & aliud præsupponens non habet locum, præsupposito non verificato n. 160.

162 Dictio Prout est relatiua repetens relatum cum omnibus suis qualitatibus.

163 Et restringit ad terminos relati.

Statutum extendens pœnam l. quis quis C. ad leg. Iul. Maiest. ad offendentes Remp. intelligi debet quando actum est de extinguenda Rep. num. 164. Vide n. 168.

164 Statutum Reipublicæ dequo in statuto Lucano quomodo intelligendum, & n. 193. cum seqq.

165 Status Reipublicæ, si dirigatur ad aliud regimen, tunc dicitur fieri contra statum. Vid. n. 167.

766 Statutũ puniens turbantem pacificum statum intelligendum est de particulariter tantum turbante.

167 Vincentius non incidit in pœnam statuti lib. 4. cap. 61. & n. seqq.

198 Statuti Lucani extendentis leg. quis quis verba, & intellectus n. 169. & 171.

170 Aduocatorum cauillationes cessant in claris.

171 Statutum aliquem casum non decidens remanet casus non decisus sub dispositione iuris communis.

172 Casus omissus in reformatione decidi debet secundum statutum antiquum.

173 Præsertim in materia odiosa.

174 Vexilliferi Reipubl. Lucen. occisio punitur pœna Statuti particularis illius Ciuitatis lib. 4. cap. 157

175 Consiliarij dicuntur pars corporis Imperatoris intellige vt n. seqq.

376 Dispositum in vno ex æquiparatis à leg. antiqua, censetur etiam dispositum in alio.

177 Imperatoris persona est diuersa ab illa Senatoris,

178 Dictio Persona significat qualitatem homini insitam, qua vnus ab alio distinguitur.

179 Statutum loquens in casu vero non trahitur ad fictũ

180 Argumentum ab æquiparatis procedit solum, quando illi duo casus à lege antiqua sunt æquiparati per modum regulæ; vel quando sunt æquiparati duo casus ab antiqua lege in omnibus, & per omnia, & num. 181. Vide n. seqq.

184 Crimen non extinguitur morte, vbi actum est de nece Reipublicæ, secus de nece alicuius Magistratus.

186 Dispositio leg. quis quis summopere est odiosa, & ideo non extendenda.

178 Extensio fit in eadem qualitate odij; sed non de casu ad casum, vbi militat minor ratio.

188 Vexilliferi occisio mitius punitur, quam necatio Reipublicæ, & quare.

189 Consiliarios non comprabendi, in Statuto Lucano lib. 4. cap. 61.

190 Statuti Lucani lib. 4. cap. 61. intellectus, & n. seqq. & num. 207. & seqq. nu. 200. & seqq. n. 282. & seqq. num. 258. 281. 395.

191 Disiunctiua seu ponitur inter diuersa.

192 Fallit quando, hoc non potest significari, quia tunc stat expositiue pro idest.

Statuti Lucani lib. 4. cap. 61. intellectus 193. cum seqq.

160 Sta-

195 Statutum lucanum cap. 62. lib. 4. *de pœna inducentis ſeditionem quid diſponat.*

196 *Actus, ad quem fit extentio, debet eſſe eiuſdem qualitatis, naturæ, & formæ, & non diuerſus ab actu, in quo loquitur & num.* 197.

198 *Statutum, quod intelligi poſſet corrigere in pluribus ius commune debet interpretari, quod in vno tantũ.*

199 *Statuta debent interpretari, vt minus corrigant ius commune, quam ſit poſſibile.*

200 *Statutum correctorium præter id, in quo corrigit, recipit paſſiuam interpretationem à iure communi.*

201 *Præſertim ſi conſtat de tali mente contrahentium.*

202 *Statuti ſuperfluitas toleratur, quando agitur de puniendis innocentibus, licet regulariter aliud ſit, & num,* 230. 348.

203 *Statut. pœnale recipit declarationẽ a iure communi.*

204 *Statutum puniens falſitatem intelligitur de falſitate de iure punibili.*

205 *Declaratio non comprahẽditur ſub verbo* ſtatuere.

Vexilliferi extinctio non denotat voluntatem occidentium extinguendi libertatem n. 207.

208 *Iacobus, & alij filij Vincentij de Podio non fuerunt redditi incapaces ex Decreto conſilij contra Vincentium facto, & n. ſeqq.*

209 *Indefinita in ſtatuto odioſo non æquipollet vniuerſali: contrarium nu.* 212. *intellige vt n.* 213. *&* 215.

210 *Indefinita, quæ æquipollet vniuerſali, non veni ex propria ſignificatione, ſed ex quadam benigna interpretatione.*

211 I*nterpretatio benigna ceſſat in materia odioſa.*

214 *Maſculinum non concipit fœmininum in materia odioſa, odio irrationabili.*

216 *Statutum pari pœna puniens delinquentem, & opem præſtantem, quomodo intelligendum.*

217 *Indefinita non omnia, ſed aptiora comprahendit.*

218 *Supplicationes Podij quomodo intelligendæ.*

219 *Confeſſio Vnius non nocet Alteri.*

223 *Statutum mandans imponi delinquentibus debitas pœnas intelligitur de impoſitione facienda per Iudicem. Ampl.* 223.

224 *Gerundij natura eſt ſignificare actum, prout eſt in fieri n.* 244. *limita n.* 226.

Impoſitio pœnæ à Iudice facta dicitur, quando tulit ſententiam num. 224.

225 *Gerundium ſignificat actum, prout viſui ſubijcitur. Vide n.* 226.

227 *Gerundium ſignificat actum faciendum in futurum.*

228 *Gerundium ſignificat idem, quod participium futuri temporis.*

229 *Lex vel ſtatutum vtens gerundio, inſtruit quid faciendum.*

230 *Statuti verba ita ſunt interpretãda ne ſint ſuperflua.*

231 *Pœna vbi ipſo iure non imponitur, requiritur ſentẽtia Maxime in pœna afflictiua, & priuatiua n.* 231.

232 *Lex puniens per verba futuri temporis, dicitur canon ferenda, non lata ſententia.*

233 *Verba ſubiunctiui temporis in lege tempus futurum importat, & quando conditionem. & n.* 284.

234 *Verbum* puniantur *reſpicit actum Iudicis.*

236 *Dictio* Ita quod *limitat, & reſtringit priorem diſpoſitionem.*

237 *Contrarium, quod ampliet.*

238 *Fallit tamen in materia pœnali.*

239 *Verba apta importare latam, & inferendam ſententiam debent interpretari, vt ferenda.*

240 *Pœna in dubio non debet cenſeri impoſita ipſo iure & n.* 279.

241 *Relatum non eſt in reſtrenta cum prima qualitate, quando aliter exprimitur.*

242 *Dictio accuſatiuo adiecta an importet modum, an conditionem & n.* 243.

247 *Verba temporis præſentis ſignificant latam ſententiam: Vide n.* 246.

248 *Dictio* Ad *adiecta gerundio denotat finem, ad quem actus fuerit factus.*

249 *Diſcretiuus modus loquendi Statuentium valde conſiderandus eſt.*

250 *Verba* ad infligendũ *non reſpiciunt tempus præſens*

251 *Gerundium reſpiciens futurum facit conditionem.*

252 Statutum Lucanum cap. 28. *declaratur.*

Verba veniunt condemnandi *appoſita in Statuto quid importent n.* 252.

253 *Relatiuum adiunctum verbo futuri temporis, vel modi optatiui, vel ſubiunctiui importat conditionem & n.* 254. *&* 256.

254 *Optatiuo ſi iungatur relatiuum conditionem importat.*

255 *Relatiuum* qui *reſoluitur in* quatenus.

257 *Condemnatio dici non poteſt ipſo iure impoſita, quando punitio poſita eſt in conditione futura condemnationis.*

258 *Statutum vnum ab alio interpretationem recipit.*

259 *Lex interpretatur ab obſeruantia ſubſecuta, & num.* 277.

260 *Delinquentes in hoc caſu variè a Iudicibus fuerunt puniti & n.* 261. *& n.* 266.

262 Ipſe *Pronomen perſonaliſſimum eſt.*

263 *Dictio* Et *eſt ampliatiua.*

294 *Excluſus à ſucceſſione, an dicatur excluſus a legitima.*

265 *Verbum* priuare *importat prolationem ſententiæ non ipſo iure,*

267 *Franciſci Philippi de Podio ſentẽtia condemnatoria*

268 *Decretum Conſilij Lucenſis contra Vincentium Podium quid contineat.*

269 *Andreæ Granducij, Andreæ Matthæi condemnatio qualis, & ex quo delicto.*

270 *Petri de Fantinellis condemnatio, & Petri Branzolini ſententia & n.* 271. *&* 274.

271 Leg. quis quis *diuerſificat pœnas inter fœminas, & maſculos filios.*

272 *Filij fœminæ Rebellium ſunt capaces ſucceſſionum extraneorum.*

275 *Leges habent conditionem, ſi moribus vtentium fuerint receptæ.*

277 *Obſeruantia nullam requirit præſcriptionem ad declarandum leges.*

280 leg. quis quis *circa pœnam contra filios nullibi vſu recepta.*

281 Menochij conſ. 275. *ac eius rationes refutantur.* Soc. conſ. 275. lib. 2. *approbatur n.* 281.

283 *Dictio* Nec *eſt continuatiua.*

284 *Statuere verbum ſignificat nouam legem condere, non declarare.*

285 *Declaratoria lex trahitur ad præterita.*

286 *Decretum conſilij Lucenſis contra Vincentium de Podio non afficit, nec comprehendit eius filios.*

287 *Sententia ex Actis recipit declarationem.*

288 *Accuſatori non creditur.*

289 *Iudici non creditur, niſi quantum ex actis apparet.*

290 *Principis aſſertioni in crimine læſæ maieſtatis non creditur & n.* 291.

292 *Propoſitio decreti contra Vincentium facta in conſilio non nocet, niſi quantum iuſtificatur, & nu.* 294. *&* 295.

293 *Aequiuoca assertio nunquam laedit.*
296 *Enunciatiua, vt probent, debent esse clare, non autem genericè prolata.*
297 *Probatio debet de necessitate concludere.*
298 *Indefinita non aequipollet vniuersali in materia probationis & num. 392. Ampl. 299.*
300 *Sententia lata in crimine lesae maiestatis contra Patrem non comprahendit filios non nominatos.*
301 *Dictiones relatiua* eos, & eorum quemlibet *idem important, ac si expressio fieret per nomen proprium.*
302 *Dispositio cum expressione nominis proprij personam nominatam non egreditur.*
303 *Et habet non solum significationem relatiuam, sed etiam restrictiuam, & personalitatem important.*
304 *Sententia est adeò stricti iuris; vt nihil comprehendat praeter id quod ex ea necessario infertur, nulla habita consideratione petitionis, & n. 305.*
306 *Verba sententiae debent restringi, & num. seqq.*
Sententia non recepit interpretationem à iure n. 305.
308 *Sententia interpretanda est semper fauore condemnati; vt mitius quod fieri possit cum eo actum censeatur.*
309 *Maximè quando verba illius aliquid operantur.*
310 *Delictum esse commissum sufficit declarare, vt postea subintret poena a lege imposita. Decl. n. 311.*
312 *Pro Iudice praesumitur.*
313 *Relegatio est minus quam deportatio.*
314 *Deportatorum bona confiscantur.*
315 *Deportati habebantur pro mortuis.*
316 *Relegatorum bona non publicantur.*
317 *Deportati Ciuitatem Romanam amittebant, & efficiebantur quasi sine Ciuitate.*
318 *Deportati amittebant factionem passiuam testamenti & n. 328. limita n. 329.*
319 *Deportati capitis diminutionem patiebantur.*
320 *Relegati retinebant libertatem, & Ciuitatem.*
321 *Relegati Testamenti factionem passiuam retinebant, siuè in perpetuum, siuè ad tempus essent relegati, & num. 331.*
322 *Sententiae verba sunt intelligenda propriè, non impropriè.*
323 *Relegatio fit etiam ad loca Releganti non subdito.*
324 *Relegationi non repugnat publicatio bonorum.*
Sententiae relegationis, in quibus poena confiscationis apponitur, reprehenduntur. sed non irritantur, num. 324.
325 *Sententia ita est interpretanda, vt non contrarietur.*
326 *Relegationes fiunt vt taliter condemnati degentes longe à Patria illam tutam relinquant.*
327 *Banniti nostri temporis an aequiparentur deportatis, vel relegatis valdè controuertatur inter Doctores.*
330 *Banniti nostri temporis retinent actiuam, & passiuam testamenti factionem. Ampl. n. 331.*
Banniti nostri temporis possunt impune offendi. num. 330.
331 *Confiscatio non trahitur ad bona futura. & n. 353. Vid. num. 331.*
332 *Banniti excluduntur perpetuò à successionibus delatis iure consanguinitatis contrarium veriùs ibid.*
333 Statutum Lucanum lib. 4. cap. 22. *disponit posse offendi bannitos.*
334 Statutum lucanum lib. 4. cap. 25. 26. 28. 29. & *cap. 61. quid disponat.*
335 *Prohibitio aliquorum actuum, qui sint inter viuos non comprahendit vltimas voluntates.*
336 Statutum Lucanum cap. 74. lib. 2. *prohibet forenses acquirere posse bona stabilia, mobilia, & iura in Ciuitate, & districtu. Vide nu. 343. 349. 350. 369. 370. & 371.*
337 *Ciuis quis esse non potest, & tamen non sit forensis.*
338 *Forensis non dicitur, qui incolatum habet in aliquo loco, sed dicitur de illo populo, licet non sit Ciuis.*
339 *Forensis vt dicatur quae requirantur.*
340 *Banniti originem non perdunt, licet Ciuitatem amittant.*
341 *Statutum prohibens. forensem acquirere non ligat mulierem nuptam forensi.*
343 *Statutis ligari, & forum sortiri à pari procedunt.*
344 *Statuta tantum disponunt quantum loquuntur.*
345 *Statutum in casu, in quo non loquitur, cessat illius dispositio.*
346 *Statutum restringi debet ad casum, in quo loquitur.*
347 *Maximè in Statuto Correctorio iuris communis.*
348 *In statutis nec syllaba debet esse superflua.*
350 *Successio ab intestato non est expressa vltima voluntas, sed tacita.*
351 *Crimen Lesae Maiestatis Committens non priuatur factione testamenti. & num. 357. Vid. n. 354.*
352 *Nec dominium suorum bonorum ipso iure amittit sed necessaria est sententia condemnatoria.*
354 Gig. de pen. committ. crim. lesę Maiest. lib. 1. quaest. 31. *reprobatur.*
355 *Rebelles amittunt ipso iure ea, quae sunt iuris ciuilis.*
356 *Deportati amittunt ea, quae sunt iuris ciuilis.*
358 *Condemnatus in poenam mortis efficitur seruus poenae. Vid. 362.*
359 *Citatio necessaria est in sententia Principis.*
360 *Citatio etiam in notorijs requiritur.*
361 *Maleficium tam notorium esse non potest, vt non possit habere excusationem.*
363 *Quilibet censetur habere actiuam, & passiuam testamenti factionem, nisi specialiter sit inhabilitatus.*
364 *Clausula* non obstante delicto, *intelligitur quatenus obstaret.*
365 *Confessio super delicto paterno non nocet confitenti, quando praeiudicium pendet à dispositione iuris communis.*
366 *Confessio interpretatur semper in fauorem confitentis.*
367 *Filius ratione originis paternae, & auitae dicitur Ciuis illius loci.*
368 *Statutum loquens de forense non comprahendit Ciuem ratione originis paternae, & Auitae.*
369 *Alienatio voluntaria non dicitur illa, quae fit per haeredis institutionem, vel successionem ab intestato.*
370 *Prohibito vno ex correlatiuis censetur prohibitum, & aliud.*
371 *Prohibita voluntaria acquisitione, censetur etiam prohibita voluntaria alienatio.*
372 *Consilium supremum Lucense potest abolire decretum, & remittere poenam delinquentis, prout fecit illis de Podio mediantibus verbis Rescripti, de quibus ibi, & num. 374.*
373 *Voluntas enixa desumitur ex verbis pregnantissimis.*
375 *Scientia praesumitur, dum agitur de facto proprio, notabili, & recentissimo ab spatium tridui.*
376 *Clausula* de plenitudine potestatis *apposita à*
Prin-

Principe efficit, ut nihil opponi poſſit, quod annullet actum.

377 *Poteſtatis plenitudine uti nihil aliud eſt, quam derogare iuri communi, ſeù ordinario.*

378 *Poteſtatis plenitudo eſt plenitudo arbitrij nulli neceſſitati ſubiecta, nulliuſque iuris publici regulis limitata.*

379 *Pœna* leg. ſi quis, *remitti poſſunt à Principe, & gratiatus efficitur habilis ad beneficia, & ordines.*

380 *Homines de Podio idem ſignificant, ac familia de Podio.*

381 *Nomina collectiua comprahendunt etiam poſteà naſcituros.*

382 *Priuilegium conceſſum per nomen collectiuum etiã futuros comprahendit.*

383 *Vniuerſale recipit augumentum, & diminutionem, ſed ſemper eſt idem.*

384 *Priuilegium quod debet eſſe perpetuum comprahendit futuros, ne reducatur ad temporalitatem.*

385 *Remiſſio pœnæ ſi facta fuit delinquentibus eo magis cenſetur facta eorum filijs, qui delictum non commiſerunt.*

386 *Futuri comprahenduntur quando militat eadem ratio in futuris, quam in exiſtentibus tempore conceſſionis.*

387 *Priuilegium conceſſum Refferendarijs ad futuros etiam trahitur.*

388 *Futura venire ſemper ſolent, quando agitur de gratia nemini, nec quidem concedenti præiudiciali.*

389 *Priuilegium exemptionis trahitur ad futura.*

390 *Gratia ſeù priuilegium reſtituens ad primum ſtatum ſemper fauorabile à Doctoribus reputatur.*

391 *Priuilegium dicens, etiam homines Caſalis renunciarunt quædam iura, intelligi poteſt de duobus hominibus. vide ibi.*

393 *Indefinita æquipollet vniuerſali, quando concurrit eadem ratio.*

394 *Filij eorum, qui interfecerunt Vellixeferum Reipublicæ Lucanæ alio animo, quam perturbandi illius ſtatum, non ſunt Rebelles.*

396 *Exceptio trahitur ad caſus ſimiles, & in quibus militat eadem ratio.*

397 *Pœna* leg. quis quis, *reſpectu filiorum dicuntur odioſiſſima odio irrationabili:*

398 *Sententia, decretum, ſeù ſtatutum tollens beneficium remiſſionis pœnarum præſuponit anteà beneficium illud ſibi ſuffragari.*

399 *Verbum* remanent, *appoſitum in gratia reintegrationis quid operetur.*

400 *Iura ſanguinis ſunt immutabilia.*

401 *Banniti iura ſanguinis non amittunt, licet aliquos illius effectus perdant.*

402 *Verba in dubio cenſentur appoſita demonſtratiuè.*

403 *Relatum dicitur aſſa verè, & propriè in referente.*

404 *Regula fauorabilis intelligenda eſt largè, exceptio verò odioſa interpratanda eſt ſtrictè, & è contra. num. 419.*

405 *Statutum excludens fœminam non intuitu agnationis cenſetur excludere maſculum ex fœmina.*

406 *Verba in principio poſita influunt in totam ſupplicationem.*

407 *Beneficium eſt latiſſimè interpratandum.*

408 *Gratia reintegrationis, ſeù remiſſionis pœnæ prodeſt etiam ignoranti. Ampl. num. 409.*

Licet alij teneant prodeſſe ſolum à die ſcientiæ. num. 408.

410 *Acquiſitione in certo loco prohibita in reliquis cenſetur conceſſa.*

411 *Exceptio firmat regulam in contrarium, & aliquando etiam ampliat.*

412 *In mandato ſi excipiatur vnus caſus requirens ſpeciale mandatum, exceptio facit, vt in mandato comprehendantur reliqui caſus requirentes ſpeciale mandatum.*

413 *Extenſio non fit de perſona ad perſonam, vbi non ſolum diuerſa, ſed vbi maior ratio militat.*

414 *Item non fit in materia odioſa. Imò nec in materia fauorabili. num. 416.*

415 *Etiam ex tacita mente diſponentis. Ampl. nu. 417.*

418 *Filij committentium crimen perduellionis quare puniantur. & num. 444.*

420 *Amputatio capitis eſt vna ſpecies pœnarum capitalium.*

421 *Remota vna ſpecie non cenſetur remota alia.*

422 *Vna ſpecie expreſſa non dicitur expreſſa alia.*

423 *Verba quæ capi poſſunt in genere, & in ſpecie in materia odioſa capi debent in ſpecie, non in genere.*

424 *Verba in materia odioſa capi debent in mitiori ſignificatu.*

425 *Diſpoſitio facta in vno caſu cenſetur facta in alio æquiparato.*

426 *Extenſioni vt ſit locus neceſſe eſt, vt nulla ratio diuerſitatis aſſignari queat. Vid. ibi.*

427 *Aequiparationem factam fuiſſe debet conſtare, ad hoc vt intret argumentum ab æquiparatis.*

428 *Derogatio, & abrogatio intelligitur ad effectum præmiſſorum.*

429 *Verba intelligenda ſunt eo reſpectu, quo probata fuerunt.*

430 *Filij rebellium habent teſtamenti factionem, dum in decreto illis ademptũ fuit tantumodo ius Ciuitatis.*

431 *Clauſula* non obſtantibus, *intelligitur quatenus obſtet.*

432 *Clauſula derogatoria præcedentibus debet intelligi de his, quæ omninò ſunt contraria.*

433 *Derogatum non cenſetur, niſi in quantum expreſſum eſt, & neceſſitas cogit.*

434 *Dictio* alijs *ſimilia ſignificat.*

435 *Interpratatio benignior eſt facienda, vbi agitur de remiſſione pœnæ odioſiſſima.*

436 *Pœna* leg. quis quis, *habent locum tantum in filijs naſcituris, non autem in iam natis, & n. 438 Contrarium. n. 437. 439. & ſeqq.*

440 *Verba* poſteri, poſteritas, *quos comprahendant.*

441 *Relatiuum* eius *refert omnia cum ſuis qualitatibus.*

443 *Lex generaliter loquens generaliter eſt intelligenda.*

445 *Tranſactio corruit ex falſa cauſa.*

446 *Contractus corruit ex falſitate cauſæ.*

447 *Error vitiat tranſactionem, ſicut cæteros contractus, cum tunc deficiat conſenſus, & num. 453.*

448 *Errans non conſentit.*

449 *Errans non ratificat.*

450 *Error vitiat conſtitutionem dotis.*

451 *Error vitiat renunciationem, & ceſſionem.*

453 *Dictio* præſertim, *reſtringit generalitatem.*

454 *Et eſt implicatiua, & comparatiua. lim. n. 455.*

456 *Dictio* præſertim, *aliquando impropriatur, & exponitur pro* tantum.

457 *Valorem bonorum, præsumuntur ignorasse absentes.*

458 *Legatum alimentorum substinetur non obstante quod legatarius esset in capax hæreditatis, & num.459. & num.4 0.464.& 467.*

459 *Deportatis, & seruis pene quantumuis incapacibus legari potest,*

460 *Alimenta sunt iuris naturalis,*

461 *Alimenta, de quibus ibi Iudicis Officio petuntur.*

462 *Legata alimentorum salutem animæ relinquentium concernunt.*

463 *Legatum alimentorum capit natura, non persona.*

464 *Alimenta ex dispositione.* leg. quis quis C. ad leg. Iul. Maiest. *ex bonis maternis relinquuntur solum filiabus, non autem filijs masculis.*

466 *Egenus dicitur ille, qui habet tantum alimenta.*

408 *Actus censetur factus ex eo capite, & ex ea causa, ex qua valere potest.*

469 *Legatum annuum censetur factum pro alimentis, dum aliter substineri non poteras, & n.470.*

471 *Error manifestus apparet, dum constat aliter contineri in testamento, quam præsupponerent transigentes.*

472 *Error est priuatio intellectus per falsam imaginationem.*

473 *Fatuitas potius præsumitur in facto proprio, quã donatio.*

474 *Dolus incidens in ipsam transactionem, vel vice, vel opere exceptionis illam annullat.*

475 *Dolus ex circunstantijs probatur.*

476 *Dolus arguitur ex affectatis persuasionibus.*

477 *Dolo inductus ad transigendum errare videtur.*

478 *Dolus inducitur ex machinationibus.*

479 *Dolus committitur circa scientem, & volentem, quando calliditate quis seductus, & sollicitatus ita vult.*

480 *Læsio enormissima dolum arguit.*

481 *Actio petitionis hæreditatis est bonæ fidei.*

Actio petitionis hæreditatis intentare possunt filij illius, qui prætenditur commisisse crimen læsæ Maiestatis num. 481.

482 *Transactio dolo contracta redditur nulla ipso iure.*

483 *Vel saltem rescindenda ope exceptionis.*

484 *Transactio nulla remanet, vel resoluitur ob non seruatam formam inter contrahentes conuentam sub pacto annullatiuo.*

485 *Forma adimpleri debet in forma specifica.*

486 *Conditio mere voluntaria per æquipollens adimpleri non potest.*

487 *In conditionibus voluntarijs merum factum attenditur.*

488 *Conditio si decesserit sine filijs de legitimo matrimonio descendentibus dicitur defecta, si moriatur cum filijs legitimatis per subsequens matrimonium.*

489 *Conditio per æquipollens adimpleri non potest, quando adiectum fuit pactum resolutiuum.*

490 *Idque procedit tam in vltimis voluntatibus, quã in contractibus.*

491 *Adimplementum vnius conditionis non suffragatur sine adimplemento aliarum, quæ sub pacto resolutiuo fuerunt conuentæ inter partes.*

492 *In conditionibus voluntarijs ratio motiua non quæritur.*

493 *Rotundum faciendum, necessitatem imponat.*

494 *Rescriptum impetratum non præsumitur ab eo, cuius nomine cantat, quando modicam, vel nullam requirit impensam.*

495 *Confirmatio transactionis facta à Principe cum relatione ad supplicationem, in qua non continentur omnia inter partes sub pacto resolutiuo conuenta non suffragatur.*

496 *In capacitas inducta per* leg. quis quis, *non tollit, quin quis possit capere ex contractu.*

497 *Conditiones voluntariæ possunt adimpleri per æquipollens, quando consideratus fuit effectus. limita num.498.*

499 *Conditio si hæres sine filijs decesserit deficit, si decedat cum filio, qui illicò moriatur.*

500 *In conditionibus voluntarijs non habetur in consideratione ratio.*

501 *Voluntas disponentium est illa, quæ dominatur.*

Clausula vna *non censetur habita fuisse à pro æquipollente alteri, dum vtramque apposuerunt. num. 501. & 503.*

502 *Dictio,* Ex *copulat æque principaliter.*

504 *In conditionibus voluntarijs non procedit argumentum, si disponens fuisset interrogatus, ita disposuisset.*

505 *Clausula* supplentes, *restringitur à verbis subsequentibus.*

506 *Clausula* supplentes, *non supplet consensum, quando contrahentes substulerunt facultatem contrauenjendi de iure, & de facto.*

507 *Conditio pendens à voluntate Principis dicitur potius difficilis, quam impossibilis.*

508 *Conditio impossibilis in contractibus vitiat, sed non vitiatur.*

509 *Ex contractu conditionali non oritur neque actio, neque obligatio ante purificatam conditionem.*

510 *Ademptio simplex conditionis non sufficit, quando versatur in actibus factis ex interuallo.*

511 *Solutiones supponunt præcedentem obligationem.*

512 *Obseruantia solet esse magni momenti ad declarandam mentem contrahentium.*

513 *Ignorantia præsumitur in absente, dum non probatur scientia.*

514 *Ex receptione solutionis non inducitur approbatio contractus.*

515 *Obseruantia contractus non probatur ex actu, qui potest referri ad aliam causam.*

516 *Obseruantia erronea non suffragatur.*

517 *Receptio solutionis censetur facta ex capite magis recipienti proficuo.*

518 *Actus censetur factus prout magis expedit facienti, quando versatur in actibus æquiuocis.*

419 *Ex acta indifferenti non oritur præsumptio tacita voluntatis.*

520 *Præsumptio oriens ex facto non extenditur vltra quam actus necessariò infert.*

521 *Petrus qui potest se habere ad variabile, & ad permanens non oritur præsumpti certa de præsumpti in futurum.*

522 *Ratificatio, & approbatio non inducitur nisi ex actu, qui illam necessariò inferat, & qui non potuit fieri citra ratificationem.*

523 *Remedium* leg. 2. C. de rescind. vendit. *cessat in transactione.*

524 *Contrarium est verius, quando adest læsio etiam inspecto dubio euentu litis, & num.533.*

525 *Æstimatio dubij euentus ad probandam læsionem.*

256 Tran-

tranſactionis non eſt impoſſibilis, ſed paſſim admittitur.

526 Remedium leg. 2. C. de reſcind. vendic. habet locum in venditione ſpei.

527 Spes æſtimatur quanti Communiter vendita fuiſſet.

528 Aeſtimatio dubij litis euentus æſtimatur, quando agitur de iniquitate laudi Arbitri aſſumpti ſuper lite.

529 Læſio quę dicatur magna in laudo dato ab arbitro relinquitur arbitrio Iudicis.

530 Læſionis probatio relinquitur arbitrio Iudicis, vbi expreſſè taxata non reperitur.

531 Tranſactio an æqua, vel iniqua ſit poteſt Iudex arbitrari inſpecta cauſa traoſactionis, & perſonarũ, & perpenſis viribus ambarum partium, & numer. 533.

532 Tranſactio eſt enormiſſimè læſiua, dum pro bonis valoris ſcut. 10. mil. fuerunt recepta ſcut. 3. mil. & num. 535.

533 Traoſactio facilius iudicatur in ſubſiſtens, quando inita fuit inter homioem informatiſſimum, & mulierem Tutricem, ac minores non informatos.

534 Læſio minor requiritur in tranſactione, quando vna pars tranſigentium non erat ſecura, quod æqua lance ius redderetur.

536 Hæredum appellatione veniunt quicumque extranei.

537 Maximè in materia indifferenti.

538 Verba caſu quo poſſent hæreditare, trahuntur ad quodcumque tempus.

539 Verba & caſu, quo important cõditionem, & quidem expreſſam.

540 Ex ademptione conditionali cenſetur inſtitutus ſub contraria conditione.

541 Verba directa prolata in Codicillis ad fideicommiſſum trahuntur.

542 Aditio hæreditatis inducitur in tranſactione, & ceſſione, & facto.

543 Per aditionem acquiritur dominium omnium bonorum hæreditariorum.

544 Immiſſio in remedio leg. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll. debetur hæredi inſtituto, dum docetur de Teſtamento non abolito, nec cancellato, & de poſſeſſione teſtatoris.

545 Remedium leg. final. vti tranſmiſſibile competit etiam hæredi hæredis.

546 Ius accreſcendi intrat inter hæredes coniunctos re, & verbis.

547 Remedium leg final. C. de Edict. Diu. Adr. toll. competit contra titulo poſſidentem.

548 Immiſſio ex remedio leg. final. non retardatur ob incapacitatem requirentem altiorem indaginem, & num 551. ſecus ſi eſſet clara: Ampl. num. 554.

549 Remedium leg. final. reijcit exceptiones requirentes altiorem indaginem.

550 Remedium leg. final. eſt ſummariſſimum.

552 Statutum Lucanum continuat poſſeſſionem defuncti in hæredem.

553 Remedium leg. final. concurrens cum ſtatuto continuante poſſeſſionem defuncti in hæredem, habet effectum recuperandæ poſſeſſionis ſaltem ne admittantur exceptiones concernentes dominium.

555 Inſtitutus immittitur in poſſeſſionem, dum contendit cum ſubſtituto. Ampl. numer. 556.

557 Subſtitutis competit remedium leg. final. verificato priùs caſu ſubſtitutionis, quæ verificatio facienda in continenti.

559 Exceptio dicitur requirere altiorem indaginem, dum hioc indè ſunt rationes vnum, & aliud ſuadentes.

560 Exceptio dicitur requirere altiorem indaginem, quando perſonæ, quæ prætenduntur incapaces ſucceſſionis non leguntur expreſſè excluſæ, ſed eorum excluſio deſumitur ex argumentis.

561 Legitimus contradictor vt quis dicatur, ſufficit habere titulum a defuncto, licet poſſeſſionem quis acquiſiuerit, Contrarium, num. 562.

563 Legitimus cõtradictor quis oon conſtituitur ex poſſeſſione reſultante ex diſpoſitione ſtatuti continuantis poſſeſſionem defuncti in hæredem.

564 Legitimus Contradictor non dicitur, qui mediante tranſactione habet titulum, & poſſeſſionem ab hærede, dum tranſactio non ſuſtinetur.

565 Alienatio facta à Patre oomine filij, qui erat hæres vna cum poſſeſſione non conſtituit legitimum contradictorem, quando talis alienatio erat nulla.

566 Legitimus contradictor dicitur habere titulum, & poſſeſſionem ab hærede, & quare.

567 Actus nullo quis contrauenire poteſt.

568 Cootra factum quis venire poteſt, quando non eſt nullum in fauorem aduerſarij.

569 Statutum Lucanum, prohibet poſt quinquennium agi poſſe remedio leg. final. C. de Edict. Diu. Adr. toll. limita vt ibi & num. 579.

570 Præſcriptio non currit contra non valentem agere, & num. 575. & num. 574. Ampl. num. 576. & num. 579.

571 Præſcriptio non currit, quando quis impeditur de iure agere.

572 Præſcriptio non currit, quando ob potentiam Aduerſarij non potuit agere.

575 Præſcriptio ſilet tempore hoſtilitatis, & belli, & quare.

577 Proteſtatio ad euitandam præſcriptionem non requiritur, quando impedimentum eſt notorium.

578 Præſcriptio non currit ubi adeſt mala fides.

580 Præſcriptio ſtatutaria ſortitur naturam præſcriptionis iuris Communis.

581 Statutum Lucanum lib. 1. cap. 62. videtur ſe conformare cum diſpoſitione Iuris Communis.

582 Remedium leg. final. C. de Edict. Diu. Adria. toll. præſcribitur ſpatio decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes.

583 Statutum reducens præſcriptionem remedij leg. fin. C. de Edict. Diu. Adr. toll. ad quinque annos intelligi debet reſpectu præſentium, nõ reſpectu abſentium, & num. 585.

584 Statutum Lucanum lib. 1. cap. 16. circa differentiam præſentium, & abſentium ſe conformat cũ iure communi.

586 Statutum loquens de præſcriptionẽ non habet locum in vſucapione.

587 Præſcriptionem non obſtare in dubio pronunciandũ eſt.



Verba mea Domine dirige secundum Iustitiam tuam.

VOTVM I.

IN explicatione, & dissolutione difficultatũ, quæ in presenti causa summę æquitatis plenę se offerunt hunc ordinem seruabo. Prius
1 ostendere conabor, neque ius ciuile, neque municipale, neque denique sententiam contra D. Vincentium de Podio latam eius filijs passiuam Testamenti factionem, vnquam ademisse. Demõstrabo deinde quando etiam inhabiles, & incapaces successionũ extranearum personarum ob crimen paternum affecti fuissent, illos tamen pristinam habilitatem, & capacitatem recuperasse, eamque hodie etiam suffragari Illustrissimo D. Iacobo, qui solus ex prædictis filijs superest: Agam 3. loco de quadam pretensa transactione, quæ inita prætenditur inter Patrem Aduersariorum, & supradictos filios D. Vincentij quam, & nullam, & in omnem euẽtum rescindendam satisclarè (ni fallor) demonstrabo, & denique ex his inferam, prædictum Illustriss. D. Iacobum ex remedio *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.* immittendum esse in possessionem medietatis omnium bonorum olim à D. Ioanne de Podio eius Patruo possessorum, qui ęquis portionibus dd. filios D. Vincentij, & Patrem aduersariorum hæredes instituit.

Aggrediendo itaque primam difficultatem præmittam pro intelligentia totius causę, quod cum homines huius nobilissimæ familiæ ægre
2 ferrent se in Ciuitate, & Republica Lucana opera (vt ipsi putabant) nonnullorum Ciuiũ gratia forsan apud Populum illorum pollentium arceri à Magistratibus, & emolumentis dictæ Reipublicæ, sępè sæpius murmurabant dicendo suam pristinam non posse recuperare dignitatem, nisi interfectis tribus, vel quatuor Ciuibus, à quibus totum hoc malum, vt ipsi putabant, pendebat. Dum itaque ità inter se fremerent, vacauit beneficium quoddam S. Iuliæ nuncupatum quod dicebant esse sui Iurispatronatus, & consequenter ad suam pertinere præsentationem, quod beneficium erat situm in via nuncupata *de Podio* inter Domos horum Nobilium, vnde nõnulli ex dicta familia inter quos erat Vincentius prædictus armati, & quibusdam alijs amicis stipati, possessionem illius ceperunt, illamque retinere decreuerunt Interim prætenditur fuisse actum inter istos, vel (vt melius dicam) inter aliquos ex istis de creandis decem Antianis, illisque finito Magistratu, qui tunc Rempublicam moderabantur in Palatiũ intrudendis, deque reficiendis, (vt ipsi vocant) Taschis ad effectum vt in eis nomina quoque ipsorum, & aliorum Amicorum reponerentur. Secundum enim formam administrationis illius Ciuitatis statutis temporibus seligebantur separatim Ciues pro singulo Magistratu, ac Senatu, quem ipsi Consilium appellant, quorum nomina in singulis sacculis, quos ipsi Taschas nominant scripta reponebantur ex quibus sacculis postea, & Senatus, & cœteri Magistratus suis temporibus sorte extrahebantur, in quibus sacculis opera illorum Ciuium, quos parum sibi beneuolos opinabantur nomen nullius ex dicta familia positum sciebant, quæ verbo tractata prætenduntur à quodam Dominico Totto, qui aliquoties id dixit nonnullis de hac Familia.

Et quia timebant ne circa possessionem S. Iulię aliquid à Senatu contra ipsos statueretur, vnus ex illis nomine Stephanus conatus fuit corrumpere 20. vel 25. ex Senatoribus, ne quid quam statui in consilio contra ipsos posset. Et insuper ipsemet Vincentius minatus fuit aliquem Ciuem occisurum, si quid contra ipsos decerneretur, Decreuerant enim retinere possessionem dicti beneficij inuito etiam Senatu Domi quoq; dicti Stephani facienda erat quædam Congregatio hominum huius familiæ, quæ tamen facta non fuit, quid autem ibi essẽt deliberaturi, vix colligi potest, nisi quod agebant de recuperanda pristina dignitate.

Cum itaque res ita ferueret, Senatus exulare iussit duos ex Sectatoribus huius familiæ, qui simul cum ipsis de Podio ceperant possessionẽ dicti beneficij, illamque retinebant Stephanum scilicet del Orapho, & Herum nuncupatũ *Maturazzaro*, quo audito D. Vincentius ira exarsit, dixitque totum hoc factum esse in vilipendium ipsorum, vt amicis destituerentur, & denudarentur, vt postea inimicorum prædæ relinquerentur, idque tanto magis, quia sibi relatum fuit pridie illius diei Hieronymum Vellutellum tunc Vexilliferum protulisse verba satis iniuriosa in ipsos. Dum enim ageretur de causa illorum duorum, qui postea exilio mulctati fuerunt, dixerat *Tù sei di quei trist i Ladroncelli di Mont' Albano*, hoc itaque audito Vincentius armatus illico profectus fuit ad Palatiũ ibique dictũ Vexilliferum tantummodò interemit, reliquis omnibus Antianis intactis dimissis, & Dominicus Totus eodem tempore aggressus fuit domum Lazari Arnolphini, eũq; pluribus vulneribus affecit, quo facto reuersi fuerunt ad locum, vnde digressi fuerant clamando *libertà libertà, Popolo Popolo*. Et hisperactis litteris, & Nuncijs, quamplures homines, vt se tueri possent, ne opprimerentur, accersiuerunt, quorum aliqui venerunt, & aliqui venientes ab ipsis dimissi fuerunt, quâ de causa etiam procurarunt habere claues vnius exportis Ciuitatis.

Ipsis ergo ità armatis existentibus in loco nuncupato *Poggio* deliberauerunt pro suo posse dare operam ne punirentur. Vnde hac de causa plures Ciues ad eos accesserunt operam dantes, vt res ista componeretur. qua in tractatione ij summopere conquerebantur se iam priuatos esse honoribus, & emolumentis Reipublicæ cum iam diù nullus ex dicta familia esset Magistratum aliquem assecutus, Tandem fuit concessus saluus conductus Vincentio, vt securus è Ciuitate abiret, prout fecit, Deinde fuit simul cum nonnullis alijs declaratus Rebellis, & declaratum etiam contra eum militare omnia statuta de Rebellibus loquẽtia, aliqui verò fuerunt capti, & partim decapitati, inter quos fuit Franciscus Philippi Pater aduersariorem,

rum,& partim in exilium acti,vt liquet,ex ſen-
tentijs contra eos latis, de quibus, ſi opus erit
mox agetur .

Poſt hæc dum In exilio eſſet dictus Vincen-
tius, ducta Vxore Ciue Florentina ſuſcepit 4.
3 Filios Coſmum, Philippum , Franciſcum , &
Iacobum,quos bo.me.dictus Ioannes dePodio
Frater D. Vincentij heredes inſtituit pro me-
4 dietate ſimul cum Philippo Patre aduerſario-
rum ; quam medietatem præmortuis reliquis
ſuis Fratribus prætendit D, Iacobus ſibi deberi,
5 qui eis omnibus ab inteſtato ſucceſſit.

His igitur ſe ita habentibus pro deciſione
huius primi capitis præmittere libuit de Crimi-
mine læſæ Maieſtatis olim varias latas fuiſſe
6 leges ex præcepto namque *legum 12. Tabularũ*
Rei huius Criminis erant,qui hoſtes concitaſ-
7 ſent vel Ciuem hoſti tradiſſent, & ii capite
pœnas dabant,vt habetur apud *Polib.quinto Hi-
ſtor.* & apud *Manut.de legib. Rom. fol. mihi 50.ſe-
cundum primam impreſſionem*, lata etiam fuit *lex*
8 *Aquileia*,qua *lege*,Teſte *Cicerone Oratore* C. Nar-
bonius accuſatus fuit in qua cauſa , vt refert.
Valer.Max. cap. 18. M. Scaurus Princeps Sena-
tus Teſtimonium dixit, eruditiſſimus, ſummæ
quæ integritatis vir *Antonius Auguſtinus* olim, &
ipſe *Rotæ Auditor* , & nunc *Archiepiſcopus Tarra-
coneñ meritiſſimus de legib. pag.* 58. *cap. Aquileia de
Maieſtate* quid nam illa contineret, & qua pœ-
na reos afficeret,non ſatis liquet, cum nil am-
plius de ea habeamus . Aderat præterea *lex Va-
9 ria*, qua quærebatur de his, quorum opè,con-
ſilioue ſocij contra Populum Rõmanum arma
ſumpſiſſent;fuit enim lata à *q.Vario Trib. Plebis*
ex orto Italico bello ob negatam Socijs Ciuita-
tem, qua de cauſa Nobilitas flagrabat inuidia ,
qua *lege* ipſe quoque *author* damnatus fuit *Ant.*
10 *Aug. vbi ſupra fol.*206. Aderat quoque *Cornelia
Maieſtatis*, cuius *Cicero,& Aſconius Pedianus* me-
minerunt,vt habetur apud eundem *Ant. Aug.
car.*83. quā *lege* , vt vir eruditiſſimus benè opi-
nari videtur, tota res prouincialis conſtituta
fuit,ne ſpecie legitimi Imperij quicquam con-
tra Rempublicam nouaretur,neque ſatis clarè
apparet,qua nã pœna Reos afficeret,niſi quod
ex *lib.* 19. *Ammian. Marcell.* neſcio quid conijci
poteſt,dum inquit,vt à queſtionibus,vel inuẽ-
tis nullius dignitas exciperetur *Prat. in Ca-
thalog.legum antiquarum in verbo Cornelia* ab eodẽ
latæ. Aderat. *Iulia* de qua mox agam. Aderat
11 *Antonina* quę *Maieſtatis* damnati prouocationẽ
ad populum dabat. *Cic. in pri. Philipp. Prat. in
verb. Antonina iudiciaria* quod antea etiam per-
duellionis omnium de Maieſtate Criminum
grauiſſima habebat , quę cauſa vti omnium
grauiſſima ità à Populo Comiti centurijſtis,
quæ maxima omnium erant, iudicabatur *Ma-
nut. vbi ſupra fol.*50 quæ ſupradictæ *leges* omnes
in *Iuliam* tranſlatę ſunt *Zaſ. in cathalog.leg.antiq.*
relatus *à Prate. in cod.tract. in verb.* Iulia.

Lex igitur *Iulia Maieſtatis* plura neceſſario cõ-
tinebat capita,cum omnes ſupradictas *leges* cõ-
plecteretur , & aliquid de primò capite habe-
12 mus in *l.*11. *ff. ad l. Iul. Maieſt.* ſed quid nam
contineretur in primò quidue in 2. capite
13 non apparet , & vanitatis plenum mihi vi-
detur de hoc quærere,prout facit Vir eruditus
*Menoch.conſ.*99. *num.*18. *cum ſeq.*cum impoſſibi-
le ſit aliqua cõiectura id aſſequi, oportet enim
legem illam ſatis amplam fuiſſe, pluraque con-
14 tinuiſſe capita, cum tot ante latas *leges* ample-
cteretur,& aliqua vt mox ſubijciam inſuperue-
tauerit,quæ prioribus *legibus* non prohibeban-
tur, diuinare autem modo quem ordinem ſer-
uauerit qui *leges* illas (quisquis ille fuerit) in v-
nam redegit, & plura illis nõ comprehenſa ad-
didit,humanæ non videtur facultatis, *lege* autẽ
Iulia non imminutum , ſeu auctum fuiſſe nu-
merum criminum ad Læſam Maieſtatem per-
tinentium liquet ex *Corn. Tacit. lib.* 1.dum in-
quit ità *Legem MaieſtatisTiberius reduxerat,cui no-
men apud veteres idem,ſed alia in iudicium veniebãt,
ſi quis proditione exercitum,aut plebem ſeditionibus ,
denique malegeſta Republ. Maieſtatem populi Rom.
minuiſſet facta arguebantur dicta impunè erant;primus
Auguſtus cognitionem de famoſis libellis ſpecie legis
eius tractauit commotus Caſsij Seueri libidine qua vi-
ros, fœminaſque Illuſtres Procacibus ſcriptis diffamia-
uerat mox Tiberius conſultantePomponio Macro Præ-
tore non iudicia Maieſtatis redderentur exercendas eſſe
leges reſpondit,huncque aſperauerant carmina in ſaui-
tiam,ſuperbiamque eius , & diſcordem cum matre ani-
mum*,quem locum ex noſtris citat.*Alciat.in l.hæc
ſtipulatio uoxis* 200.*in verb. publicam executionem de
verb. ſign. lege* igitur *Iulia Maieſtatis* ne dum fa-
cta,vt antea fiebat , ſed etiam dicta, quæ olim
impunè erant,puniebantur *l. famoſi ff. ad l. Iuliã
Maieſtat.* Sed vt ſupra dixi quid nam in primo
quidue in ſecundo , vel tertiò capite prædictæ
legis contineretur, nil certi ſtatui poſſe opinor,
quod totum debemus incuriæ, ſocordięq; Cõ-
pilatorum , qui omiſſis ſcriptis legibus , &
ædictis interpretationes , & *Gloſ.* mutas com-
pilarunt; ſi namque Legem 12.*Tabul.* ædicta
Prætorum,& præſertim illud perpetuum, cæ-
teraſq;leges antiquas, quas *Iure conſulti* interpre-
tati fuerunt,haberemus,non ita laboraremus ,
Vnum certè (ni fallor) ſtatui poteſt pœnam
legis Iulia Maieſtatis, non eandem in omnibus
capitibus fuiſſe,quod ex *l. fin.ff.ad l. Iul. Maieſt.*
apparet, inquit *Vlpianus planè non quisquis leg. Iu-
lia Maieſtatis Reus eſt, in eadem conditione eſt,ſed qui
perduellionis reus eſt hoſtili animo aduerſus Remp. vel
Principem animatus . Cæterum ſi quis ex , alia cauſa
leg.Iulia Maieſtatis reus ſit morte crimine liberatur*
quod etiam ex alio demonſtratur,nam dicta *l.*
tenebantur,tumultum, & ſeditionem in Ciui-
tate excitantes *l.*1. *ff.eod. tit.* tamen pœna ſedi-
15 tioſorũ varia erat,& arbitraria, ſicut hodie ſunt
omnes pœnę *l.hodie ff.de pæ.l ſi quis §. authores ff.
de pæn.* vbi *Paulus* inquit *authores ſeditionis, & tu-
multus populo concitato pro qualitate dignitatis , aut in
furcam tolluntur,aut beſtijs ſubijciuntur , aut in Inſu-
lam deportantur* quod idem liquet ex *lib.*1. *&* 2.
*C.de ſedit. vbi Gloſ. in verb.grauiſſimam,& ibi Aug.
& nouiſſimè Claud. . . . . . in tract. de ſeditio ad l.* 1.
in ver. grauiſsimam. Nec dicatur, titulum illum
non pertinere ad ſeditionem in Remp. quia
ex rubrica tollitur obiectum, cum illa ita con-
cepta ſit de ſeditioſis,& de his , qui plebem cõ-
tra Rempublicam audent colligere .

Et quia inter crimina Læſæ Maieſtatis gra-
uiſſimum erat perduellionis crimen,illius ta-
16 men rei non alia præter mortis,& confiſcatio-
nis

nis bonorum pœna afficiebantur, præcipuumque illius criminis erat, vt morte non extinguetetur, ab hæredibus enim purgandum erat, dimittendaque fisco bona, memoriaque delinquentis damnatur *l. fin. ff. ad l. Iul. Maiest. & hinc*
17 est, quod donationes factæ à perduellibus post crimen contractum non valent, etiamsi nondũ
18 accusatus è vita discesserit *l donationes §. fin. ff. de donat. & legat.* euicta à perduelli, & soluta damnata eius memoria fiscus repetebat *l. cum filius §. fin. ff. de leg. 2.* hosque etiam lugere non lice-
19 bat *l. liberorum §. non solent ff. de his qui notat. in-*
20 *fam.* hanc legem horrendi criminis appellat. *Liu. lib. 1.* dum agit de *Horatio*, qui post victos tres *Curiatios Albanos*, Sororem ipsius vnius ex interfectis sponsam lugentem obuiam habuit, eamque interfecit, qui hac *lege* causam dixit inquit enim *Liuius Atrox visum id facinus Patribus, plebique, sed recens meritum facto obstabat, tamen raptus in ius ad Regem, Rex ne ipse tam tristis, ingratiq; ad vulgusq; iudicij, & secundũ Iudiciũ supplicij author, esset, consilio Populi aduocato Duumuiros, inquit, qui Horatio perduellionem iudicent secundum legem facio lex horrendi criminis erat Duumuiri perduellionem iudicẽt si à Duumuiris prouocarit prouocatione certata si*
21 *vincent caput obnubito, in felici arbori recte suspendito; verberato, vel intra Pomerium, vel extra Pomeriũ,* cuius loci meminit ex nostris *Cott. memo. in verb. perduellionis*, quem etiam refert *Rebuff. in l. quos nos hostes 234. ff. de verb. sign.* circa quam *legem* illud obseruandũ est, hac ipsa *lege* causam olim dixisse etiam eos, qui nil in Rempub. moliti fuerant, quod excitato *Horatij* exemplo apparet sicut etiam Rei perduellionis erant, qui aduer-
22 sus legem, & Portiam, & Semproniam Ciuem Romanam, vel pœna mortis, vel verberibus affecissent, vel Tribunum plebis interfecissent. *Panuin. de Vrb. Rom. tit. de comit. cent. fol. 562. & 563* hic enim Magistratus eo quod ad defensionem libertatis populi institutus fuerat, idcircò *legibus* Sacrosanctus esse vibebatur, quod nil aliud erat, quàm factum esse caput illius, qui Tribuno nocuisset, loca vnde hæc colliguntur, legũtur apud *Ant. Aug. de legibus fol. 174. in verb. Portia, & fol. 788. in verbo Sempronia prope finem vbi de octaua lege Gracchi* agit, & apud *Manut. de legibus Roman. fol. 51. & apud Ottoman. in diction. in verbor. perduelles*, quà de causa videmus non semper morte affectos huius criminis damnatos, exemplum vnum refert *Manut. vbi supr. fol. 51. vers. quero, & illud cur Censores*. Aliud habemus in patre eloquentiæ *Cicerone*, qui à *Clodio* huius criminis Reus factus ob mortem Ciuibus Romanis, qui cum *Catilina* coniurauerant illatam, exulauit, iudicatumque fuit malé fecisse *Clodium*, qui in illo iudicio non Centuriata, quæ maximà erant, sed tributa habuit comitia, vt ipse *Cicero. 3. de legibus* dicit, & refert. *Panuin. vbi supra*.

Et hinc cum misterio *Vlp. in l. fin. ad l. Iul. Maiest.* non simpliciter dixit cuiuslibet perduellis memoriam damnandam, sed qui perduellionis reus est hostili animo aduersus Remp. vel Principem animatus quod idem dicit. *Iustin. in §. 1. inst. de publi. Iudic.*

Hinc igitur liquet, non illicò sequi commissum est crimen Læsæ Maiestatis, ergò etiam perduellionis, differunt enim ista crimina, tan-
23 quam genus, & species, quilibet enim perduellis reus est Maiestatis, sed non omnis Reus Maiestatis est Reus perduellionis, vt supra dixi, & declararãt. *Budeus in annot. ad l. fin. ad l. Iul Maiest. Alciat. in l. quos nos hostes num. 7. de verb. sign. Manut. de leg. Roman. fol. 52. in princ. Ottoman. vbi supra* sicut etiam consentaneum non est argumentum, reus quis est perduellionis, ergo hostili animo in patriam, vel Principem se armauit.

Ex his igitur omnibus, vt concludam, infertur crimen læsæ Maiestatis multiplex fuisse, supremumque gradum tenuisse perduellionis in Principem, & in Rempub. etiam hinc ità in supremo gradu atrocitatis constituto delicto pœna tantũ mortis, et confiscationis bonorũ statuta erat, damnaturque memoria post obitum Rei *d. l. fin. ad l. Iul. Maiest. §. 1. instit, de public. Iudic.*

Hucusque igitur tantum abest, vt quocunq; capite *l. Iulia Maiestatis*, damnatorum filij inha-
24 biles, & incapaces successionum extranearum personarum redderentur, vt ne quidem subirent hanc pœnam, etiam ob commissum à Parentibus atrocissimum illud perduellionis crimen in Principem vel Rempublicam.

Quibus ità se habentibus affirmo, quicquid sit de alijs capitibus *legis Iuliæ Maiestatis*, d. Vin-
25 centium non commisisse crimen perduellionis in Rempublicã, nec incidisse in illum supremum gradum delicti læsæ Maiestatis; ad quod ostendendum dico hac in re spectan-
26 dam in primis esse mentem hominum illius nobilissimæ familiæ, & quonam tenderet eo-
27 rum conatus, finis namque est ille, qui, qualis sit recensenda, declarat *l. sed & si §. interdum de vsu fruct. Specul. per d. tex. de fruct. & interess. num. 7. Flor. in dict. §. interdum num. 4.* præsertim in delictis, in quibus voluntas, & intentio delinquentis est illa, quæ vnum ab alio crimine se-
28 cernit. *l. qui in iuria ff. de furt. l. quod Reipub. de in iur. l. 1. C. ad l. Corn. de Sicar cap. significasti 2. de homicid.* hincque dici solet affectionem operi no-
29 men imponere *l. si nõ conuiej C. de in iur. Mart. cons. 77. num. 3.*

Si itaque spectemus finem, & intentionem nedum D. Vincentij, de quo principaliter agã,
30 sed totius illius familiæ, is alius non erat, nisi vt illi æquam cum alijs conditionem haberent, & ne sectis aliorum Ciuium gratia apud Populum pollentium, ab honoribus, & emolumentis Reipublicæ arcerentur, nunquam enim inter eos actum fuit de Republica ad Monarchiam, vel Oligarchiam, aut Aristocratiam reducendam, & in summa nunquã egerunt de mutanda forma Gubernij, sed pristina forma quæcunque illa erat firma manente, volebant, & ipsi sicut alij Ciues Magistratus honores, emolumentaque Reipublicæ participare, propterea que ciuiles erant dissensiones, cum opinarentur, se duorum, vel trium Ciuium opera repelli à dd. honoribus, quo casu odium non dicitur in Rempublicã, sed in illos Ciues sibi
31 infensos quo causantur Ciuiles dissensiones, ex quibus licet sæpè sæpiùs labefactetur Respublica, non tamen in illius exitio directo conten-

tenditur expreſſis verbis inquit. *Vlp. in l. ſi quis*
ingenuam §. in ciuilibus ff. de cap. & poſt lim. reuer.
dum ait in Ciuilibus diſſenſionibus quamuis
ſæpè per eas Reſpublica lędatur, non tamen
in exitium contenditur, & conſequenter tali-
ter inter ſe contendentes, hoſtili animo in
Rempublicam non armantur. Vnde perduel-
les in Rempublicã dici nequeunt, imò. *Bal.*
conſ.58.lib.1. dicit quod vbi non certatur de
32 opprimenda, vel deſtruenda Patria, ſed de mu-
tuis diſſenſionibus, & partialitatibus; crimen
33 læſæ maieſtatis non committitur, quod idem
voluerunt. *Bar. in ex trauag. qui ſint Rebell. in verb.*
rebellando nu.3. Gig. in tract. de crim. læſæ Maieſt. tit.
de Rebellibus quæſt. 13. num.2. & vt benè inquit
Bal. conſ.59. num.2. lib.1. dimicantes inter ſe ra-
34 tione officiorum, vel ſtatus in communi non
dicuntur propriè rebellare contra Rempubli-
cam ſuæ Ciuitatis per *tex. in d. l. ingenuam §. in ci-*
uilibus de capt. & poſt lim. reuerſ. ſaluam enim vo-
lebant homines iſti Rempublicam, cuius ho-
nores, vt antea participare volebant, non au-
tem extinctam, quo caſu nedum perduellio-
nis, ſed ne quidem Crimen Læſæ Maieſtatis
committitur *Alciat.* in difficiliori caſu *conſ. 468.*
& hinc voluit *Dec. conſ. 410. in fin.* fugientem
35 ad hoſtes ob tutelam ſui corporis non incide-
re in Crimen Læſæ Maieſtatis, & in ſpecie
quod tumultus facti cauſa Magiſtratuum aſſe-
36 quendorum, vt quando quis tumultuat præ-
tendens debere ob ſuam nobilitatem effici
Conſulem cadat ſub Crimine Seditioſorum,
cuius pœna arbitraria eſt pro qualitate rei, &
perſonarum, vt ſupra dixi; habemus claram
gloſ. hoc affirmantem in *l. 11. C. de Sedit.* quam
ibi ſequuntur *Salic. & Ang.* & hinc eſt, quod vbi
tumultus excitatur, vt prætor deportetur, &
vbi concitatur Seditio, non ſemper imponitur
37 pœna mortis. *Alex. conſ. 111. col. fin. verſ. nec præ-*
dictis lib. 1. & quia Seditio ex multiplici cauſa
38 fieri poteſt, & non in exitium Prouinciæ, &
Reipublicæ, vt in hoc caſu vbi nunquã actum
fuit, vel de Tyranno creãdo, vel de mutãda for-
ma Reipublicę, ſed eadem forma Reipublicæ,
retenta de recuperanda priſtina dignitate; Cri-
men hoc non transgreditur Crimen Seditionis
39 *Boſſ. in pract. crim. tit. de Crim. Læſ. Maieſt. num. 17.*
quod & ſi aliquo modo ad *l. Iul. Maieſtatis*, per-
tinere iudicatur, non tamen pertinet ad Crimen
perduellionis, &, hoſtilitatis in Rempubli-
cam.

Et quod iſta eſſet intentio hominum huius
familiæ, id bene dicit Vincentius Stephani, qui
ait, *che voleuamo tener queſta pugna per poter dire d'eſ-*
ſer come gl'altri lamentandoſi di certe ſette, che ſi di-
ceua eſſer fatte contro di loro quando ſi faceuano le
tasche de Magnifici Signori, & in alio loco, *perche*
voleuano moſtrare d'eſsere per qualche coſa come gl'
altri. Et Philippus Ioannis Baptiſtæ, *queſti Cit-*
tadini ogni dì ci fanno ſette adoſſo per ordinare, che
però non ſiamo ſtratiati, & fatteci tali ſette adoſſo,
Franciſcus Stephani, *ma bene era per eſſere priui, &*
caſſi delli honori, & vtili della Republica, Cherubi-
nus Stephani, *lamentandoſi, che la caſa di Poggio*
non era de Signori, nè di Conſiglio, ne di Collegio, come
era ſtata per li tempi paſſati veder di far in modo, che
più non andaſſe, come era andata ſin qui, & che non
foſſe più trattata à queſta foggia, ma, che foſſe meſſa
nelli honori, come gl'altri Cittadini, ergò hoſtili ani-
mo in Rempublicam, non armabantur, cum
illius honores, & Magiſtratus ſicut reliqui Ci-
ues participare vellent, quod niſi ſalua Repu-
blica facere, & aſſequi non poterant. *L. eius qui*
in Prouinciam ff. ſi cert. petat. principalis enim in-
tentio eorum erat offendere non Rempubli-
cam, ſed particulares quaſdam, perſonas eos
à Reipublicæ honoribus arcentes, & hinc poſt
Bal. dicit *Catald. de Syndic. ſub num. 31.* pœnam
40 Statuti punientis leuantem rumorem non
habere locum in eo, qui percutit Inimicum
ſuum, cuius percuſſionis occaſione leuatur ru-
mor, ratio eſt, quia principalis Intentio percu-
tiendi inimicum non erat offendere Rempu-
blicam, quem ſequitur. *Felin. in rubr. de treg. &*
pac. ſub num. 6. vbi etiam dicit, quod ſi ex diſſen-
41 ſione priuatorum contingat ſecundario modo
turbatio Reipublicæ; tales non puniuntur, vt
Seditioſi, & Reipublicæ; turbatores, cum adhoc
principaliter non tenderent, ſequitur etiam
Marſ. ſing. 247. principale propoſitum *Nell.* qui
id bene comprobat. *de bann. in 2. par. ſecundi tem-*
poris quæſt. 50. num. 5. Brun. conſ. 69. nu. 7. Ruin. conſ.
145. num. 21. & bene idem *Ruin.* in iſtis terminis
conſ. 1. num. 4. lib. 5.

Hoc namque perpetuum eſt in omni mate-
ria, vt principalis intentio ſemper ſpectetur,
42 *l. ſi quis nec cauſam,* vbi *Bal. & alij ff. ſi cert. petat.*
Tiraq. de retract. lignag. §. 3. gloſ. 1. n. 45. Capoll. caut.
247. ſi ſtatuto cauetur.

Et hinc eſt quod pœna *Statuti* punientis tur-
bantes pacificum Reipublicæ Statum locum
43 ſibi non vendicat in eis, qui aliud principaliter
intendunt, quam perturbare Rempublicã, licet
ex ſuo facto in conſequentiam inſurgat turba-
tio Status, vt dicit, *Bal. in l. 1. §. huius ſtudy nu. 6.*
ff. de iuſt. & iur. Alex. conſ. 2. num. 27. lib. 5. Iaſ. bene
conſ. 86. num. 4. lib. 3. Ruin. conſ. 145. num. 19. 21. lib. 5.
Brun. de conſ. 69. num. 9. Aym. conſ. 856. ſub numer. 8.
Gig. de Crim. Læſæ Maieſt. fol. mihi 41. lib. 1. tit. quali-
ter & à quibus Crimen Læſæ Maieſtatis committ. q.
47. ſecundum paruam impreſſionem.

Nec obſtat ſi dicatur inter eos actum fuiſſe
de mutandis Taſchis, vt ipſi vocant; Tum quia
quoad hoc nunquam reperio nominatum
44 d. Vincentium Philippi, cuius filiorum defen-
ſionem ſuſcepi; ſed fuit tantum hoc dictum à
Dominico Torto, præſentibus nonnullis alijs
d. familiæ, Tum, & ſecundo; quia neque hoc
tendebat principaliter in extinctionem Reipu-
blicæ; imò oſtendit illos nec Rempublicam ex-
tinguere, non formam illius mutare voluiſſe,
idque tanto magis, quia non legitur in toto il-
lo proceſſu criminali voluiſſe ipſos propria au-
thoritate, & ad ſui libitum id facere, ſed tantum
voluiſſe, vt reficerentur, quod venit intelligen-
45 dum de refectione facienda modo licito ab
eodem Populo, ſeù Conſilio libero tamen à
ſectis Ciuium ſibi infenſorum ex regula. *leg. ſi*
procurator de cond. indeb. vbi *Bar. nu. 67. & l. ſi pater*
de his quæ in fraud. cred. Alex. conſ. 32. ſub numer. 7.
verſ. 1. quia lib. 2. Cum enim prætenderent in-
iuſtè fuiſſe excluſos ab illa, vt ita dicam imbur-
ſatione, agebant de priſtina dignitate recupe-
randa imò, vt dixi ex hoc apparebat, ne qui-
dem

dem tantillum formam, nec Statum illius Reipublicæ eos mutare voluisse, cum vellent retinere eandem formam creandi Magistratus, mediante ea, quam vocant, imbursatione, & fortuita postea extractione.

Sicut etiam non officit actum fuisse inter eos de creandis decem Antianis, qui in initio noui Magistratus præoccuparent Magistratum, & per sex menses gubernarent, Tum quia de hoc nunquam actum fuit cum dicto Vincentio Philippi, de cuius filiorum habilitate tractatur, sed illa fuit sermocinatio quædam Dominici Totti, præsente Petro Andreæ, ac Vincentio, & Cherubino filijs Stephani, & Philippo Francisci, quod esse verum etiam apparet ex sententia lata contra Franciscum Philippi, in qua condemnatur ob non relatam huiusmodi sermocinationem Dominici Totti, nulla facta mentione de dicto Vincentio Philippi, & illam fuisse quandam tantum sermocinationem, vt sæpè inter homines fieri solet, dicendo solùm bonum esset, ita facere absque illa prorsùs deliberatione, & firma determinatione apparet manifestè, quia si hoc determinassent iam præparassent, qui nam futuri erant illi decem Antiani, quos tamen non constat vnquam nominatos fuisse, Tractatus enim

46 debet in se habere conclusionem ad effectum punitionis, & quamuis ex effectu subsequuto præsumatur forte conclusio quando tamen effectus non sequitur, videtur necessaria conclusio, vt liquet ex traditis à *Blanch. de indit. nu. 225. 229.* & quamuis non ignorem non defuisse ex nostris dicentes in Crimine Læsæ Maie-

47 statis puniri tractatum consistentem in sola oris apertione, vt refert. *Boss. in pract. Crimin. de Crimen. Læs. Maiest. num. 43.* Tamen vltra quod ipse videtur tenere contrarium, etiam in ter-

48 minis. *l. quis quis C. ad l. Iul. Maiest.* animaduertendum est, quod, vt inquit. *Vlp. in l. cogitationis ff. de pœn.* cogitationis pœnam nemo patitur

49 qui *Tex.* vt inquit, *Iser. in cap. 1. §. si vero volneris num. 5. de capit. qui Cur. vend.* intelligendus est necessario quando cogitatio ipsa alijs propalata

50 est, alioquin si intelligeretur de cogitatione non manifestata, ridicule loquutus fuit, *Vlp.* cum solus Deus scruator sit cordiū, & quamuis in *d. l. quis quis*, etiam cogitatio puniatur id-

51 est quia ad actum extrinsecum fuerat deuentum, nempè ad susceptionem sceleste factionis, ac sic ad coniurationem dictam faciendo. *glos. in d. l. quis quis in verb. eadem enim, & ibi Salic. sub num. 5.* & ità benè intellegit. *Iser. vbi sup.* quando scilicet deuentum est ad coniurationem de ità faciendo, siuè cum iuramento siuè sine, secus quando aliquis coram aliquibus simpliciter bonum esset interficere Principem, vel quid tale perpetrare, vt fuit factum in hoc casu in quo Dominicus Tottus coram supra nominatis bonum esset in fine præsentis Magistratus creare decem Antianos ex nostris, & ingredi, ac præoccupare Palatium, & postea conuocare Constitutionem, & Collegium, & omnia accommodare, & aptare, potius enim cogitatio quædam hæc fuit, quam coniuratio, & deliberatio, quæ nullam meretur pœnam, vt per *Iser. vbi sup.* quem sequitur *Afflict. ad consuet. Regni lib. 1. Rub. 2. de pœn. eius qui contra aliquem arma extraxit. num. 2. fol. mihi* 75. qui licèt videatur intelligere dictum *Iser.* quando quis solus secum ipse dicit illa verba *volo committere hoc contra Regem*, tamen iudicio in eo aliter loquitur *Iser.* vt ex eius lectura apparet, dicit enim puniri quando cum alijs ità dicit, vt transeat in coniurationem, & sic quando adest conuentio, & deliberatio de ità exequendo per *Tex. in dict. l. quis quis*, vbi scelestem inierit factionem alioquin, nemo tam fatuus est, vt de his secum ipse, & ità alta voce loquatur, vt ab alijs audiri possit, & rursus hanc fuisse nudam quandam cogitationem apparet, quia secundum hæc verba vt antiqua innouarètur, ex peccanda erat noua creatio Magistratus, hic autem repentè interfectus fuit Vexillifer, nec aliquis ex Antianis occisus, imò omnes dimissi, & vt dicit Augustinus Francisci d. Vincentius dicebat, quod nullum aliud malum ab ipsis peragendum erat, quia fecerant quod volebant. Præterea si deliberassent id exequi iam designassent qui nam creandus ab ipsis fuisset Vexillifer, & qui nam Antiani, & qui nam esset ille, qui orationem habiturus fuisset postquam dicebat Tottus bonum fuisse creare decem Antianos, qui preoccuparēt Palatium, ac haberent orationem secundum solitum, de quibus in toto illo processu non apparet; nec possumus ex euentu arguere deliberationem, & coniurationem, quia executio fuit contraria

52 huiusmodi tractatui, ibi enim nullus erat occidendus, sed expectandus finis illius Magistratus, hic autem fuit, vt dixi, interfectus solus Vexillifer, & omnes Antiani illæsi dimissi, nec aliquid actum de retinendo Palatio, nec de creandis Antianis, vel aliquo alio Vexillifero. Cum igitur executio non fit conformis illi tractatui, non huic causæ, sed alteri, cui magis conformatur, de qua paulo post agā, ascribenda est occisio Vexilliferi, & totus ille tumultus. *l. pe. inde §. fin. de stipul. ser. l. si filius C. de pet. hered. Ias. in leg. post num. 78. vers. limita quando ff. sol. mat.* præsertim cum causa, quam paulo infrà tan-

53 gam, sit verisimilior, quam ista, cum in ista executione nullum appareat vestigium supradictæ prætensæ deliberationis. *Rom. cons. 343. nu. 9. Marsil. cons. 104. num. 34.* cum enim animi motus, qui delicta distinguit, iudicetur ex actus

54 qualitate. *Bal. in l. fin. sub num. 17. C. de edil. actio.* qualitas actus nullam habet correspondentiam cum illo tractu, ergo in illius executionem factus censeri non potest, vt in istis terminis Criminis Læsæ Maiestatis considerat etiam. *Ruin. cons. 1. num. 23. lib. 5.*

Accedit quod nec istud est crimen perduellionis, quamuis aliquo modo ad *legem Iuliam Maiestatis* pertinere possit, nam vt ex Reorum

55 confessionibus apparet, volebant illi conuocare consilium, & Collegium penes, quod Cōsilium, & Collegium tota auctoritas Reipublicæ consistebat, & vt dicebant ipsi *rassettare le cose* si itaque eorum Intentio erat omnia gerere auctoritate Consilii nō cogitabant de euertenda Republica, idque tanto magis quia non tractabant, nec agebant de perpetrando aliquo magistratu, sed solum operam dabant, vt illi

dec em

decem Antiani quemadmodum antea etiam fieri ſolebat ſex tantum menſibus Rempublicā gubernarent, ex quibus, vt paulo ante dicebam deprehenditur, illos nec in minimo quidem formam Reipublicæ mutare voluiſſe, ſed tantum egiſſe, ne hominum ſibi infenſorum potentia amouerentur ab honoribus Reipublicæ, quod nihil præter ciuilem quandam diſ-
56 ſenſionem arguit *d.l. ſi quis ingenuam §. in ciuilibus ff. de capt. & poſt lim. reuerſ.* & in ſpecie, quod vſurpatio magiſtratus pertineat ſolum ad ſe-
57 eundum caput *legis Iuliæ*, & conſequenter longè abſit à perduellionis crimine, voluit *Capic. deciſ. 13. n. 17. prope fin.* vbi ex eo affirmat mediatè, & non immediatè offendi Principem, & Rempublicam, & ſimilium rerum refertæ ſunt omnes Hiſtoriæ. In Republica enim Floren-
58 tina non ne *de anno* 1578. plebs, eiectis Ciuibus potentibus, occupauit Palatium, & ſummos Magiſtratus in Republica, qui Magiſtratus poſtea omnia gubernātes auctoritate populi perduelles erant? Rempublicam enim extinctam nolebant, non ne Veneti *anno* 1297. excluſerunt à tota Republica omnes illos, qui à certo tunc expreſſo tempore Senatum ingreſſi non fuerant, ſibique totam Reipublicæ auctoritatem arrogarent, non ne diebus elapſis vidimus Plebem, & populum Ianuenſem Nobilitatem è Ciuitate expuliſſe, & poſtea nobilitatem vi, & armis Ciuitatem aggredientem, quæ omnia poſtea auctoritate, & ſingulari pietate, prudentia, dexteritate, & vigilantia S.D.N. compoſita fuerunt, nemo tamen dixerit vnam, vel alteram partem perduellam, cum neutri vnquā egerint de Republica extinguenda; non ne legimus in Rempublicam ſiſ Plebem in Auentinum ſeceſſiſſe, vt Conſulatus dignitatem aſſequeretur, prout poſtea aſſecuta fuit, nunquid tunc perduellis erat plebs Romana?

Neque ob interfectum Vellutellum Vexilliferum crimen propterea perduellionis Vincētio inferri poteſt, cum id ab eo perpetratum nō fuerit animo Rempublicam occupandi, ſed potius priuata de cauſa, & ob particulare odium repente contra ipſum conceptum propter verba illa valde iniurioſa in iſtos nobiles prolata. Vnde tantum abeſt, vt in crimen perduellionis, vt ne quidem læſæ Maieſtatis inciderit. *Bart. in l. Gorges n. 15. ff. de capt. & poſt lim. reuer. Salic. in l. fallaciter n. 2. C. de abolit. Prepoſ. in c. in primis §. de perſona col. 7. verſ. quod tamen dicitur 1. q. 2. Iſer. ad conſtit. Regni conſt.* 30. *incipiente participatio de Inaur. Curial. all. Affl. ad tit. quæ ſint regalia §. bona committentium n. 63. Felin. in c. 1. prope fin de offic. deleg. Calder. conſ. ult. de accuſ. Egid. conſ. 15. col. 5. Cap. deciſ. 130. n. 42. Boſſ. de crim. læſæ Maieſt. nu. 24. Ruin. conſ. 1. n. 3. cum ſeq. l. 5. Aym. conſ. 6. n. 70. & conſ.* 359 *n. 4.* qui plures cumulat *Gig. de crim. læſ. maieſt. tit. quando & à quibus crim. læſ. maieſt. q. 14. n. 6. & q. 26. n. 3. & de rebell. q. 12. num. 10. Cepol. conſ. ſtarum crimin. conſ. 17. n. 16. Menoch. conſ. 99. n. 34. Roland. conſ. 1. n. 32. l. 3.* quorum omnium illa eſt ratio, quia voluntas, & intentio diſtinguit maleficia.

Et quāuis ad cognoſcendū an Magiſtratu fūgens priuatam ob cauſam vel potius odio Principis, & Reipublicæ occiſus fuerit, recurrere dicamus ad coniecturas *Ruin. dict. conſ. 1. 3. 4. l. 5. Roland. dict. conſ. 1. n. 35. l. 3.* quod admittit, & verum eſſe dicit etiam *Tiber. Decian. conſ. 16. n. 352. l. 1.* qui contrarium in eadē mer cauſa conſuluit, in dubio tamen tale delictum priuata de cauſa
62 commiſſum præſumitur, cum hoc pacto crimen minus graue reddatur bene *Ruin. ad conſ. 1 n. 2. 3. l. 5. Roland. dict. conſ. 1. num. 36. l. 3. Dec. dict. conſ. 18. n. 352. l. 1. Menoch. 6. conſ. 99. nu. 16.* & licet iſti duo in caſu ſuo contendant odio Cæſaris commiſſum fuiſſe illud delictum, id faciunt inhęrentes pluribus coniecturis ab ipſis congeſtis. Nec officit ſi ponderaretur dictum *Iſer. in c. 1. in verb. pænæ committentium n. 84. quæ ſint regal.* dum velle videtur onus probandi incumbere dicenti tale crimen ob priuatam cauſam
63 commiſſum fuiſſe, quia ſi bene ponderetur, loquitur ſequuto effectu; exempli gratia interficitur Prorex alicuius Regni Regnum à fide deficit, vel ab alio Principe occupatur ob illū effectum ſubſequutum præſumitur Officialis ea de cauſa interfectus, ſed effectu non dato, ſi res remanet in ambiguo ſubintrat regula præfata, vt infra etiam latius deducam.

Sed tollitur omnis difficultas, quia coniecturæ omnes arguunt Vincentium ob propriā cum ipſo Vellutello inimicitiam eum interce-
64 miſſe, cum enim dictus Vincentius ſimul, cum alis de illa familia tueretur poſſeſſionem Eccleſiæ Sanctæ Iuliæ cupiens Vellutellus, vt illam aſſequeretur vnus ex Arnolphinis ſibi affinitate coniunctus fuit in cauſa, vt ne dum ille Niger, & Petrus del Oraſo in exilium eiicerentur, ſed inſuper protulit illa verba valde iniurioſa in iſtos Nobiles dicendo *Tu ſei di quei triſti di Mont'Albano*, quam iniuriam ſummopere dictus Vincentius ad animum reuocauit, vt euentus docuit, ſimul enim, ac illam recepit poſt querelas de hoc habitas domi Stephani de Podio ad Palatium profectus dictum Hieronymum interemit, neminemque alium ex Antianis tetigit, nec tangi permiſit, ſignum euidens, quod non niſi cum Hieronymo ex his qui magiſtratu fungebantur, res ſibi erat, cū itaque cauſam claram, & euidentem habeamus, ob illam præſumitur delictum perpetra-
65 tum *ad l. 2. de aco. peſſ* pluribus præſertim id ſuadentibus coniecturis Prima eſt qualitas temporis cum eodem met die fuerit commiſſum
66 hoc delictum, quo illi banno affecti, & quo die Vincentius querimoniam egit de verbis iniurioſis prolatis à Hieronymo; quod, vt dicebam, nullus alius, qui magiſtratu fungeretur fuit interfectus, & tamen reliqui omnes ne dum erant in eodem Palatio, ſed forſan, etiam in eadem Camera, penes quos extincto Vexillifero remanebat Poteſtas conuocandi Senatum, & aliqua peragendi, quæ ad ſalutem Reipublicæ ſpectabant, & quæ viuus Vexillifer facere poterat, ad eo vt ipſo extincto Reſpublica non propterea magnum patiebatur detrimentum, nec latiorem propterea viam ad Tyrānidem Vincentius ſibi patefaciebat, ſi
67 namque hue ſpectaſſent malefactores, & hoſtili animo in Rempublicam ſe armaſſent, reliquos Antianos interfeciſſent, Palatium retinuiſſent, aut retinere tentaſſent, & multa alia eiuſmodi egiſſent, non autem occiſo Vexillifero reliquis

reliquis relictis domum, prout fecerunt, se re-
cepissent: Accedunt Vincentij minæ expressæ
hac de causa in Vexilliferum, cum primum re-
68 sciuit præceptum Senatus in Petrum, & Herũ
ac verba iniuriosa Vexilliferi *Aym.cons.36.n.16*
præsertim subsecuto delicto in continenti ad
Bar.in l.si ventri §.fin.n.1.de priuil.Cred. cum alijs
de quibus per *Gabriel. crimin. conclus. 2. num.46.*
cum seqq.

Accedunt 4. loco duo, quæ mihi maximi
momenti videntur. Primum est Hieronymum
nunquã ante illum diem fuisse connumeratum
inter eos Ciues, de quibus necandis præten-
ditur inter homines huius familiæ actum fuis-
se, satis manifestum signum, eos illum pro ini-
mico, non habuisse; secundum est Hieronymũ
prædictum non fuisse in Republica illa tantæ
authoritatis, & momenti, vt isti opinari potuis-
sent, illo extinto faciliorem sibi patere aditum
ad Tyrannidem, qua propter, si vt dicebam,
coniecturis agendum est in hac materia, prout
esse affirmant supra relati *Doct.* & vult etiam
Capic.dict.decis.130.n.12. hæ coniecturæ ni fallor
clarè, & apertè demonstrant, delictum, & tu-
multum illum emanasse ab ira repentina dicti
Vincentij ob exilium illorum duorum, & ver-
ba ignominiosa prolata à Vexillifero, quem-
70 admodum enim dicit *Bal.cons.262 num.2. l.2.*
quando adest inimicitia priuata, non pręsumi-
71 tur quid factum contra Rempublicam, &
Principem, & ne quid de sit pro comprobatio-
ne huius veritatis, id efficacissimè videtur sua-
72 deri ex impręparatione, vt ita dicam prædicti
D. Vincentii, qui sequuto homicidio modicas
quasdam pecunias mutuo sumpsit, vt dicit
vnus ex Testibus examinatis, si enim animo
mutandi Reipublicæ Statum ad hæc deuenis-
set, pecunias, & alia necessaria pręparasset, sicut
namque etiam vbi de delictis agitur ex præpa-
73 ratione infertur ad præparatum *l. ordina-*
rij C.de rescind.vend. Doct.in rub.C.de eden.vbi Dec.
num.1.Purpur.num.19.20. ita etiam è contra im-
pręparatio ostendit ab fuisse animum, & præ-
meditationem, vt idem operetur oppositum
74 in opposito, quod propositum in proposito *l.*
& si contra de vulg.& pupill.l.qui Filium de leg.3.l.
peculium §.sicut ff.de pecul.l.Iulianus §.procurator de
actio.empt.

Neque nocet asseueratio Ioannis Mariæ Ia-
cobi alias *Radda* dum deponit, voluisse eos ad
aliũ Principem desciscere, illumque dictę Rei-
publicæ caput constituere, quia præterquam
75 quod est vnicus; in secũdo examine cecinit pa-
linodiam, & affirmat hoc verum non fuisse *l.*
qui falsa, aut varia ff.de Test.

Sicut ad effectum perduellionis nihili fa-
cienda est acclamatio illa subsecuta post perpe-
76 tratum delictum, *Popolo, Popolo, libertà, libertà,*
quia nil Tyrannidi magis oppositum est, quam
libertas, & populi auctoritas, & voces istæ nil
minus quàm seruitutem, & Tyrannidem pręse-
ferebant, idque tantò magis, quia ne dum
Ciuitas illa tunc temporis libera erat, sed sta-
tus, & forma illius popularissima, & quamuis
vnus dicat fuisse dictum *il grano à 12. Bolognini il*
staro, nil id commune habet cum mutatione
Status Reipublicæ, licet inferre possit ad tu-
multum; præterquam quod cum vnus tantum
77 id dicat, hoc non probatur *l. Iurisiurandi C. de*
Testib. sicut etiam non bene probatur alia ac-
clamatio *mora il Tiranno*, & quando probaretur
non inferret hoc ad Tyrannidem, & mutationẽ
Status Reipublicæ, sed imò totum contrarium
pręse fert, ita namque clamabant, quia pauco-
rum quorundam potentium in illa Republica
pro Tyrannide habebant, cum eorum sectis hos
& illos à magistratibus, & emolumentis Rei-
publicæ excluserunt, hæc igitur quicquid sit
de crimine læsæ maiestatis ob tumultus, & si-
milia, suadere non possunt, hos reos fuisse cri-
minis perduellionis, cum nunquam delinquẽ-
tes egerint de suffocanda libertate Patriæ, nec
78 de mutanda forma illius, sed ea libera existen-
te, & retenta pristina forma, & pristino Statu
quicumque ille esset de pristina participatione
honorum, & emolumentorum.

Et si ad huc expenderetur voluisse homines
huius familiæ domi Stephani se congregare,
respondeo omisso, an hoc probetur, vel ne,
cum de hoc duo tantum Testes, & illi quidem
singulares deponere videantur *l. Iurisiurandi C.*
de Test. omnia hæc eamdem causam habebant
ne ipsi amplius sectis Ciuium sibi infensorum
ab honoribus, & emolumentis Reipublicæ ex-
cluderentur. Et quamuis Aloysius Ioannis ali-
quid deponat, quod grauius est, tamen non
obest, quia est vnicus *d.l.Iurisiurandi*, Et quod
plus est totum id, quod dicit, affirmat audiuis-
se à Stephano, cuius confessio pręterquam
quod non probatur, cum iste sit vnicus, & ta-
men illa non nisi per duos, & quidem conte-
79 stes probari potest *Afflic.decis.364.nu.2.cum seqq.*
Dec.cons.310.n.6.Corn.cons.241.nu.3.l.1.Curt.Sen.
cons.55.nu.23.col.pen.vers.vlt.non obstat Alex.cons.
128.n.5.l.2.& cons.39.n.7.8.l.5.Alciat.cons.172.n.
9. Vincentio nullomodo nocere potest *l.si vnus*
§.ante omnia ff.de pact.l. Seia mancipia in t. ad Vel-
leian Ruin.cons.141.nu.5.l.5.& cons.147.nu.13.l.1.
Corn.cons 42.sub n.9.l.2.Alex.cons.109. nu.7.lib.5.
Afflic.decis.167.nu.36. Accedit quoque frustra-
torium esse tractare de hoc, quia nullus dicit,
Vincentium ibi ad futurũ fuisse, quando fuis-
set ad futurus, quis scit, an consecuturus fuis-
set ea, quæ Stephanus tractaturus erat, cum de
hoc nemo aliquid dicat? imò nisi verum infi-
ciati velimus, clarissimè apparet supradictis cõ-
sensisse, si enim id sciuisset, & ea sui sententia
tractata fuissent, non maturasset interficere
Vexilliferum ante captam deliberationem in
dicta congregatione, & antequam omnia pręs-
parata essent, quæ necessaria erant ad assequen-
da ea, ad quæ tendebant, si eo spectassent sui
conatus. Sed cum longè à Tyrannide abesset
80 sua cogitatio, occiso Vexillifero reliquos Ma-
gistratus intactos reliquit, & insuper dixit, nul-
lum aliud malum peragendum fuisse. Ex qui-
bus clarissimè demonstratur, illum non hostili
animo in Rempublicam armatum fuisse, sed in
illum Hieronymum Vellutellum, & in Arnol-
phinum tantum.

Reliquæ etiam qualitates quot quot consi-
derari possent ab Aduersarijs ei hoc crimen
perduellionis inferre nequesit, quicquid sit de
crimine lęsæ Maiestatis in genere, quod enim
armatos

armatos adduxerint in Ciuitatem id factum
81 fuit poſt perpetratum delictum, vt ſe tuerentur, imò vt dicunt Petrus Andreæ, & Bernardus olim Blaſij remiſerunt ipſimet gentes armatas, quæ in eorum auxilium poſt commiſſum delictum Ciuitati appropinquabant; manifeſtiſſimum ſignum nunquam ipſos libertatem, ac Rempublicam occupare voluiſſe, vel formam illius mutare, ſi enim eo ſpectaſſent gentes armatas ſibi in auxilium venientes non dimiſiſſent, Antianos interfeciſſent, Palatium occupaſſent, ad auxilium vicinorum conuolaſſent, & alia egiſſent, quæ in his fieri ſolent, & quæ populo metint exiſtere facile fieri poterant; & quamuis procurauerint habere cla-
82 uem vnius ex portis Ciuitatis, id totum ad propriam ſalutem pertinebat, ne opprimi poſſent, & licet Franciſcus Stephani dicat dictum Vincentium dixiſſe ac ordinaſſe, vt ſui ſocij caperent vnam portam, ſed id auſos non fuiſſe, tamen præterquam quod eſt vnicus, & ſingula-
83 ris, & conſequenter nil omnino probat *d. l. Iuriſiurandi* ſicut etiam ſunt ſingulares omnes, qui de hac qualitate aperitionis, vel occupationis portæ loquuntur, ſi attentè legantur, quando eſſent conteſtes, hæc qualitas non ſuadet perduellionis crimen, aggreſſio enim portæ facienda erat, vt delinquentes poſſent fuga vitam defendere, & quamuis duo, vel tres ſint conteſtes, Dominicum Tottum ita dixiſſe, quod tamen omnes communicato Conſilio ità deliberaſſent, non dicit niſi Stephanus, & conſequenter tamquam vnicus nil probat *d. l. Iuriſiurandi*, ſed vt dixi quando hoc concludentiſſimè probaretur, cum tamen id ſpectaret eorum defenſionem, & non principaliter oppreſſionem, & extinctionem libertatis immunes ſunt ſaltem à crimine perduellionis, quia non hoſtili animo, vt ſæpius dictum eſt armabantur in Rempublicam, & in illius necem *l. fin. ad l. Iul.*
84 *Maieſt.* ſemper enim ſpectatur in delictis id tãtum, quod principaliter agitur *Bal. in d. l. 1. §. huius ſtudij n. 6. de iuſt. & Iur. Marſ. ſing. 247.* cum alijs de quibus ſupra: Præterea non reperio iſtos fuiſſe vnquam tortos vti Teſtes in caput aliorum, & præſertim dicti Vincentij Philippi
85 nec eo citato, quo caſu contra ipſum nullam fidem faciunt *Cap. 2. vbi omnes de Teſt.* cum enim contra alios vti Teſtes inducantur, debuerunt ea omnia ſeruari, quæ neceſſaria ſunt ad hoc vt dictum Teſtis probet *Marſil. in pract. crim. §. fin. q. 21. verſ. quæro nunquid ad hoc.*

Addo ijs omnibus de huiuſmodi etiam qualitatibus non conſtare, niſi ex dictis Sociorum criminũ, quę atteſtationes, quicquid ſit quoad
86 inquiſitionem, & torturam, ſatis non ſunt ad condemnationem, etiamſi duæ, vel plures eſſent *Boer. deciſ. 319. nu. 5. cum ſeqq. Clar. dicto §. fin. q. 21. verſ. ſed pone* eadem enim cauſa, quæ vnum omnes repellit *Purpur. in l. 1. n. 76. C. de ſacroſ. Ec-*
87 *cleſ.* maximè in cauſa criminali, in qua numerus ſupplet defectum *Gab. de Teſtib. concluſ. 6. num. 5.*

Quæ proculdubio quando rem claram, pro vt mihi clariſſimam reddere videntur, non efficerent, ſaltem neminem tam refractarium futurum eſſe puto, vt non eam aliquo modo dubiam, ex eis reddi, concedat, quod nobis ad victoriam ſufficit, quando enim alterum de duobus delictis præſumendum eſt, ſemper in dubio præſumitur illud, quod minus graue
88 eſt, & quod mitiori venit pœna plectendum *l. ſi præſes ff. de pæn. Bal. in l. fin. ſub num 17. C. de edil. action. Aret. conſ. 31. ſub n. 6. verſ. ad ſecundum Ruin. 199. n. 3. l. 2. conſ. 1. n. 33. l. 5. Alciat. reg. 3. præſumpt. 6. Aym. conſ. 68 1. nu. 9. bab. de criminal. concl. 2. num. 6.* & hinc in dubio præſumitur Officialis non o-
89 dio Principis, vel Reipublicæ, ſed priuato interfectus *Roland. Menoch. & Decian.* ſupra allegati.

His ità ſe habentibus cum in hoc caſu agatur ſolum de pœna inhabilitatis Filiorum, quę
90 non niſi à *l. quiſquis C. ad l. Iul. maieſt.* infligitur; dico illi pœnæ nullo modo ſubiacuiſſe Filios Vincentij, lex enim illa in hac parte odioſiſſima
91 eſt ob præiudicium tertij, qui non deliquit *Soc. conſ. 275. n. 6. l. 2. Ang. in d. l. quiſquis num. 5.* vbi ait pœnam illam eſſe contra Ius *Clar. in pract. crim. in § læſę Maieſt. Rub. Alexandr. conſ. 154. n. 1.* & quidem odio vt vocant noſtri, irrationabili
92 *Dec. conſ. 64. n. 1. 2. 3. Gig.* qui late comprobat *de crim. læſæ Maieſt. l. 3. tit. de pæn. quas incurrunt Fel. ob crim. læſ. Maieſt. q. 14. Aret. conſ. 39. n. 4. Paris. conſ. 63 n. 18. cum plur. ſeq. l. 3.* oſtendens ne dum ex vno ſed ex pluribus capitibus odioſiſſimam eſſe *Roland. conſ. 75. n. 6. l. 3.* & propterea, ne dum non extendendam, ſed imo quantum fieri poteſt
93 reſtringendam eſſe dicit *Soccin. vbi ſupra Dec. conſ. 410. n. 15. 16. & n. 28. & dicto conſ. 64. nu. 1. 2. 3. Clar. in d. §. læſæ Maieſt. verſ. hæ autem pænæ.*

Vnde cum vt bene affirmat *Soccin. dicto conſ. 275. n. 4. l. 2.* & voluerunt *Paul. de Caſtr. in l. 3. n. 6. C. de eplc. aud. & Veronen. cauſarum crim. conſ. 79. n. 2. 3. Bero conſ. 65. n. 140. l. 1.* hæc argumentatio, &
94 pœnis *l. quiſquis* irretiti fuerunt, non ſit neceſſaria conſequentia; Hinc eſt vt probatio aduerſariorum non concludat, niſi in ſpecie probent Vincentium in illud particulare crimen
95 læſæ Maieſt. incidiſſe, pro cuius pœna Filij inhabilitantur, pœna namque prædicta in ex-
96 preſſis tantum caſibus locum ſibi vendicat *Gig. de crim. læſ. Maieſt. l. 3. tit. de pęn. quas filij incur. p. 1.* & clarè benè *q. 23.* vbi de communi teſtatur, qui cœteros cumulat *Corrad. in pract. crim. l. 1. de offic. prætor. in cauſ. crim. tit. de leſ. maieſt. reis. num. 10.* Vt igitur ſciamus an id probauerint Aduerſarij, videndum eſt prius, pro qua ſpecie criminis læſæ Maieſtatis ea pœna imponatur, & proculdubio ea ſolum infligitur committenti
97 atrociſſimum, & ſeuiſſimum illud perduellionis crimen, de quo *in d. l. fin. ff. ad l. Iul. Maieſt.* quando ſcilicet hoſtili animo armatur contra Principem, de eiuſque nece tractatur, vel de nece eorum Senatorum, qui à conſilijs ſuis ſunt, eique aſſiſtunt. Ità
98 enim expreſsè dixerunt *Arebadius*, & *Honorius in d. l. quiſquis*, & intelligunt l. illam *Salic. in d. l. quiſquis in 1. num. 3. Dec. conſ. 410. num. 26. & bene Gram. deciſion. 6. numer. 14. Gig. & alij* omnes ſupra relati, & hoc ni fallor ſenſerunt **Doct.** noſtri dùm affirmant pœnas ***l. quiſquis*** locum habere ſolum in crimine læſæ maieſtatis in illo capite, ideſt in illo atrociſſimo, & ſeuiſſimo omnium per duellionis crimine, non

autem in eo crimine, quod descriptum fuisset
in primo capite vel in 1. §. *legis Iuliæ* si enim ita
sensissent, dixissent, consequerer filios quoque
eorum, qui falsum aliquod in tabulis publicis
scripsissent in eandem inhabilitatis pœnam
incidisse, cum & hoc quoque in primo capite
legis Iuliæ maiest. veraretur, vt dicit *Vulpianus*
in l. 2. ff. ad l. Iul. maiest. quod sine risu dici non
potest, cum id nil commune habeat cum cri-
mine vento *in l. quisquis C. ad l. Iul. maiest.* &
propterea *Cyn. ind. l. quisquis in 1. & ibi Salic,*
num. 20. & Ang. col. 1. in fin. vers. in tex. ibi, &
Alber in vers. oppono hic dicitur intelligunt *legem*
illam locum tantum sibi vendicare, quando
99 delictum committitur in Principem, non
autem quādo committitur in Rempublicam,
& sequuntur *Soccin. d. cons. 275. numer. 4. lib. 2.*
& ratio est, quia ita expressim loquuti fuerunt
Imperatores in l. illa non ex tēdendam ob suam,
vt ita dicam, odiositatem. Et hinc *Veronen.*
sansatum crim. cons. 79. num. 2. inquit, pœnam
d. l. quisquis procedere solum, quando crimen
committitur directo in Principem, non quan-
do perpetratur crimen læsæ maiestatis in alijs
capitibus, sequitur *Dec. cons. 410. num. 28.*
quod delictum dum restringit dispositionem
l. quisquis ad coniurantem contra Principem,
verissimum puto, quia ità clarissimè sonant
verba illius; cum itaque in hac materia non
sit licita extensio, ea pœna non punitur con-
iurans contra Rempublicam, licet opinionē
100 eiusdem *Cyn.* falsissimam credam, dum as-
serit crimen læsæ maiestatis impropriè com-
mitti contra Rempublicam; sed ad meum
propositum satis est pœnam inhabilitatis fi-
liorum non reperiri inflictam, nisi vbi agi-
tur de nece Principis, vel eorum qui à con-
silijs eius sunt, eiusque lateri assistunt; alias
enim crimen læsæ maiestatis potest quis cō-
mittere, licèt non attentet contra Principem
Paul. de Castr. in d. l. 3, num. 6. C. de epis. & Cler.
& tamen quamuis huiusmodi delictū pœna
capitis amissione omnium bonorum luendū
sit, filij tamē nullam inhabilitatem patiuntur,
vt dicit *Salic. in d. l. quisquis in 1. num. 20. &*
Paul. de Castr. & alijs supra relati & quando
vellemus tenere opinionem *Fulgos. in d. l. quis-*
quis asserentis id quod disponitur in molien-
te contra Principem, habere quoque etiam
locum in coniurante contra Rempublicam
quam tamen falsissimam esse ex supradictis
apparet; necesse esset intelligere opinionem
illam in crimine per duellionis contra Rem-
publicam, quando scilicet ageretur de totali
101 extinctione Reipublicæ, cum enim præfata
l. quisquis odiosissima loquatur expressè vbi
de nece Imperatoris agitur; si eā in Republica
sibi locum vendicare debet, fateri cogimur
id solum procedere debere, vbi de nece Rei-
publicæ ageretur, vt quando de Patria in
seruitutem redigenda tractaretur, quem-
admodum ex his, quæ inferiùs, ne idem plu-
ries repetam subijciam, clarius ostendam,
cum igitur nullibi probetur, vel d. Vincen-
tium, vel aliquem de dicta familia tunc tem-
poris tractasse nedū de extinctione Reipubli-
cæ, sed ne quidem de tantilla mutatione for-
mæ illius, conuincitur necessario pœnā *l. quis-*
quis respectu filiorum nihil commune habe-
re cum casu isto.

Nec quicquam in contrarium facit, si di-
catur pœnam prædictam locum habere debe-
re ob mortem illatam Vexillifero, cum illa
locum habeat etiam vbi agitur de nece Con-
102 siliarij lateri Principis assistentis. Primo
quia verum est, vbi odio Principis, vt eo
Consiliario careat hoc fit; alioquin, nedum
per duellionis, sed nec quidem læsæ maie-
statis crimen committitur, & quamuis hæc
distinctio in Consiliarijs Principis *Clare* non
placeat in *§. læsæ maiestatis in vers. quæro etiam*
nunquid, illa tamen videtur communiter re-
cepta, vt ex iam dictis constat, præterquam
quod ipse loquitur ad effectū simplicis cri-
minis læsæ maiestatis, non autem ad effectum
inhabilitationis filiorum, & id denique in-
telligitur de his Consiliarijs, qui apud perso-
nam Principis, atque in eius supremo Con-
sistorio, eiusque lateri assistunt, ij enim di-
103 cuntur efficere quodammodo vnū corpus
cum ipso Principe, quasi sine eis viuere ne-
queat *Menoch. cons. 99. num. 343. lib. 1.*

Secundo quia id Magistratibus Reipublicæ
quadrare non potest, nisi velimus in tam sic-
ca materia, vbi agitur de innocente pro no-
cente plectendo dupplicem fictionem indu-
cere, prima vt fingamus Remp. corpus ha-
104 bere, quod verum non est, sicut enim tan-
quam quid vniuersum animam non habet,
ità nec corpus *c. Romana §. fin. de sent. ex com. in 6.*
vbi Gemin. & Franc. glos. in c. 2. in verbo conuentum
de test. in 6. secunda vt fingamus Magistratu
fungentes partem illius corporis esse, quod ta-
men regulis iuris repugnat.

Tertiò quia Vexillifer, Antiani, & similes
Magistratu fungi dicuntur, qui si occidantur
105 quantumuis crimen lesæ Maiestatis commit-
tatur, filij tamen delinquentium pœnis *legis*
quisquis non subijciuntur, etiam si alias essent
106 Consiliarij Principis, vt clarissimè dicunt
Sal. in d. l. quis quis num. 5. Boss. in pract. crim. tit. de
crim. læs. Maiest. lib. 3. quæst. 23. num. 20. quamuis
enim *lege Iul. Maiest.* puniantur omnes ij, qui
Magistratu fungentes interficiunt *l. 1. ff. ad l.*
Iul. maiest. lege tamen quisquis puniuntur solum
Necantes Consiliarios, non autem eos, qui
108 Magistratu funguntur, vt dicunt prædicti
Doctores & verum esse fatetur *Decian. cons. 18.*
nu. 310. vers. neque obstat. 1. & quamuis *Menoch.*
d. cons. 99 num. 79. cum seq non approbet dictum
illud id tamen parum refert, cum approbetur
109 à supradict. omnibus *Doctoribus*, & quia *Me-*
noch. intelligit *Salic.* dicere, tunc non com-
mitti crimen læsæ Maiestatis, quod *Salic.* nec
dixit, nec sensit, sed solum affirmauit, tunc
filios non inhabilitari, quod verum est, quia
solum de consiliarijs interfectis loquitur *l.*
quis quis vndè quamuis non inficiar commit-
ti crimen læsæ Maiestatis, nec clarè dicit *tex.*
in l. 1. ff. ad l. Iul. Maiest. non propterea conse-
quitur filios inhabiles reddi, de qua materia
ibi *Menoch.* non agit.

Quarto quia si pœnis *l. quis quis* animad-
uertendum esset in Interficientes eos omnes,

110 pars

110 qui pars corporis Reipublicæ sunt, res in im-
mensum abiret, ne dum enim omnes ij, qui
Magistratu funguntur, quicunque illi sint, sed
& Senatores omnes, ac denique Ciues omnes
qui Ius suffragij habent, pars corporis Rei-
publicæ sunt, & tamen extendere pœnam
l. quis quis ad hos omnes, nemo non videt,
quam absurdum sit.

Sed præter hæc omnia illa *lex quis quis* ni to-
to (vt aiunt) cælo aberro, nihil commune ha-
bet ecum casu nostro; Ad quod ostendendum
subijciam verba *d. legis* quæ diuersimode se
habent; in antiqua namque impressione
111 quæ vulgo dicitur de Tortis ita concepta ap-
paret.

*Quisquis cum militibus priuatis barbaris etiam
Celestem inierit factionem, aut factionis ipsius susce-
perit Sacramentum, vel dederit de nece etiam Viro-
rum Illustrium, qui consilijs & Consistorio, qui no-
bis militat, cogitauerit* & cum hac concordat *Co-
dex Theodosianus* nuper impressus opera & dili-
gentia doctissimi, & eruditissimi *Iacob. Cuiac.*
ità enim ibi *lib. 9. tit. 14.* legitur immutata
tantummodo illa *celestem* in *scelestam*.

In alijs verò *Codicibus*, vt plurimum legi-
tur.

*Quisquis cum militibus, vel priuatis, vel bar-
baris etiam scelestem inierit factionem aut factionis
&c.*

In codicibus excussis *Venetijs anno* 1974. lo-
quitur *quisquis cum militibus vel priuatis, vel bar-
baris scelestem inierit factionem* obiecta illa impli-
catiua, *etiam*, quod tamen ad rem nostram
non pertinet, & cum hac concordat vltima
impressio Parisiana.

Quamcunque igitur teneamus litteram
lex illa casui nostro applicabilis non videtur,
si enim legamus *quisquis cum militibus vel priua-
tis barbaris* punit *lex* illa non simpliciter ma-
chinantes in necem Imperatoris, & Consi-
liariorum illius, sed quando fit ope barbaro-
rum, siue illi sint milites vel priuati; adiecti-
uum nàmq; illud *barbarus* qualificat dictiones
illas *militibus, & priuatis*, & in summa signifi-
cat *quisquis vel cum militibus barbaris, vel cum
priuatis barbaris scelestam inierit factionem*, dictio
namque illa *priuatis* stare nequit adiectiuè,
quia qualificaret dictionem illam *militibus*, &
significaret *quisquis cum militibus priuatis*, quod
nullum nisi absurdum sensum haberet; & pro-
pterea fuit interposita alternatiua illa, *vel* quę
112 inter diuersa apponi solet *glos. in l. vbi pactum
C. de transact. rub. si ager vectig. vel emphit. Ias. in
auth. qui rem numer. 2. C. de sacros. Eccles.* & ideò
113 adiectiuum illud formam substantiui assumit
vt sępè fit *Alciat in l. 1. num. 3. C. de pact.* adiecti-
uum ergò illud *barbaris* positum in numero
114 plurali post duo substantiua ad omnia præ-
cedentia refertur, & ea omnia qualificat vt
benè *glos. in l. filiosfamilias num. 21* t. licet fortè a-
liud sit, quando post duo substantiua ponitur
115 adiectiuum in numero singulari vni tantum
substantiuo conueniens, vt tradunt ibi *Docto-
res, & Soccin. Iun. cons. 124. num. 29. lib. 3.* alias
enim quando ratio recti sermonis id patitur
omnia antecedentia determinat *Bar. in l. extat.
num. 2. ff. quod met. caus.* & quando id fieri potest
*Cassan. ad consuet. Burgun. rub. 4. §. 2. in verb. Tous
meubles num. 5. 6.* qualitas itaque *barbariei* re-
fertur ad omnia antecedentia posita in ea-
dem oratione *l. doli de ser. corrupt. vbi benè Bar.
Ruin. cons. 138. num. 5. 6. lib. 5.*

Est ergo sẽsus huius *legis* quæ fuit *Honorij,
& Archadij* sub quibus Imperatoribus cæpit
116 declinatio Imperij Romani proueniens ex
barbarorũ inundationibus, & incursionibus,
qui etiam Imperatores vexati fuerunt à co-
117 niurationibus *Ruffini, & Stiliconis, & Caiani*,
ac aliorum, qui ab Imperatoribus deficien-
tes barbaros sæpe acciuerunt, vt ex *Paulo Dia-
cono, Orosio, Claudiano, Pomponio Leto, & Egnatio*.
& alijs, qui vitas illorum Imperatorum, &
res gestas tẽporis illius conscripserunt, liquet
118 est inquàm sensus *legis* præfatæ, vt subijcian-
tur pœnis illis coniurantes in necem etiam
119 virorum Illustrium cum militibus barbaris,
vel cum priuatis barbaris. Sæua igitur illa
pœna prouenit à qualitate personarum ad
hibitarum in perpetratione huius sceleris, bar-
bari enim tunc temporis omnes illi nuncu-
120 pabantur, qui Romano non parebant Impe-
rio *l. pen. ad fin. de bon. damn. §. quorum inprobe.
Inst.* vbi benè *Eruditissimus Pater meus num. 15. l.
nulli §. fin autem C. de epi. & Cler.* declarat etiam
*Alciat. in l. Serinij de Palatij sacrar. largit. Spie-
gell. in dict. in verb. barbari Prate. in eodem verbo*

Qui barbari apud Romanos tunc tempo-
121 ris erant quodammodo, vt apud nos Turcæ;
prohibitum enim erat cum illis omne com-
mercium, nec ad eos meare licebat, nec eos
recipere *l. mercatores l. fin. C. de commer. & mer-
cat.* aurũ quoque ad eos deferre prohibitum
erat *l. 2. C. eod. tit.* nec denique sub grauissi-
ma pœna capitis prouincialis licebat cum
123 barbaris matrimonium contrahere, vt habe-
tur in *C. Theodos. in l. vnic. de nupt. gentil. Al-
ciat. lib. 1. Pareg. c. 15. lib. 7. c. 23. Brisson. de vic
connub. p. mih. 7.* & sic si serui deprehendeban-
124 tur ad barbaros fugientes, vel pede ampu-
tato debilitabantur, aut metallo damnaban-
tur, aut simili alia pœna afficiebantur *l. 3. C.
de ser. fugit.* hinc quoque videmus *in Codice
Theodosiano lib. 15. tit. 14.* Titulum inscriptum
de infirmãdis his, quæ sub Tyrannis, aut bar-
baris gesta sunt, & in *l. vltima illius tit.* quæ
est eiusdem *Honorij* vocãtur clades barbaricæ
depopulationis, & prohibentur obijci à li-
tigatoribus, quæ in illis cladibus acta fuerũt.

Cum itaque summoperè à barbaris metue-
rent; voluerunt ita seuere Imperatores illi
prohibere, ne ministerio horum homines vte-
rentur in necem vel Principis vel hominum
Illustrium, vt enim inficiari non potest, quin
si quis apud nos vteretur opera Turcarum;
vel similium in necem vel Principis, vel Pro-
cerum illius, magis atrocius facinus, & in-
dignius, atque grauiori, & seueriori pœna
plectendum videretur, ità quoque visum
fuit supradictis Imperatoribus, illud crimen
indignissimum, quod hac de causa, tàm se-
ueris, & pœnis, & verbis detestarunt, quem-
admodum etiam videmus in *c. pro humani.
de homicid. in 6.* seuerius delictum puniri ratio-
125 ne personæ adhibitæ in illo perpetrando, &

hoc etiam ex eo arguitur quod lex illa in *Codice Theodosiano non* situatur sub *tit. ad l. Iul.*
126 *maiest.* sed ad *l. Cornel. de sicar.* & apparet *lib. 9. tit. 14.* satis manifestum signum, seuerã illam pœnam non ratione personæ tantum offensæ infligi, sed eciã ratione personæ, per quam personæ illæ offendebantur.

Alioquin si indistinctè voluissent Imperatores pœnę huiusmodi subijcere quoscumq; tractantes de nece Imperatoris vel eorũ qui eius lateri adhærent per quascunque personas hoc crimen tentaretur, ad quid expressio illa militum, & personarum priuatarum; ad quid denique expressio barbarorum hominum? poterat ne venire in dubium quin eandem mereretur pœnam vtens in his opera militum; & personarum priuatarum; & denique barbarorum? certe non, & profecto, si talis fuisset intentio illorum Imperatorum ineptius loqui nequissent, nedum enim superflueret illa mentio militum priuatorum, & barba-
127. rorum contra regulam vulgarem *l. si quando de leg. 1. Litem veniunt §. aptanda de petit. hered. l. 1. ff. ad munic. §. quibus in primo constit. C. ob quam regulam Bald. cons. 31. generali Statuto sub num. 7. lib. 5.* dixit singula verba *legis* debe-
128 re aliquid põderis habere *Aym. cons. 84. n. 14.* sed expressissent Imperatores casum minus dubitabilem; si namque indistinctè dixissent *quis quis scelestam inierit factionem de nece &c.* minus dubitabile, erat an comprehenderentur sub hac prohibitione, qui coniurassent cum barbaris, & militibus, quam comprehensos fuisse eos, qui cum alijs coniurassent, & tamen verba legis ad casum ne dum dubitabi-
129 lem, sed magis dubitabilem trahenda sunt *vulg. l. quod labeo de carbon. edic. Abb. cons. 85. sub numer. 5. lib. 1. Aym. cons. 84. numer. 12.* quod etiam comprobatur ex his, quæ paulò post subijciam.

Si verò volumus tenere magis vulgatam
130 impressionem, quæ ita se habet *quis quis cum militibus vel priuatis vel barbaris scelestam &c.* Dico nec illam applicari casui nostro, nam & secũdum hanc lecturam seuera illa pœna
131 imposita fuit ratione personarum, quarum opera tale delictum perpetrabatur; sensus enim, vt quisquis cum militibus siuè illi milites sint proprij Imperatoris, siuè sint barbari scelestam inierit factionẽ illa plectatur pœna, hoc enim pacto vltra qualitatem personæ offensæ concurrebat vel corruptio propriæ militiæ Imperatoris, quæ ita assuefiebat necibus, vel Imperatoris, vel procerum Imperatoris, vel admissio barbarorum militum infra fines Imperij, à quibus, vt ante ostendi, Imperatores illi summoperè timebant.

Quod autem *priuatus* signi ficet *proprium*
132 liquet ex *Epistola 1. Horatij* ibi.

Quid pauper? ride: mutat cenacula lectos,
Balnea Tonsores conducto nauigio æquè
Nauseat ac locuples, quem ducit priuata Triremis.

Vnde *feriæ priuatæ* dicebantur quæ erant sacrorum propriorum, vt erant dies natales, vt legimus apud *festum Pompeium fol. mihi 294. in verb. priuatæ vocabantur feriæ* de quibus priuatis feriis habetur apud *Macrob. lib. 1. Satur. refert. ad not. ad festum Pompeium in verbo priuatæ. & Coras. ad l. 1. §. & hæc omnia num. 17. de orig. iur.*

Sed hanc vocem significare proprium,
133 & quidem proprium Principis constat ex *rubr. & toto illo tit. defend. reipriu. lib. 11. glos. in d. rubr.* & post eam ibi benè *Io: Plat. & in rubr. de priuileg. rei aug. & priuata lib. 11. l. 1. & 2. eodem tit. Alberic. in dictio in verbo priuata* aliquando hinc priuata negotia domestica, & particularia quælibet *Coras. in l. qui Iurisdictione num. 8. ff. de iurisd.*

Et ita (ni fallor) interpretari impellimur tum, vt euitemus absurda superius deducta Tum & secundo quia cẽsura illius *legis* non
134 continetur, qui solus non communicato consilio cum aliquo delictum illud commisit, inquiunt enim Imperatores illi *quisquis cum militibus, vel priuatis vel barbaris &c.* quod si solus quis hoc scelus commiserit non communicato consilio cum aliquo, is procul dubio censura huius *legis* non compre-
135 henditur, dictio enim illa *cum* nedum copulat, & coniungit, sed denotat simultaneitatem, ità quod requirit simultaneũ omnium concursum *Bar. in l. Gallus §. quidam rectè num. 5. de lib. & post hum. vbi Ias. num. 30.* qui licet contrarium teneat in quæstione, quam ibi tractat, quæ nihil commune habet cum nostra, fatetur tamèn, se loqui contra omnes, & post sequitur etiam *Alex. cons. 192. num. 20. lib. 7.* & hinc dixit *Bal. in l. fin. num. 3. C. de iuis, & legit.* dictionem hanc maiorem coniunctionem inducere quam dictio *& Calcan. cons. 4. num. 5.* vbi voluit pœnam Statuti punientis mulierem nubentem extra territorium cum hæreditate cessare in muliere nubente extra Territorium sine hæreditate *Calcan. cons. 6. num. 7.*

Notissimum enim est legem cum aliqua
137 qualitate loquentem cessare, non verificata huiusmodi qualitate *l. Fulcinius §. 2. vbi glos. & Bar. ff. quibus ex caus. in poss. eat. l. prætor §. docere ff. de vi bon. rapt. Bar. in l. 1. §. 1. ff. ne quid in flum. public. Paul. de Castr. in l. si per alium §. docere n. 3. ff. si quis enim qui in ius voc. Io. Andr. in c. de homic. in 6. Alex. cons. 82. num. 3. lib. 1. Dec. cons. 444. num. 16. in fin. Paris. cons. 87. num. 124. lib. 1.* cum sexcentis similibus ità vt qualitas illa specificè probanda sit, nec in ea sufficiant genericè præsumptiones *Natt. cons. 581. nu. 20. 21.* non verificata igitur qualitate coniurationis cum personis expressis in *d. libro* cessat illius pœna:

Quod in casu isto efficacissimè compro-
138 batur arguendo a contrario sensu, cum enim in *lege* illa dicatur *quisquis cum militibus &c. scelestam inierit factionem de nece &c.* ergo à contrario sensu quisquis hoc facit, non nisi cum militibus, nec cum priuatis, nec cum barbaris factione illis pœnis non est obnoxius *l. 1. §. huius edicti ff. de off. eius vbi Ias. num. 36. & Doct. omnes* nec dico ergo impunè hoc fit, scið
139 namque hoc argumentum secundum opinionem *D. in d. l. 1. num. 38.* quam semper verissimam putaui, & quam ibi defendit *Bolog. num. 59.* & ad quam se remittit *Capol. ibidem num.*

num.19.idem Dec.conſ.110.num.5.6.conſ.414.nu.1
Tiber. Decian. conſ.12. n.36. lib.2. debere ſumi
ad corticem verborum, & conſequenter nil
aliud inde ſumi, niſi ceſſare diſpoſitionem
in ſenſu directo inductam, ſiuè illa ſit affir-
matiua; ſiuè negatiua, & propterea non dico
licere, ſed per illam *legem* id non prohiberi,
& remanere ſub prohibitione aliarum *legum*.
Si ergo vbi quis non communicato Conſi-
lio cum aliquo Imperatorem, vel aliquem
140 qui à conſilijs eſt Imperatoris interficit pœ-
na *l. quiſquis* non tenetur, vt ſupra oſtendi, co-
gimur dicere pœnas præfatas prouenire non
à qualitate perſonæ offenſę tantum, quia ſi id
eſſet æquè punirentur ſoli interficientes, ſed
à qualitate perſonarum, quarum opera huiuſ
modi perſonæ offenduntur, quæ qualitas non
poteſt eſſe; niſi vel quia militia Principis cor-
rumpatur, vel barbari inter fines Imperij in-
troducantur, quod Imperatores illi vt ſupra
dixi ſummopere verebantur non minuſquā
ſi quis milites quos noſtri Principes pro tute-
la ſui corporis retinent, corrumperet in ne-
cem vel Principis vel procerum illius, cum
enim Romani Imperatores ſummopere pen-
derent à poteſtate militum, vt notum eſt ijs
qui in hiſtorijs illorum temporum verſati
ſunt, ægreferebant eos talibus aſſueſcere.
Rurſus hoc idem confirmatur, nam ſi in-
tentio horum Imperatorum fuiſſet compræ-
hendere omnes coniurantes contra Principes
& viros Illuſtres indiſtinctè l. quicunque illi
141 eſſent, quibus cum facta eſſet coniuratio, hūc
ſenſum nullo modo aſſequuti fuiſſent, inqui-
unt enim quicumque cum militibus vel pri-
uatis, vel barbaris, quid ſicum Magiſtrati-
bus, Prætoribus Prouinciarum, Pręfectis Prę-
torij, ij proculdubio in materia, tam odioſa
non compræhenderentur, nec enim appella-
tione militum continentur, nec appellatione
priuatorum, imo à priuatis diſtinguuntur,
priuatus namque dicitur, qui ſine iuriſdictio-
ne, vel imperio eſt *l.3.ff. de offic.Præſid.l.fin ff.de*
de off.eius Cic.lib.1. Rethor. primo in fortuna
quæritur ſeruus ſit, an liber, pecunioſus, an
tenuis, priuatus, an cum poteſtate *Cæſ lib. 6.*
de bello Ciuili, ſi quis priuatus inquit, *aut publi-*
cus eorum decreto non ſteterit &c. Alberic. in dictio
in verb.priuatus Spiegell.ibidem optimè *Ottoman.*
in eodem verbo plura loca ad id adducens; pa-
riter præfata pœna affici non potuiſſent con-
iurantes cum aliquibus ex ipſiſmet viris Il-
luſtribus Senatoribus in Conſiſtorio Principis
aſſiſtentibus, ij enim, & ipſi nec appellatione
143 militum, quando non ſunt in exercitu, nec
priuatorum contineri poſſunt; militum nam-
144 que appellatione continentur ij tantum, qui
in exercitu, vel ſtatione ſunt tribuni, Comites
& alij militibus præcipientes *l.militaribus C.de*
decurion. & vt clarius dicit *Iuſtin. in l.fin. C. loca*
veniunt ij, qui ſub magiſtris militum tole-
rant militiam, & ij, qui in vndecim ſcolis ta-
145 xati ſunt, & ij, qui ſub diuerſis portionibus
fœderati dicuntur, quæ ſcholæ, quæ nam
eſſent, non potui ad huc obſeruare præter il-
las, quarum meminit *Cuiat. in tit. de delat. lib.*
10. in græca conſtructione, & rubr. de primicer. &
ſecundicer. & in l.2. de domeſtic. & proteſt & in l.
4.eod.tit.& in auth.de armis ſub optionibus vero
146 federati erant quidam ęgrotorum curam ha-
bentes, & qui ſi vires aliquorum militum
deficiebant, in eorum locum ſubrogabantur,
qui etiam quandam munerum vacationem
habebant *l fin.ff. de iur. Immunit.* qui quoque
annonā militibus diſtribuebant *l.3. C.de apoch.*
public.lib.10. qui etiam alias Opinatores nun-
147 cupabantur *l. meſſe C. de exact. Trib. lib. 10. l.*
1.C.de exaction. & tranſlat.lib.12. benè hæc om-
nia declarat *Claud.Cotta rei de re milit.lib.1.c.29*
licet *Cuiat. in d. l.* in hoc ab eo diſſentie-
bat, ait enim Opinatores, milites quoſdam
fuiſſe cauſa petendæ, & exigendæ militaris
annonæ, ſed quicquid ſit de hoc, ſatis eſt in
d.l.fin. declarari, qui nam militum appellatio-
148 ne continerentur, quod vt dicit *Albericus ibi-*
dem alibi ità clarè expreſſum non inuenimus
quorum appellatione Illuſtres Senatores la-
teri Principis, & eius Conſiſtorio aſſiſtentes
non veniant, cum ibi non exprimantur, ma-
ximè quia *lex* illa *Iuſtiniani* eſt, qui longè poſt
Archadium, & *Honorium* imperauit; adeò vt
facile fieri poſſet ſcholas illas fuiſſe poſteà in-
troductas.
Qui illuſtres nec etiam priuarorum appel-
149 latione continebantur *l.præcipimus §.fin. C. de*
appell. ibi *licet ante priuato homini idest non Il-*
luſtri lite à nobis delegata, ſi quis igitur,
vt dixi, tractaſſet de nece Principis cum ipſis
150 Illuſtribus Viris, huic pænæ non ſubijcere-
tur, ſicut etiam ſi coniuratio facta fuiſſet
151 cum his, qui in aliqua eſſent dignitate con-
ſtituti, dicta pæna coniurantes non tenerentur,
tur, quia nec ij appellatione militum con-
tinerentur, cum militia dignitas non ſit, nec
152 in dignitate conſtituat *Alberic. in l. milites C.*
locat. Alciat. in l.ſi quis in conſcribendo in verb. di-
gnitatis C.de pact. Tiraq.de nobilit.c.8.num.5. non
etiam veniunt appellatione priuatorum, quia
153 vt ſupra dixi, priuati diſtinguuntur ab Illuſtri-
bus, & ijs qui in dignitate ſunt.
Ex quibus iudicio meo colligitur, mentem
ſupradictorum *Imperatorum* non fuiſſe ità aci-
ter punire illos, qui cum quibuſcunque
indiſtinctè coniuraſſent, ſed qui cum perſonis
ibi expreſſis id feciſſent, & ſic non poſſe referri
d. prohibitionē ſub illa pœna, niſi ad coniuran-
tes cum barbaris, ſiuè illi eſſent milites, ſiuè
priuati, vel ad coniurantes cum proprijs mili-
tibus Principis, vel cum militibus barbaris,
quamcumque litteram, & impreſſionem ſe-
qui velimus.
Quod idem adhuc comprobo quia *lege* il-
la nedum ità ſæuerè puniuntur tractantes de
nece etiām Virorum Illuſtrium Senatorum,
ſed eorum omnium, qui Imperatoribus mi-
litant, clara enim ſunt verba illius ibi, *vel cu-*
iuslibet poſtremo qui nobis militat, nemo igitur
ſani capitis dicet, offenſionem ſingulorum
Imperatori militantium dignam fuiſſe tanta
pæna, niſi id proueniret ratione medij, & per-
ſonæ inſtrumentalis, qua mediante illa per-
ſona offendebatur.
Ex quibus, ac ex ijs, quæ immediatè ſub-
ijciam, claro clarius apparere videtur, illos
Ii 3 dicti

dicti Vincentij ne vtique passiuam testamen-
155 ti factionem ob delictum paternum de iure
amisisse. Videndum est modo, num illam pænam passi fuerint vigore Iuris municipalis, & negatiua opinio mihi verissima videtur.

Cum enim receptior opinio sit pænis *dictæ legis*, quoad pęnam inhabilitatis filiorum non
156 teneri offendentes inferiores ab Imperatore
Alex. cons. 13. n. 3. lib. 6. Soccin. Iun. cons. 105. n. 11 lib. 3. rubr. Alex. cons. 154. num. 1. benè *Bero. cons. 65. num. 140. lib. 1. Corrad. in pract. lib. 1. c. 9. tit de læs. maiest. reis. num. 9. Aym. cons. 224. num. 6. Neuiza cons. 68. num. 15. Clar. in pract. §. læs. maiest. col. penul. vers. vnum tamen non omitto Alciat. cons. 467. n. 6. in fin. Roland. cons. 74. nu. 5. lib. 3. & cons. 15. nu. 21. & cons. 38. num. 9. lib. 4. Rip. in rubr. de constit. n. 8. & de rescr. respons. 26. num. 8. Apostill. ad Alexandr. cons. 13. num. 3. lib. 6.* & in Ciuitate Lucana *Soccin.* latissimè *cons. 275. num. 6. cum plur. seqq. lib. 2.* latè *Gig. de crim læs. maiest. lib. 39. 23. nu. 8* quod in hoc casu minorem haberet difficultatem, quia *statutum antiquum Lucanæ Reipub.*
157 *lib. 4. c. 61.* priuat filios legitimæ, ergo illa sola pæna locum habet, & cessat pæna *l. quisquis vt per Soccin. d. cons. 225. sub num. 13. col. 6. vers. 4. & vltimo num. 18. Bal. cons. 59. num. 4. lib. 1.*

Sed quia additum fuit *d. statuto*, vt pæna in-
158 habilitatis filiorum inducta per *d. l. quisquis C. ad l. Iul maiest.* ad Rempublicā Lucensem extendatur, animaduertendum venit ad duo
159 primum *statutum* siuè *additionem* illam cuicuuque crimini læsæ Maiestatis non infligere pænas illas, sed solum crimini, quod si commissum fuisset contra Imperatorem de Iure communi pænam illam mereretur; solum igitur voluerunt statuentes tollere difficultatem illam paulò ante tactam, an pænæ *d. l. quisquis* quatenus filios respiciant, locum sibi vendicent, etiam contra offendentes inferiores ab Imperatore; præsupponit enim
160 *statutum* crimen illud mereri illam pænam si committeretur contra Imperatorem, & Romanam Rempublicam, & disponit, vt si committatur contra Rempublicam Lucensem eadem pæna plectatur, cessante itaque præsupposito, vt supra ostendi, cum pro hoc crimine ex multiplici capitė de Iure filij dictis
161 pænis non subijciantur, cessat consequenter dispositum *glos.* communiter recepta *in l. mancipia C. de ser. fug. Rom. sing. 495. Rip. in c. 2. nu. 59. de rescr. col. 2. num. 4. vers. namque vbicumque statutum lib. 1.*

Quod hic nullam recipit dubitationem, ob illa verba, *& prout ipsa lege continentur*; dictio
162 enim illa *prout* relatiua ad dispositionem dictę *legis* illam repetit cum omnibus suis qualitatibus *Bart. in extrauag. ad reprimendum in verb. prout Dec. cons. 292. n. 2.* imò nedū stat relatiuè
163 sed restrictiuè ad terminos, & limites d. legis *Grat. cons. 81. num. 13. & cons. 94. num. 51. lib. 1*

Non igitur ampliat hoc *statutum* vim comprehensiuam *l. quisquis* quoad casus, & delicta sed solum respectu illorum, in quos committuntur illa crimina, cum itaque *lex* illa solum procedat, vt supra pluries dixi, quando agitur de nece Imperatoris, si iste casus extenden-
164 dus est ad Rempublicam Lucensem, necesse est intelligere, vt illa pæna locum tantum habeat, quando de nece Reipublicæ agitur, quando de Tyrannide actum fuisset, & de libertate extinguenda, & hoc est quod probè dicit *Lucen. de crim. læs. maiest. q. 12.* dùm inquit tunc dicit, quem facere contra statum,
165 quando dirigit statum ad aliud regimen id est ad alium Principem dirigitur status; *allegat Bal. in l. 1. §. huius studij de iust. & Iur.* qui *num. 6.*
166 inquit, vt ante dixi *statutum* puniens turbantem pacificum statum intelligi de principaliter turbante, non de secundario, status enim de quo fit mentio in dicto *statuto*, intelligitur
167 de forma, & substantia illius gubernij & administrationis illius Reipublicæ, de quibus formis habetur apud *Arist. 3. politic.* in quem sensum capitur apud *Marcum Tullium* dū ad Brutum scribens ait, *tua nobis autoritate opus est ad collocandum aliquem Republica statum, & in orat. in Pisonen. ego Adolescentes bonos, & fortes, sed vsos ea fortunæ conditione, vt si essent Magistratus adepti Republica statum conclusuri viderentur* & ità etiam capitur apud *Pomponium in l. 2. §. initium secessionis ff. de orig. Iur.* ibi *ità populi consensu partim decem Viris in carcere necatis partim in exilium actis Rursus Republica suum statum recepit* Cum itàque vt iam ostendi, nunquam egerint homines isti de conuellendo statu Reipublicæ, sed eadem forma protsus manente de retinenda pristina participatione honorum in eadem Republica, sicut non inciderunt, vt sæpius dixi in pænas *l. quisquis*, quia de nece Reipublicæ nunquam egerunt, ità quoque non inciderunt in pænas prædicti *statuti*.

Aliud quod venit animaduertendum circa interpretationem huius *statut.* est illud non
168 extendere totam dispositionem *l. quisquis* ad tractantes contra pacificum statum Reipublicæ Lucensis, sed solum illam partem, in qua agit de tractantibus contra personam, & statum Imperatoris, & Romani Imperij, ista namque sunt verba dicti statuti, *statutum sit & esse intelligatur, quod deinceps pænæ priuationes, prohibitiones, censuræ inductæ per l. quisquis C. ad l. Iul. maiest. contra impedientes, & tractantes contra personam & statum Romani Imperatoris supremi Principis in Orbe &c.* Extendit itaque dispositionem *d. l.* in ea parte tantum, in qua agit de molientibus contra personam, & statum
169 Imperatoris ad molientes contra statū Reipublicæ Lucensis, sed non extendit pænas inflictas occidentibus Senatores, Consiliarios, in Consistorio Imperatoris assistentes, & quoquomodo Imperatori militantes ad interficientes Consiliarios, & Reipublicæ Lucensi quoquomodo militantes. Et cum verba
170 statuti sint clarissima, cessant cauillationes Aduocatorum, vt dicere solitus est *Bal. relatus ab Aym. cons. 273. num. 8.* secunda ergo hæc pars vbi agitur de interficientibus Magistratu fun-
171 gentes, cum à *statuto* tacta non sit, remanet, vel sub censura Iuris communis *l. commodissimè de lib. & posthum.* vel aliorum *statutorum* de his loquentium *Dec. cons. 510. num. 5. Tiber. dicto cons. 32. num. 36. 37. lib. 2. Purpur. cons. 415. num. 7.*
172 sicut dicimus casum omissum à reformatione

tione decidendum eſſe ſecundum *ſtatutum* an-
tiquum *Pariſ.conſ.56.num.25.26.lib.11.* præfer-
173 tim in materia tam odioſa *Anchar. conſ. 286.*
ſub num.3.Aym.conſ.316. num.15. Ner. Gab. conſ.
11. num. 33. venit ergo delictum hoc in quo
Vexillifer interfectus fuit, puniendum pœna
174 *ſtatuti lib.4.c.157.* in quo pro tali crimine pœ-
na mortis confiſcationiſque bonorum infli-
gitur, & tantum abeſt, vt filijs paſſiua teſta-
menti factio tollatur, vt imo iam in bonis pa-
ternis ſibi præſeruetur legitima.

Et ſi vellemus in materia tam odioſa cauil-
lari, quod æquitati minimè conuenit, dicendo
175 iſtos Conſiliarios dici partem corporis Im-
peratoris *d. l. quiſquis*, vndè diſpoſitum in
176 vno exæquiparatis à *lege* antiqua, cenſeri
diſpoſitum etiam in aliquo *ad not. in l. ſi quis*
ſeruo de ſer.corrupt.& in l.quod vero de legibus præ-
terquam quod hoc obiectum ſublatum eſt
ſuprà cum de iure communi egimus; facilis
eſt reſponſio, quia verba ſtatuti tollunt obie-
ctum, dùm dicunt contra perſonam, & ſta-
tum Romani Imperatoris, alia namque eſt
perſona Imperatoris, alia Senatoris, & aſſi-
177 ſtentis, vt enim dicit *Coraſ. in l.omne Ius nu.4.*
ff.de ſtat.homin. germana ſignificatio huius vo-
178 cis eſt, vt ſignificet qualitatem homini inſi-
tam, qua vnus ab alio diſtinguitur.

Accedit quoque illud dici perfictionem
179 quandam, & tamen regulariter ſtatutum lo-
quens in caſu vero, non trahitur ad caſum fi-
ctum *l.3.§.hæc verba de neg. geſt.* vbi poſt *gloſ.Ca-*
ſtr. Prætereà argumentum illud ab æquipara-
180 tis procedit ſolum, quando illi duo caſus à
lege antiqua ſunt æquiparati per modum re-
gulæ, vt declarat *Ruin.in l.ſi conſtante num.21. ff.*
ſol.mat. & ibi etiam Crot.in 11.lect. num 83. vel
vt alij malunt, quando ſunt æquiparati duo
181 caſus ab antiqua lege in omnibus & per om-
nia *Aym poſt alios conſ.206. nu.42. Roland.conſ.27.*
num.17.lib.1. qui cæteros cumulant. Denique
argumentum hoc fallaciam continet, ſi nam-
182 que facta eſt aliqua æquiparatio abantiqua
lege, ea facta eſt inter Imperatorem, & eius
Senatores, eius lateri aſſiſtentes, vnde ſi lex
noua aliquid circa vnum ex iſtis ſtatueret, ſub
intrare forſan poſſet ſupradicta difficultas, ſed
lex antiqua non æquiparat tractantem de Ne-
ce Reipublicæ, & tractantem de Nece Reipu-
blicæ debere habere locum etiam in tractante
183 de nece Senatoris, quaſi iſte caſus ſit æqui-
paratus à lege antiqua, quia nullibi facta re-
peritur hæc æquiparatio, ſed potius, vt ita
dicam, in hac met materia ſunt differentiati,
quando enim de nece Reipublicæ tractatur
184 morte crimen non extinguitur, ſecus vbi
quis Magiſtratu fungentem necat *l. 1. ff ad l.*
Iul. Maieſt. iuncta l. fin. eod. tit. Cum igitur, vt
concludam hæc æquiparatio facta non repe-
185 riatur in materia, de qua agitur, vbi tracta-
tur de pœna filiorum Innocentium, ceſſat ar-
gumentum prædictum *Iaſ.poſt alios in d.l.ſi con-*
ſtante nu.29.ff. ſol matr.

Prætereà ſicut non ex tenditur *l. quiſquis*
quia quoad pœnas, de quibus agimus, ſum-
moperè eſt odioſa, vt ſæpius dictum eſt, ita
non debet extendi *Statutum* extendens legem
illam, extenſio namque fit in eadem qualita-
187 te odij, & vt ita dicam, reſtringibilitatis; vt
benè dicit *Bero. in conſ. 112. num. 40. lib. 11*
maxime quia nedum in materia odioſa, ſed in
alia quacunque non fit extenſio ad caſum, in
quo minor verſatur ratio *Aym. conſ.183.n.13.*
negari nàmque non poteſt, quin multo mi-
nor ratio infligendi huiuſmodi pœnas mili-
188 tet in eo, qui tractat. de necando Vexillifero
& alio quocunque Magiſtratu fungente, quã
in tractante de auferenda Patriæ libertate.

Addo inſuper, vt tollatur omnis difficultas
Statutum hoc ſemel extendiſſe *l.quiſquis* ad tra-
ctantem contra pacificum Statum Reipubli-
cæ Lucenſis; quo fit vt non poſſimus rurſus
illud idem iterùm extendere ad interficientes
189 Vexilliferum, & Magiſtratu fungentes, vt be-
ne dicit *Tiber. Decian. conſ.50.num.45. cum ſeq.*
lib. 11. Idque tanto magis quia vt ſupra me-
mini, me dixiſſe, ſi vellemus extẽdere *Statutum*
ad omnes, qui ſunt pars corporis Reipublicę
militarer in occidentibus quoſcunque Ciues,
& maximè Senatores, quod vanum eſt dice-
cere, & ſemper fuit ſeruatum contrarium
nedum enim interfecti fuerunt Senatores, ſed
Antiani ipſi, & nihilominus filij non fuerunt,
vt audio, inhabilitati.

Comprobantur hæc omnia, quia in *Statuto*
190 *Lucano lib.4.c.61.* in quo fit ſupradicta exten-
ſio ita in initio dicitur *incipientes igitur primo*
à maleficijs de quinque caſibus ſtatuimus, vt ſi qua
perſona cuiuſcunque conditionis, vel ſtatus tra-
ctauerit, vel ordinauerit, ſeu tractare, vel ordinare
tentauerit contra bonum, & pacificum, & popula-
rem ſtatum Ciuitatis Lucenſis, ſeu eius Comitatus
& diſtrictus, ſeù tractauerit, vel ordinauerit de mu-
tando ſtatu Ciuitatis præfata, etiam ſi non fuerit ſe-
quutus effectus &c. Pondero nàmque diſiuncti-
191 uam illam *ſeù* tractauerit de mutando ſtatu
quæ hoc loco ſuam naturam, vt inter diuerſa
ponatur *l.11. de reb. dub. l. 11. C.per quas perſo-*
nas nobis acq. Rom. conſ.83. num.2. retinere non
poteſt; ſi enim tractare contra pacificum ſta-
tum eſſet quid diuerſum à tractatu de mu-
rando ſtatu Reipublicæ, ſe quereretur pœna
l.quiſquis per dictum Statutum non infligi tra-
ctantibus de mutatione ſtatus, quia ſolum eſt
extenſa ad tractantes cõtra pacificum ſtatum;
192 Cũ itàque ſuam naturam retinere nequeat
ſtat ex poſitiuè pro *id eſt*, ità enim ſæpè ſæ-
piùs exponitur *l. 11. ibi quadrupedem, vel pecu-*
dem, & ibi gloſ. in verbo *pecudem, & Floria. n.4.*
ff. ad l. aquil. Cur. Iun. conſ. 5. num. 35. quod
oſtendit *Statutum* loqui ſolum vbi, agitur de
193 mutando totaliter ſtatu Reipublicæ, & pro-
terea ceſſat pœna illa, quando fiunt tractatus,
qui licet ſint aliquo modo cõtra ſtatum; non
tamèn per eos agitur de mutanda forma
Reipublicæ, exempli gratia; ſi introduceren-
194 tur homines armati in Ciuitatem tempore
Comitiorum, vt populus territus aliquos
eligeret, vel non eligeret; eſſet hoc delictum
aliquo modo contra libertatem, & pacifi-
cum ſtatum, non tamèn comprehenderetur
ſub illo *Statuto*, quia non ageret iſte de mu-
tanda forma illius Status; ſed in hoc caſu ſub-
intraret diſpoſitio *Statuti 62. lib.4. de pœna in-*
ducen-

195 *ducentis seditionem* in quo vetantur sectæ, diui-
siones seditiones, coniurationes, conspira-
tiones publicæ, vel occultæ, quæ verterentur,
aut essent aut esse possent contra pacificum
Statum sub pœna mortis, & confiscationis
bonorum, ablata enim legitima filijs, qui
præterea nulla alia inhabilitate afficiuntur
quod statutum, vt ad concordiam reducatur
cum antecedenti Statuto c. 61. puto interpre-
tandum quando directè, vel indirectè fit ali-
quo modo contra pacificum Statum, non ta-
mèn agitur de mutatione totius Republicæ
Status, sed eo statu firmo tractari solēt aliqua
quæ libertati obuiant, vt supra exemplificaui
aliud autem *c.* 61. intelligerem præsertim de
extensione *l. quisquis* quando agitur expresè
de totali mutatione Status; hunc enim casum
seueriori, & acriori pœna punire voluerunt
statuentes.
Quæ intelligentia necessaria videtur cum
regulariter actus, ad quem fit extensio, debeat
196 esse eiusdem qualitatis, & naturæ, & formæ
& non diuersæ ab actu, in quo loquitur dis-
positio extensa vt dicit *Bero. cons.* 112. *num.* 40.
lib. 2. Casus itaque vt sæpius dixi, de quo lo-
quitur *l. quisquis* est, cum agitur de nece Impe-
ratoris, si casus ergo, ad quem fit extensio, de-
bet esse similis, eiusdemque qualitatis, & natu-
197 ræ necesse est, vt tractatus contra pacificum
Statum Reipublicę respiciat directè mortem,
& extinctionem Reipublicæ.
Quinimo quando vellemus dictionem il-
lam vel de qua in *Statuto c.* 61. suam retinere
naturam, vel dici positam inter genus, &
speciem quasi quod crimen mutationis Sta-
tus esset comprehensum sub illo genere tra-
ctantium contra pacificum Statum Reipubli-
198 cæ. Dico, cum verba illa extensionis contra
pacificum Statum, possint intelligi de tractan-
tibus contra pacificum Statum pluribus mo-
dis, veniēdo contra illum, non tamen agendo
de illius mutatione, & de tractātibus de mu-
tatione, & extinctione illius, Statutum de hoc
secūdo casu intelligendum esse tum ex ratio-
nibus supradductis cū casus, ad quem fit ex-
tensio, debeat esse similis vt supra dixi tum
quia alias dispositio *l. quisquis* respectu Reipu-
blicæ plures casus comprehenderet quam res-
pectu Imperatoris, & consequenter Statutum
duo operaretur ambo contra dispositionem
Iuris, extenderet enim *l. quisquis* ad rempubli-
cam Lucensem, & hanc eandem legem odio
irrationabili adeo odiosam, vt nullibi repe-
riatur vsu recepta, ampliaret, vt plures com-
prehenderet casus respectu Reipublicæ Lu-
censis, quàm respectu Imperatoris, & ta-
men quando statutum potest interpretari, vt
in vno vel duobus corrigat Ius commune
semper interpretatur, vt in vno tantum corri-
gat *Rom. cons.* 194. *n.* 6. *Natt. cons.* 304. *num.* 5. 6.
vulgaris namque regula est, Statuta debere
interpretari vt minus corrigant Ius commu-
199 ne, quam fieri possit *Salic. in l.* 11. *post glos. vbi*
C. de noxa. actio Doct. in l. omnes populi in 6. *q.*
Bart. ff. de iust. & iur. Carn. cons. 14. *num.* 2. *lib.* 4.
plura Dec. cons. 448. *num.* 15. *cum seq. Ruin. cons.*
38. *num.* 6. *lib.* 3. *Capit. decis.* 21. *num.* 10. *Aym.*
cons. 117. *num.* 6. & *vt dicit Alex. cons.* 85. *n.* 10.
lib. 4. semper debent ita interpretari, vt quan-
tum fieri possit immittentur tramites Iuris
cōmunis atque vt bene quoque inquit *Corn.*
cons. 100. *in fin. lib.* 1. toleratur potius impro-
priatio Statuti, nc tāta exorbitātia amplietur.
Maximè quia vt ex vulgari regula dicere
solemus, Statutum etiam correctorium pręter
id, quod expresè corrigit, recipere passiuam
200 Interpretationem a Iure communi ad not.
in l. 1. §. *lex falcidia ad l. falcid. Gozzad. cons.* 19.
nu. 6. quod id tanto magis dicendum est, quia
quoad vim comprehensiuam respectu cri-
minum, nc dum non apparet statuentes vo-
201 luisse applicare *l. quisquis* sed potius ob ex-
pressam relationem ad dictam leg. vt supra
ponderaui, constat voluisse restringere ad ter-
minos illius *Imol. in l. si vero sub num.* 18. *ff. sol.*
matr. Soccin. cons. 52. *col. fin. lib.* 3. *Rimin. Iun.*
post alios cons. 242. *num.* 34. cum præsertim tra-
ctemus de innocentibus, & omni prorsus
culpa carentibus puniendis, quo casu tolerari
202 solet Statuti superfluitas *Natt. de communi Te-*
stan. cons. 345. *num.* 7. Maximè quia regulare
est, Statutum pœnale à Iure communi decla-
203 rationem recipere *l.* 11. *C. de noxal. bonus Tex.*
in l. quamuis ff. de in ius voc. Vnde Statuta falsi-
204 tatem punientia intelliguntur de ea falsitate,
quæ alias de Iure communi est punibilis, &
consequentèr de ea, quę in aliquo capite *legis*
Cornelia includitur *Natt. post Bal. cons.* 132. *n.* 10.
debet itaque ex his omnibus *Statutum* hoc in-
205 telligi de tali tractatu, qui si commissus vel
factus esset contra Imperatorem illam mere-
retur pœnam, sed vt supra dixi, & latissimè
ex pluribus capitibus deduxi, iste non fuit ta-
lis, ergo neque de iure communi, neque mu-
206 nicipali filii D. Vincentij fuerunt inhabiles.
Neque extinctio Vexilliferi, qui est primum
207 signum libertatis, arguit delinquentes liber-
tatem extinguere voluisse, quia si id verum
esset, huic delicto non fuisset imposita parti-
cularis pœna per particulare statutum longè
diferens à pœna *l. quisquis* vt supra dixi.
His omnibus vt res prorsus reddatur iudi-
cio meo indubia, addo *statutum* hoc dum ex-
tendit *l. quisquis* ad tractantes cōtra pacificum
208 statum Reipublicæ Lucensis & dum de tra-
ctantibus agit indeffinitè, non autē vniuersa-
liter loquitur; Inquiunt enim statuētes *habeat*
locum contractantes, & sic nullo adiecto signo
vniuersali *Conar. post ab eo relatos var. resol. lib.* 1.
c. 13. *sub num.* 1. Vndè cum vt supra dixi pluri-
bus modis possit tractari contra pacificum
statum & libertatem; vnomodo tractando de
patria in seruitutem redigenda, vel contra
ducendo alio Principe, & in summa de ex-
tinguēda totaliter forma illius gubernij, & ad
ministrationis tunc in Republica vigenti; alio
modo faciendo sectas, & coniurationes, vt
populus inuitus aliquid faciat vel vt quis, vt
dixi magistratus adipiscatur vel alios à Ma-
gistratibus repellat, vt euenit in hoc casu, huis
modi igitur statutum vt summè odiosum re-
stringendum est ad tractantes contra statum
Reipublicæ primo illo modo cum indefinita
209 in tali odioso statuto non æquipolleat vni-
uer-

uersali Soccin. conf. 278. num. 5. lib. 1. Corn. conf.
331. sub num. 4. lib. 1. Iaf. in l. 1. num. 7. ff. si cert. pet.
Ruin. conf. 98. num. 4. lib. 2. & conf. 15. num. 20. lib.
3. Bero conf. 193. nu. 24. 25. lib. 3. Purpur. 333. n. 17.
Calca. conf. 1. col. 6. in fin. Aym. conf. 942. numer.
9. 10.

Ratio est quia quod indefinita æquipolleat
vniuersali, non venit ex propria significatio-
210 ne, sed ex benigna quadam Interpretatione,
211 quæ cessat in materia odiosa l. si seruitus ibi hu-
manius & c. de seruit. vrb. præd. Corn. d. conf. 331. sub
num. 4. lib. 1. & conf. 127. num. 20. lib. 2. Alex. conf.
26. num. 4. lib. 4. Soccin. conf. 278. num. 5. lib. 2. Dec.
dicto conf. 113. circa fin. Aym. d. conf. 942. num. 89.
Crot. conf. 118. num. 12.

Etquamuis non ignorem, nonnullos ex-
pressè voluisse, & alios quosdam id sensisse
in statutis ob naturam legis etiam in materia
odiosa indefinitam æquipollere vniuersali
212 hoc tamen non obest; Tum quia id locum
habere potest in omnem euentum in mate-
213 ria simpliciter odiosa, non in odiosa odio ir-
rationabili Aym. d. conf. 942. num. 10. quod sua-
dent etiam ea, quæ dicit Arct. conf. 29. num. 1.
dum asseruit, regulam dictantem masculinum
214 concipere fœmininum locum sibi non ven-
dicare in materia odiosa odio irrationabili,
qui propriè exemplificat in materia, sæpiùs
allegata l. quisquis quæ conclusio est commu-
niter recepta Aym. de antiq. temp. art. 4. par. sub.
num. 94.

Tum & secundo quia, & hoc tollit om-
nem difficultatem etiam in statutis indefinita
non æquipollet vniuersali, quando non est ea-
215 dem ratio omnium comprehensorum sub
illo vniuersali; quia tunc ex propria signifi-
catione illos non complectitur Bar. in l. omnes
populi num. 57. ff. de iust. & iur. Corn. dicto cont.
331. sub num. 4. lib. 1. Alex. dicto conf. 26. num.
34. lib. 4. & in rubr. ff. solut. mat. num. 20. Arct.
qui benè declarat conf. 29. numer. 3. Soccin.
plura adducens. conf. 100. numer. 55. lib. 3. Pur-
pur. conf. 47. numer. 11. & 570. num. 4. Cephal.
conf. 23. num. 113. Natt. conf. 983. numer. 16.

Hinc voluit Salic. in l. vnic. col. mihi ante pen.
& pen. sub num. 24. vers. ex prædictis saluationibus
216 legem aut statutum puniens tam opem præ-
stantem delicto, quam delinquentem non de-
bere intelligi de quocunque opem quoquo-
modo præstante, sed de eo, qui opera sua,
fuit in causa, vt delictum perpetraretur, &
ratio est, quia non eadem est ratio puniendi
omnes opem præstantes eadem pæna, mino-
rem enim pænam meretur, opem præstans
post delictum, vel etiam ante, dummodò
ipse in causa non fuerit, vt delictum com-
mitteretur, quam meretur ille, qui crimen
quod aliàs perpetratum non fuisset, fuit in
causa, vt committeretur, negari igitur non
potest; quin minorem mereantur pænam
tractantes tali modo contra pacificum statum
vt velint semper saluam esse Rempublicam,
quam mereantur ij, qui tractant de ea, vt sæ-
pius dixi, sufferenda. Debet ergò statutum
huiusmodi ad illum primum tractatum re-
stringi, & Salic. sequitur, illiusque opinio-
nem confirmat Ruin. conf. 82. numer. 56. lib. 4.
quem Ruin. sequitur Rimin. Iun. conf. 275. numer.
44.

Et hinc quoque dicit Rim. sen. conf. 37. num.
6. indefinitam non comprehendere omnia,
217 sed aptiora propter rationis diuersitatem,
ergò debet solùm comprehendere illum a-
ctum, & illum tractatum, qui magis propor-
tionatur casui comprehenso in supradicta
l. quisquis.

Ex quibus tolli potest ponderatio, quæ fie-
ri potest super supplicatione Podij Francis-
218 chini parentis de Podio porrecta 8. Ianuarij
1574. & Podij de Podijs porrecta Februarij
1575. in quibus fatentur se condemnatos ad
perpetuum exilium iuxta formam statuti cap.
61. lib. 4. Quia præterquam quod confessio
219 vnius alteri non nocet l. si funus §. ante omnia
ff. de pact. Ruin. conf. 141. num. 5. & conf. 147.
numer. 13. lib. 1. non sequitur, factus est talis
220 tractatus, qui venit puniendus pæna dicti
statuti ergò in eo habet locum l. quisquis cum
vt dixi, tractatus omnes contra pacificum
statum prædicto statuto prohibentur, sed
non ad omnes per additionem prædicto sta-
tuto factam fuit extensa pæna l. quisquis vt su-
pra dictum fuit.

Sed quando supradicta omnia cessarent,
quæ tamen, nisi mea me fallit opinio veris-
sima sunt, adhuc puto, statutum huiusmodi
221 non obstare, vt pote quod huiusmodi pæ-
nas hac extentione mediante ipso Iure non
imponat, quo fit, vt necessaria fuerit con-
demnatio etiam respectu filiorum, quæ hic
non adfuit.

Quod iudicio meo demonstrant verba
dicti statuti ibi vnicuique debitas pænas imponen-
do modum, & formam, quibus fit illa ex-
tentio, mediante scilicet pænarum impositio-
222 ne facienda per Iudicem Salic. in l. 1. C. de his
qui latro vel ali. crim. reo. occult. Soccin. conf.
91. num. 2. lib. 1. Corn. conf. 224. num. 14. lib. 4.
& conf. 105. nu. 11. lib. 3. Rimin. Sen. conf. 76. nu.
13. 14. lib. 1. Paris. conf. 19. num. 5. lib. 2. Cagn.
in rubr. C. de eodem num. 54. etiam actum præ-
223 cedentem impropriando Curt. Iun. post Bald.
& alios ibidem num. 38.

Maximè quia natura gerundij est significa-
224 re actum prout est in fieri vt post Bar. ex
communi sententia affirmat Purpur. in d. rubr.
C. de eden. num. 2. & Cagnol. num. 52. si igitur a-
ctum impositionis pænæ prout est in fieri, de-
bet significare, non potest referri nisi ad eam
impositionem, quæ à Iudice fit mediante sua
sententia, quia tunc deducitur impositio pæ-
næ ad actum, præsertim cum gerundium
225 significet actum, prout visui subijcitur. Bal. in
l. si ex cautione num. 9. C. de non num. pecu. Felin. in
cap. si cautio num. 53. vers. 2. nota de fid. Instr. Rip.
in dict. rubr. C. de eden. num. 53. & Purpur. n. 4

Et quamuis vbi ageretur de exclusione de-
licti contrarium teneant ibid. Cagno. & Purpur.
226 hoc tamen non applicatur casui nostro, in
quo de huiusmodi excusatione non agitur,
sed de puniendis innocentibus, & omnis cul
pæ expertibus, maximè quia natura sua ge
rundium significat actum faciendum in futu-
227 rum vt post Signor. dicit Curt. in dict. rubr. n. 20

228 inter

228 *inter repetentes*, & significat idem, quod parti-
cipium futuri temporis. *Claud. Aquen in d. rubr.*
nu. 5. & hac de causa dixit *Bal. in rubr. C. de lib.*
& posthum. legem vtentem gerundio instruere
229 quid sit faciendum, extendit itaque Statutum
dispositionem *l. quis quis*, ad Rempublicā Lu-
ceñ non imponendo illas poenas ipso Iure, sed
dando facultatem Iudicibus, vt eas infligere
possint, alioquin superflua fuissent verba illa
vnicuique poenas debitas imponendum, satis enim
erat dicere huiusmodi poenas habere lo-
cum etiam respectu filiorum, & tamen Statu-
torum verba, ita sunt interpretanda, ne super-
230 fluant, vt supra dictum fuit. *Dec. cons.* 502. *n.* 6.
cum seq. Aym. cons. 201. *num.* 13.

Quod in super suadet regula illa vulgatis
necessariam esse sententiam condemnatoriam
231 vbi lex expressis verbis pœnam ipso Iure
non infligit. *Bal. post Petr. in l. qua ex relationibus*
in fin. C. de leg. maximè vbi agitur de pęna af-
flictiua, & priuatiua idem *Bal. in l. iubemus §.*
sane sub num. 2. *vers. quaris glos. C. de Sacros. Eccles.*
quod eò facilius hic sibi locum vendicat;
vbi verba dispositiua huius Statuti respiciunt
232 tempus futurum, & actum Iudicis, quo casu
dicitur Canon ferendæ, non autem sententiæ
latæ. *Ant. de Butr. in cap. si diligenti num.* 20. *& ibi*
Abb. num. 18. *de foro compet.*

Quod autem verba respiciant actum futu-
rum apparet ex illis verbis, *militent, & habeant*
locum, quæ in lege semper futurum tantum
233 tempus respiciunt. *Abb. in c. fin. in* 3. *not. de con-*
stit. glos. in capit. 2. *de constit. in* 6. *vbi Gem. num.* 26.
Gomes. ibidem, qui de communi testatur. *in §.*
Statuto num. 75. *cum seq. Alex. cons.* 190. *num.* 9. *lib.* 2
Ias. in l. 1. *§. hac autem verba num.* 3. *ff. quod quisque*
vir. Tiraq. in l. si vnquam in verbo reuertatur num.
245. *C. de reuoc. donat.* Quod autem respiciant
actum Iudicis, palam facit verbum illum *pu-*
234 *niantur*, vt de hoc met verbo dicit. *Abb. in dict.*
cap. si diligenti dict. num. 18. *de foro compet.*

Et si fortè obijceretur, extensionem hanc
factam esse per relationem ad ipsam *leg. quis*
quis, ibi: *prout in ipsa lege continentur*, & viden-
tur propterea inflictæ ipso Iure; sicut ipso Iu-
re ea pœna afficiuntur per *dict. l. quis quis*, re-
235 spondeo, totam illam dispositionem siuè
simplicem siuè relatiuam declarari immedia-
tè vt intelligatur mediante impositione fa-
cienda, non autem facta ipso iure, vt demon-
236 strant verba illa, *ità quod*, quæ limitant, & re-
stringunt priorem dispositionem, *cap. cum M.*
Ferrarieñ de constit. c. significatum de prab. l. Lucius
§. qua habetur ff. ad Trebell. Soccin. cons. 141. *nu.* 9.
lib. 1.

Et si replicaretur imo ampliare, non autem
237 restringere ad *Ang. in l. nulla ff. de leg.* Dico ve-
238 rum id non esse in hac materia pœnali, in
qua debent suam propriam naturam retine-
re, etiam quod vtramque significationem ha-
bere possent *cap. in pœnis de reg. Iur. in* 6. maxi-
mè quia vbicunque verba talia sunt, quæ, &
latæ, & ferendæ sententię canonem significa-
239 re possent, semper interpretantur, vt signifi-
cent Canonem ferendæ *Butr in dict. cap. si dili-*
genti num. 20 *circa med. vers. vbicunq. autem de foro.*
compet. vbi benè *Aret. num.* 13. præsertim in
pœnalibus, in quibus in dubio semper fit in-
terpretatio, vt pœna ipso Iure imposita non
240 censeatur. *Bal. in l.* 1. *vers.* 2. *not. ne lic. potent.* &
ibi Iacob. de Sanct. Greg. nu. 4. *Anchar. in cap.* 1. *n.* 1.
in fin. de rescript. in 6. *Alex. cons.* 105. *num.* 16. *lib.* 1.
cum latissimè Tiraq. in dict. l. si vnquam in d. verb.
reuertatur num. 246. Vndè subintrat quod dicit
Decian. cons. 62. *num.* 6. *& cons.* 85. *num.* 5. *lib.* 2.
241 nempè relatum non esse in referente cum
prima qualitate, quando alia exprimitur,
sicut enim huiusmodi extensio est limitata
quoad tractantes, nec habet locum quoad re-
velantes, vt vult. doctissimus *Menoch.* qui in
hac causa pro contraria parte consuluit *cons.*
275. *num.* 21. *lib.* 3. ità est limitata respectu mo-
di impositionis præfatarum pœnarum, vt illæ
ipso iure inflictæ non censeantur.

Quod esse verum demonstrant etiam sub-
sequentia illa verba, *& tale crimen, & delictum*
tam ad infligendum pœnas, censuras, prohibitiones, vt
supra contra huiusmodi tractantes intelligatur, & sic
Crimen Lesa Maiestatis. quamquoque contra
filios, filias, & vxores vnicuique pœnas de-
242 bitas imponendo; dictio enim illa accusatiuo
adiecta si nolimus importare conditionem
iux. tex. in leg. si tur. ff. de cond. & demon. Alex. cons.
73. *n.* 14. *lib.* 5. saltem cum adijciatur actui ex-
plicando per Iudicem significabit modum,
243 vt scilicet Iudex imponat ad *Bar. in leg. quibus*
§. Termilius n. 9. *de cond. & demonstr. Ruin. cons* 26.
num. 7. *lib.* 2. *& cons.* 173. *num.* 7. 12. *lib.* 3. præser-
244 tim expendendo gerundium prout supra ex-
pendi.

Et si rursus expenderet quis verba illa *in-*
telligatur, & si Crimen Lesa Maiestatis, quæ ver-
245 ba præsentis temporis solent significare ca-
nonem latæ sententiæ; Respondeo, tolli obie-
ctum ex subsequentibus verbis, *ad infligendum*
246 *pœnas*, quæ ostendunt esse Crimen Læsæ Maie
247 statis ad effectum, vt possint imponi, non vt
ipso Iure impositæ censeantur pœnæ illæ, si-
gnificant enim illæ dictiones, *ad imponendum, &*
248 *infligendum*, finem, ad quem statutum fuit de-
bere esse Crimen læsæ Maiestatis, nempè vt
dictæ pœnæ infligi possint *Rip. lib.* 1. *respons. c.*
18. *num.* 2. quem admodum enim statuentes
249 vsi fuerunt verbis præsentis temporis vbi de
crimine egerunt ità clare loqui sciuissent.
dum egerunt de pœnis, si voluissent illas ip-
so Iure imponere. Et quando vellemus ge-
rundium illud *ad infligendum*, respicere tempus
250 præsens, quod verum non est, restringeret ni-
hilominus decretum antecedens, vt sit Cri-
men Læsæ Maiestatis ad effectum, vt imponi
possint illæ pœnæ. *Bar. in l. si tu ex parte in fin. de*
251 *acq. hared.* Sed cum respiciat actus, & delicta
futura potius conditionem significat. *Caballin.*
si et est lib. 1. *mille loq.* 100.

Quæ opinio benè comprobatur, ex *Stat. lib.*
4. *cap.* 28. profitentes enim statuentes velle
252 præmio afficere capientes, vel occidentes Re-
belles ex causa turbationis pacifici status, mul-
ta circa hoc decreuerunt, quæ ibidem post ea
limitarunt, vt solum locum habeant in ca-
pientibus, vel occidentibus principalem ma-
lefactorem, non autem in capientibus filios,
vel Vxores, aut similes, qui per consequen-
tiam

tiam ex legis, vel Statuti diſpoſitione propter enormitatem delicti veniunt condemnandi, Capientes enim iſtos ſolum afficiuntur præmio reduc.ex huiuſmodi enim verbis apparet, ſtatuentes requirere condemnationem duplicitet ponderando illa verba, *veniunt condemnandi*. Primo quia ſi ipſo Iure impoſita eſſet hæc pœna, non dixiſſet, *veniunt condemnandi*, cum iam à lege damnati eſſent. Secun-
253 do quia relatiuum illud, *qui* adiunctum verbo futuri temporis condemnandi conditionem ſignificat ad *Tex. in l. ſtichus qui meus erit de leg.* 1. *vbi Bar. & cæteri omnes Grat. conſ.* 77. *n.* 20. *lib.* 1. quod locum habet etiam cum iungitur
254 verbo modi optatiui, vel ſubſtantiui, *Iaſ. in l. ſtichus qui meus erit num.* 2. *Grat. conſ.* 81. *num.* 11. *lib.* 2.

Tantum agitur abeſt, vt filij hac pœna ipſo Iure afficiantur, vt eorum damnatio ponatur in conditione ſi propter enormitatem delicti condemnabuntur, vt enim dicit, *Iure conſ. in*
255 *l. ſtichus qui meus erit*, relatiuum illud qui reſoluitur in quatenus, & perinde eſt ac ſi dictum fuiſſet, *quatenus ob atrocitatem delicti condemnarentur*, ergò condemnati, ipſo Iure dici nequeunt,
256 quando quidem eorum punitio poſita eſt in
257 conditione futuræ condemnationis. *l. cellere diem de verb. ſignif.* maximè quia ſi pœna ipſo Iure impoſita fuiſſet, non eſſet illa propriè condemnatio, ſed declaratio, vt liquet ex latiſſimè congeſtis, *à Tiraq. in leg. ſi vnquam in verbo reuertatur n.* 400. tritiſſimum autem eſt vnum Statutum ab alio Interprætationem recipere.
258 *l. vtrum de pet. hæred. vbi Ang. l. nam, & poſteriores. ff. de leg. l. ſi ſerui C. de noxal. Inſtit. de leg. Aquil. §. ex hoc autem capit.* 4. *Ruin. conſ.* 15. *num.* 17. *lib.* 3. *cum vulg.*

Quod idem confirmat obſeruantia ſubſecu-
259 ta optima legum, & diſpoſitionum omnium interpres. *l. minimè l. ſi de interpretatione cum ibi, trad. à Doct. de leg. Abb. in c. dilectus de conſuet. Soccin. conſ.* 111. *num.* 5. *& conſ.* 145. *num.* 1. *lib.* 1. *Aret. conſ.* 11. *col.* 3. *ſub num.* 5. *Dec. conſ.* 156. *in fin. Aym. conſ.* 118. *num.* 2. *& conſ.* 201. *num.* 111. *cum alijs cumulatis à Dec. conſ.* 124. *nu.* 20. *lib.* 3. video namq; Iudices, & forſan eoſdem vane ſe geſſiſſe cir-
260 ca punitionem filiorum eorum, qui eiuſdē criminis turbationis Status rei erant etiam in hoc met facto; Franciſcum enim filium Ste-
261 phani, qui filii Stephani erant ii, qui ſimul cum Patre magis atq; acrius quam alij huius familiæ de Republica agebant nedùm condemnauit Prætor in pœnam amputationis capitis, ſed etiam eius filios exilio mulctauit, & & filios, & filias omni ſucceſſione, & legitima debita Iure naturæ priuauit, nec vlla præterea in habilitatis pœna affecit, vt liquet ex illis verbis ibi: *nec non filios, & filias ſi quos habet ipſius delinquentis ab omni ſucceſſione, & parte debita iure naturæ priuamus*, dictio namquam il-
262 la *ipſius* perſonaliſſima eſt, & filios paterna tantum ſucceſſione priuari oſtendit. *Bal. conſ.* 304. *n.* 1. *lib.* 5. *Rip. in l. filius familias §. diui n.* 111. *de leg.* 1. *Tiraq. de retract. conuen. §.* 1. *gloſ.* 6. *nu.* 225.
263 & per dictionem, & quæ ampliatiua eſt *leg. ea tamen adiectio de leg.* 1. priuat etiam legitima, tollit controuerſiam illam difficultatem, an

exclusus à ſucceſſione dicatur etiam excluſus
264 à legitima, in qua quæſtione Doct. admodum variant, vt liquet ex traditis à *Tiraq. de primog. quæſtion.* 55. *Soccin. conſ.* 150. *per tot lib.* 1. maximè ponderando dictionem illam *priuamus*, ſi enim intellexiſſet *Iudex* filios in præfatas pœnas ipſo Iure incidiſſe, declaraſſet eos priuatos, non priuaſſet, vt ſupra etiam dictum fuit.

Et quibus ſatis apparet Iudicem non habuiſſe crimen illud pro tali, quod ſubijceretur pœnis *l. quis quis*, illas namque nemini ex condemnatis pro hoc tumultu, & delicto impoſuit, nec etiam iis, cum quibus ſeuerius
266 egit, vt fuerunt filii Stephani, qui re vera magis erant noxij turbationis ſtatus, ſi ità que per ſententiam non fuerunt paſſiua Teſtamenti factione priuati illi filij, de quibus expreſſa fuit in ſententiis facta mentio; non poſſum imaginari, quomodo velimus illos filios eſſe ea priuatos, de quibus nil prorſus dictum
267 fuit, Franciſcum autem Philippi idem Iudex condemnauit in pœnam amputationis capitis, de filijs nulla facta mentione; Conſilium autem ſupremum Eccelſæ Reipublicæ dicto Vincentio permiſit liberum e xitum è Ciuita-
268 te eumque poſteà ſimul cum nonnullis alijs declarauit rebellem, eumque relegauit, nihilque de filijs decreuit, ex quibus apparet filios modo priuari legitima, modo de illis nullam fieri mentionem, prout Iudici videtur.

Quæ obſeruantia clarior redditur ex ſententia lata à *Conſilio de anno* 1534. contra Ser
269 Andream Mattheum Gramieij, in qua ex cauſa turbationis Status Reipublicę iuxt. formam *Statuti capit.* 61. *lib.* 4. condemnatur in pœnam capitis, & confiſcationis bonorum, filij priuantur legitima, & cum peruenerint ad 14. annum exulare iubentur; Vxores verò declarantur Immunes à dict. exilio, nec illa adijcitur pœna inhabilitatis reſpectu ſucceſſionum ex traneorum, ac ex ſententia *lata* 26. *Octobris* 1543. contra Petrum de Fantinellis,
270 in qua in ſpecie Iudex viſa forma *Statuti cap.* 61. *lib.* 4. condemnat ipſum in pœnam amputationis capitis confiſcationis bonorum, ità tamen quod filij, & filiæ, ſi quæ ſunt, non admittantur ad aliquam ſucceſſionem, & à parte debita Iure naturæ penitus excludantur, quæ ſententia priuat ſolum ſucceſſione paterna, & legitima, alioquin ſuperflua fuiſſent illa verba *à parte debita, &c.* quæ ſtant ampliatiuè *d. leg.* ea tamen adiectio.

Quod manifeſtiſſimè eſſe verum apparet quia in hac, & in ſuperiori ſententia æquè filiæ, ſicut filij omni priuantur ſucceſſione, quod non poteſt intelligi, niſi quoad d. ſucceſſionem paternam quoad aliorum ſucceſſionē ſaltem quoad maternam, nedum filiæ fæmi-
271 næ non parificantur cum maſculis, ſed diuerſificantur in eadem met. *leg. quis quis §. ad filias C. ad l. Iul. Maieſt. vbi Doctor.* imò indiſtinctè filias fœminas eſſe capaces ſucceſſionum ex-
272 tranearum perſonarum ex communi ſententia, à qua in iudicando dicit non eſſe recedendum, affirmat. *Gig. de Crim. Læſ. Maieſt. lib.* 3. *tit. de pæn.*

de pœn. quas filij in cur. quæst. 14. ergò solum in-
telligendæ sunt hæ sententię de omni succes-
sione respectu bonorum paternorum, à qua
273 indifferenter videntur, & filij, & filię ex-
cludi; in alia quoque sententia *lata* 19. *Iulij*
1564. contra Petrum Branzolinum vigore
274 eiusdem *Statuti*, condemnatur reus in pœnā
capitis, & confiscationis bonorum filij exu-
lare iubentur, qui nedum passiua Testamenti
factione non priuantur, sed nec à legitima ex-
cluduntur.

Quæ omnia iudicio meo claro clarius sua-
dent vel *Statutum* illud respectu inhabilitatio-
nis filiorum nunquam fuisse vsu receptum,
sicut non reperitur vsu recepta *l. quis quis*, in
loco aliquo, vt infra dicam, quo casu perindè
est ac si conditum non fuisset, cum leges om-
275 nes conditionem habeant, si moribus vtentiū
fuerint receptæ, vt per *Felin.* latissimè *in cap.* 1.
col. 4. *de treg. & pac.* plura congerit *Dec. cons.* 22.
276 *n.* 20. *lib.* 1. vel saltem ostendunt pœnas ipso
Iure à *Statuto* non imponi, sed pendere totum
hoc ab arbitrio Iudicis, quæ obseruantia nul-
277 lam requirit præscriptionem, sed sufficit de
facto ità fuisse obseruatum *Aret. cons.* 11. *col.* 3.
Ias. cons. 111. *col. fin. Aym. dict. cons.* 207. *n.* 12.

Et hæc obseruantia tanto est maioris mo-
menti, quanto per *Stat.* 16. *lib.* 4. cogitur Iu-
278 dex pœnas à *Statutis* impositas infligere.

Et quando hæc omnia rem claram non ef-
ficerent, prout eam ex istimo clarissimam,
vix credo aliquem reperiri posse, qui neget
saltem dubiā ex his omnibus non reddi, quod
279 nobis sufficit, tunc enim semper fit interpræ-
tatio, vt requiratur condemnatio, & pœna
ipso Iure inflicta non censeatur. *Butr. in dict. c. si
diligenti num.* 25 *de for. compet.* cum alijs supra
adductis, *& Alex. in addi. ad Bar. in l. Imperato-
rem in verf. mox. de Iur. fisc.* copiosissimè, vt
dixi, *Tiraq. in dict. l. si vnquam in dicto verf. rever-
tatur num.* 245. 246. 247.

Quod si in nullo vnquam casu locum ha-
bet, in hoc certè locum sibi vendicare omni-
nò debet, in quo agitur de iniquissima pœna,
& de materia summo. & quidem irrationabili
odio odiosissima, taliter, vt nullibi quod ego
280 meminerim vsu recepta legatur, *Boer enim de
Seditios. in* 6. *præsup. num.* 23. attestatur in Gal-
lia non esse in vsu *Alciat. cons.* 457. inquit, ne-
minem reperiri, qui eam obseruari videret
apud Venetos, qui tenacissimè leges, saltem
eorū Reipublicæ concernentes obseruant es-
se in vsu testatur *Gig. de Crim. Læs. Maiest. lib.* 3.
tit. de pœn quas filij incur. quæst. 23. *num.* 10. Medio-
lani quoque qui Status graues mutationes sæ-
pè passus est, non esse quoque in vsu affirmat
*Clar. in pract. Crim. Læs. Maiest. versic. vnum tamen
non omitto*, & generaliter pœnas prætatas vsu
non esse receptas respectu filiorum testatur.
Ang. in l. falliciter de abolit. quod dictum tan-
quam magni practici notandum esse dicit, *Soc-
cin dict. cons.* 275. *col.* 11. *lib.* 2. referunt *Clar. vbi
sup. Gig. vbi supra* §. 3.

Ex istis tolluntur omnia fundamenta prudē-
281 tissimi *Menoch. d. cons.* 275. qui pro contraria
parte, vt dixi scripsit, contendit enim d. Ia-
cobum vigore supradicti *Statuti* esse incapa-
cem, quod non esse verum ex supra late de-
ductis satis clarè ostensum fuit, contendit
quoque esse incapacem nedum virtute su-
pradictæ extensionis, sed vigore *statuti antiq.
cap.* 61. *lib.* 4. contra *Soccin. d. cons.* 775. *lib.* 2.
ponderando dictionem illam de qua in dicto
282 *statuto*, quæ verificatur in minimo, & ponde-
rando superfluitatem *statuti* eum opus non
fuisset declarare filios non succedere Patri
cum bona patris fisco applicarentur, quæ
ponderationes, & si Viri doctissimi, non ta-
men tanti sunt ponderis, vt auctoritate, &
sententia *Soccini* optimis, & efficacissimis ra-
tionibus munita nos dimouere debeant, vo-
luerunt namque statuentes excludere omnē
modum succedendi ipsi delinquenti, siuè ex
testamento, siue ab intestato, siue directo,
siue per fideicommissum, inquit enim *statu-
tum non admittantur ad aliquam successionem*, non
declarando respectu quarum personarum lo-
quatur, vnde iam intelligendum est respectu
personarum, quarum bona fisco applicaban-
tur, & consequenter respectu paternorum,
si namque aliud sensissent statuentes dixissent
non admittantur ad alicuius successionem, & in sum-
ma ex rationibus *Soccin.* quas transcribere
operæpretium non duxi, clare apparet cor-
ruere ponderationes *Menocchi*, qui *Soccin.*
dicit hanc opinionem intrepide tenendam.
Addo pro hac sententia expendi posse di-
283 ctionem illam; *nec illi nec filij, vel filiæ ad ali-
quam successionem*, quæ dictio est continuatiua
& continuat sequentia retinendo qualitatem
prioris dispositionis, vt benè dicit *Paris. cons.*
111. *num.* 20. *lib.* 1. quæ qualitas erat confisca-
tionis bonorum Patris, nec est multifacienda
ratio superfluitatis vitandæ, super qua se fun-
dat *Menoch.* cum ea vt inquit *Soccin* tollatur
ex quo statuentes cœperunt exclusionem à
successione, quia vt post *Salic.* ipse dicit; po-
terat dubitari, num filij exclusi à successione
intelligerentur exclusi à legitima, ad tollen-
das has difficultates adiecta fuerunt illa verba
expressentia priuationem quoque legitimæ
quod vt dicit *Soccin.* demonstrant subsequen-
tia verba, quibus *Menoch.* non respondet ibi:
*Et in quolibet dictorum casu bona talium delinquen-
tium publicentur, & filij & filiæ non admittantur ad
debitam portionem iure naturæ*, Confirmatur
etiam hoc, quia æque excluduntur filiæ fœ-
minæ, & filii masculi, quod tamen respectu
successionum extranearum contrariatur ex-
presse *l. quis quis* in qua filiæ non ita acriter
puniuntur, vt potè à quibus minus est ti-
mendum, vt supra dixi, quæ verba com-
probant illud, quod paulo ante dicebam, sta-
tuentes ideò post exclusionem à successio-
ne subiecisse exclusionem à legitima, quia
dubitari poterat, an exclusus à successione
à legitima excluderetur, hic namque vbi de-
derunt exclusionem a legitima nullam præ-
tereà de successione mentionem fecerunt.

Non etiam quicquam vrget in contrariū
ponderatio facta super eo, quod in dicto *sta-
tuto* filij in exilium pelluntur; quia hinc infer-
ri non potest filios inhabiles reddi ad succe-
dendum, vt inferius ad aliud propositum la-
tius

tius deducam, quod èxpreſſe demonſtratur
quia tali exilio ſubijciuntur etiam Vxores,
quæ tamen non leguntur in habilitatæ ad
ſuccedendum.

Sed totam hanc difficultatem tollit exten-
ſio deſcripta in d.§.decernentes facta ſtatuendo,
284 non declarando, vt apparet ex illis verbis
ſtatutum ſit cap.ſtatutum gloſ. de haret.in 6. & ex
dictione illa deinceps ſiuamque prius filij
fuiſſent inhabilitati,illa fuiſſet lex declaratiua
285 quæ natura ſua ad præterita trahitur Doct.
omnes in c.fin.vbi Felin.nu.4.de conſtit. dum itaq;
Menoch. vult euitare ſuperfluitatem duorum
verborum reddit ſuperfluam totam hanc ex-
tenſionem.

Reliquum eſt, vt cum ex ſupradictis ſatis
clare oſtenderim d., Iacobo & eius fratribus
neque ius ciuile neque municipale paſſiuam
teſtamenti factionem ademiſſe, oſtendam
redditos non fuiſſet inhabiles per ſententiã
286 latam contra d. Vincentium eorum Patrem
quod facile fiet, ſi quidem vt ſupra probaui,
delictum hoc non fuit per duellionis in Rem-
publicam, cum nunquam egerit d. Vincen-
tius de Patria in ſeruitutem redigenda, nec
de mutanda forma illius Reipublicæ, quo fit
vt per duellionis damnari non potuerit, quã-
uis alias in crimen leſæ maieſtatis incidiſſet,
quod pro nunc inficiari non curo,vnde cum
ſententia exactis declarationem recipiat cen-
287 ſebitur damnatus ex illis capitibus l. Iuliæ
l.aut prætor §.ſi Iudex vbi gloſ.in verbo ex Teſta-
mento ff.de re iud.gloſ.in l.ſi quis ad exhiben. de ex-
cept.rei iud. Alex.conſ.66. col.1. numer.2. verſ.quia
ſententia lib.5. & conſ.81.col.4.num.9.verſ.corro-
boratur 6. lib.3. Aret.conſ.56. col.fin.verſ. ſecundũ
adhuc eſt clarius Alciat. conſ. 445. numer.2. cum
ſimul.

Et quamuis illa Verrina declaratione ha-
bita in ſenatu 12. Iulij 1522. proponens qui
ſummopere exagerauit delictum, illud affir-
met, illos voluiſſe occupare libertatem, ſua
illa propoſitio, & narratio nil probat, niſi
288 quantum exactis deprehenditur.quia nedum
accuſatori,cuius vice ille fungebatur, ſed nec
289 Iudici,niſi quantum oſtendant acta creditur
c.quoniã contra de probat, imo in his, in quibus
verſamur nec quidem aſſertioni ipſius ſu-
290 premi Principis creditur Dec. conſ.544. col.1.
cum alijs de quibus per Gig. de crim.læſ. maieſt.
fol.mihi 399.q.14. lib.3. tit. de rebell. quam opi-
291 nionem reprobata opinione Socini conſ.
266. lib. 2. tenet Rota vt per Mohed. deciſ. 237.
alias 270.

Non etiam obſtat, quod in ſententia ma-
gni Cõſilij lata contra d. Vincentium,& alios
292 dicatur, conſiderata conſpiratione crudeliſ-
ſima infradictorũ contra libertatem, & paci-
ficum ſtatum, qua digni ſunt; Tum quia,vt
modo dicebam in his aſſertioni Principis nõ
creditur; tum quia verba illa æquiuoca ſunt,
potuit enim eſſe crudeliſſima conſpiratio, in
qua actum eſſet de necandis pluribus Ciui-
bus; potuit eſſe contra libertatem, & pacificũ
ſtatum eo quia compellere voluiſſent Po-
pulum ad illam refectionem, quam vacant
taſcarum, & propterea eſſe dignos morte, &
tamen potuit non eſſe talis, vt libertas eſſet
extinguenda,vel mutanda forma dictæ Rei-
publicæ vt pluries ſupra dixi, vt igitur aſſer-
293 tio æquiuoca non concludit l.non hoc vnde leg.
c.in præſentia de probat. quemadmodum enim
ex Paul.de Caſtr. Socc. Veronen. & alijs oſtendi
in Imperatore non concludere argumentum
294 hoc commiſſum eſt crimen læſæ maieſtatis,
contra Imperatorem, ergo filij ſunt inhabi-
les, ità & hic non concludit. factus eſt tra-
295 ctatus contra Rempublicam, & libertatem,
ergo actum eſt de necanda, & extinguenda
libertate,prout neceſſe eſt ad effectum inha-
bilitatis filiorum.

Quod & hic eo facilius eſt admittendum
ex quo hæc ſunt verba enunciatiua, & nar-
296 ratiua ad Calder.conſ.2.de priuileg. Aym.de antiq.
tempor. in prima par. num. 81. 82. quæ verba
enunciatiua etiam vbi probant ad hunc ta-
men effectum debent eſſe clara, & ſpecifica,
non autem generice prolata Oldrad. conſ. 262.
col.11. Paul.de Caſtr.conſ.139.num.5. lib.1. Aym.
qui benedeclarat conſ.29.num.3.& de antiq.temp.in
1.par,num.80. quod prouenit a natura proba-
297 tionis, quæ debet de neceſſitate concludere
& hinc eſt quod in materia probationis,indè
298 finita non æquipollet vniuerſali c. auditis de
præſcript. vbi latè Felin num.24. Aym.conſ.383,n.8
299 quod procedit etiam in probatione inſtru-
menti Purpur.conſ.445.num.41.quæ omnia etiã
ſupra cum de ſtatutis egi, latius deduxi.

Cum igitur probetur, tale delictum ex
quo locus ſit pœnis l. quis quis reſpectu filio-
rum ſi ſententia exactis debet interpretari
ceſſant in hoc caſu prædictæ pœnæ reſpectu
filiorum.

Sed tollitur omnis difficultas quia cum vt
ſupra dixi per ſtatutum in omnem euentum
300 his pœnis filij reorum huius criminis ipſo
iure non afficiantur, cum in ſententia lata
contra d. Vincentium nulla fiat mentio de fi-
lijs, harum pœnarum immunes omnino
ſunt.

Nec obſtat ſi ponderentur verba præfatæ
ſententiæ ibi contra eos habeant locum omnia, &
ſingula ſtatuta, & decreta de rebellibus loquentia,
facilius namque eſt reſponſio; ſi quidem in
decreto,ſiue ſententia illa dictus Vincentius,
& reliqui nominibus proprijs nominantur,
vnde ex illis dictionibus relatiuis eos & eorum
301 quemlibet perinde eſt ac ſi in relatione etiam
proprijs nominibus exprimerẽtur Ruin.conſ.
108.num.3.lib.11. & conſequenter diſpoſitio
302 illa eorum perſonam non egreditur Doct.in l.
gallus §. inſtitutus de lib. & poſthum. Ruin. d.conſ.
108.num. 4. qui de communi teſtatur, huiuſ-
modi enim dictiones eos & eorum nedum rela-
tiuam ſignificationem habent; reſtringunt
enim diſpoſitionem ad perſonas, de quibus
303 ſupra facta eſt mentio Corn.conſ.9.num.7.lib.1.
conſ.103.num.14.lib.1. Rimin. conſ. 118. num.28.
lib,1, Roland.conſ.98.num.20.21. lib.1.& conſ.82.
num.18. lib.11. & nedum faciunt relationem,
ſed vt dicunt noſtris perſonalitatem impor-
tant Roland.conſ.14.num.22.lib.3. Burſat.conſ.52.
num.3a.lib.1.

Quæ opinio comprobatur ex natura ſen-

tentiæ quæ est adeò strictissimi iuris, vt nil
compræhendat præter id quod ex necessario
infertur etiam non habita consideratione pe-
titionis *leg. 1. C. si plur. vn. sent. leg. Paulus 2.*
ff. de re iud. Soccin. cons. 133. col. 11. vers. præterea
dato lib. 1. Alex. cons. 49. num. 1. lib. 7. Ruin. cons. 146
num. 7. lib. 1. nec a iure interpræatationem re-
305 cipiat sententia *Soccin. cons. 18. num. 7. lib. 3.* ha-
beat illum intellectum, quem ex stricta tan-
tum significatione habet, vt per hæc fere
verba dicit *Abb. in cap. dilectus num. 20. de offic.*
ordin. & propterea dicit *Paul. de Castr. cons. 245.*
num. 4. lib. 1. verba sententiæ debere restringi
306 quantum fieri potest salua ratione recti ser-
monis, & limitari ad præcedentia; maximè
quia sententia semper interpræranda est in
308 fauorem condemnati, vt mitius quam fieri
potest cum eo actum censeatur *Aym. cons. 74.*
num. 10. præsertim quando, vt hic, verba illius
309 sunt aliquid operata *Curt. Iun. cons. 179. num. 1.*
nisi itaque velimus in materia tàm odiosa
peruertere omnes iuris regulas, & im-
propriam significationem verborum, com-
pellimur dicere filios in huiusmodi de-
creto, & sententia non esse comprehen-
sos, & profectò si in sententia lata contra
Franciscum Stephani reum huiusmet cri-
minis, qui fassus fuerat tractasse ea omnia,
quæ delictum hoc graue reddebant, filij, de
quibus fit mentio, solum legitima priuantur
non video, qua nam ratione velimus filios
d. Vincentij indistinctè passiua testamenti fa-
ctione priuatos, cum de illis Senatus nullam
tuentionem fecerit.

Maximè, quia licet alias soleat sufficere
declarare commissum esse delictum, vt postea
subintret censura legis punientis, ex quo facti
310 questio iudicio iudicantis relinquitur, nō aut
persecutio pœnæ, *l. 1. vbi glos. in verb. facta ad*
Turpil. & ibi Bar. num. 7. l. ordine ff. ad muni l. de-
curiones C. ex quibus caus. infam. irrog. & ibi Bar. &
Bald. num. 1. & Castr. num. 3. Anchar. in cap. vt com-
missi num. 4. de heret in 6. id tamen solum pro-
cedit, vbi nulla pœna imponitur, sed vbi ali-
qua infligitur à Iudice, illa tantum attendi-
311 tur, nec aliam lex supplet *Bar. in l. quid ergo §.*
pœna grauior num. 21. ff. ex quib. caus. infam. irrog. &
ibi Bal. num. 10. & Paul. de Castr. num. 8. & quam-
uis hoc dictum *Bar.* ibi limitetur à *Fulg. sub*
num. 5. vt procedat solum, quando ex actis
apparet causa quare vna pœna omissa fuit
non applicatur huiusmodi limitatio; Tum
quia in his pro Iudice præsumitur, vt per *Bar.*
312 *in d. §. pœna grauior Felin. in c sicut sub num. 17.*
vers. cæterum dum dixi de re iud. addit. ad Rom. sing.
27. Tum quia satis de causa constat ex quo
contra d. Vincentium non probatur delictū
ita qualificatum, vt illius pœnis subijceretur;
Tum quia statutum pœnas prædictas ipso
iure non infligit, præterquam quod in sen-
tentia clarè non exprimitur, vt supra dixi,
tale fuisse delictum commissum, vt filij sub-
ijci debuerint pœnis *l. quis quis*; idque tanto
magis si considerabimus, Senatum in illo de-
313 creto relegasse d. Vincentium, quod multo
minus est, quam deportare *l. relegati l. inter pæ-*
nas ff. de interd. & reg. de portatorum enim
314 bona confiscantur, & hinc est quod dice-
bantur haberi pro mortuis, eo quia in bonis
315 successorem habebant *l. 1. §. pen. de bon. poss. con-*
tra tab. l. actione §. publicatione ff. pro Soc. relega-
316 torum verò bona, vt infra dicam, regulari-
ter nō publicabantur, & quia deportati Ciui-
317 tatem Romanam amittebant *l. inter pænas ff.*
de interd. & releg. efficiebanturque.... quasi sine Ci-
uitate, & in summa reddebantur peregrini
l. 1. C. de hered. instit. l. 1. §. hi quibus deleg. 3. l. qui
cum §. eis demum de bon. lib. l. quidam ff. de pæn. l. sed
si hac lege §. sed si per pænam ff. de in ius voc. ibi
sed si deportationem ad peregrinitatē redactus sit pa-
tronus Alciat. lib. 1. Parergia. cap. 15. Ottoman. in
dictio in verb exilium, & in verbo deportati & in
verbo peregrini Pratei in verb. deportati & *in verb.*
exilium, & hinc erat, quod passiuam testa-
318 menti factionem amittebat, quia, & pere-
grini illa carebant, pendebat enim à iure
Ciuitatis Romanæ *l. sed si in condicione §. so-*
lemus ff. de hered. instit. & *Igne in l. 3. §. ex stipu-*
latu num. 72. 73. ff. ad Sillan. Clar. in §. testamentum
quæst. 22.

Et hinc deportati dicebantur pati mediam
319 capitis diminutionem, quia Ciuitatem re-
tenta libertate amittebant *Instit. de capit. dimi-*
nut. §. minore siuè media l. fin. ff. eodem tit. Praten. in
verb. deportati; Delegati vero nedum retine-
320 bant libertatem; sed etiam Ciuitatem; & hinc
est quod testamenti factionem passiuam re-
321 tinebant, siue in perpetuum, siue ad tempus
essent relegati *l. relegatorum §. hac est differentia*
ff. de interd. & releg. Ias. in l. 1. num. 1. in 2. limit.
C. de hered. instit. Marant. in l. is potest. num. 117.
118. de acq. hered.

Cum itaque in decreto magni Consilij fue-
rit d. Vincentius, vt expresse ibi dicitur, rele-
gatus, & non deportatus censeri debet
cum verba sententiæ propriè sint intelligen-
322 da, non autem impropriandа ex supradictis
Purpur. cons. 20. num. 7. & cons. 256. num. 12. & in-
telligenda prout sonant *Dec. cons. 43. num. 4.*
cum alijs paulo ante adductis.

Quæ relegatio de consuetudine fit etiam
ad loca releganti non subdita, vt experientia
323 docet, & testatur *Franc. Mar. decis. 39. num. 9.*
lib. 1. Clar. in pract. enim §. fin. q. 25. vers. vide ergo
quandoque.

Cui relegationi non repugnat publicatio
324 bonorum, tum quia licet reprehendantur
sententiæ Relegationis, in quibus pœna con-
fiscationis apponitur, non tamen irritantur *l.*
relegatorum §. hac est differentia cum §. seqq. ff. de in-
terd. & releg. benè declarat *Clar. qui dicit sæpe id*
fieri in §. testamentum q. 22.

Et quamuis in prima parte decreti decer-
natur contra eum habere locum omnia, &
singula decreta, & statuta de rebellibus lo-
quentia, hoc non obstat, quia cum sententia
325 sit ita interpretanda, ne contrarietur, vt de
sententia dicit *Bar. cons. 111. num. 5. Dec. cons. 24.*
num. 100. & cons. 14. num. 20. lib. 1. interpretan-
da est illa pars euentualiter in euentum, quod
relegationem non seruasset, si namque etiam
in loco relegationis offendi potuisset, non as-
secuta fuisset Respublica suum finem; fiunt
326 enim hæ relegationes, vt taliter condemna-

ti

ti degentes longe à Patria illam tutam relinquant *Franc. Marc. d. dec. 359. num. 9. lib. 1.* ſi autem nedùm impune, ſed etiam aſſequendo primum offendi potuiſſet procul dubio ibi non manſiſſet, quia in vno ſicut in alio necari potuiſſet, conſequenter; vt dixi Reſpublica ſuum non aſſequatur finem.

Et quamuis maxima ſit inter noſtros *DD.* controuerſia, an banniti noſtri temporis æ-
327 quiparentur deportatis, vel relegatis ità vt certa regula dari nequeat, vt finaliter concludit *Clar. in d. pract. crim. §. fin. q. 71. verſ. dixi autem ſupra* ſimus tamen nos liberales, & concedamus nedùm bannitis æquiparari deportatis, ſed etiam decretum continere expreſſam deportationem, non propterea ſequitur Vincen-
328 tium paſſiuam Teſtamenti factionem amiſiſſe; id enim eueniebat in Romana Republica, quia non habentes ius Ciuitatis, vt erāt homines latini nominis, & alij multi nil teſtamento Ciuis Romani capere poterant. Et propterea Ciuitate amiſſa mediante deportatione corruebat teſtamenti factio paſſiua, vt ſupra dixi *l. prima C. de hæred. inſtit.* & ibi benè declarat *Salic. num. 2. & num. 5 in fin. & Corn. n. 4. num. 9.* & benè etiam *Fulgoſ. num. 1.* Vnde ſi deportatus fuiſſet aliquis retenta Ciuitate Ro-
329 mana, Teſtamenti quoque factionem retinebat *Salic. in d. l. 1. num. 5. in 6. oppo.* declarat etiā *Igue. in d. l. 3. §. ex ſtipulatione num. 22. 73.* Cum itaque hodie Teſtamenti factio non pendeat a iure vnius, vel alterius Ciuitatis, cum etiam Florentinus Romanum, & Romanus Florentinum, & Lucenſem inſtituere poſſit hæredem, ſed à diſpoſitione iuris communis per deportationem factam ab vna Ciuitate, illa non amittitur. Vnde banniti noſtri temporis retinent actiuam, & paſſiuam Teſta-
330 menti factionem, quamuis poſſint impune offendi *Bar. in Vulg q. 1. Lucanæ Ciuitatis Nell. de bannit. in 1. p. 2. d. temporis q. 5. & q. 37. 38. Marant. in las poteſt num. 119. de acq. hæred.* quamuis etiā
331 bona ſint expreſſe confiſcata, quia confiſcatio non trahitur ad bona futura, ſaltem quando non ſunt effecti ſerui pœnæ, vel per ſtatuta expreſſe redditi incapaces ſucceſſionum, vt benè declarat ſæpè de communi, & vera opinione atteſtans *Clar. in §. teſtamentum q. 19. 20.* vbi aſſerit id procedere etiam quoad bona ſita in Territorio bannientium, ad quē locum ſe remittit *Clar. in d. pract. in crim. §. fin. q. 71. verſ. ſed iam poterit,* & hinc apparet quàm penſatè loquutus fuerit *Menoch. d. conſ. 275.* dū affirmauit perpetuo bannitos excludi à ſuc-
332 ceſſionibus delatis iure cōſanguinitatis, quod verum non eſt per ſupra adducta, citat notata *in l. 1. C. de hæred. inſtit. quæ loquuntur in deportato* quod ius ſuccedendi pendebat à iure Ciuitatis Romanæ, quod hodie ceſſat, vt ſæpius iam ſupra dixi.

Si igitur diligenter percurrantur *Statuta Lucanæ Ciuitatis* non expreſſe bannitis, & rebellibus etiam ex cauſa turbationis pacifici ſtatus prohibitam eſſe actiuam, & paſſiuam Te-
333 ſtamenti factionem, *Statutum enim lib. 4. cap. 22.* ſolum diſponit poſſe offendi, quod non ſufficit per ſupradicta *cap. 25. de execut. ſent. banni*
334 nihil circa hoc ſtatuit, ſicut nec in *cap. 26. de bannitis capiendis, & proſequendis, nec in cap. 26.* vbi agitur de præmio capientium, vel occidentiū aliquem ad pœnam mortis bannitū, *nec in cap. 28.* vbi agitur de præmio conceſſo capientibus rebbelles, *& in cap. 29.* Minus aliquid de hoc dicitur *in cap. 61.* vbi agitur de pœna tractantis contra pacificum ſtatum Ciuitatis, & communis Lucenſis, quamuis enim decernatur in eo deberi reum puniri pœna capitis, & confiſcationis bonorum, ſi tamen non puniatur illa pœna, ſed banno ſubijciatur, non exprimitur illum inteſtabilem reddi, & idem dico de ſtatuto *cap. 61.* non enim dicit, declaratos, & bannitos rebelles teſtamenti factionem non habere, nec etiam hoc diſponitur in Statuto de pœna receptantium rebelles; vt enim dicit *Clar. in d. §. Teſtamentū q. 20. in fine* hæc prohibitio debet eſſe expreſſa
335 maximè quia, & ſi aliqui actus prohibeantur, quia tamen ſunt actus inter viuos, ſub eis non compræhenditur vltima voluntas ad latè congeſta per *Tiraquel. de legib. connub. gloſ. 5. num. 93. per text. in l. mil lites prima in fine ff. de re milit. l. decurio ff. decurio.*

Non obſtat ſi ponderaretur Statutum c. 74. *lib. 2.* in quo forenſes prohibentur in Ciuitate, & diſtrictu illius acquirere bona ſtabilia, & mobilia, & luras tum quia ſtatutum loquitur de forenſi, & aliud eſt eſſe quem forenſem, aliud non eſt Ciuem, poſſunt enim aliqui non eſſe Ciues, qui tamen non ſunt
337 forenſes, vt ſunt Incolæ, Artifices, & ſimiles *Alex. conſ. 34. num. 5. lib. 1.* forenſis enim non dicitur, qui incolatum habet in aliquo loco,
338 ſed dicitur de illo populo, licet non Ciuis ſit ſed aduena vt *poſt Bald. declarat Cagnol. in l. 1. in princ. num. 16. ff. de orig. iur. inter Repetentes in alia impreſſione nu. 24. & voluit Alex. conſ. 75. n. 8. lib. 5.* ad hoc enim, vt quis ſit forenſis opus eſt
339 vt nec ſit Ciuis, nec inde ſit oriundus, nec domicilium, nec incolatum habeat *Dec. conſ. 550. num. 8. & conſ. 661. num. 5.* banniti ergo quantumcunque ius Ciuitatis amittant,
340 originem, quæ eſt immutabilis, non perdunt *l. aſſumptio ff. ad municip. l. originis, & l. fin. C. de municip. & origin. lib. 10. Marſ in rubr. de fideiuſſ. num. 134. Crot. in l. 1. num. 17. ff. ſol. matr. Cagnol. in rubr. ff. de orig. iur. num. 32. inter Repeten.* & propterea forenſes dici nequeunt, & hinc in ſimili ſtatu poſt multos ab ipſo relatos inquit *Decian. conſ. 7. ſub num. 1. lib. 2.* præfato ſtatuto prohibente forenſes acquirere, non ligari mulierem nuptam forenſi, quia licet ſequatur domiciliū mariti, eſt originaria idem *Decian. conſ. 33. n. 5. lib. 1.*

Quod euidentius demonſtratur, quia ſi eſſent mediante banno effecti vere forenſes, nō tenerentur, nec ligarentur ſtatutis illius Ciuitatis, nec pœnis Statutorum tenerentur, cum à pari procedant ſtatutis ligari, & to-
342 rum ſortiri *gloſ. & Doct. in cap. quod clericis de Butr. in rub. de conſuet. num. 7. Soccin. conſ. 14. n. 36. lib. 4. Cuman. conſ. 140. P. layeus nu. 1. Dec. conſ. 283. ſub n. 9. verſ. ad maiorē tamen declarationem Alciat. conſ. 500. n. 7.* cū ſexcentis ſimilibus præſertim hic vbi agitur de penis *Aym. poſtalios cōſ. 918. n. 4*

Tum & secundo quia Statutum hoc non
simpliciter proibet forensibus acquisitionē,
sed quando, illa acquisitio fieret contra Ci-
343 uem, vel aliū de Territorio Lucensi, vt osten-
dunt verba illa ibi *contra Ciuem Lucensem, vel alium de Territorio* valet forensis acquirere
quod argumentum in statutis benè procedit
Doct. in l. 1 ff. de offic. eius vbi Dec. num. 49. quæ
verba cum clara sint ab illis recedendum non
est, vulgata *l. non aliter de leg. 3.* statuta namque
344 tantum disponunt, quantum loquuntur, &
non plus *Bald. in l. testamentum in finalibus verbis*
C. de testam. vbi namque statutum non loqui-
345 tur, cessat illius dispositio *Bald. in l. si furiosi*
num. 1. in fin. C. de nupt. quando enim statutum
loquitur in aliquo casu ad illum dumtaxat
346 restringi debet *l. cancellauerat de his quæ in testā.*
de sent. trad. Aym cons. 236. sub num. 7. maximè in
347 statuto correctorio iuris communis, quod
quando aliquid fuit operatum, restringitur
quantum fieri potest, vt supra etiam latius de-
duxi *l. 2. C. de nox. vbi Bald. & alij* alioquin verba
illa essent omninò superflua, & tamen in sta-
348 tutis nedum tot verba, sed nec syllaba quidē
superflua esse debet, vt per *Aym.* qui plura cu-
mulat *consil. 201. numer. 15.* cum mille simili-
bus,

Quod idem etiam suadetur, nam *d. Statutū*
non prohibet successionē ab intestato sed so-
lum acquisitionem inter viuos, vel per vlti-
349 mam voluntatem, & per ordinationem, quę
fieret per viam vltimæ voluntatis, quo casu
vix credo posse comprehendi successionem
ab intestato, illa namque non est expressa
350 vltima voluntas, sed tacita quædam, cum
defunctus videatur se cōformare cum dispo-
sitione legis *l. conficiuntur ff. de Iur. Cod. extrudit.*
à Ruin. cons. 219. num. 7. lib. 11. est enim lex, quæ
disponit, non autem homo, & in istis statutis
odiosis, & correctorijs verba proprie debent
intelligi per ea, quæ pluries dicta fuerunt.

Nec facit incontrarium, eos fuisse declara-
tos rebelles, cōmisisseque crimen læsæ maie-
statis nam si quis solū relegatus fuisset, dubiū
non est, quin testamenti factionem retinuis-
351 set *d. l. relegatorum §. hac differentia ff. de interdict.*
& releg. maximè quia committentes hoc cri-
men ipso iure dominium suorum bonorum
352 non amittunt, sed necessaria est sententia
condemnatoria, vt de veriori opinione testa-
tur *Gig. late hoc tractans de crim. læs. maiest. lib. 11.*
tit. de pœn. committ. crim. læs. maiest. quæst. 25. in qua
353 confiscatione bonorum non veniunt bona
postea quæsita *l. nam ad ea ff. de cond. & demonstr.*
Nell. in tract. bannit. in 1. par. 2. temp. q. 18. Clar. in
§. fin. q. 78. vers. vlterius, quod procedit etiam si con-
fiscatio sit facta ob crimen læs. maiest. Gig. d. lib. 11.
d. tit. de pœn. committ. crim. læs. maiest. quæst. 2. Clar. in
§. fin. qu. 78. vers. vlterius quæro et ximan. de Cathol.
instit. c. 9. nu. 61.

Et quamuis idem *Gig. eodem lib. & tit. q. 31.*
teneat committentem tale crimen amitte-
354 re testamenti factionem passiuam allegat *l. 5.*
ff. de hered. instit. quæ nihil facit, sed voluit alle-
gare *l. 6. C. eod. tit.* vbi instituto deportato hę-
reditas habetur pro non scripta allegat *l. quis-*
quis C. ad l. Iul. maiest. arguendo à maiori hoc
pacto, filij ob Patris delictum illam amit-
tunt, ergo tanto magis illam perdere debet
ipsemet Pater author delicti *auth. multo magis*
C. de Sacros. Eccl.

Dum igitur argumentatur *Gig.* à maiori in
terminis *l. quis quis* facile ad miserim argu-
mentationem, vt in terminis illius *legis* delin-
quens sit incapax, postquā sunt incapaces eius
filij, sed cum plura supra latissimè ex pluribus
capitibus clarissimè ostenderim non versari
nos interminis *l. quis quis* argumentum non
concludit in omni crimine lęsæ maiestatis, vt
enim supra latius deduxi, non est bona argu-
mentatio, commissum est crimen læsæ ma-
iestatis, ergo filij sunt incapaces, debet ergo
afferri lex loquens indistinctè in omni crimi-
ne læsæ maiestatis tollens delinquenti passi-
uam testamenti factionem, dum namque col-
ligitur hæc pœna arguendo à maiori; solum
procedit argumentum, vbi filij redduntur in-
capaces, sed vbi hac pœna ipsi non afficiun-
tur, vt in hoc casu, non possumus indè col-
ligere. Patrem delinquentem hac pœna ple-
cti debere.

Ex quo tollitur fundamentum, quod fieri
posset super *statuto Lucano cap. 61.* vbi extendi-
tur *l. quis quis* ad tractantes contra pacificum
statum Reipublicæ Lucanæ, si enim statuen-
tes voluerunt, filios esse inhabiles, ergo &
multo magis ipsos delinquentes, quod argu-
mentum, ego admitterem, sed euitatur obie-
ctum, quia supra ostendi, hunc non fuisse ca-
sum talem, qui subiaceat dicto statuto.

Dum postea citat *l. pri. C. de hæred. instit.* illa
loquitur indeportato, qui Ciuitatem amit-
tebat, efficiebaturque peregrinus, & hac
de causa ipso iure amittebat ea omnia quæ
ab hoc Iure Ciuitatis pendebant, vt est Testa-
menti factio passiua, vt patria potestas *§. ius*
autem patriæ potestatis Inst. de patr. potest. vbi doctis-
simè *Pater meus Alciat. lib. 11. dispun. cap. 21. pro-*
pe fin. & cap. 22. & hoc pacto potest procede-
re, quod dicit. *Gig. d. tract. lib. 3. de rebell. qu. 25.*
355 dum inquit rebelles amittere ipso iure ea
quæ sunt Iuris ciuilis, citat enim *l. amissio. 5.*
ff. de cap. dim. vbi amissione Ciuitatis su-
pradicta perduntur, & idem, & per eundem
tex. dicunt *Bartol. in extrauag. qui sint rebelles* in
verbo *rebellando col. pe. Boss. in pract. tit. de crimi.*
Læs. Maiest. num. 20. & nu. 118. & ita intelligen-
di sunt illi, qui dicunt deportatos amittere
ea, quæ sunt Iuris ciuilis *relati à Marant. in d. l.*
15. potest num. 137. & sentit Bal. in d. l. pr. num. 25.
In 5. quæst. C. de hered. instit. Cùm enim supra-
dicta iura antiquitus penderent à Iure Ciuita-
tis vt supra dixi, non mirum si amissa Ciui-
tate, omnia perdebantur, si igitur ob hoc cri-
men aliquis fuisset, vel in perpetuum, vel ad
tempus solùm relegatus retinuisset omnia
supradicta, ex quo retinebat Ciuitatem. Cum
itaque hodie ea, quæ competerent ex disposi-
tione Iuris Ciuilis, non pendeant à Iure singu-
larum Ciuitatum, Ciuitate propria amissa,
& ità declarati hostes ità, vt impune occidi
357 possint; Testamenti factionem tamen, & his
similia non amittunt, vt supra dixi, quia
ab illo Iure Ciuitatis hodie non pendent *Bar.*
in

in extrauag. qui ſunt rebelles in verbo *rebellando*
num. 21. & latius ſupra deduxi. Et quamuis
Franc. Luc. de priuil. Fiſc. in 2.*part. num.* 20. dicat
illum, cui bonis eſt interdictum à lege propter
crimen læſæ Maieſtatis, hæredem inſtitutum
non poſſidere hæreditatem, ſed fiſcum, alle-
gando. *Gloſ. in l. ventre* §. *pri. ff. de acquir. haredit.*
Gloſ. ibi nil de hoc dicit, & dictum ſuum eſt
intelligendum ſecundum alia Iura mediante
te deportatione, qua mediante amittebant
damnati Ciuitatem, à quò Iure Ciuitatis hæc
alia Iura, vt pluries dixi, pendebant.

Nec obſtat ſi prætenderetur, dictum Vincen-
tium fuiſſe effectũ ſeruum pœnę, quaſi quod
fuerit condemnatus in pœnam mortis ex his,
358 quæ tradit *Clar. in* §. *Teſtamentum qu.* 20, quià
ipſemet ſecum affert ſolutionem. In primis
namque hic non legitur expreſſa condemna-
tio in pœnam capitis, & mortis, ſed ſolum de-
clarantur rebelles, ſecundo quia illud intelli-
gitur, quando ſententia eſt lata contra præ-
ſentẽ ſeruatis ſeruandis ſecundũ diſpoſitionẽ
Iuris communis, non contra abſentem ſecun-
dum ſtatuta particularia locorum, hic autem
ſententia nec ſecundum diſpoſitionem Iuris
communis, nec ſecundum ſtatuta lata fuit, cũ
decretum factum fuerit à Magnifico Conſilio
nulla pręcedẽte citatione, nec ſeruata aliqua
iudiciaria tela, & tamen etiam in ſententia
359 Principis neceſſaria eſt citatio. *Clem. paſtoralis*
de re iud. vbi *Doct. extrauag. ad reprimendum* plu-
ra cumulant. *Dec. conſ.* 606. *num.* 11. 14. *Aym. conſ.*
5. *num.* 3. *Alciat. conſ.* 166. *num.* 10. *Dec. conſ.* 23.
num. 8. *cum ſeq. lib.* 1. qui reliquos cumulant,
& cum res ſit triſtiſſima, calamo parco.

Nec facit, quod delictum eſſet notorium
quia non erat notorium, an ex vna, vel altera
cauſa eſſet commiſſum, à quo pendebat tota
vis huius negotij reſpectu inhabilitatis Vin-
centij, & filiorum *Ruin. d. conſ. pr. ſub num.* 3.
lib. 5. Cùm enim reſpectu huius qualitatis
tractatus contra pacificum ſtatum poſſet cõ-
petere defenſio, quod id non feciſſet Vincen-
tius ex cauſa, qua prætendebatur quæ cauſa
non penderet ab animo facientis actum, vt di-
cit *Ruin. d. conſ. pri. ſub. nu.* 3. non poterat eſſe
notoria; Vndè cum competeret, vel cõpetere
poſſet defenſio, ſaltem reſpectu huius quali-
360 tatis etiam in notorio requirebatur citatio
Tex. eſt clarus, & ibi not. Abb. in pen. in c. cum ſit
Romana prope fin. de appell. plura Iaſ. conſ. 86. *n.* 11
lib. 3. *Abb. conſ* 60 *ſub num.* 4. *lib.* 2. *Io. Iacob. Leo-*
nard. inter conſ. Brun. conſ. 14. *num.* 354. *Tiber. De-*
cian. conſ. 23. *n.* 24. *lib.* 1. *qui poſt. Bal. Aret. & Iaſ.*
inquit *nullum eſſe maleficium tam notorium quod*
361 *non poſſit habere excuſationes ſiue occultas, ſiue cir-*
conſtantias, quibus poſſit excuſari. Cum itaq; ſen-
tentia nõ ſit lata ſecundum diſpoſitionẽ Iuris
communis, clarum eſt, quod donec veniret,
(vt dicunt de criminalibus tractantes) in fortijs
Curiæ non dicebatur Vincentius effectus ſer-
362 uus pœnæ vt per *Clar. vbi ſupra.*

Cum igitur dictus Iacobus fundatam habeat
Intentionẽ ſuper regula generali, quẽlibet cẽ-
ſeri habere actiuam, & paſſiuam Teſtamenti
363 factionem, niſi ſpecialiter reperiatur inhabili
tatus *l. ab ea parte de prob. Gloſ. & Doctor. in l. ſi*
quæramus ff. de Teſtam. quia vt ibi inquit *Bal.* ea,
quæ generaliter permittũtur in eſſe dubio pre-
ſumuntur ſicut genus in eſt ſpeciei, pars con-
traria debet clariſſimè hanc in habilitatem
probare; maximè quia in hac materia, quod
mihi in hac cauſa maximi videtur eſſe mo-
menti ſufficit, d. Iacobo rem aliquo modo
dubiam reddere. In dubio namque minus de-
lictum cenſetur cõmiſſum, mitior pœna im-
poſita, & in dubio cenſetur canon ferendæ,
& nõ latæ ſententiæ, vndè mihi videtur de ge-
nere impoſſibilium poſſe reperiri aliquem
Iudicẽ, qui adeò rationibus abſtruat aures, vt
audeat negare rem iſtam, ſi non clariſſimam,
vt ea mihi videtur, ſaltem dubiam eſſe.

Nec poteſt colligi confeſſio aliqua dicti Ia-
364 cobi ex clauſula illa *non obſtante delicto pa-*
terno, de qua in ſupplicatione porrecta Conſi-
lio pro parte ipſius, quia ea intelligitur, quate-
nus obſtaret, maximè quia cum an delictum
paternum ei noceat, vel ne pendeat à diſpoſi-
365 tione Iuris, confeſſio ſua, etiam clariſſi-
ma nil ei officeret, *l. ornamentorum ff. de aur. &*
arg. leg. Corn. conſ. 90. *num.* 44. *lib.* 2. *Roman. conſ.*
260. *num.* 4. *Paul. de Caſtr. in l. vnic. num.* 8. *in fin.*
& num. 9. *C. de confeſſ. Dec. conſ.* 23. *num.* 20. *lib.* 1.
& conſ. 10. *nu.* 85. 88. *lib.* 3. tanto minus ei no-
cere poteſt iſta, quæ admodum incerta eſt
in dubio enim ea ſemper interpretatur in
366 fauorem confitentis *l. ſi quis intentione ambi-*
gua de Iud.

Non etiam poteſt dici inhabilis, & inca-
pax d. Iacobus vigore *ſtatuti cap.* 24. *lib.* 2. quaſi
quod vtinatus poſt bannum dicatur forenſis,
quia cum ſupra oſtẽderim hoc ſtatutum nil
obeſſe, illæ reſponſiones ſufficiunt, quibus ad-
di poteſt d. Iacobum ratione originis paternę,
367 & auitæ eſſe Lucenſem *l. aſſumptio* §. *filius cum*
ibi not. ff. ad municip. vel ſaltem negari non po-
teſt, quin hic ſit quidam caſus mixtus non
368 compręhenſus in ſtatuto correctorio, & odio
ſo loquente de ſimplici forenſe *Doctor. in l.* 11
de verb. ſignif. col. 89. *Aym. conſ.* 176. *num.* 2. alio-
quin (vt dicebam) nec ipſi tenerentur ſtatutis d.
Ciuitatis, ſi omninò forenſes eſſent, ſed vltra
ſupradicta addo, & hoc tam reſpectu dicti
Vincentij, quam filiorum omnem prorſus
difficultatem tollere videtur ſtatutũ huiuſmo-
di expreſſis verbis prohibere voluntarium a-
ctum, quo mediante fit acquiſitio, quo caſu
369 non compræhenditur alienatio, quæ fit per
hæredis Inſtitutionem, vel mediante ſucceſſio-
ne ab inteſtato, quia illa reuera voluntaria nõ
eſt alienatio, ex quo quis in perpetuum vince-
re nequit *Imol poſt Bal. in l. pen.* §. *Fratrem. col.*
fin. de leg. ſecundo Ruin. conſ. 71. *num.* 4. *lib.* 1.

Nec obſtat ſi replicaretur, ſupradicta pro-
cedere, quando prohibita eſt alienatio, tunc
enim intelligitur prohibita neceſſaria, ſed in
hoc caſu prohibita eſt acquiſitio, quæ ſem-
per eſt voluntaria, ſi quidem parum refert, an
verba ſtatuti ſint concepta per modum prohi-
bitionis, alienationis, vel acquiſitionis, qui à
370 prohibito vno ex correlatiuis cenſetur pro-
hibitum, & aliud. Cum igitur prohibita ſit
tantum voluntaria acquiſitio, ergo prohibita
371 eſt etiam ſolum voluntaria alienatio. *Aret. in*

*l. ventre sub num. 7. de acquir. hæred. Tiraq. de re-
tract. lignag. §. 1. Glos. 9. num. 159. cum seq.* Vn-
de cum necessaria acquisitio non subiaceat
dispositioni statuti, non illi etiam subiacet
necessaria alienatio, altoquin per indirectum
nedum voluntaria, sed necessaria quoque es-
set prohibita alienatio, alias illa dictio *vo-
luntaria* proculdubio staret sine aliquo effe-
ctu operandi, quod in statutis esse non debet
vt supra dixi.

Hucusque igitur satisclare ostendi, neq; Ius
ciuile, nec municipale, neque denique senten-
tiam ne dum filijs dicti Vincentij, sed nec ip-
simet d. Vincentio ademisse Testamenti fa-
ctionem actiuam, vel passiuam.

Nunc autem ostendam si aduersarii tam
parum sui amantes futuri sunt, vt conen-
tur defendere supradicta omnia falsa esse, &
quod imò filij fuerint ob delictum paternum
effecti incapaces huiusmodi successionis, hāc
fabam incaput ipsorum cudēdam esse ex quo
satisclare, ni fallor, demonstrabo filios d. Vin-
centij redditos fuisse posteà capaces, patrem
vero aduersatiorum nequaquam.

Nam 19. *Nouemb.* st 531. à supremò Con-
silio fuerunt homines familiæ de Podio repo-
siti in eo statu, in quo erant ante *annum* 1522.
& consequenter ante perpetratum hoc deli-
372 ctum, fueruntque abolita omnia decreta
contra eos lata, de remissione igitur huius-
modi pœnarum ambigi non potest; cum de
potestate magni Consilij vti supremi Princi-
pis in illa Republica nec de voluntate, cum
verba sint clarissima, dubitari queat. Vnde hic
concurrunt omnia necessaria ad perfectionē
actus *cap. super ordinata de preb. Bal. in l. omne
verbum C. cum deleg.* Idque tanto magis quia
22. eiusdem mensis, & anni idem Consilium con-
firmauit supradictum decretum restitutoriū
amplissimis verbis videlicet. *Ita quod cōtraueni-
ri ei nullo modo Iure, modo, vel forma, occasione for-
mæ alicuius statuti non seruata, aut alterius causæ quæ
diù excogitari, aut allegari posset, & valeat, & te-
neat, ac si seruata essent supradictæ omnes solemnita-
tes, vel alia quæcumque requisita ex forma prædicto-
rum statutorum, ac decretorum nostrorum, & supra-
dictis omnibus, & singulis intelligantur, & sint sup-
pleti omnes, & singuli defectus tam Iuris quam fa-
cti, qui in eis aut eorum aliquo interuenissent quibus-
cumque contrarijs non obstantibus* ex qua gemina-
tione, & ex quibus verbis tam prægnantibus
373 de enixa voluntate prædictæ excelsæ Reipu-
blicæ constat *l. Balista ad Trebell. cum simulib.*
præsertim cum totum hoc sit factum de ple-
nitudine potestatis prædicti magni Consilii,
vbi enim cum certa scientia adest hæc cla-
usula supposita potestate concedentis instar
sacrilegij est conari actum illum infringere
374 *Bal. cons. 252. numer. 4. lib. 1.* quæ scientia ter-
giuersari non potest cum ageretur de confir-
matione actus facti ab ipsomet Consilio, & sic
de facto proprio notabili, & recentissimo cū
375 tantum tridui spatium inter vnum, & al-
terum decretum vix intercessisset *l. emptor §.
Lucius ff. de for. compet. Bar. in l. quis fundus §. ser-
uus ff. pro empt. cum simil.* & clausula illa de ple-
376 nitudine potestatis apposita à Principe efficit
vt nil opponi possit, quod annullet actū. *Dec.
post Bal. & Compostel. ab ipsa relat. cons. 498. num.
27. & 656. num. 23. 24.* vt enim post *Innoc. di-
377 cit. Alex. cons. 30. num. 10. lib. 5.* nihil aliud est
vti plenitudine Potestatis, nisi derogare Iuri
communi, seù ordinario, & vt ait *Bal. in l. secun-
da num. 4. in 18. q. C. de serv. & aq.* plenitudo
378 potestatis est plenitudo arbitri nulli necessi-
tati subiecta, nulliusque Iuris publici regulis
limitatæ; sequitur *Andr. sicul. cons. 55. col. 10. cir-
ca med. lib. 4.* plura habentur apud *Decian. cons.
41. num. 18. lib. 1.* neminem autem credo esse
379 in dubium reuocaturum, quin pœnæ *l. quis
quis* remitti possint vt *not. Doct. in d. l. quis quis*
& hinc dubitāt *Doctor.* in filiis, quibus ab Im-
peratore, contra quem commissum erat hoc
crimen remissa fuit hæc pœna, dicantur illico
habiles ad beneficia, & ordines, & concludunt
pro affirmatiua, & quia res hæc videtur cla-
rissima, non immoror.

Quæ decreta suffragantur filiis dicti Vin-
centij, quamuis tūc temporis nati non essent,
idem enim significant hæc duo homines de
Podio, & familia de Podio *l. pronunciato §. fin.
380 cum seq. de verb. signif. Bartol. in l. pe. ff. de prob.
Imol. in l. ex facto §. si quis rogatus col. 6. circa med.
vers. si autem statutum ff. ad Trebell. Andr. Sicul.
cons. 42. col. 13. num. 10. vers. & certum est lib. 1.*
plura *Tiraq. de retract. lignag. §. 1, Glos. 9. nu. 196.*
381 quæ omnia, & his similia sunt nomina col-
lectiua vt per *Tiraq. vbi supra* etiam per *Saccin.
cons. 51. nu. 11. lib. 4.* comprehendentia omnes
etiam posteà nascituros ex dicta familia *l. pe-
culium in pri. de leg. 1.* & ita declarat *Alexand.
cons. 158. numer. 10. lib. 5.* quod *cons.* licet
ibi *ab apostillatore* reprobetur quoad princi-
palem decisionem, non tamen reprobat *Apo-
stillator* assertionem *Alex.* dum affirmat, priui-
382 legium concessum per nomen collectiuum
etiam futuros comprehendere, imò hoc ex-
pressè admittit, sed reprobat principalem de-
cisionem *Alex.* quia illi homines superadditi
erant supernumerarij, & quia conductor pro-
miserat seruare indemnes sexdecim, & sic era-
mus in cōtractu, & propterea non poterat au-
geri ille numerus in præiudicium contrahen-
tis, qui in hoc non consenserat; supradicta
autem assertio *Alex.* verissima est, fuit enim
*Bart. in l. si ita num. 4. ff. de aur. & arg. leg. Imol. in
Clem. fin. sub num. 27. vers. 3. casu principali de re-
seru.* ad quem *Bar.* se remittit. *Bonif. in Clem. fin.
num. 44. de relegu.* benè *Natt. cons. 340. numer. 17.
lib. 1.* Vniuersale enim recipit augumētum,
383 & diminutionem, & semper est idem *l. pro-
ponebatur ff. de iud.* quod confirmant *trad. à Ias.
in l. si stipulatus fuerim §. cum stipulamur nu. 5. vers.
quinto singulariter limita de verb. oblig.* dum in-
384 quit priuilegium, quod debet esse perpetuū,
si nisi futuros se comprehenderet, reducere-
tur ad temporalitatem semper in eo personas
futuras continere, affert multa exempla quæ
apud ipsum videri possunt, quod hic benè
quadrare videntur. Cum enim hominibus
huius familiæ perpetuò fuerint remissæ pœnæ
prelatæ, si remissio, & condemnatio hæc re-
stringeretur ad natos, priuilegium reducere-
tur ad temporalitatem

Cum

Cum præfertim maior fubeffet ratio hoc
beneficio afficiendi nafcituros, quàm natos,
fi quidem illi,& minus peccauerant, & iis,
qui peccauerant perfæpe minus coniungeban-
385 tur; ab horret enim à verifimili, Rempubli-
cam voluiffe delinquentibus aliquo modo,
vel delinquentibus propinquioribus condo-
nare huiufmodi pœnas, & remotiores, &
pœnitus innoxios pœnis huiufmodi irretitos
relinquere. Cùm itaque fubiecta materia hoc
fuadeat, futuri femper comprehenduntur. *Pa-
rif.con. 73. num. 29. 32. lib 4.* maximè quia,
386 quando eadem militat ratio in futuris, quæ
in exiftentibus tempore conceffionis, futuri
comprehenduntur. *Iaf. in l. qui Filiabus num.
13. de leg. 1.* ex quibus Rota alias tenuit, pri-
387 uilegium Referendarijs conceffum ad futu-
ros quoque trahi *Put. decif. 7. lib. 11.* & tollit
omnem difficultatem materia, in qua verfa-
mur, in qua futura femper venire folent, cum
388 agatur de re nemini, nec quidem concedenti
præiudiciali *Dotter. in c. quia circa vbi Abb. de
priuil. Natt. d. conf. 340. num. 22. lib. 11.* bene
faciunt tradita ab *Imola in l damni §. fi ifqui verf.
Item inducitur ff. de dam. infect. & à Iaf. in l. qui
filiabus num. 12. 13. lib. 31. Rub. Alexandri conf. 32
in fine Natt. d. conf. 340. num. 3.* qui omnes affir-
389 mant, priuilegium exemptionis trahi ad fu-
tura, tanto magis trahetur hoc priuilegium,
& beneficium reftituens hos ad priftina Iura;
& primum ftatum, quod fauorabile femper à
390 Doct. folet reputari *Glof. in l. fi vnus §. quod fi
non in verb. redditum ff. de pact. Curt. Iun. conf. 1.
num. 22. Caffa. conf. 66. num. 63. Sarnen, de Iure
quaft. not. 1oll. q. 16. Loffred. conf. 14. num. 63. Ro-
land. conf. 7. num. 121. lib. 1.* præfertim vbi agitur
de remiffione pœnæ odiofæ odio irrationa-
bili.

Non obftat, fi fortè in contrarium allega-
391 retur *Alex. conf. 7. lib. 1.* dum voluit priuile-
gium dicens etiam homines Cafalis renuncia-
runt quædam Iura, intelligi poffede duobus
hominibus, fi quidem illud, quando hoc di-
ctum admittere vellemus, procedit ratione
fubiectæ materiæ, cum ibi verfaretur *Alex.* in
materia probationis, in qua indefinita non
392 æquipollet vniuerfali *Beltr. conf. 112. num. 11.
num. 11. in pri. 2. Couar. var. refol. cap. 15. fub n. 9.
verf. 11.* ex his vt fupra etiā dictum fuit, quod
non applicatur cafui noftro.

Imò cum in hoc cafu hominum, exceptis
rebellibus, comprehenforum fub illa indefi-
nita fit eadem æqua ratio, indefinita æquipol-
193 let vniuerfali, vt per *Didac. in d. c. 15. nu. 9.
verf. quinto ex his,* & latius etiam fupra deduxi,
ratio namque innocentiæ, eo quod vnus pro
alio puniri non debet, affignata in fupplica-
tione, ad quam fe refert decretum, ita militat
vno, ficut in alio.

Minùs obftat, quod à dicta gratia exci-
piantur rebelles, quia tantum abeft, quod id
noceat, vt imò confirmet fupradictam opi-
nionem, cum exceptio firmet regulam in cō-
trarium, clarum enim eft, filios committen-
394 tium hoc delictum rebelles nō effe, quicquid
fit de Patribus, quod ex *l. quisquis,* & ex tradi-
tis a *Bar. in extrauag. qui fint rebelles, in verbo,
rebelles* clarè apparet filijs namque nedum
libertas, & Ciuitas, fed & bona, quæ aliun-
de habuiffent, relinquuntur vt per *Botrigar.
dicta leg. quisquis in fin. Couar. varia refolut. lib.
11. cap. 8. fub num. 4.* præterqam in fine *Gom
difal. de heret. quaft. 22. numer. 2.* apparet etiam
quia licèt forma ftatuti *lib. 4. cap.* bannian-
395 tur, nihilominus eo quia Rebelles non funt
mortuo Patre liberè in patriam redire poffent,
vt poft *Bal. Imol. & alios in l. Titia feu §. vfura
de leg. trad. Marf. in l. fin. num. 26. ff. de quaft. & in
tract. de bann. in verbo homines numer. 1.* & in
verbo *mortui num. 70.*

Et quamuis exceptio trahatur ad cafus fi-
396 miles, & in quibus militat eadem ratio. *Abb.
in c. iurauit num. 3. de probat. Dec. in l. Fæmina nu.
32. cum feq. de reg. Iur. & conf. 55. num. 8. 9. Ruin.
conf. 84. num. 7. lib. 4.* hæc tamen conclufio ca-
fui noftro non quadrat, cum nec cafus fit fi-
milis, nec eadem militet ratio, imò feparati fe-
fima, & diuerfiffima, Rebellis enim nocens eft,
& eius filius Innocens, priuatus fuæ culpæ, fe-
cundus alienę pœnas portat, quia de canta pœ-
nę *l. quisquis* refpectu filiorum dicuntur odio-
397 fiffimæ odio irrationabili vt fupra fatis pro-
batum fuit, itant nullibi ferè legantur vfu re-
ceptę, vt fupra oftendi, ex quo tollitur etiam
aliud fundamentum, quod fieri poffet in veri-
fimili mente concedentis, quafi non fit veri-
fimile, Confilium excepiffe rebelles, & nihilo-
minus voluiffe eorum filijs remittere huiuf-
modi pœnas, quia imò verifimile eft, Rem-
publicā voluiffe fe conformare cum obfer-
uantia totius mundi.

Sed tollitur omnis difficultas ex decreto
facto 28. *Nouembris* 1532. in quo decernitur,
filios Decapitatorum remanere in eifdem ter-
minis, in quibus erant ante fupradictum de-
cretum reftitutorium, ergo, & filij eorum, in
quibus militabant pœnæ *l. quisquis* erant effe-
cti habiles in illo decreto, fi igitur illi filij de-
capitatorum, quibus difficilius pœnæ conde-
mnabantur, vt liquet ex dicto decreto, com-
præhēfi erant in prædicta reftitutione ergo, &
multo magis filij Rebellium, quod autem filii
decapitatorum effent compræhenfi, apparet
manifeftiffimè, dum Refp. in dict. decreto præ-
cipit, eos *remanere* debere in eodem ftatu, te-
neri eifdem pęnis, prout erant ante fupradi-
ctam reftitutionem; fi namque per huiufmo-
39? di decretum tollitur fibi beneficium huius
reftitutionis, fiuè remiffionis pœnarum, ergò
præfuponit ante à beneficium illud fibi fuf-
fragari voluiffe *Alex. conf. 81. num. 5. lib. 5*

Non obftat fi expenderetur verbum *rema-
neant*, quafi quod tunc dictis pœnis teneren-
399 tur, quia dictum verbum vtramque habet
fignificationem, vt fi fint dictis irretiti rema-
neant, fi non fint in illis innodentur *Bar. in l.
prætor in 1. n. 2. ff. de collat. bon. Ang. in l. tale pactum
§. fin. in 1. ff. de pact. Bertr. conf. 298. num. 2. in 1.* &
quod hic fecundam habeat fignificationem
deprehenditur ex illis verbis *in quibus erant an-
te rehabilitationem*, ex quibus manifefte appa-
ret, decretum præfupponere reintegrationem
illis fuffragari, quod fundamentū tollit aliud,
quod obijci poffet, nempe filios non potuif-
fe

se dici homines de Podio ob delictum pater-
num, & ob decreta contra ipsos emanata,
quia ex illo decreto, de quo paulo ante age-
bam, apparet manifestè Rempublicam ha-
buisse eos pro hominibus de Podio, & pro
comprehensis in dicta restitutione, & ratio
est, quia Iura sanguinis vti naturalia immu-
400 tari non possunt *l. Ius sanguinis de pact. l. Iura
sanguinis ff. de reg. Iur.* Banniti namque Iura
401 sanguinis non amittunt, licet aliquos illius
effectus perdant *Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 9
num. 29.* idque tanto magis, quia verba illa
hominum de Podio sunt apposita demonstratio-
nis gratia, vt sciretur, qui nam essent illi, qui
supplicabant, non aut restrictiuè, vt censeren-
tur habilitati solum illi, qui omnes effectus
agnationis haberent, in dubio namque de-
monstrationis causa censentur verba apposita
402 *Bar. in l. fin. §. mense prope fin. de leg. Paris. cons. 10.
n. 36. l. 4. cum mille simil.* alioqui nemini suffra-
garetur, ex quo omnes, & nomine familiæ
à Iure ciuilitatis priuati fuerant, quod absur-
dissimum esset. Accedit in supplicatione nar-
rari decretum contra eos latum, ad quod se
referunt supplicantes, quod dicitur esse in re-
403 ferente verè, & propriè *l. asse toto ff. de hered.
instit. Rip. in l. ait. prator §. 1. de re iud.* Cum itaque
Respublica optimè nouerit illos mediante d.
decreto nomine dictæ familię priuatos, & plu-
res ex illis exilio mulctatos, & nihilominus no-
mine sub collectiuo hominibus de dicta fami-
lia exceptis rebellibus concessa fuerit gratia,
illa concessa fuit, non obstante dicto defectu, &
non obstante, quod virtute primi decreti non
possent vocari de Podio *Egid. decis. 333. Sarnen.
de trien. q. 17.* maximè quia ratio innocentiæ
militat in omnibus, & ità intelligendo exce-
ptio odiosa esset, & regula fauorabilis, quo fit,
404 vt exceptionem strictè, & regulam largè in-
terpretari debeamus, si ab oppositis est bonum
argumentum *Aym. cons. 135. nu. 35.*

Nec hic potest considerari filios nasci ex
radice infecta, vnde excluso Patre debere, &
ipsos excludi, quia regula illa procedit vbi est
eadem ratio in ambobus, secus vbi diuersa;
Vndè si Statutum excludat fœminam non
405 intuitu agnationis, nō censetur exclusus ma-
sculus ex fœmina, quia militat diuersa ratio
*Seysell. in l gallus §. nunc de lege num. 14. ff. de l. &
posthum.*

Nec obstat assertio illa, quod supplican-
tes, & eorum Ante nati semper amarunt li-
bertatem, quod de Rebellibus dici non potest,
quia tollitur hoc ex ratione ibi assignata cōsi-
derando *quanto è graue cosa patir per l'altrui colpe,*
ex quo apparet, supplicantes respexisse ad il-
los omnes, qui non propriè, sed alienæ culpæ
pœnas luebant, & illa verba applicari possunt
Auis, & Atauis, maximè quia exceptio illa
rebellium in primo posita influit in totam il-
406 lam supplicationem *l. qui filiabus ff. deleg. 1.* &
perinde est ac si delictum esset eorum, Maio-
res, & Antenati exceptis rebellibus semper li-
bertatem desiderarunt, maxime cum verse-
407 mur in beneficio latissimè interpretando *l.
fin. ff. de constit. Princip.*

Cum itaque neque verba exceptionis filijs
rebellium conueniant, neque eadem in eis
militet ratio vix credo posse dari coloratam
dubitandi rationem.

Quod decretum proderat dicto Iacobo, &
absenti, & ignoranti, licet secundum aliquos
408 non efficaciter, nisi à die sententiæ *Card. in
prohem. clem. in §. vniuersitatis n. 5. vbi Barbat. §. fin.
n. 28.* maximè cum fuerit concessa gratia sub
nomine appellatiuo hominum de Podio, non
409 sub nomine singularium personarum; quo
casu etiam ignorantibus suffragatur *Barba. vbi
supra n. 48. in fine.*

Non obstat renouatio pœnarum facta 28.
Nouembris 1532. quia ex ea huic familiæ nil
tollitur præter Ius Ciuitatis, rediguntur enim
ad instar forensium, & Comitatinorum, siuè
rusticorum, & eisdem magistratibus subij-
ciuntur, Testamenti autem factio actiua, &
passiua nullo modo tollitur, vt in simili casu
obseruatum fuisse Venetijs testatur *Gig. de cri.
læs. Maiest. d. q. 23. num. 8.* Nec officit quod relati
ad instar forensium virtute *Statuti lib. 81. c. 74.*
succedere non possint, quia huic *Statuto* abun-
dè supra ad aliud propositum fuit satisfactū;
præterquam quod in isto decreto prohibetur
410 sibi acquisitio in via nuncupata *Podio*, ergò
in reliquis non tollitur, sed sibi permittitur fa-
cultas acquirendi *l. cum prator ff. de Iud.*

Cum itaque excipiantur in hoc decreto
solum filij Decapitatorum, remanent reliqui
sub regula, vt sint effecti habiles, & solum
priuati Iure Ciuitatis, cum notum sit, exce-
411 ptionem firmare regulam in contrarium, &
aliquando etiam ampliare, vt si in mandato
excipiatur vnus casus requirens speciale mā-
412 datum, exceptio facit, vt in mandato com-
prehendantur reliqui casus requirentes spe-
ciale mandatum ad effectum, vt exceptio sit
de regula *Gem. in c. qui ad agendum nu. 1. de proc.
in 6. Dec. in l. 1. n. 31. de reg. Iur. vbi Cagnol. num. 36.
Ruin. cons. 60. num. 8. lib. 4. Gozzad. cons. 26. num. 49.*
ex hac igitur exceptione declaratur sub regu-
la remanere etiam filios, qui puniendi venie-
bant pœnis *l. quisquis*, cum ex eis excipiantur
solum filij Decapitatorum.

Nec obstat, si dicatur, istam non esse ex-
ceptionem, sed aliam principalem disposi-
tionem separatam, quasi quod huiusmodi
decretum duas contineat principales disposi-
tiones, vna, in qua priuantur Iure Ciuitatis
omnes de domo de Podio; altera, in qua sta-
tuitur filios Decapitatorum remanere obno-
xios eisdem pœnis, quibus antea tenebantur;
quia nihilominus supradictæ omnes rationes
tollunt hanc obiectionem, cum enim appel-
latione decapitatorum non veniant Rebelles
inspecta proprietate verborū & filij rebellium
non contineantur appellatione filiorum de-
capitatorum, & inter has personas militet di-
uersa ratio, exceptio siuè dispositio hæc de
vno ad alium trahi non debet, præsertim in
materia odiosa; extentio enim non fit, vbi non
413 solum diuersa, sed vbi minor tantum ratio
militat *Aym. cons. 17. nu. 81. & cons. 173. num. 13.*
maximè cum agatur de extensione facienda
414 in materia odiosa de persona filiorum deca-
pitatorum ad personam filiorum bannito-
rum,

rum, quæ extentio de perſona ad perſonam fieri regulariter nō debet *c. ſane de priuil.* etiam
415 ex tacita mente diſponentis *l. ſi quis ita §. pen. ff. de Teſtam. Aret. in l. gallus §. & quid ſi tanti col. 81. de lib. & poſt hum. Rub. Alex. conſ. 31. nu. 5. Abb. conſ. 59. col. pen. circa med. lib. 1. Ias. in l. cum res nu. 81. de leg. 1. Tiraq.* qui alios cumulat *in l. ſi unquam in verb. libertis nu. 28. C. de reuoc. donat. & de retract. lignag. §. 1. gloſ. 9. nu. 18. Alciat. conſ. 86. nu. 3. Nouiz. conſ. 51. n. 31.* affirmans id procedere etiā
416 in materia fauorabili *Cephal. conſ. 279. n. 12. lib. 81. & conſ. 458. n. 66. lib. 3. Roland. conſ. 56. n. 24. l. 3* vbi multa adducit, *& conſ. 83. n. 49. l. 4.* maximè
417 vbi non agitur detrahendo verbum ad ſenſū quem habere poteſt *Cart. Iun. conſ. 183. num. 10. Aym. conſ. 98. num. 13.* verbum namque *decapitatorum* non poteſt ex iuſta interpretatione cōprehendere niſi illorum filios, quibus caput amputatum fuit.

Nec deeſt ratio diuerſitatis, cum Reſpublica ſeuerius egerit cum filijs decapitatorum, quam cum alijs licet forte in omnibus æqualis fuiſſet culpa, neq́ue ratio aſſignata in *l. quiſquis* Timor ſcilicet irritationis, quo ſimul cum
418 ea aderat ſtudium vulciſcendæ necis paternæ, quod deſiderium vindictæ omnibus notum eſt ad quanta homines impellere ſoleat.

Nec dici poteſt, filios Vincentij comprehendi poſſe ſub illis verbis *decapitatorum* quaſi amiſſione Ciuitatis capitis diminutionem paſſi, nam cum vt ſuprà ſæpius dixi pœna *l. quiſquis* reſpectu filiorum ſit odioſiſſima, ſequitur, quod odioſiſſima ſit exceptio, &
419 regula fauorabilis, & conſequenter regula latiſſimè interpretanda, & exceptio ſtrictiſſimè, ſicut fit è contra, quando regula eſt fauorabilis, & odioſa exceptio *Aym. conſ. 135.* alioquin attenta ratione nulli filij comprehenderentur cum omnes ferè de illa familia aliquam paſſi fuerint capitis diminutionem, mediante priuatione Ciuitatis *Inſt. de capit. dim. in princip.*

Comprobatur hoc idem, quia cum amputatio capitis ſit vna ſpecies pœnarum capi-
420 talium *l. capitalium ff. de pœn.* & ab iſto decreto excludantur filij eorum, qui hanc ſpeciem pœnæ paſſi ſunt, non excluduntur alij, quia
421 remota vna ſpecie, non cenſetur remota alia vt declarat *Rimin. conſ. 217. n. 10. 11. 12. l. 31.* vna enim ſpecie expreſſa, non dicitur expreſſa alia
422 *Paris. conſ. 58. nu. 3. l. 3.*

Prætereà quando dictio illa poſſet aſſumi in genere, & in ſpecie pro filijs eorum, qui verè fuerunt decapitati, & in genere pro filijs quorumcumque Rebellium, niſi velimus peruertere iuris regulas, cum ſimus in materia ſummoperè odioſa, debet capi in ſpecie
423 & non in genere *Abb. in c. Rodulphus n. 3. de reſcript. Crot. in rub. ſol. mat. ſub. nu. 64.* verba namque in materia odioſa non intelliguntur in
424 potentiori ſignificatu ſed in eo quod eſt minus *Gem. conſ. 33. n. 9. Dec. conſ. 541. num. 8. & conſ. 542. n. 4.* duplicato *con. 696.*

Non etiam credo referre, quod iſti filij omnes ſint æquiparati virtute *l. quiſquis*, ergò diſpoſitio facta in vno cenſetur facta in alio
425 ad trad. *in l. fin. C. de ind. viol. tol.* quia ex antea dictis tollitur hæc difficultas, ratio enim diuerſitatis inter vnum, & alium caſum tolli hoc obiectum, ad hoc enim vt ſit locus ex-
426 tenſioni neceſſe eſt, vt nulla ratio diuerſitatis aſſignari queat *Pariſ. conſ. 57. nu. 110. l. 3.* Prætereà cum hæc æquiparatio, nec per viam regulæ, nec in omnibus ſit facta, non procedit argumentum, quam vis lex ſimpliciter diuerſos caſus, vel perſonas in aliquo particulari caſu vt in hoc ſub vna determinatione ponat *Alex. in l. gallus §. & quid ſi tantum nu. 13. de lib. & poſthum. Socin. dict. conſ. 257. n. 11. l. 11.* quos ſequitur *Aym. conſ. 205. n. 41. Gamb. de extenſ. n. 159* & ſi ad huc inſtaretur ſatis eſſe diſpoſitionem eſſe factam in eo, in quo ſunt æquiparati, vt videtur velle *Dec. in c. cauſam quæ col. 4. verſ. 13. moderni de Iud.* Reſpondeo iſtos, quamuis in eadem materia æquiparatos, non tamen eſſe in eo, de quo agimus nos, æquiparatos; agimus enim de reintegratione, in qua non reperio factam hanc equiparationem pœnarum
427 vt neceſſe eſſet, ad hoc vt argumentatio illa ab æquiparatis eſſet bona *Iaſ. in auth. nouiſſima ſub n. 38. C. de in offic. Teſtam. & in l. ſi conſtante nu. 29. 30. ff. ſol. mat. & in auth. quas actiones nu. 19. C. de Sacroſ. Eccl. gloſ.* in verb. *declaramus in c. 1. & ibi Gem. n. 7. ne cler. vel monac. in 6.* benè *Pariſ. conſ. 49. num. 83. cum ſeqq. lib. 3.* cum alijs ante adductis.

Et in ſumma vt vno verbo concludam cum verba non applicentur, & poſſit dari ratio diuerſitatis, nō poteſt aliquo modo ex ſupradictis fieri hæc extenſio, maximè cum videamus Rempublicam mitius egiſse cum ipſomet Vincētio, quam cum Franciſco Auo Aduerſariorum: Illi enim caput amputauit, iſti vero liberum exitum à Ciuitate dimiſit, & poſteà tantummodo exulari iuſſit, non ergò mirum, ſimitius quoque cum eius filijs egiſset.

Nec mirum eſt, ſi filios Vincentij inter abſentes non nominauerit, quia cum non eſsent nati; non entis nullæ ſunt qualitates *l. eius qui in Prouinciam ſi erit per.*

Non obſtant clauſulæ, & ſupradicta omnia, & ſingula facta intelligantur non obſtantibus quibuſcumq; decretis, legibus, reintegrationibus de predictis factis in priſtinum prout erant ante *annum* 1532. vigore decreti editi in prædicto magno Conſilio 19. *Nouembris* 1531. cum additionibus, & confirmationibus inde ſecutis, cui decreto cum prædictis intelligitur, & ſit derogatum, & abrogatum, & omnia contrà dictam familiam redacta, prout erant ante dictum decretum, & reintegrationem, excepta ea parte, quæ loquitur de mutatione nominis, quod mutari non poſſit, ac quibuſcumque alijs in contrarium facientibus, de quibus in dicto decreto *anni* 1532. quaſi ex his appareat fuiſse totaliter dictam reſtitutionem, ac pœnarum condonationem abrogatam, & conſequenter neminem hodie ſuper illa tamquam abrogata poſse facere aliquod fundamentum, nam & hoc obiectum tolli poteſt, præ oculis enim eſt habendum in prædicto decreto *anni* 1532. duo virtualiter continere decreta, vnum contra familiam de Podio in vniuerſum, aliud particulare

contra

contra filios decapitatorum. Cum itaque de
filijs Rebellium in particulari nil statutum
fuerit, necesse est, quod vel comprehendan-
tur sub decreto vniuersali facto contra fami-
liam, vel sub illo particulari facto contra fi-
lios decapitatorum, sub isto, vt supra dixi,
non comprehenduntur, ergò sub 1, & con-
sequenter solum Ciuitate priuati reperiuntur
non autem actiua, & passiua Testamenti fa-
ctione, vt supra dixi, vigore itaque primæ
remissionis pœnarum duo consecuti fuerunt
filij isti, & remissionem pœnarum *l. quisquis*
& propterea passiuam Testamenti factionem,
& etiam restitutionem Iuris Ciuitatis; Cum
igitur hoc decretum solum deponat circa
Ius Ciuitatis, remanet remissio pœnarum re-
spectu Iuris succedendi, & tota illa derogatio
428 & abrogatio intelligitur ad effectum præmis-
sorum, & saluis præmissis *Oltrad. cons.* 192.
Aym. cons. 570. *n.* 10. stricta est enim regula, ver-
ba intelligenda esse eo respectu, quo probata
429 fuerunt, et ad illum tantum effectum semper
restringi *Aym. cons. 9. n. 21. & cons. 16. num. 3.* tota
igitur illa derogatio, & abrogatio solum intel-
ligitur ad effectum validitatis huius decreti
priuantis hos omnes Iure Ciuitatis.

Cum itaque per hoc decretum solum fi-
lijs Rebellium adimatur Ius Ciuitatis, rema-
430 net sibi Testamenti factio, quam assequuti
fuerant virtute illius primę remissionis *anni*
1531. Cum enim principalis dispositio huius
decreti non alio tenderet, quam ad excluden-
dos homines huius familię Iure Ciuitatis, ver-
ba illa non obstantia non tamquam executi-
ua non debent ampliare vulg. *clem. 1. de concess.
præben. Roman. consil. 498. numer. 19. Decius
cons.* 784.

Et quamuis procedat vlterius decretum
dicendo, quod omnia contra dictam fami-
liam intelligantur redacta, prout erant ante
dictam rehabilitationem, hoc non obest, quia
totum hoc intelligitur respectu Iuris Ciuitatis
quod familia tota assequuta fuerat vigore d.
decreti, sed cum vigore eiusdem decreti filij
rebellium contra Ius Ciuitatis particulariter
assecuti fuissent Testamenti factionē hanc nō
tollit, quia priuatio factionis Testamenti non
proueniebat ex aliquo decreto facto cōtra di-
ctam familiam; Decretum igitur illud *anni*
1531. tollitur, & abrogatur iudicio meo to-
lum dum contrarietur huic secundo decreto
adimenti hominibus dictæ familiæ Ius Luca-
næ Ciuitatis, ad hunc enim effectum voluit
Respublica abrogare illud, & ad hunc effectū
redigere totam istam familiam, prout erat
ante dictum decretum, sed quatenus dictum
decretum se compatitur, cum isto secundo, nō
tollitur, quod suadetur ex illis verbis, *non ob-
stantibus*, quæ intelliguntur, quatenus obstent,
431 vt benè dicit *Bar. in extrauag. ad reprimen. num. 6.
Aym. cons.* 570. *n.* 9. vt enim dicit *Paul. de Castr.
cons. 21. num. 3. col. mihi 3. videndum est ergo*, quod
Statutum ibi hoc patet, quia si videmus *lib. t.*
clausula derogatoria præcedentibus debet in-
telligi de his quæ omnino sunt contraria, se-
432 quitur *Aym. cons. 70. sub num.* 16. & latius *cons.*
570. *n.* 9. derogatum enim non censetur nisi in
433 quantum expressum est, & necessitas cogit
Aym. cons. 570. *n.* 14. quod probatur ex illis ver-
bis *quibuscumque alijs in contrarium facientibus* ob
dictionem illam *alijs* similia significantem *l. si*
434 *fugitiui de furt. c. sedes Apost. de rescr.* ex quibus
apparet, Rempublicam tantum voluisse ab-
rogare, quæ contraria erant cum prædicto
decreto, non autem ea, quæ cum illo se com-
patiebantur.

Et quando materia esset dubia, benignior
hæc est interpretatio, cum agatur de remis-
435 sione pænæ odiosissimæ; hic enim concur-
runt ambæ species interpretationis, & ea quæ
fit per punctum rationis, & altera, quæ fit
per viam æquitatis *Bald. cons. 411. col. 1. l. 1. Aym.
cons. 136. nu.* 37.

Nec credo ob futurum, si Aduersarii asse-
rere conarentur, pœnas *l. quisquis* locum ha-
436 bere tantum in filijs nascituris, non autem in
iam natis. Contraria namque opinio, & ve-
437 rior, & communior est, quod enim sit magis
recepta, facilè apparebit ex dinumeratione
Doctorum; contrariam enim opinionem te-
438 nuerunt *Cyn. in l. quisquis in 5. quæst. Io. Fab.*
ibidem super verb. *filij Ang. etiam in eodem loco
n.* 5. & hi vt plurimum citantur etiam pro hac
opinione *Petro de Bellaper.* licet malè iudicio
meo (vt infra dicam) eamdē opinionem co-
munem dicit *Alciat. cons.* 467. latè defendit
eum *Incert. Auth de Crim læs. maiest. vers. fuit etiam
aliquando dubitatum* eamdem opinionem in
hæresi, vt pœnæ statutæ contra filios hæreti-
corum locum non habeant contra filios natos
antequam Pater hæreticam labem contrahe-
ret, tenuerūt *Calder. de hæret. cons. 2. quem sequitur
Gemin. in c. 2. §. hæreticis in fine de hæret. lib.* 3. ad
quem videtur etiam se remittere *Franc. in di-
cto c. 8 1. §. inhibemus sub num.* 2. eamdem tenet
*Anan. in c. vrgentis n. 18. de hæret. Tyraq. de primog.
q. 31. n. 4. Præpos. in c. quo Iure col pen in princ. 8. di-
stinct. Io: Cartagien in quodam Concilio q. 7. Oros. in l.
emancipatum ff. de senat.* ambo relati à *Ximanc.
de catholic. Instit. de filijs, & minoribus tit. 29. n.* 23.
qui hanc opinionem latè defendit, eamdem
etiam sequitur *Clar. in pract. crim. §. hæresis vers.
quæro nunc, an pænę, &c.* Contrariam vero opi-
439 nionem, quod imo comprehendantur in
terminis *l. quisquis* filij nati tempore perpetrati
delicti tenuerunt *Petr. de Bellaper. in d. l. quisquis*
licet pro contraria parte allegetur, & malè,
quia, & si dicat, quod nascituris potest no-
cere factum Patris, non autem natis, tamen
subiungit, posset tamen dici contra per istam
legem; sentit igitur manifestè ex *lege* illa puni-
ri etiam natos *Alber. col. 1. in fin. & 2. in princ.
vers. sed numquid hac lex Salic. nu.* 10. idem etiam
vult apertè iudicio meo ibidem *Fulgos. nu. 6.
vers. in glos non valet* vbi dicit, quod licet con-
traria opinio sit humana, verum tamen *Tex.*
ille satis refragatur, ex quibus apparet *Alciat.*
errasse, dum dixit solum *Salic.* contradicere
eamdem tenet *glos. in c. si quis in verbo filij vere
quæst.* 1. quam ibi bene comprobat *Gemin. col.* 2
prope fin. vers. quidam dic. vt per *Præpos. ibidem*
circa finem *vers. glos.* super verb. *filij* eamdem
videtur tenere *Ang. de malef. in verbo, & hai tra-
dito la patria n.* 23. vbi *Arimin. in addit.* dicit *glos.*
in dicto

in dicto c. ſi quis decidit hanc queſtionem in terminis, & hanc opinionem licet priorem ſapiat æquitatem, fortè veriorem dixit *Hell. à ſ. Gemin. de bann. in 1. p. 1. temp. q.* 10. eamdem communem, & taliter veram, vt ſi nullus doctor eam tenuiſſet, omnino ſequenda eſſet, dicit *Claud. Aquen. in l. ſi id quod n.* 14. cum *plur. ſeq. ff. de Iuriſd. omni. Iud.* vbi eam bene defendit eandem etiam tenet *Marſ. de bann. in verb. læſ. Maieſt. n.* 41. vbi citat *Cepol. conſ.* 20. hanc opinionem ſequentem, quem tamen reperire non potui, eamdem ſequitur *Io. de Plat. in §. publica autem inſt. de public. Iud. ſub n. 27. verſ. item habet locum,* ſed tenet *Gundiſ. de hæret. q. 23. nu. 5.* qui ex hoc infert, quod idem ſit in crimine hæreſis, quod idem facit *Repert. Inquiſitorum in verb. filij verſ. ſed quæro an pœnæ prædictæ* eandem ſequitur in terminis Iuris communis circumſcriptis *legibus Regni Couar. var. reſol. l. 2. c. 8. nn. 8. verſ. 2. par. Cald. Gig. de crim. læſ. maieſt. l. 3. de pæn. quas filij incurrunt q.* 5. qui pro hac parte citat *Specul. in tit. de feut. §. 2. verſ. 5. quæro Palazarios rub. de obtent. & retent. Regni Nauarræ in 5. par. §. 8 verſ. 4. obiectio* vbi bene defendit, eamdem tenet *Greg. Lopez ad leges Hiſpan. partit. 7. tit. 2. in l. 2. in* verbo *ſuſijos*, & in crimine hæreſis idem tenuerunt vltra ſupradictos *Galind. in diſp. Regia §. 18.* relatus à *Ximanc. vbi ſupra*, quem inquit *Blar. in §. hæreſis verſ. quæro nunc atteſtari de comm.* eamdem tenet *Alphonſ. à Caſtr. de Iuſt. hæret. l. 11. c. vlt. fol. mihi* 290. & de poteſtate legis pænalis *l. 1. 7. in 2. documento in 1. correl. fol. mihi* 37. quibus omnibus addo *Hoſtien. in c. in quibuſdam de pæn. col. fin. in* verbo *poſteritate* prout eum refert *Gemin. in d. c. ſi quis 6. q. 1. & Io. Andr. ibidem col. pen. prope. fin.* & ibi bene *Collectar. n.* 3. *Ant. Butr. n.* 14. & benè *Anchar. n* 6. & optimè *Card. n. 5. in fine verſ. quæro an filii* qui omnes tenent in terminis illius *Tex* punientis occidentes, vel vulnerantes clericos, & eorum poſteritatem cõprehendi ne dum natos poſt perpetratum delictum, ſed etiam ante; licet verbum *poſteritas*
440 videatur aliquantulum repugnare, quia vt inquit *Anchar. ibi n.* 6. puniuntur eo caſu filij ex delicto Patris, ſicut in crimine læſæ Maieſtatis per *l. quiſquis C. ad l. Iul. maieſt.* hoc idem vult idem *Anchar.* etiam *in c. vbicumque in 1. de pæn. in* 6. vbi quod quando delictum eſt tale, propter quod filij puniũtur ex delicto Patris, verbum *poſteri*, ſiuè *poſteritatis* comprehendit etiam natos tempore perpetrati delicti, vt verba referantur ad intellectum Iuris communis, ex quo apparet, ipſum apertè aſſerere ſecundum diſpoſitionem Iuris communis, quando filij ex delicto patris puniuntur, pœnam habere etiam ſi ij iam nati ſint. Hanc eandem ſi non expreſsè ſaltem tacitè ſenſit *gloſ. in d. l. quiſquis* in verbo *non valet*, vt benè etiam inducit *Aquen. in d. l. ſi ad quod n. 17. de Iuriſd. omn. Iud.* Ex quibus conſtat, hanc opinionem procul dubio, & numero, & pondere *Doctorum* magis receptam, id què tanto magis, quia ex numero tenentium contrariam partem iudicio meo tollendus eſt *Petr. de Bellaper.* Item *Gem. in c. 2. §. hæreti. in fine de hæret. in* 6. quia loquitur ſolum in crimine hęreſis, in crimine autẽ læſę Maieſt. in quo verſamur contrariũ tenet *in d. c. ſi quis 6. q.* 1. vel ſi inter iſta crimina in hoc non eſt differẽtia, cõnumerandus eſt inter Tenentes hanc opinionem, & non illam, quia *in d. c.* 2. loquitur remiſſiuè, non diſputando *in c. vero ſi quis* loquitur diſputando, & firmando hanc opinionem, & eadem ratione tollendus eſt *Franc.* qui ſolum ad *Gemin.* ſe remittit, *Prapoſ.* etiam auctoritas non eſt connumeranda, vel ſi eſt connumeranda ſtat pro hac parte, quia in crimine læſæ Maieſtatis ſequitur hanc opinionem *in d. c. ſi quis* in crimine vero hæreſis in *c. quo Iure 8. diſtinc.* ſequitur *Calder.* Vnde ſi inter hæc crimina nulla eſt differentia facit pro hac parte, *Tiraq.* etiam ſatis per functoriè loquitur non tractando materiam ex profeſſo, prout faciunt quam plures ex his, qui ſtant ab iſta parte.

Quod vero ſit verior apparet ex ipſa *l. quiſquis*; nam cum in principio *Imperatores* ſtatuiſſent morte mulctandum eſſe committentem hoc crimen, ſubiungitur *Filij verò eius*, apparet igitur ex relatiuo illo *eius Soccin. conſ. 252. n.*
441 16. *lib.* 11. referendo omnia cum ſuis qualitatibus *l. à filio §. Teſtator concubiſſe ff. de aliam leg. Bar. in l. 1. de recept. Ruin. conſ. 84. n. 4. l.* 1. cum mille ſimilibus referre Patrem morte damnatum, & capite truncatum, ſi igitur loquitur de filijs Patris iàm occiſi, ergo neceſſe intelligitur de filijs, iam natis, quia poſt ſuſcipiat liberos, ſi poteſt.

Et quamuis *in certis* ille *Author* rideat hoc fundamentum in *d. tract. d. q. 7. n. 6.* quia ſecundum ipſum cardo queſtionis verſatur, an cõprehendantur filij nati ante commiſſum delictum, non ante ſententiam latam, vnde cum coniuratio potuerit diù occultari, potuit interim coniurans ſuſcipere liberos, quod & ſi non negem eueniſſe poſſe, neſcio quem Iuris saporẽ habeat velle reſtringere legem generaliter loquentem ad caſum, qui licet contingere poſſit, id tamen non ſæpè, ſed raro euenit contra *l. nam ad ea de legibus*, quod manifeſtius apparet ex eodem *Tex in §. emancipatio* ſecundum intellectum *gloſ. Imperatores enim*
442 *in eo Tex.* excludunt filios à ſucceſſione Parentum, deindè irritant emancipationes, & alienationes factas in filios poſt conceptum crimen à Patre, quia præſumantur factæ infraudem, non autem eas, quæ ante factæ erant quemadmodum ergò *in illo §. ſubſequenti* habetur in conſideratione diſtinctio, quando quid factum ſit ante, vel poſt delictum commiſſum, & id exprimitur, dicendum eſt, quod cum id ſuprafactum non fuerit ſed generaliter de filijs *Imperatores* loquuti fuerint omnes comprehendãtur *§. ſin autem ad deficientis l. vnic. de cad. toll.* ita enim ſi voluiſsent *Imperatores*, ſciuiſſent diſtinguere in præcedenti caſu, vbi agebatur de re maioris momenti, ſicut diſtinxerant in iſto ſubſequenti, vbi itaque lex illa voluit diſtinguere, diſtinxit, vbi voluit comprehendere omnes, generaliter loquuta fuit, & conſequenter eſt generaliter intelligenda
442 *l. 3. de offic. præſid. l. Imperator ff. de poſtul.* & propterea prudenter dixit *gloſ. in dict. c. ſi quis 6. q. 1.* contrariam opinionem habere iſtum *Tex.* cõtra ſe, quod idem dicit etiam *Fulgoſ. in d. l. quiſquis.*

Secun-

Secundo, expreffa ratione ipfius *Tex.* ibi
paterno enim debeat perire fupplicio in quibus
444 paterni ideft hæreditarij criminis exempla
metuuntur, ratio igitur huius vultionis eft
propter timorem immitationis paternæ, quæ
ratio militat tam in natis ante, quam poftea; educatio enim paterna ità in vno ficut in alio
locum haber, ex quo apparet non effe veram
rationem relatam *ab Ang.* quam *Doctor.* contrariæ opinionis paffim fequi videntur *Infectio 53. fanguinis paterni*, iftam enim rationem
non affignat *Tex.* fed illam, quam fupra dixi
quam rationem etiam affignare forrè Iure
nequiffent *Imperatores* illius *legis* authores, nã
licèt fanguis Patris infectus poffet vt cumque
filijs nocere, vt inde ad aliqua peccata filij inclinationem, & propenfionem quamdam haberent, hoc non eft in peccatis, quæ funt fpiritualia, & ab animo pendent, fed in his, quæ
cum carne comercium habent; crimen autem
hoc cum carne coniurationem non habet,
imò carni repugnat, quia oportet in his fæpè
vigilare, & pati multa, quæ carni valde repugnant, fed proficifcitur à re mere fpirituali,
nempè à fupetbia, nolunt enim talia committentes æquam cum alijs conditionem pati
quod peccatum merè fpirituale eft, vt benè
confiderat *Alphons à Caftr. de iuft. hæret. punit. l. 3. cafu vlt. fol. mihi 280. verf. de hac tamen reuolui in hac parte* ibi prędicta ratio diuerfitatis quod
idem repetit *de poteft. legis pænalis l. 7. c. 7. in 2. docum. in 1. Correl.* & quamuis *Ximan. vbi fupra numer.* 27. affirmet hærefes à carne prouenire
nec effe vitia fpiritualia contra id, quod afferit *Alphonf. à Caftr.* de hoc non puto contendendum, nam quoad crimen læfæ Maieftatis
exiftimo rem effe expeditam, & licet ipfe afferat mores paternos perinde ac alia carnis vitia folere tranfire de Patre in filios, nec militant tam in natis, ante, quam poftea; quia educatio paterna eft ftudium ipfum imitandi, ita
in vno cafu, ficut in alio operari folet.

Non ergo Incapaces funt filij Vincentii,
fed benè talis fuit Philippus Pater Aduerfariorum, qui fuit filius Francifci decapitati, cui
non poteft fuffragari ad hunc effectum tolerantia Reipublicæ, quia cum illa conftiterit
folum in pari, non operatur hanc pœnarum
remiffionem *Ruin. conf. 85. nu. 9. & feq l. 4.* cum
alijs, quæ adducit eruditus *Menoch.* confulens
pro contraria parte *dicto conf. 275. num. 49. cum feq.* quæ egregiè faciunt contra partem aduerfam.

Nec facit fi ponderaretur, Francifcum patrem Aduerfariorum condemnatum obreuelationem tantum, quia falfum eft, fententia
enim vlterius procedit, dicens *quia adduxit gentes ad Ciuitatem caufa conturbandi pacificum Statum*, in eadem ergo, & ipfe naui verfabatur,
& ob eãdem culpam, & delictum turbationis
Status damnatus fuit.

Supereft modo, vt oftendam, tranfactionem, quam obijciunt, ac opponunt dicto Iacobo Aduerfarij nullam, & enormiffimè lęfiuam, & propterea omninò recidendam effe.
Nullam igitur eam effe puto ex triplici capite; primo, quia ei caufam dedit falfa perfuafio
incapacitatis filiorum dicti Vincentij vigore
445 *Statutorum Lucen.* vt in iftis met terminis falfæ
perfuafionis incapacitatis dicit *Bertr. conf. 25. n. 15. 16. l. 7.* quæ falfa perfuafio colligitur manifeftè ex eo, quod fuit afsertum, dd. filios
Vincentij ex difpofitione dd. *Statutorum* fuiffe
incapaces ne dum hæreditatis, vt apparet ex
verbis trãfactionis ibi *Onde per li Statuti di Lucca vengono priui de la fuccefsione, & heredità di m. Giouanni, ma anco del legato particolare.* Quod tamen falfum effe fupra latiffimè oftendi; Cum
enim firmiter crederent filij dicti Vincentij
Statuta fibi obeffe, & hoc falfum fit corruit
446 contractus præfatus defectu confẽfus *Paris. bene conf. 12. n. 96. l. 11. Crot. conf. 296. num. 45.* Vitiat
enim error tranfactionem, ficut cœteros con-
447 tractus, quia tollit confenfum, fine quo illa
fubfiftere nequit *Rim. conf. 102. num. 22. 23. l. 1.*
nemo enim errans rem fuam amittitur *l. fi procurator ff. de acq. rer. dom. l. confenfum. §. 1. de contrah. empt. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glof. 22.* qui
448 namque errat, non confentit *l. fi per errorem ff. de Iuris d. om. Iud. l. nihil confenfus §. non videtur de reg. Iur.* quam regulam pari limitationem
afserit, & bene *Dec.* ibi *in finalibus verbis*, &
449 hinc eft quod errans non ratificat *Bal. in l. 1. n. 19. in fin. C. qui admi. Alciat. conf. 132. n. 13. Grani. Dec. 103. n. 169.* vitiat quoque error conftitutionem dotis qui eft contractus admodum fa-
450 uorabilis *Iaf. conf. 160. n. 2. l. 4.* vitiat renuncia-
451 tionem, & ceffionem *Alex. conf. 89. n. 13. cum feq. l. 81. Dec. cons. 318. n. 4.*

Et in fpecie ob errorem nullam effe tran-
452 factionem afseruerunt *Fed. d. Sen. conf. 199. verf. fed contrariam Soccin. cons. 214. num. 4. l. 6. Paul. de Caftr. in l. de his n. 5. ff. de tranf. Ang. in l. 1. §. 1. ff. quemadmodum Teft. aper. & in l. qui Romę §. duo Fratres de verb. oblig. in 1. q.* & ibi *Alex. in 4. q. Bar. Aret.* latè *fub num. 18. col. 10. verf fciat etiam quod Ang. Ruin. conf. 167. num. 20 l. 8 1. Roland.* qui alios
cumulat *conf. 13. num. 28. verf. 3. refpondetur lib. 1.*

Et errorem hunc dedifse caufam huic tranfactioni liquet ex Inftrumento ratificationis
in illis verbis *volentes quacumque pro earum parte acta gefta, tranfacta, concordata, acconuenta, & promiffa pro vice, & nomine ipforum, & cuiufque eorum tam fibi, & cuiuslibet eorum commoda, & vtilia præfertim attentis obiectis pro parte D. Philippi contra eofdem* ponderando illam dictionẽ
453 *præfertim* quæ reftringit generalitatem vtilitatis ad illam caufam, & rationem *Caffan. conf. 20. num. 18.* & licet non ignorem, dictionem
454 illam effe implicatiuam, & comparatiuam,
& implicare, vt idem fit in cafu contrario
Ruin. in l. gallus §. & quid fi tantum num. 144. de lib. & pofthum. glof. peragm. tit. de his qui temp. diuin. vag. per Ecclef. in verbo *præfertim fol. mi-*
455 *hi* 168. hanc tamen fignificationem dico hic
habere non pofse, quia fublatis oppofitis per
Philippũ nullo modo remanebat contractus
ifte vtilis filijs Vincentij, fed fummoperè
damnofus, cum nihil præter meram damnationem continuiffet, quo fit, vt neceffa-
456 rio improprianda fit, hæc dictio, & exponenda pro *tantum* prout fœpè fit *glof. in c. tuas 1. in verbo præfertim & ibi Abb. num. 5. de firm.*

glof.

gloſ. in c. per venerabilem in verbo *præſertim qui*
filij ſint legit. & in c. illud. 1. 12. *diſtinct.* vbi al-
legat plura iura concordantia *gloſ. in prag. vbi*
ſupra Accedit ſummopere potuiſſe eos errare
in valore bonorum cum ipſi eſſent abſentes,
& numquam bona illa vidiſſent quorum bo-
457 norum, & valoris illorum ignorantiam ha-
buiſſe præſumitur *Dec. in iſtis terminis conſ.* 39.
num. 18. *lib.* 1. præſertim, vt ipſe poſt multos
dicit, ſtante læſione, de qua infra.

Accedit aſſertio illa, in qua dicitur ob dictũ
Statutum, ne dum hæreditatis, ſed illius lega-
ti eſſe incapaces, quod tamen euidenter fal-
ſum eſt, quia Legatum vti legatum alimen-
458 torum ſuſtinebatur, quamuis fuiſsent inca-
paces hæreditatis, & ſucceſſionis *l.* 3. *ff. de his*
quæ pro non ſcript. l. ſeruos vbi *Bart. l. ii cui ff. de*
alim. leg. l. legatum vbi optimè *gloſ. ff. de capit. dim.*
& hinc eſt, quod De portato, & ſeruo pœnę
quantumuis incapacibus in eam cauſam le-
459 gari poteſt per ſupradicta *Iaſ. in l.* 1. *num.* 1. *in*
3. *limit. C. de hæred. inſtit.* quod procedit in
quocunqne incapace, vt per hæc verba dicit
Bal. in l. legatum ff. de capit. dim. & idem in ef-
fectu vult ibi *Alberic.* idem etiam expreſsè di-
cit *Ang. de Gamb. in tract. de teſtam. gloſ.* 45. *nu.*
10. vbi inquit, *& eſt aduertendum quod quilibet*
etiam incapax dicitur incapax alimentorum Ma-
rant. in l. is poteſt nu. 109. *alias* 114. *ff. de acq. he-*
red. Felin. in c. qualiter & quando 2. §. 1. *num.* 27.
28. *de accuſ. Bal. in l.* 1. *num.* 3. *C. qui non poſſ. ad*
liber perueu. Iaſ. in l. ſi victum num. 14. *ff. de re*
iud. Alciat. in l. nihil aliud de verb. ſign. num. 18.
Imol. in dicta l. ſi victum & ibi *Alex. num.* 2. *ff. de*
re iud. Salic. in l. 1. *num.* 6. *in* 7. *oppoſ. C. de hæred.*
inſtit. Iaſ. in l. ex hoc Iure num. 49. *ff. de iuſt. &*
Iur. Duen. reg. 68. *in* 10. *Fallen. verſ. quam opi-*
nionem Ponta de alim. cap. 11. *num.* 15. *Ant. Cor-*
duba de Lara ad l. quis à liberis §. ſed vtrum nu. 4.
ff. de lib. agnoſ.

Huius rei paſſim, & à *Iure Conſultis*, & à
Doctoribus plures aſſignãtur rationes, quod ali
menta ſint Iuris naturalis, quorum Iurium,
460 & deportati, & alij capaces remanent, vt per
Marant. vbi ſupra Item quia hæc alimenta Iu-
461 dicis officio petuntur, quod nullam ſuppo-
nit obligationem. Item quia dicitur natura-
lem habere præſtationem, quæ à Iure ciuili
non infringitur, quia dicitur conſiſtere in fa-
cto, & vt dicit *gloſ. in dicta l. legatum ff. de cap.*
dim. eo quia in illis non conſideratur an poſ-
ſit quis capere ex Teſtamento, vel ne, ſed hoc
tantum factum, an poſſit comedere vel bibe-
rè, & propterea quamuis non ſit capax, &
quamuis maximam capitis diminutionem
ſit quis paſſus, nihilominus conſequitur le-
gatum alimentorum, quod idem dicit *Salic.*
in dicta l. 1. *num.* 6. *C. de hæred. inſtit. in dicta* 7.
oppoſ. qui addit, huiuſmodi relicta ſalutem
462 animæ relinquentium concernere, & pro-
pterea ſubſtineri, aliam pulcram rationem aſ-
ſignat *Bal. in dicta l.* 1. *num.* 3. quod alimenta
463 capit natura, non perſona, quia non cenſe-
tur perſona, ſed quædam natura exuriens il-
la, quæ capit, ſequitur *Felin. in dicto c. qualiter*
& quando 2. §. 1. *num.* 28. quas rationes refert
præfatus Antonius.

Et quamuis ex diſpoſitione *l. quiſquis C. ad l.*
Iul. maieſt. ex bonis maternis relinquantur
464 ſolum filiabus, non autem filijs maſculis ali-
menta *dicta l. quiſquis §. ad filias Ang. conſ.* 257.
num. 5. *Ponta. dicto c. num.* 15. Tamen dum ex
465 eis loquitur de inhabilitate filiorum quoad
ſucceſſionem extraneorum, non loquitur ex-
preſsè de alimentis, vndè cum ſimus in pœ-
na odioſiſſima, & conſequenter ſtrictiſſimè
interpretanda, dici non poteſt, eos redditos
fuiſſe incapaces alimentorum, quorum om-
nes inhabiles capaces ſunt.

Et ſi vellemus in re tàm impia cauillari ex-
pendendo verba illa *ſint omninò egentes*; Reſ-
pondeo, dici egentem illum, qui tantum ha-
466 bet alimenta, dico inſuper illam non fuiſſe
rationem finalem, & propterea licet filij ibi
inhabilitentur, ad ſucceſſiones poſſunt nihilo-
minus ex contractu acquirere etiam à Matre:
Item bona, ſi quæ filius habebat, ſibi non
conſeruntur, & latiſſimè deducit *Pariſ. dicto*
conſ. 69. *num.* 171. *cum ſeq. lib.* 3. Rursùs ſi Ad-
uerſarij fundamentum agerent ſuper illis ver
bis *nihil capiat Teſtamento extraneorum*; Reſpõ-
deo verba huiuſmodi recipere interpretatio-
nem paſſiuam à Iure communi, ſecundum
467 quam & illi, qui nihil capere poſſunt ex Te-
ſtamento, vt ſunt ij, qui ſunt effecti ſerui
pœnæ, & totaliter Teſtamenti factionem
actiuam, & paſſiuam amiſerunt, poſſunt
nihilominus capere ratione alimentorum,
per ſupradicta *l.* 1. *§. lex falcidia* & ibi *Doct. ad*
l. falcid. ſi itaque capaces erant huius legati
de Iure communi, tales erant quoque atten-
to Iure municipali, cum illud, vt ſupra la-
tiùs deduxi, nullam maiorem incapacitatem
inducat, ſed ſolum extendat *l. quiſquis* ad tra-
ctantes contra pacificum ſtatum dictæ Rei-
publicæ Lucenſis.

Quod autem legatum hoc alimentorum
cauſa factum fuerit, facilè comprehenditur,
tum ex qualitate perſonarum, quibus relin-
quebatur, quæ nil habebant præter ſpem
ſucceſſionis in dote materna, quæ adhuc vi-
dua erat, poteratque alteri nubere. Tùm
quia actus cenſetur ſemper factus ex eo ca-
468 pite, & ex ea cauſa, ex qua valere poteſt; fa-
ciens enim actum præſumitur illud facere ad
illum finem; ad quem, & in eo caſu, in quo
valere poteſt *Egid.* bene *deciſ.* 532. *col.* 1. *Rim.*
conſ. 42. *num.* 12. *lib.* 1. quia ſemper fit inter-
pretatio, vt actus valeat, alioquin ineptiſſi-
ma fuiſſet illa diſpoſitio, prudens enim ille
Teſtator voluit Nepotes æqualiter inſtituere
ſi capaces huius ſucceſſionis erãt, ſi autem ca-
paces non erant, ſaltem aliquid pro alimen-
tis relinquere voluit; vndè ſingulis ſcuta
40. annua legauit; ineptè igitur legaſſet Te-
ſtator legando in euentum, quod eſſent inca-
paces, niſi legaſſet ex cauſa alimentorum,
469 cum ex cauſa ſolum legatum ſuſtineretur *l.*
quoties de reb. dub. comprobatur ex *l. legatum ff. de*
capit. dimin. loquente in annuo legato abſque
expreſſione cauſæ alimentorum, annuum
enim legatum cenſetur factum in cauſam
470 alimentorũ *l. cum his § ſi in annis ff. de tranſact.*
& in dubio, quod legatum cenſetur factum

in causam alimentorum, quando ex ista cau-
sa solum substinetur legatum, vt quando fuit
relictum Spurio, licet causa alimentorum ex-
pressa non fuerit, consuluit *Dec. cons.42. num.
27. lib. 11.*

Apparet itàque plusquam manifestè, filios
dicti Vincentij transigentes errasse, quia fal-
sò suggestum fuit miseris istis filijs, & eorum
Tutrici, quæ nec ipsa, nec filij eius patriam
vnquã viderant, saltem ob *Statutum* reddi du-
biam validitatem legati, vt in ipsa transa-
ctione dicitur, dum narrantur prætensiones
Philippi ibi *per statuta Lucanæ Ciuitatis nõ solum
non possint succedere dicto D. Ioanni, sed nec etiam
eis debere scuta* 40. cum igitur euidenter di-
gnoscatur, nihil ibi statui, quo mediante va-
liditas huius legati in controuersiam deduci
posset; clarissimè, & indubitanter conuin-
citur, ipsos errasse, sicuti quando apparet ali-
471 ter contineri in Testamento, quam præsup-
ponerent transigentes, dicitur de errore appa-
rere *Fed. de Sen. cons.199. Soccin. cons. 214. n.
4. lib.11.* cum alijs cumulatè congestis à *Ro-
land, cons.13. num. 29. lib.1.* cum enim error,
vt dicit *Bal. in l. ea quidem col.11. numer.11. de
472 accus.* sit priuatio intellectus per falsam i-
maginationem, falsò ità imaginarunt, &
consequenter errarunt; alioquin nihil aliud
esset hoc, quàm velle imaginari in neces-
sitate positos voluisse, suum Patrimonium,
quod tanti erat momenti, profundere, vt be-
ne considerantur *Ias. cons.160. num.3. cum seq.
lib.4. & Ruin. cons.197. num.19. vers. & quamuis
473 lib.2.* potiùs enim præsumitur fatuitas, & er-
ror in facto proprio, quam donatio prout re
vera fuisset ista *Tiraq. in l. si vnquam in verbo
donatione largitus nu, 206. 207. 208. & de retract.
lynag. §. 36. glos. 11. num. 49. 50.*

Secundò est nulla, quia ars, & dolus Phi-
lippi ei causam dedit artificiosè asserendo,
ipsos, & hæreditatis, & legati incapaces vir-
tute prædictorum *Statutorum*, & dando ope-
ram, vt Matri horum Adolescentium, quæ
omnia gubernabat, affirmaretur, potentiam
Philippi, & eius Amicorum, & Consangui-
neorum fuisse talem in dicta Republica, vt
ipso inuito non solum nil habere possent ex
istis bonis, sed quod nec etiam reuerti pos-
sent in Patriam, vt constat ex literis diuerso-
rum nomine illius præfatæ Matri scriptis, vt
dicit *Rimin. dicto cons. 102. numer.25. cum plur.
seqq. lib.1.* dolus enim incidens in ipsam tran-
474 sactionem, vel ipso Iure, vel ope exceptio-
nis illam annullat *Rimin. dicto cons. 102. num.
24. & num.28.* qui dolus ex illa falsa assertio-
ne, vt ex supradictis circumstantijs satis cla-
475 rè probatur, vt per *Rimin. vbi supra* præsertim
cum ipse permansisset semper in Ciuitate,
sciret quomodo se haberent *Statuta*, sciret
qualitatem delicti, & decretorum in hac ma-
teria emanatorum, sciret quoque qualita-
tem, & quantitatem bonorum, de quibus
controuertebatur, quæ omnia ignorabantur
ab istis vt per *Rimin. dicto cons. 102. num. 32.* si
enim bona fide actum fuisset, ad quod illæ
importunæ persuasiones? ex istis enim affe-
476 ctatis persuasionibus argui dolum dicit *Curt.
Sen. cons.28. in fin. Aym. cons.192.* quem sequi-
tur *Rim. Iun. cons.341. num.36.* plura deducit
Dec. cons.32. num.24. lib.3. ducti ergo iis per-
suasionibus transigerunt, quo casu errasse
477 videntur benè *Bar. in l. non fatetur sub num.6.
ff. de confess.* quem dolum optimè arguit in-
solita illa diligentia, cum tot persuasionibus,
& terroribus *l. si quis sub condaunatione ff. de con-
dit. instit. c. quod super his de fid. Instr. c. si quando
de rescr.* cum mille similibus, interpretatio
enim illarum pœnarum cum minis illis, &
persuasionibus nil aliud sunt, quàm machi-
nationes quædam, quæ dolum conuincunt
478 *Curt. Sen. dicto cons.28. in fine* dolus namque
committitur circa scientem, & volentem,
479 quando calliditate quis seductus, & sollici-
tatus ità vult vt per *Natt. cons.166. num.4.* ma-
ximè stante enormissima læsione, quæ etiam
480 ipsa dolum arguit *Dec. latissimè cons.180. num.
6. & cons.349. sub num.6. vers. secundo principa-
liter Paris. cons.12. num.82. lib.1. Aym. cons.192.
num.8.* non enim præsumitur quis ità voluis-
se iactare suum, nisi dolo, & machinatione
seductus *Aym. dicto cons.192. sub num.8. Tiber.
Decian cons. 39. num.17. lib. 11.*

Et cum transactio inita sit super actione bo-
næ fidei, nempe petitione hæreditatis, quam
481 intentare poterant filij Vincentij *§. actionem
autem quadam instit. de actio l. fin. C. de pet. hered.
in fin.* dolus iste adhibitus in contrahendo
reddit vel transactionem nullam ipso Iure
482 secundum opinionem *Bar. in l. sub prætextu
in secunda lectura num. 2. C. de transact.* quem se-
quitur, & late defendit *Caccialup. in tract. de
transact. q.5.* & quam communem dicit *Bo-
logn. in l. siue apud acta num.64. C. de transact.*
483 vel saltem rescindendam ope exceptionis si
volumus tenere opinionem *Bal. in dicta l. sub
prætextu* quam multi sequuntur, vt per *Curt.
Iun. in d. l. sub prætextu col. fin.* & ibi *Rim. col.*
& ibi *Bolog. vbi supra* satis enim est, vel ope
exceptionis, vel ipso Iure reddi nullam, vt
per *Rim. dicto cons.102. num.24.*

Tertio nulla est dicta transactio ob non ob-
seruatam formam ab ipsis contrahentibus da-
tam, primo, quia voluerunt contrahentes,
584 quod ambæ partes ratificarent huiusmodi
transactionem, & infra mensem præsentarent
Instrumentum authenticum dictæ ratifica-
tionis Magnificis DD. Antianis, & Vexilli-
fero cum expresso decreto annullatiuo ipsius
transactionis in euentum non ratificationis,
& non præsentationis dictorum Instrumen-
torum voluerunt etiam pariter cum expres-
so decreto annullatiuo prædictũ Instrumen-
tum debere confirmari cum capitulis ibi ex-
pressis à magno Consilio infra tempus bime-
stre à die dictæ ratificationis, & Instrumento-
rum præsentationis faciendæ magnificis An-
tianis,

Cum itaque nullibi legatur facta præsenta-
tio prædictis magnificis Antianis, subintrat
clarè pactum resolutiuum dictæ transactio-
nis, quod pactum cum sit conceptum ne-
dum per verba directa, sed expresse sit dictũ,
quod ipso Iure habeatur pro non facto sumus
extra controuersiam, resolutionem illius fieri
ipso

ipſo Iure *Tiraq. de retract. lignag. §.1. gloſ.7.*
num.14. 15. Conar. var. reſol. lib.3. cap.8. ſub
num.2. Lup.ad l.2. C.de pact. inter empt & vend.
num.8.

Et cum hæc præſentatio non eſſet neceſſa-
ria, neque ad actum, neque ad effectum actus
ex quo nolebant partes debere ſortiri effe-
ctum contractum illum, niſi illo à ſupremo
illius Reipublicæ Principe nempè magno
Conſilio, cum prægnantiſſimis capitulis, vt
infra etiam latius ponderabitur, confirmare-
tur, qua confirmatione ſtante præſentatio
illa nullo modo neceſſaria erat, vt dictum
eſt, neque ad actum, neque ad effectum actus,
verſamur propterea in conditione merè
voluntaria iuxtà *Bar.in l. gallus §. & quod ſi tan-*
tum col.1.verſ. contra hoc oppono de lib.& poſthum.
Soccin. Iun. conſ. 102. numer. 367. lib.1. Vndè
ſubintrat tritiſſima, & receptiſſima conclu-
ſio illam adimplendam fuiſſe in forma ſpeci-
485 fica *l. qui hæredi l. Meuius ff. de cond. & demonſtr.*
Et ſi diceretur, ſatis fuiſſe adimpletam æqui-
pollenter, poſtquam Antiani, & Vexillifer in-
teruenniunt in magno Conſilio, facilis eſt reſ-
ponſio, talem conditionem merè volunta-
riam per æquipollens adimpleri non poſſe
486 ad leg. *qui hæredi & dicta l. Meuius de cond. &*
demonſtr. Bar. in dicto §. & quid ſi tantum pen.col.
verſ. contra hoc oppono & ibi *Bal.col.11. Imol.col.*
2. verſ. in eadem gloſ. Caſtren. num.7. Alex. nu.5.
Iaſ. num.22. 23. vbi quod omnes ita tenent
Soccin. Iun. num.50. Galli num.29. vbi de com-
muni teſtatur *Soccin. latiſſimè in l. 1. col. 14.*
verſ.8. notabiliter limita de vulgar. & pupi & ibi
Rip. num.95. cum ſeq. Soccin. conſ. 140. col. pen.
propè fin. verſ. hanc etiam partem confirmo lib.1.
& conſ. 259. col.2. num.2. lib.2. Gozzad. conſ.4.
num.21. 22. Curt. Iun. conſ.89. num.60. vbi de
communi *Rim. conſ.139. num.23. lib.1. & conſ.*
376. num.18. lib.2. Soccin. Iun. conſ.128. n.197.
lib.1. & conſ.100. num.22. lib.3. & conſ.25. nu.
27. & conſ.51. num.17. lib.4. Pariſ. conſ 41. nu.
29. & conſ.74. num.6. lib.3. & conſ.89. num.20.
lib.2. Natt. conſ.624. num.14. Cephal. conſ.284.
num.2.

In huiuſmodi enim voluntarijs conditioni-
487 bus merum tantum factum inſpicitur, & ità
ruditer, prout conceptæ ſunt adimpleri de-
bent *Anan. conſ.22. nu.3. Soccin. Iun. conſ.102.*
num.36. 37. cum ſeq. lib.1. & conſ.180. num.41.
lib.2. Roland. conſ.56. num.22. 23. lib.3.

Et hinc ſi Teſtator ſubſtituit ſub conditio-
ne, ſi deceſſerit hæres ſine filijs de legitimo
488 Matrimonio deſcendentibus dicitur defecta
conditio, licet moriatur cum filiis legitimatis
per ſubſequens Matrimonium, quia non
ſufficit huiuſmodi æquipollentia *Alex. conſ.5.*
ſub num.3. lib.3. Soccin. Iun. latè conſ.12. num.
13. lib.4 Roland. conſ.100. num.34. lib.2.

Quæ omnia eò clarius hic ſibi locum ven-
dicant ob expreſſum pactum reſolutiuum
cum verbis admodum prægnantibus, quod
489 efficit, vt tanto minus conditio poſſit adim-
pleri per æquipollens *Soccin. conſ.259. col.3.*
verſ. confirmantur præmiſſa lib 2. & hæc omnia
locum habent nedum in vltimis voluntati-
490 bus; ſed etiam in contractibus *Soccin. Iun.*
conſ.46. num.23. lib.4. Imò tanto faciliùs in
contractibus quantò difficiliùs in eis extendi-
tur conditio de vno caſu ad alium, quàm in
vltimis voluntatibus *Iaſ. in l.1. num. 6. C. de*
Inſtit. & ſubſtit.

Voluerunt igitur contrahentes ſingulas par-
tes debere præſentare ſingula Inſtrumenta
ſuæ ratificationis Magnificis Antianis, & Ve-
xillifero, & Magiſtratui in particulari,
& inſuper Inſtrumentum, & ſingulas
illius partes confirmari debere à magno
Conſilio vti Supremo Principe, vndè vnum
491 ſine alio ſufficere non poteſt *l. qui hæredi plu-*
res ff. de cond. inſtit. cum præſertim ſingulæ hę
conditiones habeant ſuum particulare pactũ
reſolutiuum; Præſentatio igitur facta magno
Conſilio ſi qua fortè facta ei fuit, facta fuit
ad effectum obtinendi confirmationem, pro
vt obtenta fuit, non autem ad effectum prę-
ſentandi particulariter Inſtrumenta ratifica-
tionum Magiſtratui Antianorum, & Vexil-
liferi, quod ex ipſa ſupplicatione porrecta
magno Conſilio apparet, vndè actus iſte vl-
tra eorum intentionem operati non debet
l. non omni ff. ſi. cert.pet. cum vulg. namque par-
tibus ſatis fuiſſet præſentatio facienda ma-
gno Conſilio quaſi ex illa inferretur præſen-
tatio facienda Antianis, fruſtra requiſiuiſſent
præſentationem faciendam Antianis, ex quo
omninò volebant, quod tranſactio non ſorti-
retur effectum, niſi ſubſequuta confirmatio-
ne magni Conſilij, quod fortaſſe fuit à parti-
bus factum, quia ipſi, qui redacti erant ad
inſtar Forenſium, & Ruſticorum, fuerant ſup-
poſiti illi Magiſtratui in particulari Magnifi-
corum Antianorum, & Vexilliferi, & pro-
pterea illi tanquam eorum particulari Magi-
ſtratui, & particularibus Iudicibus volue-
runt præſentari debere dicta Inſtrumenta
quamuis in illis voluntarijs conditionibus
492 ratio motiua non quæratur *Soccin. in l.1. col.*
18. in 1. verſ. ſed ad iſtas rationes ff. de vulg. Vo-
luerunt etiam præſentari debere magno Cõ-
ſilio vti eorum Principi, vt ab eo confirma-
retur contractus, & conſequenter cum am-
bo hæc voluerint, non habuerunt illa pro
æquipollentibus, & propterea non poteſt
dici fuiſſe conſideratum aliquem effectum,
qui ex illa confirmatione ſubſequutus fuerit
quòd etiam manifeſtè patet, quia voluerunt
tempus bimeſtrè præfixum ad obtinendum
huiuſmodi confirmationem incipere labi à
die præſentationis dictorum Inſtrumento-
rum faciendæ prædictis Antianis ponderan-
do præſertim gerundium illud *faciendum*,
493 quod neceſſitatem importat, vt ſupra latius
deduxi, & in conditionibus voluntas diſpo-
nentium ſit illa, quæ dominatur *l. in conditio-*
nibus de cond. demonſtr. & contrahentes eorum
mentem clariſſimis verbis declarauerint lo-
cus dubitationi non videtur relictus.

Propterea cum iuxtà conuenta in d. tran-
ſactione deberent ſingulæ partes ſingula eo-
rum Inſtrumenta ratificationum præſentare
prædictis Magnificijs Antianis non apparet
magno Conſilio fuiſſe illa exhibita ab amba-
bus partibus, quamuis enim legantur ambæ

partes oratrices, non tamen apparet re vera
ambas partes supplicasse, & facilè fieri potest
solum supplicasse illum Paulum Ioa. Fran-
ceschini, qui agebat nomine filiorum d. Vin-
centij, quia ipse solus accepit postea decre-
tum confirmationis, & tradidit Notario, vt il-
lud insereret in Instrumento transactionis, &
quamuis magna sit difficultas, an rescriptum
præsumatur impetratum ab eo, cuius nomi-
ne cantat, recepta tamen videtur illa opinio,
vt quando modicam, vel nullam requirit im-
494 pensam, non præsumitur impetratum ab eo
Sarnen. de trien. 938. num. 2. & de aona quæstion. 32.
num. 6.

Corruit etiam pariter hęc transactio ex de-
fectu formę non seruatę ex alio capite; Con-
uenerunt enim partes sub his verbis; *Et præ-*
dicta omnia, & singula fecerunt prædicta partes, &
qualibet earum dicto modo, & nomine sub conditione
expressa, quod tunc demum perfectionem habeat præ-
sens Instrumentum, & concordia, & contenta in eo
quando per Mag. & Hon. Consilium Generaliter in-
tra tempus, & terminum duorum mensium proximè
sequutorum à die dictarum ratificationum, & Instru-
mentorum, præsentationum faciendarum Magnificis
DD. Antianis præsens Instrumentū compositio cessio,
renunciatio, & obligatio in omnibus suis partibus fue-
rit approbata, conualidata & approbatum, & conuali-
da um à prædicto Magnifico Consilio Generali per eius
decretum expressè præcipiendo, tam partibus, quam
Iudicibus in Territorio Lucen. obseruantiam conten-
torum omnium in eo, & sublata etiam eisdem potesta-
te contraueniendi de Iure, vel de facto, & Iudicibus
aliter iudicandi potestate ex sua certa scientia. & de
plenitudine potestatis, sub qua conditione dictæ partes
contraxerunt, & conditionaliter contrahere intellexe-
runt taliter quod ratificatione, approbatione, præce-
pto, & aliis de quibus supra non interuenientibus in-
trà d. tempus etiam quod ratificationes partium præ-
fatarum videlicet principalium dd. contrahentium in-
teruenerint præsens Instrumentum habeatur pro non
facto, & sit nullius roboris, & efficaciæ, vel momenti
tam in gratia vtriusque partis, quam cuiuslibet earum
& eorum successorum, & habentium causam ab
eis.

Cum agitur Magnificum Consilium con-
firmauerit hunc contractum per relationem
ad supplicationem, dicendo, *Quod de plenitudi-*
495 *ne potestatis, & ex certa scientia præsentis Magnifici*
Consilij audito prædicto Instrumento compositionis
supradictis supplicantibus intelligatur, & sit conces-
sum in omnibus, & per omnia, prout petitur, & sup-
plicatur, non obstantibus quibuscunq; in contrarium fa-
cientibus. & in supplicatione nō fuerint appo-
sita ea omnia, quæ Instrumento transactionis
fuerant in conditione huius confirmationis,
& inter cętera non fuerit expressa illa clausu-
la, *sublata etiam eisdem potestate contrauenienndi de*
Iure vel facto, subintrat propterea supradictū
decretū irritans clarissimis verbis expressum.
Versamur namque in hoc casu in conditione
voluntaria cum enim in capacitas inducta
496 per *leg. quis quit*, non tollat quin, quis capere
possit ex contractu. *Paris. latè conf. 69. nu. 177.*
cum plur. seqq. lib. 3. remansit voluntaria illa
cōditio, & in omnem euentum, quando con-
firmatio fuisset necessaria ad actum; quod ve-
rum non est, vt supra dixi, qualitates illarum
Clausularū, quas apponi voluerunt in confir
matione contrahentes fuerunt merè volun-
tariæ, non enim erat necessarium ad actum,
vel effectum actus, quod confirmatio seque-
retur infrà duos menses, nec quod illi incipe-
rent à die præsentationis Instrumentorum
Antianis faciendæ, nec quod expressè præci-
peretur parti, & Iudicibus obseruantia, nec
quod tolleretur aliter iudicandi facultas, nec
quod tolleretur partibus facultas cōtraueniē-
di de Iure, & de facto, sufficiebat enim si Con-
silium lecto sibi Instrumento illud confirma-
bat, *cap. 1. & 2. de confir. vtil. vel inutil.* Cum itaq;
quoad hæc conditio fuerit voluntaria, subin-
trat supra firmata conclusio, quod illa debue-
rit impleri specificè, & ruditer, prout conce-
pta fuit, non autem per æquipollens, vt supra
ostendi.

Non obstat, quod vbi est consideratus effe-
ctus etiam in volūtarijs sufficiat æquipollen-
497 tia. *Soccin. in dict. §. & quod si tantum num. 6.*

Tum quia cessat obiectum, quando condi-
tio adimpletur quidem per æquipollens, sed
498 formaliter deficit, vt bene declarat. *Rum. conf.*
81. num. 15. lib. 11. exempli gratia, Testator sub-
stituit aliquem sub conditione, si hæres decess-
499 serit sine filijs, et decesserit cū filio illicò mo-
riente, in effectu ij duo casus æquipollent, ni-
hilominus quia formaliter deficit illa condi-
tio, habetur pro defecta, non autem pro ad-
impleta, ità potest dici in hoc casu cum partes
voluerint ambas istas clausulas apponi, & vna
apposita non fuerit formaliter defuit condi-
tio, licet ergo alia illi æquipolleret, id non
sufficit,

Tum, & secundo, quia cū regulariter non vna
sed plures præsumantur rationes. *Salicet. in l. 2.*
C. de noxal. Gozzad. conf. 104. num. 19. non possu-
mus esse certi, quid nam præ oculis habue-
rint contrahentes, maximè cum in istis con-
ditionibus, vt dicit. *Soccin. vbi supra*, non ha-
500 beatur in consideratione ratio motiua, &
hinc fundamentum quod idem resultet effe-
ctus in istis conditionibus voluntarijs, vocat
fragile. *Natt. conf. 636. numer. 25. & conf. 678.*
num. 18.

Tum, & tertio, quia cum in istis voluntas
401 disponentium sit illa quę dominatur. *l. in con-*
ditionibus, de cond. & demon. & contrahentes v-
tramque clausulam expressis verbis voluerint
apponi, si secundum eorum sensum habuis-
sent vnam pro alteri æquipollente, vna con-
tenti fuissent, maximè ponderando dictio-
nem illam, & quæ copulat æque principali-
502 ter leg. *reos §. & cum inhabilis de duobus reis Grat.*
conf. 37. n. 6. lib. 11. nec sufficit vnum sine alio
l. si hæredi plures de cond. inisti Cow conf. 70. num. 1.
cum simil. Cum igitur ipsi pro æquipollenti-
503 bus non habuerint, & res hæc secundum eo-
rum intentionem diuidenda sit, clarè sequi-
tur, vt Iudex non possit dicere eas æquipol-
lere, ex qua mente, & voluntate contrahen-
tium clarissimè tollitur, quicquid in contra-
rium imaginari potest, maximè quia in istis
conditionibus non procedit argumentum si
504 disponens fuisset interrogatus ità disposuisset

Dec.

Dec. bene conſ.39.col. pen. benè etiam declarat.
Gab.conſ 111. num.12.

Neque fieri poteſt quoad hoc aliquod fun-
505 damentum ſuper Clauſula ſupplentes; Tum
quia illa reſtricta eſt propter illam dictionem
in ciò dicendo ſupplendo in ciò; Tum quia cum
clauſula tollens, facultatem contraueniendi de
iure, & de facto requireretur expreſsè ex vo-
506 luntate contrahentium Clauſula ſupplentes,
non ſupplet hunc conſenſum. Abb.in capit.1.
num.vltimo de confir.vtil. vel inutil. Sarn. in compendio ſignat. num.22.

Sicut non credo poſſe fieri difficultatem
ſuper impoſſibilitate conditionis vti penden-
507 tis à voluntate Principis; Tum quia potius
difficilis, quam impoſſibilis dicitur. Coſt.Select.
interpret.lib.1.cap.8.num.13. Tum quia in con-
508 tractibus conditio impoſsibilis vitiat, & non
vitiatur §. impoſſibilis vbi Ang. & alij Inſtit. de
inutil.ſtipul.

Non obſtant ſolutiones poſteà factæ, quia
ſi pro illis datur repetitio. l.ſub conditione ff.de
cond.in deb.cum ſimil. clarum eſt, eas non poſſe
operari ratificationem, vel receſſum à con-
ditione, maximè quia cum ex contractu con-
509 ditionali non oriatur neque actio neque ob-
ligatio ante purificatam conditionem. l.cedere
diem vbi Alciat.de verb.ſignificat. ſolutio, obliga-
nem inducere non poteſt. l.cum fidem C.de non
n.pecun. Bar. qui benè declarat, in l.ſi certis annis
col.fin.verſ.opp. de l. cum fide C.de pact. & etiam
ibi bene Coru.col.1. in princ. Alex.num. 6. Curt.
Iun.num.18.

Nec poteſt hæc ſolutio habere vim adem-
ptionis conditionis, habemus enim Tex. in l.
quoties §.ſed ſi id ſub conditione ff.de donat. ex quo
apparet, non ſolum, non ſufficere ſimplicem
510 ademptionem conditionis, ſed non puram
ſtipulationem, ſi namque eſſemus in pacto
in continenti appoſito, tunc pura eſſet obli-
gatio, quia diuerſitas illicò placuiſſet, vt de-
clarat, Bar. in leg.lecta num.24 ff. ſi cert.pet. ſed
cum ſimus in actibus factis ex interuallo
non poſſumus dicere diuerſitatem illicò pla-
cuiſſe, nec etiam informatam, vel reformatā
fuiſſe obligationem ex conditionali exiſtente
contractu, nulla orta eſt obligatio, quæ in-
formari, vel reformari poſſit, Bar.in dict.l.lecta
num.24.25.26.ff.ſi cert.pet. & ibi Iaſ. ſub num.23.
col.15.verſ.in eadem gloſ. & Purpur.numer.80.81.
Cagnol.num.128.185. & propterea neceſſe eſt,
vt obligatio ex iſto ſecundo actu oriatur, &
ideò neceſſaria eſt renouatio ſtipulationis Curt
Iun.in dict.l.lecta n.38. Cagnol.num.184. maximè
quia ſolutiones præſupponunt præcedentem
511 obligationem, ſoluens enim ſoluit animo
diſſoluendi obligationem, non autem ſe obli-
gandi.

Et ſi dicatur ſaltem ex iſta obſeruātia con-
ſtat contrahentes habuiſſe hanc conditionem
pro adimpleta, quæ obſeruantia ſolet eſſe ma-
512 gni momenti ad declarandam mentem Con-
trahentium ad l.ſed Iulianus §. per inde ff.ad ma-
ced. dupliciter reſpondeo, primo, quod non
conſtat de ſcientia filiorū Vincentij quomo-
do ſe haberet hæc confirmatio, cuius, præſer-
tim cum eſſent abſentes ignorantiam habuiſ-
513 ſe præſumuntur, niſi probetur ſcientia l.ve-
rius de prob. Secundo reſpondeo, quicquid ſit
reſpectu ſoluentis, reſpectu recipientis ſolu-
tionem ex receptione non induci aliquam ap-
514 probationem contractus, quia ideo recipit
quis vt minus perdat. Innoc.in c. ſuper hoc nu. 2.
in fine de renun. vbi Io.Andr. propè fin. in verbo ſu-
per ſpoliatione, & Aut.de Batr.ſub nu.12. & benè
declarat. Bur.in l. ſi per uim num.2. C. de his quæ
uei.cau. vbi Paul. de Caſtr.num.2. & Alex.pariter
num.2. qui de communi teſtatur Bart. conſ.4.
num.35. 36. in 1.par.3. lib. Cum igitur ex iſto
actu non poſſit inferri aliqua approbatio
contractus, non poteſt dici ad fuiſſe obſer-
515 uantiam, quia obſeruantia hæc aliam cau-
ſam habere poteſt vt per Innoc. in capit.
olim. 2. in fine de reſtit. ſpol. Soccin. conſ.220.
num.11. Aym.conſ.680.num.4. maximè hic vbi
conſtat vndè emanauit hæc obſeruantia, il-
516 lamque fuiſſe erroneam Aym.d.conſ.680.n.25.
Cum itaque vt ſupradictum eſt, obſeruantia
hęc potuerit habere reſpectu ſaltem filiorum
Vincentij aliam cauſam, quam obſeruantiam
& approbationem contractus, receptio cenſe-
bitur facta ex iſto capite, vti magis veriſimili,
517 quia ità faciendo non renunciabant iuri ſuo
Marſ.conſ.104.num.34. in actibus enim æqui-
uocis actus cenſetur factus, prout magis ex-
518 pedit facienti. Coru.conſ.338.in 1.num.5.verſ.in
ſuper etiam lib.1. Rom.Iun.conſ.421.num.22. Aym.
conſ.106.num.9. actus namquam iſte recipien-
di huiuſmodi ſolutiones indifferens eſt ex quo
poterat fieri animo obſeruandi concordiam,
quatenus eſſet valida, & quatenus non eſſet
talis animo minus perdendi, vt ſupradictum
eſt ex huiuſmodi actu indifferenti nunquam
519 oritur præſumptio tacitæ voluntatis. Soccin.
conſ.24.num. 46. lib.1. quia præſumptio oriens
ex facto non extenditur vltra quam actus ne-
520 ceſſario infert. Iaſ.in l. qui Romæ §.duo fratres
num.53.de verb.oblig. Natt.conſ.77.num.14. lib.1.
& conſ.501.num.59.lib.3. Cum igitur receptio
hæc neceſſario non arguat obſeruationem
concordiæ nō purificatę, ex iſto actu non po-
teſt dici hæc pręſumptio, ſicuti videmus ex
521 actu, qui poteſt ſe habere ad variabile, & ad
permanens, non oriri pręſumptionem certam
de præſenti in futurum. Capr.conſ.145.num.18.
Bal.in l.Spadonem §.fin.verſ. quædam ſunt quæ ha-
bent ſe ff.de excu.tut.

Ex quibus omnibus apparet obiſtas rece-
ptiones ratificatam nō fuiſſe prædictam tran-
ſactionem, & purgatum errorem, ratificatio
enim, & approbatio nō inducitur niſi ex actu,
522 qui illam neceſſario inferat, & qui non poſ-
ſit fieri citra ratificationem. Ruin.conſ.71.n.10.
lib.1. Aym. poſt Soccin. quem allegat, conſ.197.n.
12. & conſ.618.num.9.

Vltimo quando omnia ceſſarent, venit hęc
tranſactio omninò ex capite enormiſſimæ, &
vt ità dicam, impudentiſſimæ lęſionis reſcen-
523 denda, & ſi enim multi aduerſus Bar. volue-
rint remedium l.ſecunda C.de reſcind.vend. ceſ-
ſare in tranſactione; Tamen verior eſt opinio
quod illa quoque reſcindatur, quando adeſt
524 læſio etiam inſpecto dubio euentu litis. Corn.

conf.666.col.3.lib.1.& conf. 27.num.6.lib.1. Gabr.
qui ità conciliat *Opin.de empt.& vend.conclus.1.*
num.69. latissimè *Pinell.add.l.* 11.*in 1.par.cap.4.*
nu.12.cum pluribus seqq. vbi cęteros plenissimè
cumulat,& licet soleat esse difficilis hæc pro-
525 batio, non est tamen impossibilis, cum iura
passim admittant æstimationem euentus. *leg.*
propter spem ff.famil. Ercifcun. ibi:*Nisi tantum æsti-*
*matus fuerit dubius euentus,*bonus *Tex.in l.propter*
spem in quantitate §. magna ff. ad leg. falcid. ibi:
Sed & hoc Iure vtimur quanti ea spes obliga-
tionis venire posset. Videmus namquam re-
medium *l.secunde,*habere locum etiam in ven-
526 ditione spei,quę æstimatur,quanti communi-
527 ter talis spes vendita fuisset. *Anchar.in cap.cum*
causa num.15.de empt. & vend. & ibi Imol.in fine
sub num.21. benè *Cagnol.in leg.2.num.174. C.de*
rescind. Tiraq.de legib.connub.glos.11.n.38.Pinell.
vbi supra sub num.16. & vt plurimum ista pen-
dere solent ab arbitrio Iudicis; videmus enim
cum agitur de iniquitate laudi arbitri assum-
528 pti super lite eodem modo ad dijudicandam
læsionem inspici,quanti verè ęstimandus erat
dubius euentus litis. *Bar.in l.si Societatem §. ar-*
bitrorum ff pro Soc.Soccin. n. 28. & nihilominus
quæ læsio dicatur magna in Laudo dato ab ar-
bitro relinquitur arbitrio Iudicis latè.*Menoch.*
529 *de arbitr.cap.23. cent.1.* & Doct. ab ipso relati
loquutur nedum in laudo arbitri electi su-
per contractu,sed super lite.*Paris.conf.89.n.53.*
lib.1.Alciat.bcut conf.367.breuiter procedendo, n.3.
& interminis transactionis.*Soccin.Iun.conf.144*
*num.14.lib.4a.*hoc enim est perpetuum in ma-
teria læsionis,vbi expresse taxata non reperi-
530 tur,vt relinquatur arbitrio Iudicis,qui inspe-
ctis qualitatibus rei, negotij, & personarum
arbitrari debeat,vt per *Conar.var.resol.lib.1.c.3.*
sub num.11. Rip.in l.fin.num.90. C. de renoc.dona.
cum mille similib. *Menoch. de arbitr. casu 74.*
75.cent.1,

Sicut enim ante factum Iudex potest arbi-
trari inspecta causa transactionis, & perpensis
531 Iuribus ambarum partium,an æqua, vel ini-
qua sit transactio *l.cum hi num.1.& §.vult.igitur*
ff.de transact. ità ex post his omnibus conside-
ratis arbitrari potestį, an illa fuerit æqua, vel
enormiter læsiua,vt benè declarat. *Bar.in d.§.*
arbitrorum num. 28.

Quod redditur clarissimum in isto casu, in
quo illud, quod receperunt isti filij, vt infrà
ostendam: non ascendit ad tertiam, sed nec ad
532 sextam, nec habet aliquam proportionem
cum eo,quod sibi debetur,redditus enim scu-
torum 228. uix importat valorem scut.3000.
valor autem bonorum, quæ sibi debebantur
excedebat tunc temporis longè summam 30
mill.& forsan 70.mill.vel 80.mill.sed quando
non valuissent 10. mill. læsio est excessiuis-
sima *Corn. conf. 77. num.5.lib.4.* quem sequi-
tur *Dec.in l.cum te 3.num.1.C.de transact.& conf.*
42.num.11.lib.1. vbi de communi latè *Cagnol.*
in l.11.num.8.C.de rescind. vend. vbi *Pinell.in 1.*
par.dict.cap.3.num.26.

Idque tanto magis,quia transactio hęc ini-
ta fuit cum muliere Turrice cum minoribus,
& in summa cum personis,quæ nec Patriam,
533 nec bona, de quibus transigebant, vnquam
viderant,ab homine informatissimo de omni-
bus, qui propterea tot cautelis vsus fuit, vt
hanc extorqueret transactionem quo casu
facilius procedit dicta opinio.*Bal.in l.2.num.7.*
C.de rescind.vend.Dec.conf.60.col. fin. in 1. Socc.
Iun.conf.144.num.32.lib.1. cum alijs de quibus
per *Pinell.vbi supra num.29.30.* præsertim quia
fortasse non erant securi,quod ęqualance sibi
534 Ius redderetur,in quibus terminis sufficit
multo minor læsio. *Pinell.vbi supra num.30.*

Si bona igitur valebant scutis 20. mill., vix
535 receperunt octauam partem si 30.mil.vix de-
cimam,ergò secundum calculationem. *Corn.*
dict.conf 27.lib.4.& Soccin. Iun.d.conf.144. lib. 1.
redditur indubitabilis probatio læsionis suffi-
cientis pro rescissione supradictæ transactio-
nis,additis pręsertim supradictis omnibus cir-
cumstantijs.

Sed cum indubitatum sit,non obstante in-
capacitate,quādo incapaces fuissent supradd.
filij,sibi nihilominus debitum fuisse legatum
relictū à supradicto D. Ioanne,et illud consti-
tuebat redditum 160.scutor. & istè bonus, &
pius Patruelis dedit fratribus suis in hac tran-
sactione scut.228. & solum auxit pro recom-
pensa omnium prætensionum scut. 68. quo
libet anno, & sic scut. 17. pro quolibet
resprofecto,nisi misericordia prohiberet,risu
digna,neminem ergò futurum esse existimo,
qui non solum non opinetur multo vtilius
fuisse experiri litis euentum, in qua agebatur
de tam opulenta hæreditate, quam illam di-
mittere pro tam modica quantitate nullam
proportionem habente cum re, de qua con-
trouertebatur, sed de hac re etiam non sto-
machetur.

Præsertim quia legatum illud erat transi-
torium ad quoscunque hæredes etiam extra-
neos, legauit enim dictus Ioannes illas pecu-
nias nedum ipsis filijs dicti Vincentij,sed etiā
536 eorum hæredibus, quorum appellatione e-
tiam quicumque extranei veniunt *l. sciendum*
l.hæredis ff de verb.sign. præsertim in materia
537 differenti,vt in hoc casu. *Dec.conf.294.in 1.&*
conf.411.& conf.239.col.11.cum simil. & tamen
iste bonus Patruelis reduxit solutionem illam
ad lineam pręfatorum fratrum,ità vt nisi fallor
considerari possit lęsio nedum respectu ipsius
hęreditatis,sed respectu ipsiusmet legati,mo-
dicum enim illud augmentum scu.17.ascribi
potest huic reductioni, cum contenti fuerint
huiusmodi fratres reducere legatum transito-
rium ad quoscunque hęredes ad eorum lineā
tantum, exquo apparet,eos ratione præten-
sionis hęreditatis sibi debitę nihilomnino per
dictam transactionem accepisse, vt in simili
proposito considerat.*Ang.conf.49. num. 5. prope*
*fin.vers.potest etiam forsan.*Corroboratur iniqui-
tas transactionis huiusmodi ex eo,quod filij
præfati dicti Vincentij,non sine magno Iuris
fundamento prætendere poterant, quando e-
tiam omninò incapaces fuissent,teneretur ni-
hilominus Philippus quandocunque illi re-
habilitati fuissent per fideicōmissum d. dimi-
diam hæreditatis eis restituere, prudens enim
ille Testator dixit, quod in euentu in quem
essent incapaces,relinquebat sibi illa scuta 40.

& casu

& caſu quo hæreditare poſſent, confirmabat
ipſos hæredes pro medietate. Dum igitur in-
538 quit. *caſu, quo poſſent hæreditare*, intelligo quan-
docunque eueniret iſte caſus, cum verba con-
ditionis futurum reſpiciant. *leg. cum in 2. §. mul-
tum autem intereſt ff. de hæred. Inſt.* & verba illa, *&*
539 *caſu, quo* important conditionem, & qui-
dem expreſſam. *Bal. conſ. 241. num. 1 lib. 1. Corn.
conſ. 187. num. 7. lib. 11.* Quod confirmatur, quia
cum Teſtator inſtituiſſet hos filios æquis por-
tionibus cum Philippo, & in codicillis inſti-
tuiſſet Philippum in totum hæredem ſolum
in euentum incapacitatis præfatorum filio-
rum, non opus erat facere aliquam diſpoſitio-
nem in euentum capacitatis illorum, quia re-
manebat prima inſtitutio facta in Teſtamen-
to, imó quando non adfuiſſet ex ademptione
conditionali cenſebantur inſtituti ſub contra-
540 ria conditione. *l. aliquando de cond. & demon.* ne
igitur ſuperflua reddatur tota hæc prouiſio
contra *reg. l. ſi quando in princ. de leg. 1.* dicendum
eſt Teſtatorem voluiſſe prouidere nedum ſi
tempore ipſius obitus capaces eſſent, ſed etiã
quandocunque tales effecti fuiſſent, maximè
obſeruando qualitatem inter iſtos nepotes,
quam præoculis habuiſſe videtur Teſta-
tor.

Nec facit ſi quoad hoc ponderaretur, Te-
ſtatorem confirmaſſe Teſtamentum, & con-
ſequenter intellexiſſe de directa hæredis inſti-
tione, non autem de fideicommiſſo quia verba
541 etiam directa probata in Codicillis ad fidei-
commiſſum trahuntur. *leg. Scæuola ad Trebell.
cum vulg.* & quod Teſtator ad huiuſmodi ſub-
tilitates non reſpexerit, apparet, quia, & in
eiſdemmet Codicillis inſtituit hæredem uni-
uerſalem Philippum contra *§. fin. Inſtit. de Co-
dicill.*

Neque hic dubitari poteſt, quin filij dicti
Vincentij adiuerint hæreditatem d. Ioannis
cum ſuper ea tranſegerint, iuraque ſibi com-
542 petentia in ea Philippo ceſſerint. *l. ſi Auia C. de
iur. delib. l. illud ff. de acq. hæred.* & in iſtiſmet ter-
minis. *Paul. de Caſtro in l. pactum num. 8. in fin. C.
de collat. Corn. conſ. 236. num. 10. lib. 4. Soccin. Iun.
conſ. 107. num. 1 lib. 11.* quia aditione mediante
quæritur dominium omnium rerum hæredi-
543 tariarum *l. aut emancipata C. de Iur. & fact. ign.*
Videant igitur DD. iudicare debentes, ſi fue-
runt enormiſſimè læſi, etiam inſpecto quo-
cunque dubio euentu litis filij iſti, qui pro
ſumma annua 17. ſcut. pro quolibet durante
tantum linea ipſorum tot, tantaſque præten-
ſiones tamquam certas remiſerunt.

His itaque omnibus obiectis remotis cum
d. Iacobus plenè uerificauerit poſſeſſionem
bon. mem. d. Ioannis Teſtatoris, oſtendatque
Teſtamentum illius non abolitum, & non
544 cancellatum, ſibi debetur immiſſio in poſſeſ-
ſionem ex *remed. l. fin. C. de edic. diu. Adr. toll.* tam
ex perſona ſua, quam ſuorum fratrum, quibus
ſucceſſit; cum remedium hoc tanquam tranſ-
545 miſſibile detur etiam hæredi hæredis. *Bar. in
dict. l. fin. nu. 11. Bal. n. 35. Zuccar. n. 236. Menoch.*
qui alios congerit *quæſt. 30.* etiam quod fratri-
bus ab inteſtato ſucceſſerit. *Zuccar. vbi ſupra n.
245. Menoch. 242.* & quando etiam fratres eius
non adiuiſſent, nihilominus cum re, & verbis
eſſent coniuncti per Ius accreſcendi tota me-
546 dietas ad ipſum pertinet. *l. vnica §. his ita diffi-
nitis de cadu. tollen.* & conſequenter ex ſupra-
dictis ſibi competit prædictum remedium,
quod datur etiam contra titulo poſſidentem.
547 *Alex. conſ. 4. num. 13. 16. in fine, & conſ. 90. nu. 8. 9.
lib. 11. Ruin. conſ. 54. nu. 9. lib. 4. Franc. Becc. conſ. 3.
num. 9. Gabr. conſ. 46. num. 14.*

Nec obſtat exceptio incapacitatis, quia
obiectum procedere fortaſsè poſſet, ubi illa
548 eſſet clara, ſed vbi requirit altiorem indagi-
nem admitti nequaquã debet. *Ruin. conſ. 87. in
fine lib. 3. Soccin. Iun. conſ. 97. numer. 46. 47. lib. 11.
Gozzad. conſ. 6. num. 87. 88. Bero. conſ. 56. num. 6. 7.
& conſ. 57. num. 8. 54. lib. 11.*

Tritum namque eſt hoc remedium reij-
cere exceptiones requirentes altiorem inda-
ginem *l. 11. C. eodem vbi Cyn. Alex. Iaſ. Doct. om-
nes, in d. l. fin. Alciat. decif. 126. n. 7.* nedum enim
550 hoc remediũ Summarium dicitur, ſed ſum-
mariſſimum. *Bero. conſ. 56. num. 19. lib. 2.* & ex
his apud nos fuit reſolutum ſemel in vna
Bonõ. de Pepulis, & iterum in vna *Leodieñ. hære-
ditatis 2. Decembris* 1580. exceptionem incapa-
551 citatis non probatam non obſtare agenti ex
dicto remedio.

Quinimò cum hoc remedium concurrat
in hoc caſu cum *Statuto Lucano*, continuante
552 poſſeſſionem de defuncto in hæredem. *Paul.
de Caſtr. in l. ſi Sorori C. de iur. delib. vbi etiam Alex.
Iaſ. in d. l. fin. nu. 25. & 26. Curt. Iun. 82.* cum alijs
de quibus per *Gabr. de acq. poſſ. concluſ. 7. nu. 4. 5.
Menoch.* vt ſupra *num. 332.* habet effectum re-
553 cuperandæ poſſeſſionis ſaltem ad effectum,
vt non admittantur exceptiones concernen-
tes dominium, etiam ſi eorum probatio of-
ferretur incontinenti, quæ alias admittuntur
in ſimplici remedio adipiſcendæ. *Bar. in rubr.
de cauſ. poſſ. & propr. ſub nu. 3. Pariſ. conſ. 41. nu. 15.
lib. 1. Rimin. conſ. 349. num. 9. & ſeq. lib. 11. Celſ. Vgo.
conſ. 1. num. 12. Cephal. conſ. 387. num. 7. Bero. conſ.
62. num. 18. lib. 11.*

Nec quidquam facit, ſi concederetur oriri
hanc exceptionem ex uentre ipſius teſtamen-
ti, cum oriatur ex Codicillis, qui ſolent dici
pars Teſtamenti, quia quando ità eſſet, cum
tamen negari non poſſit, quando clariſſima,
& euidentiſſima non eſſet, prout eſt capacitas
554 dicti Iacobi, & eius fratrũ, qui cũ ſaltem res
hæc altiſſimam contra eum requirat indagi-
nem, reijcitur talis oppoſitio quantum vis o-
riens ex ipſomet Teſtamento, & tamen non
dicuntur legitimi Contradictores, vt patet ex
trad. in l. fin. & ità in ſpecie huic obiecto reſpon-
dit. *Cephal. conſ. 387. num. 14. lib. 3.* & idem vult,
Zuccard. in d. l. fin. num. 382.

Et cum titulus, quem prætendere poſ-
ſent Aduerſarij ex perſona Philippi eorum
Patris circunſcripta tranſactione, non ſit ni-
ſi vel expreſsè vulgaris ſubſtitutionis in euen-
tum capacitatis filiorum d. Vincentij, vel ta-
citæ ſubſtitutionis ex Iure accreſcendi, *iur. Tex.
in l. ſi Titio, & Meuio §. fin. de leg. 11. Bal. in d. l. fin.
num. 83. C. de edic. diu. Adr. toll. Iaſ. in l. qui liberis.
§. hoc verba verſ. 2. præſuppoſito de vulg. & pupill.
Zaſ. in tract. ſubſt. fol. 22.* contendente inſtituto
cum

cum substituto semper immittitur in posses-
555 sionem institutus. *Tex.est clarissimus in leg.1.C.
edic.diu.Adr.toll.vbi Bal.Paul.de Castr.fulgos.Corn.
& Salic.*quando enĩ casus substitutionis potest
pati aliquam difficultatem,vt in hoc casu, an
556 instituti essent vel ne incapaces, semper in-
stitutus debet immitti in possessionem,vt tra-
dunt. *Cyn. Paul. de Castro Fulgos. Alex. & Ias. ac
Iacob.de Sanct.Georgio in dict.l.1.Alber.in d.l.fin.
col.6.vers.item quæro glos.an detur substitutio Bero.
cons.54.num.4.lib.11.& cons.47.n.8.lib.3.*
Horum ratio est,quia,& si expressè,vel ta-
cite ex Iure accrescendi substitutis competat
557 idem remedium, hoc tamen intelligitur ve-
rificato casu substitutionis.*Fulgos.in d l.fin.n.9.
Cyn.num.17.Ias.num.12.Zuccard. nu.227. Franc.
Marc.decis.445.lib.11.Rimin.cons.258.num.7.*quę
558 verificatio facienda est in cõtinenti,alioquin
si requirit aliquam discussionem,semper in-
stitutus in immissione præfertur. *dict. l.1.C.
de edic.diu. Adr.toll.Alber.in dict.l.fin.d.col.6.vers.
Item quæro glos.Iacob.in d.leg.1.bene Bero.cons.57
num.10.& 20.lib.11.*
Ex supradictis autem neminem credo tam
parum iustitiæ amantem futurum esse, qui
non admissurus sit saltem exceptionem hanc
incapacitatis altiorem indaginem requirere,
maximè quia tunc etiam dicitur requirere
559 altiorem indaginem, cum; hinc inde sunt ra-
tiones vnum, & aliud suadentes,quo casu ta-
lis exceptio in hoc iudicio reijcitur. *Bero.cons.
57.num.43.lib.11.* & id est quod dicit. *Soccin.
Iun.dict.cons.97.num.47.48.lib.11.*maximè cum
in decreto lato contra dict. Vincentium nulla
prorsus fiat mentio de filijs, quo casu satis
dicitur fundata ipsorum intentio, *Bar.in l. fin.
per illum Tex. C. de reb.cred.* Cum enim com-
560 præhensio filiorum non legatur in dicto De-
creto,sed velint Aduersarij illam colligere ex
argumentis,totum hoc tamquam requirens
altiorem indaginem in hoc iudicio excludi-
tur, *Dec. cons.424. num.19.20. & cons. 467.num.
12.13.*
Nec etiam obstat,si fieret fundamentum
super eo, quod videtur voluisse, *Bero. cons.55.
nu.6.7.lib.11.* nempè sufficere habere titulum
à defuncto, licet possessionem postea quis ac-
quisiuerit ad effectum, vt dicatur legitimus
Contradictor,quia præterquam quod non ap-
plicatur hoc,quando controuersia est inter in-
stitutum,& substitutum tacitum, vel expres-
sum,quia semper præfertur institutus, dictum
in se verum non est,vt videmus in Legatario,
562 & fideicommissario,vt supra dictum fuit, &
idem *Bero.cons.60. num.9. lib.11.* videtur circa
hoc se emendare;possessio namque capta post
obitum Testatoris præsertim vbi adest Statu-
tum, vt in hoc casu, continuans possessionẽ
563 de defuncto in hærede non constituit quem
legitimum Contradictorem, *Dec.dict. cons.167.
num.12. Rim.dict.cons.340. num.9. & seq. Cephal.
dict.cons.387.num.43.lib.3.*
Nec etiam obstat transactio inita cum hæ-
redibus quasi quod ille, qui titulum, & pos-
sessionem habet ab hærede dicatur legitimus
Contradictor,ex quo vt supra ostendi prędict.
transactio nulla est,vt interminis dicit, *Bal.
cons.* 143. quamquam plenissimè, & clarius
*cons.144.& cons.201.lib.3.*quem idem affirmat,
& sequitur *Iacob. de Sanct.Georg.in dict.l.fin.sub
nu.49.vers.addatis C.de edic.diu. Adr.toll.* & idem
in effectu traditur à *Dec. cons.425. lib.11.* præ-
sertim *num.20.& col.4. num. 28.* & comproba-
tur bene ex *trad.à Natt.cons.352.sub n.1.vers.2.
respondetur.* vbi vult alienationem factam à
565 Patre nomine filii, qui erat hæres vna cum
possessione non constituere legitimum Con-
tradictorem, quia talis alienatio fuerat nul-
la.
Quod manifestiùs comprobatur ex ratione
qua mouentur *Doctores*, dùm asserunt, ha-
bentem titulum, & possessionem ab hærede
566 esse legitimum Contradictorem quia inqui-
unt facto suo contrauenire hæres non potest
l. si vt C. de act. empt. l. post mortem ff. de adopt.
vt dicunt sæpè sæpius *alleg. l. fin. num. 95.
Zuccard. num. 187. Menoch. num. 583. cum seq.*
Cum igitur actui nullo quis contrauenire
567 possit *Bal. in d. l. post mortem ff. de adop.* talis
titulus nullus huiusmodi remedium non ex-
cludit, venire nàmque quis potest contra
568 factum nullum, quando non est nullus in
fauorem Aduersarij *Dec.cons.445. n.29.* ibi, &
etiam ipse *Manfredus* quod idem voluit *Alex.
cons. 109. num. 27. lib. 4.*
Non obstat,*Statutũ Lucense* vetans post quin-
569 quennium agi posse hoc remedio, quia filij
isti ob transactionem cõfirmatam cum clau-
sula sublata aliter iudicandi potestate tollens
audientiam *Card. in c. quia diligentia in 3. q. de
elect. Paris. cons.5.num.133.lib.4. Felin. in c. quæ
in Ecclesiarum col. 12.num.49. in fin. in 4. declar.
de constit. Gundisal.de leg.in 3.q.col.5. & 6.* agere
effectualitèr non possent,contra eos tamquã
170 agere non valentes non currit pręscriptio
*l. 1. in fin. C. de ann. except. l.1. C. de bon. mater.
Abb.in c.ex transmissa de prescript.col.fin. sub n.15.
vers. vnde diceres* & ibi *Felin. num. 8. de præ-
script. Dec.in c.cum inter num.23. de except.* Stan-
te enim hac clausula de Iure impediebantur
571 agere quo casu non currit præscriptio, vt
dicunt supradicti Doct. benè *Abb. cons. 101.
num. 5. 6. lib. 1. Paris. cons. 101. num. 91. lib. 1.*
vbi dicit dormiuisse pręscriptionẽ toto tem-
pore, quo Veneti possederunt, cum contra
172 eos ob eorum potentiam agi non posset, be-
ne etiam in proposito. *Alciat. cons.97. num.28.*
facit enim ratio naturalis,vt non currat præ-
scriptio contra non valentem facere actum
573 vt dicit *Decan.cons. 22.num. 27. lib.11.*
Cum enim stante huiusmodi clausula ius
ipsis non redderetur, cessat præscriptio, nec
574 possunt dici in negligentia;vt per *Innoc.in dict.
cap.ex transmissa sub nu. 1.* & ibi *Abb. n.5.Paris.
num. 10.Balb.de præscript.in 2. par.6.par.in 3. casu
mihi num.6.*& hæc est ratio,quare tempore ho-
575 stilitatis, & belli silet præscriptio;quia scilicet
ius non redditur. *Innoc. & alij in d.cap.extrans-
missa*, quo casu subintrat regula supradicta,vt
contra non valentem agere non currat præ-
scriptio.
Quod adeò verùm est, vt locum habeat,
576 etiam si quis actionem habeat, si tamen
sciat se posse exceptione repelli, tunc enim
cum

cum non poſſit dici negligens, quia effectualiter agere nequit, ſibi non obeſt præſcriptio *Anchar. conſ. 5. num. 5. Felin. in c. ex transmiſſa de preſcript. num. 9. Balb. de praſcript. in pri. par. ſexta par. in 22. caſu in ſecunda ampliat num. mibi 20. Dec. in c. cum inter num. 23. vbi & ſicut non valenti agere de except.*

Et cum hoc impedimentum ſit notorium,
& concerneret perſonam agere volentium
577 nulla erat neceſſaria proteſtatio *Felin. in dicto
c. ex tranſmiſſa num. 6. 7. Pariſ. dicto conſ.* tot.
num. 92 93. *lib.* 1.

Non obſtat ſecundo loco, quia ob enormiſ-
578 ſimam læſionẽ Philippus præſupponitur in
mala fide, quo caſu nõ currit præſcriptio, vt in
iſtis fere metrerminis dicit *Alciat d. conſ. 97. n. 28.*

Quæ omnia ſibi vendicant locum etiam in
579 præſcriptione inducta à Iure municipali *Abb.*
qui benè declarat *conſ. 22. num. 3. lib. 1 1. Balb.*
vbi ſupra *in prima ampliat. nu. mihi* 19. *Aym. poſt
Bal. & Curt. Iun. conſ.* 117. *num.* 8. vbi ait id pro-
cedere, quamuis verba *Statuti*, ſint valdè præ-
ciſa, ſortitur enim naturam præſcriptionis Iuris
580 communis, cum in eius locum ſubrogetur.
*Felin. in cap. illud num. 20. de præſcr. idem Balb. de
præſcript. in 4. par. quæſtion. 18. in prima ampliat. nu.
mihi* 91. *lib.* 3. prætcrquàm quod *Statutum lib.* 1.
581 *cap.* 62. expreſsè videtur ſe conformare cum
diſpoſitione Iuris communis.

Nec denique obſtat huiuſmodi *Statutum*,
quia cum ſecundum Ius Ciuile remediũ hoc
non vniformis lapſu temporis præſcribatur,
582 ſed ſicut reliqua omnia bona, & remedia dif-
formi nempè decem annorum ſpatio inter
præſentes, & 20. inter abſentes, *Menoch.* alios
adducens, *de adipiſc. poſſ. remed. 4. n. 233. Statutum*
reducens hanc præſcriptionem ad quinque
annos debet intelligi reſpectu præſentium,
583 non autem reſpectu abſentium, ne *Statutum*
in duabus corrigat ius commune, quod fi-
eri non debet, vt ſupra dum de alijs egi ſæpius
oſtendi, non enim veriſimile videtur ſtatuen-
tes voluiſſe eumdem temporis lapſum no-
cere abſenti, quem voluerunt nocere præſen-
tibus, idque tanto magis, quia videmus eoſdẽ
ſtatuentes in hac eadem materia præſcriptio-
584 nis circa differentiam abſentium, & præſen-
tium ſe conformaſſe cum Iure communi, vt
apparet *lib. 1. cap.* 61. Ergò cum vnum *Statu-
tum*, ab alio declarationem recipiat, vt antè
ſæpius dixi, & illud *Statutum* intelligendum
585 erit ſolum inter præſentes, non autem inter
abſentes, ſic videmus *Statutum*, de præſcriptio-
ne loquens locum non habere in vſucapione,
586 vt potè in quo aliqua adeſt ratio differentiæ,
*Balb. de præſcript. in prima part. princ. in 3. quæſt. nu.
mihi* 7.

Maximè quia in dubio pronunciandum
587 eſt. præſcriptionem non obſtare. *Aym. de an-
tiq. temp. in 4. part. numer. 233. & conſ. 493.
num.* 15.

Ex quibus omnibus ſalua ſemper opinione rectius ſentientis puto, Aduerſarios quocunq; ſe vertant ſuccumbere debere.

Ità Iuris eſſe reſpondi Hipolytus Albobrãdinus V. I. D. Sacrique Palatij Apoſtolici cauſarum Auditor, proptereaque manu mea me ſubſcripſi, ſigillumq; meum hic imprimi iuſſi.
Loco ✠ Sigilli.

Quæ ſupra non minori doctrina, & eruditione, quam argumentorum copia per R. P. D. Hipolytum Abdobrandinum Coauditorem, & D. meum ad fauorem Illuſt. D. Iacobi de Podio deducta fuere Iuri, & rationi conſona eſſe arbitror, in eiuſque ſententiam concurro, & cum plenitudo Conſilij omnem addendi locum præripuerit ſola ſubſcriptione contentus in fidem ità ſubſcripſi, ſigillumq; meum apponi iuſſi.

Ego Ioannes Baptiſta de Rubeis V. I. D. & Sacri Palatij Apoſtolici Cauſarum Decanus.
Loco ✠ Sigilli.

Libenti animo ſubſcribo Votis eximij, & clariſſimi Iuris Conſulti R. P. D. mei Hippolyti Aldobrandini Sacri Palatij Coauditoris, & fratris honorandi; quia ſemper accuratiſſima lucubratione, ac diligentia, maturataque deliberatione diſcutit, & reſoluit omnia neceſſaria quod maximè in præſenti conſultatione pro Illuſt. D. Iacobo de Podio oſtendit. Quare eandem poſt terga Optimi Meſſoris arbitror concluſionem ſupra firmatam in fauorem d. D. Iacobi de Podio, & contra eius Aduerſarios eſſe Iuri, & æquitati conformem, & de ſimplici ſubſcriptione requiſitus, propria manu ſubſcripti, & proprium ſigillum appoſui.

Chriſtophorus Robuſterius de Tamant V. I. D. & Sacri Palatij Apoſtolici cauſarum Auditor. Loco ✠ Sigilli.

Reſponſum eruditiſſimum R. P. D: Hippolyti Aldobrandini Coauditoris, & D. mei obſeruandiſſimi, & argumentorum copia, & robore nititur, vt eius ſententiam vti iuſtiſſimam, & Iuſtiſſimam, & æquiſſimam amplectendam eſſe cenſeam, & ideò ei ſubſcribo.

Seraphinus Oliuarius Razalices V. I. D. & Sacri Palatij Apoſtolici cauſarum Auditor.
Loco ✠ Sigilli.

Ab accutiſſimi ingenij Viro, præſtantiſſimoque I. C. Domino, & Coauditore meo mihi ſemper Colendiſſimo reſponſum hoc in fauorem admodum Illuſt. D. Iacobi de Podio, licèt approbatione mea non egeat tum propter ſummam viri authoritatem quæ ſicut apud me ſemper maxima fuit, ità apud omnes eſſe debet tum etiam propter eximia ipſius merita ab eodem R. P. D. Aldobrandino validiſſimis argumentis optimiſque rationibus, & perſpicuis, ac clariſſimis Iuribus deducta, & explanata tamen honoris mei gratia eiuſdem iuſtiſſimæ ſententiæ libentiſſime me ſubſcribo.

Laurentius Blanchettus Bonoñ V. I. D. & Sacri Palatij Apoſtolici cauſarum Auditor.
Loco ✠ Sigilli.

In ſupraſcripto Iuris reſponſo, quod ſummo cum labore, perugili cura, diligentiſſimoque Studio R. P. D. Hippolytus Aldobrandinus Coauditor, & Dominus mihi plurimum excolendus, Vir ſanè conſultiſſimus, & legali ſcientia optimè meritus edidit, tanta elucet doctrina, eruditio acies ingenij, argumentorum ius, atque Copia Iurium explanatio, rerum antiquarum cognitio, obiectorum omnium

quor-

quotquot fieri excogitariuè possunt, dilutio, & deuium Iustitiæ, æquitatisq; quam per illustris D.Iacobus Podius in hac causa fouet, deductio atque demonstratio, vt nihil supra, & ideò eius sententiam vti iustissimam, & æquissimam toto, vt aiunt pectore amplectens, & nuda subscriptione ob plenitudinem responsi omnem mihi addendi viam præcludentem libentissimo animo subscripsi, & subsignari mandaui.

Franciscus Canturius V. I. D. Perusinus, & causarum Sacri Palatij Apostolici Auditor.
Loco ✠ Sigilli.

Præsentis consultationis materia adeò accuratè, & eruditè, ac diligentissimo studio pertractata fuit à R.P.D. Hippolyto Aldobrandino I.V. Consultissimo, ac Coauditore, & D. meo Colendissimo, & adeo copiosè demonstrata fuit iustitia causæ admodum Illust. D.Iacobi Podij, vt alia confirmatione, seù approbatione non egeat; nihilominus requisitus de subscriptione cum nihil addi possit his, quæ accuratissimè scripta fuerunt eius sententiam Iuri, & æquitati consonam esse arbitror, & illam sequor, ac libentissimo animo me subscribo.

Marcellus Bubalus V. I. D. & Sacrij Palatij causarum Auditor.
Loco ✠ Sigilli.

Tot tantisque rationibus innixa est præsens hæc Consultatio R. P. D.Hippolyti Aldobrandini Coauditoris, & D. mei, vt eam non subscriptione solum, sed summa etiam, atque ingenti laude dignam censeam, cui cum nihil addi possit, perpensis omnibus eidem libentissimè adhæreo.

Gaspar Vicecomes V. I. D. & Sacri Palatij Apostolici causarum litteris, & Mediolanen. Archiepiscopus.
Loco ✠ Sigilli.

Responsum doctissimi, & veritatis Studiosissimi R.P.D. Hippolyti Aldobrandini Coauditoris, & mei Collendissimi adeò doctrinæ iustitiæ, & æquitatis plenum existit, vt Auctorem summis laudibus dignum mirificè ostendat, & maiori certè corroboratione haud indigere videtur; itáque verissimam eius sententiam, cui me lubentissimè subscribo, sequendam esse arbitror.

Petrus Franciscus Gipsius Bonoñ I.V.D. & Sacri Palatii Apostolici Auditor.
Loco ✠ Sigilli.

Eruditissimi Iuris Consultissimi R.P.D.Hippolyti Aldobrandini Collegæ, & D.mei Collendissimi tanta extat in præsenti Consultatione ingenii perspicacitas, vt nihil amplius quod ad explanandam veritatem Iuris, quod Illust. D.Iacobo Podio in hac causa competit desiderari possit ideoq; lubensilli me subscripsi.

Franciscus Oranus Leodieusis I.V.D. & Sacri Palatii Apostolici causarum Auditor.
Loco ✠ Sigilli.

Iustitiam quam Perillust.D. Iacobus de Podio fouet, vndique clarissimam, & manifestissimam ostendit egregium, & Doctissimum R.P.D.Hippolyti Aldobrandini Coauditoris, & Domini mei Collendissimi responsum verissimis Conclusionibus, & ac validissimis argumentis, & auctoritatibus ità munitum, vt nihil amplius eo dignum addi possit, & ideò sola subscriptione contentus eius sententiæ vt iustissimæ, & æquissimæ in omnibus me subscribo.

Hieronymus Pamphilius I. V. D. & Sacri Palatu Apostolici causarum Auditor,
Loco ✠ Sigilli, &c.

BO. MEM. R.P.D. ARGELI
Dum erat Capit. Apellation.

VOTVM DECISIVVM IN CAVSA ROMANA RESTITVTIONIS IN INTEGRVM.

Sab. 25. Octobris 1625.

ARGVMENTVM.

Fructus recompensatiui, An possint conueniri in Venditione rerum Apothecæ, & de eorundem taxatione.

SVMMARIVM.

1 *Res iudicata ex* Stat. Vrbis lib. 1. cap. 180. *inducitur ex duabus sententijs.*
2 *Restitutio in integrum petita retardat executionem.*
3 *Statutum de duabus conformibus intelligitur de validis, & iustis.*
4 *Consultor post duos Menses in Capitolio non potest dare votum.*
5 *Consultor extractus ad formam* Statut. Vrbis lib. 1. cap. 187. *calumniosè allegatur suspectus nisi causa suspicionis superuenerit post extractionem.*
6 *Consultore infrà duos Menses non tradente votum alius debet eligi parte hoc petente, & num. 7.*
8 *Consultor ex Reformatione ad tradendum votum habet duos Menses à die sententia.*
9 *Et dummodo pars instet, & petat.*
10 *Consultore infra duos menses non pronunciante, ex Reformatione est in facultate partis alium Consultorem eligi petere.*
11 *Obseruantia est optima Reformationis interpres.*
12 *Protestatio allegationis suspicionis Consultoris in manibus Notarij relicta non suffragatur, sed est alcundus Senator parte citata.*
13 *Statutum mandans, quod Index compellat agnatos ad compromissum, intelligitur parte præsente, vel citata.*
14 *Interesse ab initio taxatum est illicitum, & vsurarium præsertim de re de sui natura infructifera, vt numer. 15.*
Etiam in Vtensilibus Apotheca Aromataria vt. n. 16.
Maximè si res consistant in pondere, & mensura, vt numer. 17.
18 *Fructus possunt percipi à venditore ad quantitatem fructuum, qui ex re vendita percipi solent.*
19 *Etiam in rebus mobilibus, quando ex industria hominis possunt reddi fructifera.*
20 *Apotheca dicitur vendita per modum corporis, licet singula res eiusdem fuerint singillatim estimata.*
21 *Fructus taxatio ad rationem septem in materia* l.Cum *rabit, non potest dici excessiua.*

22 *Maxi-*

22 *Maximè ſtante conſuetudine ità taxandi.*
23 *Intereſſe probatur coniecturis.*
24 *Suſpicio ceſſat in venditione facta per publica edicta.*
25 *Iudex poteſt ex officio taxare intereſſe pupillorum.*
26 *Exceptio vſuraria taxationis non impedit executionem obligationis Cameralis.*
27 Statut. Vrb. lib. 1. cap. 180. olim erat 178.
28 *Comprehendit nè dum Originarios, ſed etiam Ciues.*
29 *Ciuilitas ad effectum Statuti non probatur ex fidibus extraiudicialibus.*
30 *Ciuilitas non probatur ex contractu tali nomine facto, ſed requiritur habitatio decennalis cum animo numquam recedendi, dum conſtat de origine extrà Vrbem.*
31 *Ciuilitas probat ſi aliquis fuit Caput Regionis.*
32 Statutum Vrbis lib. 1. cap. 180. *habet locum inter Ciues incolas, & diſtrictuales tantum.*
33 *Secus quandò litigatur inter Ciuem, & forenſem quia ambo debent eſſe Ciues, vel Incola.*
34 *Hoc ſtatutum ſeruatur in omnibus Curijs, etiam in Rota.*
35 *Et dicitur Papale, & comprehendit Clericos, Prælatos, Conuentus, Collegia, Capitula, Communitates, Eccleſias, & loca pia.*
36 *Conſultor in Curia Capitolina deputatus, ſi non fuerit recuſatus poteſt ferre votum etiam lapſis duobus menſibus.*
37 *Per Conſultorem non dicitur ſtare, ſi is non fuit debito tempore requiſitus.*
38 *Auuiamentum in Apothecis eſt pretio conſiderabile.*
39 *Intellige de Auuiamentis certis, non autem de pendentibus à Principis arbitrio, & ſimilibus.*
40 *Fructus recompenſatiui poſſunt conueniri in venditione Apotheca facta per modum Tabernæ, & vti Corpus.*
41 *Apotheca poteſt locari abſque labe vſuraria.*
42 *Apotheca alienata in tertium eſt libera ab hypothecis Creditorum Venditoris.*
Contrarium quando Apotheca fuit alienata vti Corpus num. 44.
43 *Merces venales non debent ab Emptoribus auocari ratione hypotheca ob publicum commercium.*
45 *Fructus recompenſatiui debentur ſolum ex veritate, non ex opinione.*
46 *Fructuum taxatio ab initio facta inter partes præſumitur iuſta.*
47 *Et contrarium prætendens tenetur probare.*

VOTVM II.

MORTVO Grano de Martinis vſque de anno 1610. relictis quatuor filiis pupillis D. Io. Proſper Turritanus tunc temporis primus Collateralis ad Conſulendum indemnitati pupillorum non habentium tutorem, præuia causæ cognitione ex officio mandauit, bona hæreditaria, quæ conſiſtebant in quibuſdā mercibus, & mobilibus exiſtentibus in apothecis Salſamentariæ, Vermicellariæ, & Candelottariæ vendi, & concedi plus offerenti. Propoſitiſque edictis, & præcedentibus tribus oblationibus factis per Exercentes dictas artes, fuerunt per D. Primum vendita bona Ioanni Mariæ, & Ioſepho de Martinettis conſocijs prædicti Grani, vti plus offerentibus cum dilatione trium annorum, quibus elapſis pretium per Emptores poneretur ad creditum pupillorum in Sacro Monte Pietatis Vrbis ad effectū reinueſtiendi in tot bonis ſtabilibus, tutis, & interim durante triennio, quia non licet retinere rem, & pretium, prædicti Emptores loco alimentorum ſoluere promiſerunt fructus ad rationem ſcut. 7. pro centenario, quos idem D. Proſper aſſignauit pro alimentis pupillorum, ad quorum fauorem, & vti fideiuſſor, ac principalis, & vti emptor bonorum Salamentariæ, & Candelottariæ, per duo inſtrumenta diuerſa ſe obligauit in forma Cameræ Iacobus de Bonis Salſamentarius, qui licet iuxta formam ſuæ obligationis per plures annos ſoluerit dictos fructus, tamen poſtea deſiſtendo à ſolutione tam fructuum, quam ſortis principalis; Fuit conuentus coram nunc R. P. D. Corteſio tunc temporis Primò Collaterali pro ſolutione ſcutorum 100. ſortis principalis, ac pro fructibus decurſis, & non ſolutis, fuitque contra ipſum relaxatum mandatum executiuum, ſed admiſſa per D. Capitaneum appellatione de voto R. P. D. Confecti fuit lata ſententia, per quam dicta ſcuta ſeptem fuerunt redacta ad ſcuta trium cum dimidio, & plus exactum compenſandum eſſe in ſortem fuit pronunciatum; quæ ſententia in gradu appellationis de voto D. Federici Monaldenſis Conſultoris olim ſecundi Collateralis fuit reuocata, & confirmata ſententia D. Primi, & inſtantibus prædictis Filiis pro executione rei Iudicatæ in vim duarum conformium iuxta diſpoſitionem ſtatuti *cap.* 180. *lib.* 1. quod habere locum in omnibus cauſis, inter omnes Ciues, & Incolas, & in omnibus Curiis, etiam extra Curiam Capitolii fuit ſæ-
A piſſimè deciſum, & ſignanter *coram R. P. D. Pirouano in re. entior. deciſ. 288. nu. 1. par pri. &c.* a
2 Prò parte Iacobi excipiendo fuit petita reſtitutio in integrum incidenter, per quam executio retardanda veniret, cum vt pluries Rota reſoluit, & ſignanter *coram Reuerendiſſimo D. Coccino deciſ. 294. num. 1.* Statutum de duabus con-
3 formibus intelligitur de validis, & iuſtis, & in
B Curia Capitolij ſeruatur. b

Sed propoſita cauſa in Affectamento, vtraq; parte informante Domini vnanimiter fuerunt in voto, procedendum eſſe ad vlteriora in executione rei Iudicatæ, non obſtante reſtitutione in integrum incidenter petita.

Nullitas enim deducta ex eo, quod Iacobus ante voti traditionem dederit proteſtationem Notario, in qua Cōſultor allegabatur ſuſpectus ex eo quod poſt lapſum tempus duorum men-
4 ſium datum *in Reformatione fel. rec. Pauli V. ſub rubr. de Capitol. & eius Officialibus* non poteſt dare votum, non fuit habita alicuius momenti.
5 Nam allegata ſuſpicio fuit merè calumnioſa, cum D. Monaldenſis fuiſſet exactus Conſultor ex Burſula ſeruata forma ſtatuti in *cap.* 187. *lib.* 1. quo caſu ex diſpoſitione cuiuſdam ſtatuti denegatur allegatio ſuſpicionis, vbi non ſuperuenit poſt extractionem noua cauſa ſuſpi-
C cionis, c

Cauſa vero allegata in proteſtatione nullum recipit fomentum à reformatione, quæ dum mandat quod ſi Conſultor electus infrà duos menſem

menses à die electionis non acceptauerit, vel
D recusauerit ad alterius electionē procedatur. d
6 Intelligitur vbi pars petat deueniri ad alterius electionē *ad tex. in l. 4. §. hoc autem Iudicium ff. de damn. infect. cum ibi not. per DD.* & vbi Iudex ex dispositione statuti tenetur ferre sententiam cum consilio sapientium, intelligenduut
7 esse statutum parte petente, respondit *Alex. cons. 122. num. 14. lib. 2.* referunt, & sequuntur *Iason in l. vniuersa rescripta num. 4. vers. 6. facit C. de precibus Imper. affer. Rip. in dicto §. hoc autem interdi-*
E *ctum num. 3.* e
Non enim reformatio statuit Cõsultori terminum duorum mensium à die electionis
8 ad tradendum votum, quo etiam casu, & tempus non concurreret, nisi à die scientiæ *l. quinquaginta;* & ibi *Glos. in verbo nominationis ff. de excus. tut. l. quinquagima* ibi (*notum factum fuerit ei, qui ad munus vocatus fuerit*) *C. eod tit.* cum alijs late congestis per *Tiraquell. de retract lignag. §. 35.*
9 *Gloss. 4. num. 1. 2. & seqq.* vbi more suo plura ad id similia congerit, immò, & procederet parte instante, & petente *Rip. in d. §. hæc autem num. 6. Ias. in d. l. vniuersa num. 4. vers. 7. facit*, cum alijs
F innumeris allegatis per *Asin. in prax. §. 2. c. 17.* f
Sed solum reformatio mandat deueniendum esse ad alium Consultorem, & sic relinquit in
10 facultate partis, vt elapsis duobus mensibus si nollet illum iam electum, adire Senatorem, vel Capitaneum Appellationis, vbi fuit ab illo datus Consultor, pro alterius electione pro vt passim fuit in hac Curia seruatum. Quæ ob-
11 seruantia subsequuta fuit optima interpres reformationis. *l. si de interpretatione ff. de legibus*, & cũ similis casus euenisset de anno... signatura Sanctissimi in vna Romana sequestri proponente R. P. D. Bolognetto reiecit commissionem, in qua petebatur committi causam appellationis à sententia lata de voto dato post
G lapsum duorum mensium. g
Non obstat protestatio data in manibus No-
12 tarij, quia erat adeundus Senator etiam citata parte *Alex. cons. 82. numer. 4. vers. 3. Statutum lib. 1.* vbi respondit statutum mandans, quod Iudex compellat agnatos ad Compromissum intelli-
13 gendum esse, si petatur, & talis petitio facta sit parte præsente, vel citata.
Nec minus visa fuit ad esse iniustitia, quam
14 informantes pro Iacobo deducebant ex eo quod interesse ab initio taxatum sit illicitum. & vsurarium ex *decis. 7. num. 2. decis. 325. num. 1. decis. 331. num. 1. & decis. 362. num. 3. post. 2. vol.*
15 *Farinac.* & præsertim ex re de sui natura minimè fructifera, quod illicitum, & vsurarium firmant. DD. cumulati per *Lup. ad l. curabit comment. 1. §. 7. num. 141. Rota decis. 331. num. 6. coram fel. rec. Greg. XV. decis. 397. num. 5. Beltramin. ad de-*
16 *cis. 497. num. 11.* & in terminis rerum vtentilium Apothecæ Aromatariæ fuit allegatum *cons. Mandel. 629. num. 9.* id firmantis ex doctrina *Bald. in rubr. C. de vsuris sub numer. 10. & seqq. Alex. cons. 121. num. 4. vers. confirmo, & num. 5. vol. 5. Soccin. cons. 170. num. 4. vers. eadem conclusio vol.*
17 *2.* quod interesse peti non potest, quando vendita res est consistens in pondere, numero, vel mensura, ex quibus dicebatur multo magis cõstare de iniustitia ratione excessus, cum fuerint taxati fructus ad rationem septem.
Nam secundum magis receptam communē opinionem Venditor statuto emptori termino
18 ad soluendum potest interim licitè conueniri super certis vsuris ab Emptore soluendis, quæ commensurantur ad quantitatem fructuum, qui in re vẽdita percipi solent, vt latè post alios firmat *Lup. d. §. 7. n. 145. vers. verum quod Gratian. discept. Forens. cap. 387. num. 14. tom. 2. cap. 864. à num. 7. tom. 5. Rota coram Cas. de Grass. decis. 1. numer. 4. de vsur. in Ianuen. Pecuniar. coram Card. Lancelott. Iunior d. decis. 331. num. 5. & in eadem coram R. P. D. Vbaldo decis. 372. sub num. 9. post id vol. 2. cons. Farinac*, & non solum in materia *l. curabit*, sed etiam in alijs, vbi taxatio est conformis interesse probato, latè fuit firmatum *in d. decis. 331. & 372.*
Non obstat res mobiles non esse de sui natu-
19 ra fructiferas, quia satis est, quod addita industria hominis illa reddant vtilitatem. prout de pecunijs ex *Malin. Nauar. Villag.* & alijs respondit. *Rota d. decis. 331. num. 6. vers. quia non substinetur Gratian. d. cap. 387. num. 25.* & in terminis rerum existentium in Apothecis latè respondit. *Rimin. Iun. cons. 177. Borgnin decis. 13. nu. 65. 65. vers. ad secundum. & num. 66.* quos ad excludendam vsuram approbauit *Rot. in recent. decis. 540. sub num. 11. par. 2.* & respondit *Mandell. in supradicta consilio 629. in fine* ibi *Sed videtur producere fructus iuncta saltem industria hominis.*
Nec refragatur distinctio allegata, quod prędicti DD. loquantur, quando fuit venditum corpus Apothecæ, nam vltra quod ratio allegata per DD. quod satis sit pecuniam, & res posse reddere vtilitatem iuncta hominis industria, procedit, siuè omnes res vendãtur vti singulę, siuè vt vnum corpus sufficiens. Respondetur non subsistere in facto fuisse venditas res vti singulas, sed fuerunt venditæ omnes etiam cum iure inquilinatus, & sic pro continuando per Emptores exercitio illo, & mercatura, & li-
20 cet fuerint singillatim æstimatę res, & non vnũ corpus, sed tota Apotheca simul, tamē ex hoc non sequitur fuisse venditas res vti distinctas, sed æstimatio fuit rectè hoc modo facta, vt sci-
H ri verè posset pretium h
Nec etiam visa fuit ad esse iniustitia ratione
21 excessus, quia taxatio ad rationem septem in material. *curabit* non potest dici excessiua, vt respondit. *Gratian. cap. 524. num. 12. & seq. tom. 3. & d. cap. 864. num. 17.* vbi *num. 18.* id maximè procedere firmat in Vrbe, in qua passim similes taxationes fiunt ad dictam summã; quo casu etiam si tot fructus non perciperentur, tamen
22 deberent, stante consuetudine, & more huius Ciuitatis, ex *Castrens. in l. 2. in princ. in verbo æqui-*
I *tatis ratione C. de vsur.* i
Verum hoc casu tollitur prætensa excessiuitas, ex quò non solum Emptores, qui fuerunt socij Grani, & sic optimè sciebant lucrum factum, & faciendum, sed etiam alij exercentes eandem artem obtulerunt eandem quantitatē, & postea idem Iacobus eandem promisit ita vt omnis verisimilitudo, & omnes coniecturæ
22 concurrant prò non excessiuitate, & in materia probandi interesse sufficere coniecturas post alios firmat *Cagnol. ad l. curabit. num. 8. Lup. §. 6. num.*

n.117.Rimi.d.conſ.177.Surd.de Alimen.tit.1.q.45.n.15.
Accedat quod non ſumus in venditione facta
inter priuatos, ſed per publica ædicta, & ſic ceſſat
24 omnis ſuſpicio fraudis, & oblatores ſpõte obtu-
lerunt, & iudex prædictam taxationẽ approbauit,
fructuſq; deſtinauit pro alimentis pupillorum
non habentium alia bona, ex quibus ali poſſent, &
vbi tunc non conſtitiſſet planè de intereſſe pupil-
25 lorum ex officio illud potuit Iudex taxare latè
poſt alios *Lupus §. 6. num.128. Surd. d.q.45.num.46.*
Et vbi res poſſet eſſe dubia, tamen hæc exceptio
26 vſurariæ taxationis non poteſt impedire execu-
tionem obligationis Cameralis *vt debitores de Iu-
reiur. Rot. in rec. deciſ.490.n.1. & deciſ 540.n.11.par.2
& in terminis l. curabit Gratian. d.c.865.n.22.* & mul-
tò minus concurrente re iudicata duarum con-
formium per quas Iudices, quorum arbitrio, vt
dictum eſt remittitur taxatio, illam, vt licitam
declarantẽs, &c. *Cæſar Argelus.*

ADDITIO.

STatutum Vrbis *l.1.c.180 olim 178.* vt patet *ex Mil-
lin. dec.161. in princ. & in rec. dec. 535. nu.1. par.13.*
27 comprehendit nedum Originarios, ſed etiam Ci-
ues. *Rot. in rec. deciſ. 292.n.5. & 9.par.6. & coram Ar-
28 guell. deciſ.27.n.2. & 3. & coram Coccin. deciſ.2268.n.3.*
& ad effectum probandi quem eſſe Ciuem, vt poſ-
ſit gaudere diſpoſitione ſimilis ſtatuti, non ſuffi-
29 ciunt fides extraiudiciales *Rot. in Romana Attenta-
torum 26. Iunij 1654. §. denique non obſtat coram bon.
mem. Meltio.*
Nec ſufficit, quod aliquis contrahat vti Ciuis
Romanus, quia ex hac enunciatiua nõ poteſt de-
30 ſumi ſufficiens, & neceſſaria probatio incolatus,
non probata habitatione decennali in Vrbe cum
animo nunquàm recedendi vt tradit *Rot. in deciſ.
88.n.3.par.13.* maximè ſi conſtet de illius origine
extrà diſtrictum, vt ibidem.
Probaretur autem ciuilitas ad hunc effectum, ſi
aliquis fuiſſet caput Regionis *Rot. in rec. deciſ.535.
num.4.par.13.*
Et hoc ſtatutum habet locum inter Ciues, In-
colas, & diſtrictuales tantum. *Fenzon. ad dict. c.180
n.30. Rot. in rec. dec.647.nu.1. & deciſ.661.nu.2.par.1.
& deciſ. 88.n.1. & deciſ. 192. pariter num.1.par.13. &
coram Coccin. deciſ.427. num. 1.*
Secus autem quãdo litigatur inter Ciuẽ, & fo-
renſem, ſed debent ambo Collitigantes eſſe Ci-
ues, vel Incolæ, quia Statutum diſponens de caſu
33 ſimplici non debet extendi ad caſum mixtũ, *Rota
cor. Millin. dec.161.n.1. & ſeqq.* repetita apud *Mar-
cheſan. de Commiſs. p.2. fol. 228.n.29. Rubr. in ſuis ſin-
gular. p.6. ad c.178.n.7.fol.674. & Rot. in rec. dec.88.n.
2. par.13. & in Rom. Salniani 20. Martij 1651. §. ſi-
quidem ſtatuti diſpoſitio coram bo. mem. Veroſpio.*
Et hoc ſtatutum ſeruatur in omnibus Curijs,
34 etiam in Rota, vt firmat *Rot. in rec. deciſ. 491. nu.3.
par.5. & deciſ.292.num.7.par.6. & deciſ.353. n.3. par.
13. & coram Coccin. deciſ.427.num.2. & coram Buratt.
deciſ.197. num.1. & ibi Add. litt. A.*
Et illud ſtatutum dicitur Papale, & compræ-
35 hendit etiam Clericos, Prælatos, Conuentus, Col-
legia, Capitula, Cõmunitates, Eccleſias, & loca
pia. *Rot. coram Buratt. deciſ.197.n.2. & ibi Add. n.4.
& deciſ.253. à n.1. vſq; ad 10. & deciſ. 567. nu.2. &
deciſ.569.n.1. & deciſ.880.n.6. & coram Dunoz. Iun.
deciſ.980. à num.1. vſque ad 5. & coram Bicchio dec.
564. num.2. & coram Coccin. deciſ.1951. num.36. cum
alijs congeſtis in rec. deciſ.54. num.2. par.13.*

A Adde *Rot. in rec. dec.272. nu.1. & deciſ.662.num.3.
par.1. & deciſ.38. n.4. & coram Duran. deciſ.198. nu.*
cum alijs relatis *per Add. ad Buratt. deciſ. 567. n. 6.
& per Gratian. diſcept.691. num.27.*
C Facit *Ruin conſ. 7.num.4.lib.4.*
D Vide *Surd. dec.57.* facit *Fenz. ad ſtatut. ſof. 205.n.28*
Ad intelligẽtiam, & propoſitum præſentis ſta-
tuti de Conſultoribus viden. *Coccin. deciſ.1701. à
n.4. vſq ad fin. & ſuprà ac per totam*, & in illius con-
firmatoria, *dec. 1758. à n.2. vſque ad finem* vbi mul-
ta de hoc ſtatuto, & etiam de ſtylo Capitolij, quas
deciſiones credo ſingulares, & exemplares.
E Declara, vt *per Felin. in cap. ex litteris n. 8. verſ. &
pro iſto impugnatione de Conſtit.*
F Lapſis duobus menſibus ſi Cõſultor non fuerit
recuſatus poſſe ferre votum teſtabatur D. Buccet-
36 tus olim Capitaneus Appellationum innixus fi-
dei plurium Curialium, quã penes ſe aſſeruabat.
Adde *Ruin. dicto. conſ.7. ſub num.2.lib.4.*
Stare per Conſultorem non dicitur, niſi is fue-
rit debito tempore requiſitus. *Alex. conſ.59. nu. 2.
37 lib.4. Odd. de reſtit. in integr. quæſt.67. nu. 39. & fatis
Galganett. ad c.100. col.2. in fine, ſeu num.50.*
G Contrarium videtur tenere *Marſil. Singular 590.
per totum.*
H In Apothecis, & fundacis poſſe ſtabiliri fructus
recõpenſatiuos nõ eſt amplius in dubio, nã in ijs
38 non conſiderantur ſimpliciter merces, & ſtilia
ſed etiam auuiamentum, quod eſt conſiderabile,
ac pretio æſtimabile, cũ ex illo trahantur Empto-
res ad Apothecam, & magna vtilia percipiantũr,
vt eſt cõmunis DD. Sententia, & ſignanter *Ceph.
conſ.328. n.22. & ſeqq.* vbi quod eſt quid diuerſum
ab Apotheca *l.3. Laderc. conſ. 70. nu.1. Grat. diſcept.
547. n.17. Vrſell. concluſ. legal.171. per totam to.2. Rota
cor. Coccin. deciſ.459.n.1.* quæ loquitur de Apothe-
ca Piſtoris, vt patet ex altera deciſione ædita in
eadem cauſa in ordine 421. *in principio*, & firmat,
quod ſuppoſita inter filios cõmunione vniuerſa-
li, licet in hæreditate adſit ſolum auuiamentum
Apothecę paternæ, lucrum ex Apotheca retractũ
cõmunicare debet inter omnes fratres Socios, *&
in rec. dec.540.n.7.par.2.* quæ loquitur de Hoſpitio,
& dec. 269.nu.10. par.9. quæ eſt *Carilli inter eius im-
preſſas deciſ. 303.n.9.* quæ loquitur de Bibliotheca,
quę ob tale auuiamentũ poterat carius vẽdi, & in
deciſionibus Viterbieñ tranſactionis, in quibus
reuocatur *alia bo.me. Celſi*, quarũ prima habetur *in
recen. deciſ.236.n.2. & 3.* in qua fuit dictũ ob id fuiſ-
ſe licitam promiſſionem fructuũ, & in ſecunda *in
ordine 330.nu.8. & ſeq. ac per totam par.13.* & in alia
coram R.P.D. Taia emanata in eadem cauſa, quæ
habetur impreſſa *apud Torre de pact. futur. ſucceſſ. in
ordine 168 à n.6.* & habetur etiã repetita *in rec. dec.
74. à n.6. & pluribus ſeqq. p.14. & in Rom. Diuiſionis 28
Nouembr. 1653. Cor. Illuſtriſs. D. Benlac. §. Alterum
quod Catharina*, in qua agebatur de auuiamento
Droghenę, quod tãquam ęſtimabile fuit compu-
tatum in portione vnius ex diuidentibus.
Hæc tamen, quæ dicuntur de Auuiamẽto, ſunt
intelligenda de auuiamentis certis, vt sũt Hoſpi-
tia, Molendina, furni, & ſimilia, non autem de in-
certis, conſiſtentibus in rebus, quæ hodie poſſunt
39 exerceri, cras non; vt ſunt ludi, & ſimilia E.G. ſi
in aliqua domo exerceretur ludus pilæ ad cordã,
vt hic Romæ plures ad ſunt celebres loci, in qui-
bus tales ludi exercentur; vel in domibus, in qui-
bus fiunt comediæ ab Hiſtrionibus aut à Muſicis

conductis, & similia peraguntur; nam in his tã-
quam omninò incertis, & euentualibus, & quæ à
Principe prohiberi possunt, & passim prohibētur
non potest fundari æstimabilitas auuiamenti, de
quo loquimur, vt ad rem nostram mirabiliter tra-
dit *Zuccar. decis. lucens. 29. à nu. 1. vsq. ad 6.*

Cæterum redeundo vndè diuertimus, est con-
clusio indubitata, quod in his apothecis, quæ vē-
duntur vti constituentes vnū corpus cum vtensi-
libus, & auuiamento licitū est percipere aliquid
in cōpensationem, & fructus recōpensatiui pos-
40 sint licitè pacisci, & percipi absq; labè vsurariæ
prauitatis, etiā si adessent pecuniæ, & credita, quia
nihilominus pro toto debentur fructus, cum cō-
stituant vnitim vnū corpus per modū Tabernæ,
& negocij *quæ sunt Vbaldi inter eius impressas decis. 163. n. 5. & 193. n. 11. vers. dato etiam Rot. in rec. decis. 390. nu. 4. & 540. n. 11. p. 2. Riminald. Iun. cons. 177. à nu. 13. & per totum lib. 2. & facit* Laderc. *cons. 70. per totum, & decis. 330. n. 6. & seqq. par. 13. & post Torre de pact. futur. success. dict. decis. 168. n. 6. & tribus seqq.* vbi
vlterius *n. 7. ex Diana. & alijs Theologis* dicit, quod
41 Aromataria, & similis etiam æstimata potest lo-
cari, *& n. seqq.* respondet contrarijs, & ait, quod
sicuti in pensione non cadit vsura, etiam si pēsio
non sit iusta, ità nec in venditione negocij cum
pręstatione fructuum cadere debet, quia compu-
tatur vnum cum alio, quæ decisio est repetita *in recent. p. 14. decis. 74. à n. 7. & seqq.* & plenissimè om-
nibus pensatis, & latè discussis resolutum fuit *in Fulginaten. Pecuniaria die 28. Nouemb. 1667. cor. Eminentiss. D. Card. Cerro §. A quo quidē calculo, & §. finali* confirmata die *23. Iunij 1670. cor. Reuerendiss. Albergato Decano §. nihil obstante, & §. & seq. vbi inter alios allegat. Dian. resol moral. tract. 8. & de contract. resol. vls par. 1.* quæ decisio Fulginateñ fuit etiam
confirmata *die 19 Iunij 1671. cor. R. P. D. Emerix super puncto fructuum in principio, & §. seq. ac per totam.*

Hinc posset examinari alia quæstio huic germa-
na, an scilicet in his Apothecis detur hypotheca
42 exercibilis contrà Tertium, in quem dictæ Apo-
thecæ fuerint alienatæ, in qua quæstione videtur
negatiuam tenuisse *Rota in Rom. pratensa dotis 29. Maij 1652. cor. bo. Meltio*, quæ habetur impressa
apud *Rodriq. de concurs. Creditor. decis. 4. n. 4.* quæ lo-
quitur de Salsamentaria, *& sub n. 9.* declarat deci-
sionem *Merlin. 224. & Caualer. 259.* quæ videntur
contrariū sentire, confirmata corā eodem *Meltio die 22. Iunij 1654. §. Ex quibus excluditur, & §. seq.*
cū ratione hypothecæ generalis non debeat mer-
43 cium venalium alienatio impediri, nec eius vi-
gore à Tertijs, in quos translatæ sunt, auocari; alias
impedirentur cōmercia, vt considerat *Rot. coram Eminentiss D. Cardinali Otthobon. dec. 55. nu. 8. & 9.*

Affirmatiuam sententiam, quod nempè hypo-
theca detur super his apothecis alienatis in Ter-
tiū, quandò fuit alienatum vti corpus, & quod du-
44 ret hypotheca super mercibus de nouo quæsitis,
& in eodem loco repositis, quia nouæ dicuntur
subrogatæ loco antiquarum, latissimè tradit mul-
tis cumulatis *Carolus Antonius Bottilier. dissertat. forens. 5. n. 3.* vbi agebatur de Aromataria.

1 Fructus, qui debentur ex æquitate *l. Curabit*,
45 licet debeantur solum in summa, in qua percipi-
untur ex ipsa re vendita, cum debeantur solùm ex
veritate non, autem ex opinione iuxtà distinctio-
nem *Roderic. de ann. redd. lib. 3. quæ. 7. n. 85. & Rot. cor.*
Zarate dec. 103. n. 34. & seqq. tamen taxatio ab initio
inter partes conuenta pręsumitur iusta, & ratio-
46 nabilis, quia videtur quædā transactio inter par-
tes inspectò futuro euentu, & qualitate rei, vt tol-
latur difficultas probationis *Rot. coram Merlin. dec. 401. n. 5. & coram Bich. dec. 522. à nu. 9. & seqq.* & isto
casu onus probandi taxationem non fuisse pro-
portionabilem, & iustam incumbit Emptori, qui
hoc asserit *Rot. coram Merlin. dict. dec. 401. nu. 6. coram Bichia dict. dec. 552. n. 15.* & vtramq; conclusionem
egregie firmauit *in Rom. Vineæ 22. Iunij 1672. §. Posi-*
47 *ta autem conuentione coram Illustriss. D. meo Rondinino.*

BO. ME. R. P. D. ANDOSILLÆ
V. S. R. & Votantis olim Celeberrimi.

DISCVRSVS

ARGVMENTVM.

Rescripta Signaturæ an, & quando causent attētata,
retrotrahantur ad effectum reuocandi executio-
nē prius factam, vel faciendam, & quomodo sint
intelligenda, vbi materia latè distinguitur, & ex-
ornatur.

SVMMARIVM.

1 *Attentata dicitur executio, etiamsi agatur de causis executiuis, & alijs appellationē non admittentibus, si causa fuerit per Signaturam commissa siue simpliciter, siue cum clausula translatiua intellige vt num. 4. & seqq.*
2 *Rescripta Signaturæ Iustitiæ sunt ad ordinem, & intellectum Iuris referenda, etiamsi generalitas verborum aliud importaret, vel viderentur Iuri contraria.*
3 *Amplia attenta Clausula.* Et iustitiam faciat.
Clausula. Et iustitiam faciat *restringit omnia. Ibid.*
4 *Limita supradicta in rescriptis Signaturæ Gratiæ, si Papa expresse aliter decreuit.*
5 *Processus executiuus non excusat ab attentatis, si nulliter, vel iniuste fuit processum, & liquet Iudici ad quem.*
6 *Nullitas, & iniustitia ad effectum reuocandi attentata debet esse notoria, & manifesta.*
7 *Quando de iniustitia manifesta, & nullitate non apparet Iudicium Signaturæ suspendit tantum executionem futuram, non autem iam factam, & tunc commissio debet intelligi quoad effectum deuolutiuum tantum n. 9.*
8 *Appellatio in executiuis neque suspendit, neque operatur vitium attentati.*
10 *Cōmissio appellationis cum facultate inhibendi, ac subsequens inhibitio quando iniustitia non est notoria refertur ad executionem futuram, non autem retrotrahitur ad iam factam.*
11 *Cōmissio appellationis cum facultate reuocandi attentata intelligitur prout de iure, nec causant retro attentata, quando non est locus appellationi suspensiuæ.*
12 *Commissio appellationis cum clausula:* cum facultate manutenendi quem de iure, *nec circumscribit, nec reuocat executionem iam factam.*
13 *Commissio appellationis cum clausula:* Constito quod sit locus Aegidianę, *etiam si Iudex à quo det reuerentiales, non reuocat executionem factam.*
14 *Amplia idem procedere in commissione cum clausula ad legitimam executionem, & in commissione cum clausula* Parito arbitrio, *& num. 15.*
16 *Commissio appellationis cum clausula:* si quid exequendum *intelligitur prout de iure.*
Et tunc Iudex ad quem non potest reuocare executionem factam, nisi prius cognito de illius iustitia, & validitate. Ibid.
17 *Amplia idem procedere quando causa fuit commissa cū clausula* si, & in quantum.

18 *Appella-*

18 *Appellatio per Papa admiſſa cauſat attentata, quamuis non fuiſſet admittenda.*

Intellige quoad attentata in futurum, non autem in præteritum num. 19.

19 *Retrotractiu nunquam fit ad annullandum ea quæ legitimè facta fuerunt, maximè ad effectum attentatorum num.* 20.

21 *Declarantur & expenduntur nonnulla S. Rotæ Deciſiones.*

22 *Iuriſdictio non eſt tributa per cõmiſſionem appellationis, niſi hac iuſtificata.*

23 *Executio quamuis facta poſt cõmiſſionem, & inhibitionem nunquam eſt attentata, ſi non adeſt illarum notitia, vel intimatio.*

24 *Amplia idem procedere in executione facta ante citationem ad dicendum contra commiſſionem.*

25 *Contrariorum eadem curatio, & diſciplina.*

26 *Executio facta pendente diſputatione in Signatura an appellatio ſit admittenda nec ne eſt attentata perinde ac ſi appellatio fuerit ab initio interpoſita, ex reuerentia Signaturæ debita.*

27 *Amplia idem procedere data fide Referendarij quod habet commiſſionem præmanibus.*

28 *Item Amplia procedere cauſa propoſita, & dilata.*

29 *Limita ſi pendente relatione, veriſimilis illius notitia haberi non poterat in loco factæ executionis.*

30 *Signaturæ debetur reuerentia etiam ſtante ſtatuto prohibente ad illam recurri.*

Secundum Statutum Ferrariæ *reijcitur.*

Ibidem.

31 *Signatura reuocat omnia geſta in alijs Tribunalibus etiam ſupremis, & Legatorum de Latere, pendentu recurſu ad illam.*

32 *Executio quæ præceſſit cõmiſſionem appellationis, in qua non fuit facta mentio Guarentigiæ, vel obligationis Cameralis non eſt attentata.*

33 *Amplia procedere tam in executione facta ante, quã poſt commiſſionem appellationis, non obſtante quauis inhibitione Rotali.*

34 *Declara non procedere, quando fuit inhibitum vigore ſpecialis commiſſionis ante iudicium coram A.C. vel quando ipſa Cameralis obligatio eſſet dubia numer.* 35.

36 *Clauſula* (ſine præiudicio / ſine retardatione) *Præſeruat facultatem executori exequendi, & Iudici ad quem reuocandi.*

37 *Declara id non poſſe facere per viam attentati.*

Contrarium vt num. 38.

39 *Clauſula* ſine Præiudicio legitimæ Executionis *præſeruat illam executionem, quę Iudici ad quem videtur legitima.*

40 *Clauſula* ſine præiudicio, *in reſcriptis Iuſtitiæ retinet propriam naturam præſeruandi.*

41 *Clauſula præſeruatiua nihil diſponunt.*

42 *Clauſula* ſine præiudicio *nihil concedit de nouo, ſed tantum Ius ſiuè bonum, ſiuè malum præſeruat.*

43 *Commiſſio executorialis non impedit reuocationem attentatorum,, prout de Iure.*

44 *Non tamen tribuit iuriſdictionem quoad meritũ, niſi adſit adiuncta clauſula* ſin minus cauſam appellationis cognoſcat.

45 *Executio facta pendente termino ad appellandum poteſt vti attentata reuocari non obſtante clauſula* ſine præiudicio.

46 *Clauſula* Appellatione remota *non impedit reuocationem attentatorum ſtante notorio grauamine.*

47 *De Attentatis dari poteſt non obſtante Aegidiana, vel alio iudicio executiuo.*

48 *Reſcripta Signaturæ iuſtitiæ cum clauſulis executiuis intelliguntur quatenus ſententiæ ſint iuſtæ, & validę.*

49 *Signatura non iudicat circa merita.*

50 *Circa verò ordinem, & modum procedendi magnam habet authoritatem, quæ non poteſt indubium reuocari.*

51 *Nullitas vel iniuſtitia executionis debet eſſe patens, ad hoc, vt Iudex ad quem non obſtante clauſula* ſine præiudicio, *aut* ſine retardatione, *poſſit illam vti attentatam reuocare.*

52 *Executio regulariter non reuocatur per viam Spolij, vel attentatorum, quando vitium reſultat ex meritis.*

53 *Maximè ſi ex nouis probationibus poteſt iuſtificari.*

54 *Executio nulla poteſt reuocari per viam mandati de manutenendo, dum illam paſſus non habuit ſe pro ſpoliato.*

55 *Declara in nullitate, & iniuſtitia clara, & patenti, & non alias.*

56 *Clauſula* (Parito / non retardata executione) *præciſam exigit paritionem.*

57 *Clauſula* ſine retardatione *reſpiciens executionem litterarum apoſtolicarum conſumitur in prima paritione.*

Etiam ſi executio fuiſſet nulla, ibidem.

58 *Appoſita tamen in litteris reſeruationis penſionis non conſumitur in prima executione, ſed durat etiam pro terminis decurrendis.*

59 *Et durat vſquè ad finem litis, in ſecunda, & tertia inſtantia.*

60 *Et idem operatur quod clauſula* Parito.

61 *Et impedit reuocationem, & manutentionem, vt clauſula* Parito.

62 *Recurſus ad Signaturam pro Superſeſſoria quandò cauſet attentata.*

VOTVM III.

INVALVERAT opinio noua, quod commiſſa per Signaturam cauſa appellationis ſimpliciter, vel cum clauſula translatiua executionis tunc ſi contigerit executionem præceſſiſſe, iudicari debeat attentata, etiam in
1 executiuis, vel etiam ſi ſententia non fuiſſet appellabilis ad effectum ſuſpenſiuum, *Rota apud Duran. dec.* 191. *num.* 5. & 6. *& deciſ.* 240. *numer.* 3. vbi non obſtante Ægidiana, & apud *Poſthium deciſ.* 246. *& in alijs relatis per Addentes ad Burratt. deciſ.* 902. *num.* 6. *par.* 3. *& in Mantuana iuris paſcendi* 26. *Iunij* 1628. *coram Virile, Ferrarien. pecuniaria* 7. *Aprilis* 1631. *coram Motmanno, Moguntina hæreditatis* 1. *April.* 1639. *coram Carillo,* & in alijs pluribus, quæ Signaturæ ſatis applaudebant.

Sed cum reſcripta præſertim Signaturæ Iuſtitiæ ad ordinem, & intellectum iuris referri ſoleant, & debeant, etiam ſi generali-
2 tas verborum aliud ſonaret, aut illa viderentur diſcrepare à iure, *cap. cauſam quæ,* vbi ad multa *Felin. num.* 5. *&* 6. *de reſcript. Iaſ. in l. cauſas num.* 7. *C. de tranſact. Gemin. conſ.* 47. *num.* 3. *Calder. conſ.* 1. *de ſent. excommunic. Dec. conſ.* 209. *num.* 5. *&* 6. *Caputaq.*

decis. 154. *par.* 1. *& dec.* 280. *num.* 4. *par.* 3. *Mantic. dec.* 218. *num.* 2. *&* 3. maxime propter clausulam, &
3 *iustitiam faciat*, quæ restringit omnia, *Crescent de rescript.* saltem in rescriptis Signaturæ Iustitiæ, licet secus in rescriptis Signaturę Gratiæ, quan-
4 do Papa expresse, & ex certa scientia, ac præcise aliter decreuisset, *Seraph. decis.* 927. Ideo pro declaratione videtur distinguendum inter sequẽtes casus.

Primus est quando sententia, vel mandatũ laborat aliquo grauamine manifesto nullitatis vel iniustitiæ, & tunc sine controuersia procedit dicta opinio, dum de dicta nullitate, vel iniustitia liquet Iudici ad quem procedenti ad re-
4 uocationem attentatorum, nam processus executiuus non excusat, nec excusatur ab atten-
5 tatis, si nulliter, vel iniustè factus fuerit, *Mant. decis.* 33. *num.* 1. *&* 2. quæ tamen iniustitia, vel nullitas ad effectum reuocandi executionem sententiæ debet esse notoria, & quæ nullo ve-
6 lamine celari possit, *Corn. conf.* 10. *n.* 3. *lib.* 4. *Contrad. in l. vnic. limit.* 9. *à num.* 8. *C. Si de momentan. Buratt. decis.* 251. *&* 323. *Rota in Romana hæreditatis de Comitibus* 16. *Iunij* 1587. *coram Gipsio, & sæpe in alijs.*

Secundus Casus est, quando non apparet talis manifesta iniustitia, vel nullitas, neque de illa liquet Iudici ad quem, & solum allegatur iudicium Signaturæ faciendi causam appellabilem, etiam ad effectum suspensiuum, dum dat expresse facultatem inhibendi, & tunc etiã si forte Signatura dubitasset de iustitia, & vo-
7 luerit suspendere executionem vlteriorem in futurum; non tamen pernecesse videtur improbasse executionẽ factam, ità vt debeat, & possit reuocari tanquam attentata; Cum enim appel-
8 latio iñ executiuis non suspendat, neque operetur vitium attentati, *cap. non solum ibi exceptis casibus, & &c. de appellat. lib.* 6. *Lancellot. de attentat. cap.* 12. *limit.* 25. *num.* 30. *& limit.* 48. *Garz. de benef.* 9. *part. cap.* 4. *num.* 29. *&* 30. *Gonzal. in reg.* 8. *in annot. contra nullit. à nu.* 209. *Rot. diuers. decis.* 1155
9 *in fine par.* 3. vtique Commissio dictæ appellationis simpliciter debet intelligi quo ad effectum deuolutiuum tantum, *Rota ad Statil. decis.* 232. *num.* 3.

Et prædicta Commissio appellationis cum facultate inhibendi, & subsequens inhibitio re-
10 ferenda est ad futuram executionem, non autem ad retractandam executionem iam factam, *Rota decis.* 20. *in finalibus verbis de appellat. in nouis, & apud Zachiam post Gallès. de oblig. Cameral. decis.* 120. *num.* 3. *Lancellott. de attent.* 2. *par. cap.* 20. *num.* 12. *Mandos. de inhibit. q.* 22. *& q.* 70. *nu.* 2. Et in puncto quod Commissio appellationis cum facultate reuocandi attentata intelligen-
11 da sit prout de Iure, & ideo nõ causet retro attentata, si non erat locus appellationi suspensiuæ, *Rota decis.* 592. *num.* 3. *par.* 2. *recent.* & de Commissione appellationis cum facultate ma-
12 nutenendi quem de Iure, quod non circumscribat, nec reuocet executionem factam, *Rota decis.* 305. *num.* 15. *& seqq. par.* 6. Et de Commissione appellationis cum facultate exequendi
13 constito quod sit locus Aegidianę, etiam si Iudex à quo dedisset reuerentiales, *Rota apud Sta-*
14 *til. d. decis.* 232. & de Commissione appellationis cum clausula procedendi ad legitimam executionem, *Rota in Sabinen. Terrarum apud Postium decis.* 61. & de clausula translatiua parito arbitrio, quod non det facultatem retractandi
15 executionem. *Gregor. decis.* 70. *Gonzal. in dictis annotat. contra nullit. glos.* 9. *num.* 296.

Sic etiam Cõmissio appellationis cum clausula, *si quid exequendum*, intelligitur prout de Iure, vnde cognoscendum est prius de iustitia,
16 & validitate per Iudicem ad quem. *Rota diuers. decis.* 423. *num.* 1. *par.* 1. *& decis.* 44. *num.* 6. *par.* 4. *& in Firmana attentatorum* 6. *Aprilis* 1612. *coram Pena*, vt pariter dicitur de clausula, *si, & in quan-*
17 *tum*, quæ non admittit, nec reijcit appellationem, neque causat attentata, nisi quatenus de iure, *Franch. in cap. sæpe num.* 5. *vers. si autem de appellat. Felin. in cap. cum contingat num.* 13. *de offic. D. leg. Lucas Petus in praxi lib.* 5. *cap.* 2. *nu.* 9. *Scacc. de appellat. q.* 17. *limit.* 6. *memb.* 7. *num.* 100. aliter sequi posset, vt idem Iudex ad quem prius ex abrupto reuocaret executionem, & postea iudicaret pro executione, & sic simul esse, & non fuisse exequendum.

Nec refragatur communis illa Conclusio, quod appellatio non admittenda si fuerit per
18 Papam admissa causet attẽtata ex allegatis per *Lancellott. de attent.* 2. *par. cap.* 12. *limit.* 6. *num.* 31. *& seq. & par.* 3. *quæst.* 31. *num.* 9. *&* 10. quia idest intelligendum in futurum, non autem in præ-
19 teritum, nam retrotractioni nunquam est locus ad annullationem eorum, quæ legitimè facta fuerunt, *Seraph. decis.* 549. *num.* 1. *in fine, Cassad. decis.* 40. *super regul. Milis in verbo ratificatio*,
20 licet trahatur, & multo minus ad effectum attentatorum, *Lancellott. de attent.* 2. *par. cap.* 4. *in præfat. num.* 69. *&* 70. *& part.* 1. *cap.* 1. *numer.* 90. *& sequ.*

Non obstant decisiones Rotales supra citatę pro contraria sententia; quia in illis recenter voluit sequi sensum Signaturæ, nunquam antea imaginatum, qui sine federe distinctionis de qua supra, sustineri non potest, quod bene agnouit in. *Ariminen. domus* 7. *May* 1635. *coram Dunozetto, Romana dotis* 2. *Iuny* 1636. *coram Ghislerio*, & nouissimè in. *Auenionen. hæreditatis* 14. *Iuny* 1648. *coram Celsa*, in quibus respondit illam opinionem posse defendi, quando Signa-
21 tura dubitans de viribus appellationis commisit causam cum clausulis suspensiuis, secus autem in commissione simplici appellationis, de qua tunc agebatur; Sed re vera ibi sententia executa, fuerat iniustissima, vt Signaturæ optimè notissimum est; At vbi non apparet aliqua nullitas, vel iniustitia, sola Commissio appellationis tantum abest, vt retractet executionem prius factam vti attentatam, vt potius nullam
22 tribuat iurisdictionem, nisi iustificata appellatione. *Egid. decis.* 22. *&* 28. *&* 100. *Vant. de nullitat. ex defectu iurisdictionis ordinariæ num.* 76. *Cæsar de Graff. decis.* 2. *de rescript. Scacc. de appellat. qu.* 3. *num.* 3. *Zach. d. decis.* 120. *Rot. in Romana Cambiorum* 4. *Iulij* 1636. *coram Dunozetto.*

Et quia abissus abissum inuocat, ex opinione contraria sequeretur, quod executio facta etiã post commissionem, & inhibitionem ante no-
23 titiam, vel intimationem inhibitionis semper esset attentata, & reuocanda, quæ iure non subsistit.

sistit, *Lancellott. de attent. post inhibitionem cap. 20.*
limit. 25. & 1. par. cap. 1. num. 92. & 2. par. cap. 4.
limit. 27. Seraphin. decis. 1096. n. 2. Cualer. dec. 499.
24 Item sequeretur, quod executio facta ante
Citationem ad dicendum contra Commissio-
nem semper esset attentata, & reuocanda, con-
tra *text. cum ibi notat per Ancaran. & Card. in cle-*
ment. 2. vt lite pend. Lancellott. d. 2. par. cap. 4. in
præf. num. 112. & seqq. Rota decis. 317. par. 2. re-
cent, & sequeretur vlterius aliud absurdissimū
ab opposito, de quo infra, cum contrariorum
eadem debeat esse ratio, & disciplina.

Tertius est casus quando èxecutio facta fuit
ante commissionem illo medio tempore, dum
tamen iam habitus fuit recursus ad Signatu-
26 ram, & discutiebatur, an appellatio esset admit-
tenda nec ne, tunc enim censenda est attentata,
perīde ac si ab initio fuisset appellatio admissa,
Duran. decis. 96. num. 4. Id tamen non ex vi præ-
cedentis appellationis non suspensiuæ, sed ex
reuerentia debita Signaturæ, in qua causa pen-
debat, postquam tamen Pars fuisset citata, vt
ex reformatione Sanctissimi, *Buratt. decis. 134.*
num. 5. & 6. Lancellott. de attentat. 2. par. cap. 19.
num. 14. & 30. saltem data fide Prælati habentis
27 Commissionem in manibus, *Rota decis. 135.*
num. 4. ad finem par 1. recent. vel postquā Causa
28 fuisset semel proposita, & dilata, quando dila-
tio non expirasset, *Lancellott. de attent. 2. par.*
cap. 8. de attent. relatione pendente, nisi executio
29 facta fuisset in partibus ante verisimilem no-
titiam citationis coram Prælato, etiam ante
concordato coram Datario, *vt in Romana, seu*
Castren. affictus 5. Iunij 1617. coram Seleucien.

Quæ reuerentia Signaturæ debita procedit
non obstante quolibet statuto prohibente ad
illam recursum, vel supplicationem, vt contra
30 Statutum Ferrariæ fuit resolutū in *Ferrarien.*
pecuniaria 7. April. 1631. coram Motmanno; Vnde
merito talia Gesta in spretum Signaturæ cir-
cumscribi solēt, quicquid forte sit in alijs Tri-
bunalibus supremis etiam Legatorum de La-
31 tere, quia non possunt regulariter admittere
supplicationem contra sententiam, quia hoc
est solius Principis, *Gambr. de potest. Legat. lib. 8.*
num. 134. & seq. (saluis tamen facultatibus.)

Quartus est casus, quando executio præces-
sit Commissionem appellationis, in qua ta-
men non fuit expresse habita mentio obliga-
tionis Cameralis, vel etiam guarantigiæ, quia
32 tunc absolute non potest haberi pro attentata
propter facultates Auditoris Cameræ, vt bene
Zach. d. decis. 120. num. 6. & 7. & de obligat. Ca-
merali, *Addent. ad Buratt. d. decis. 902. num. 7.*
& hoc procedit in executione facta tam ante
quam post Commissionem appellationis, non
33 obstante quauis inhibitione etiam Rotali, *Rota*
diuers. decis. 641. num. 11. & seqq. par. 1. nisi fuisset
34 inhibitum vigore specialis Commissionis an-
te Iudicium cæptum coram A.C. *vt in Roman.*
dotis, seu bonorum 17. Decembris 1632. coram Mot-
35 *manno*, vel nisi dubia esset ipsa obligatio Ca-
meralis, vel guarantigia, seu an illi locus fuis-
set *Mandos. de inhibit. q. 93. in fin. vers. in vno ca-*
su, Lancell. de attent. post inhibit. limit. 26. num. 7.
Seraph. decis. 53. Rot. in Romana pecuniaria de Mael-
la 15. Iunij 1631. coram Pamphilio.

E conuerso nō controuertitur, quin clausu-
36 la *sine præiudicio*, vel *sine retardatione* præseruet
Executori facultatem exequendi remouendo
impedimentum cuiuscumque inhibitionis,
nec tamen tollit facultatem Iudicis ad quem
via ordinaria illam post quā consummata fue-
rit reuocandi, *Seraphin. decis. 845. num. 2. Rota*
37 *in Oueten. coram Lancellot. apud Marches. par. 1.*
fol. 435. Sed dubium est an ipse Iudex ad quem
possit illam executionem reuocare vti attenta-
tam, etiam per viam mandati de manutenen-
do, & pro negatiua stante dicta clausula sine
præiudicio fuit decisum in *Anconitana dotis 3. A-*
prilis 1609. coram Millino, & in Bergomen. Bene-
ficij 24. Nouembris 1614. coram Vbaldo seniore, &
sic bene plerumq. seruatur, quasi per dictam
clausulam Signatura deliberauerit fuisse, vel
esse locum executioni, & eam præseruet à vi-
tio attentati; *Rota decis. 233. num. 10. par. 6. recent.*

Contrarium tamen quod facta executione
38 sit consumptus effectus dictæ clausulæ, atque
ideo non impediatur Iudex ad quem illam re-
uocare vti attentatam, & nullam, etiam per
viam mandari de manutenēdo, vel reintegran-
do, siue dicta executio præcesserit Commissio-
nem, siue non, resolutum fuerat in eadem illa
Bergomen. beneficij 1. Iulij 1613. coram eod. Vbaldo,
& olim in Hispalen. & Corduben. permutationis 11.
Martij 1595. coram Gypsio, apud Garz. de benefic.
1. par. cap. 5. num. 573. & seq. & coram Gregor. decis.
91. num. 11. vbi Beltramin num. 13. addit fuisse re-
cessum *à d. decis. Bergomen.* del 1614. *Buratt. de-*
cis. 185. num. 6. & ibi Addent. littera B. *& decis. 940.*
num. 10. & coram Aldobrandino in Rom. Casalis apud
Marchesan. par. 2. fol. 61. num. 3. & in Rom. domus
S. Iacobi Hispanorum 22. Martij 1627. & Neapo-
litana beneficij 15 Decemb. 1631. coram Patriarca
Hierosolymitano Meleuitana attentatorum 20. Iunij
1639. coram Dunozet. Duran. decis. 414. n. 3. Rota
decis. 214. num. 5. & 6. par. 7. recen. cum alijs per
Mart. de clausul. par. 1. claus. 159. num. 3. & seqq.
& claus. 106. num. 3.

Idque facilius adiecto verbo *legitimæ execu-*
39 *tionis*, quod præseruat tantum illam executio-
nem, quæ legitima videbitur Iudici ad quem,
vnde poterit reuocare attentatam. vel alias
nullam; & minus legitimam executiuè, *vt in*
d. Rom. Casalis apud Marchesan, & in Placentina
fideiussionis 21. Iunij 1592. coram Penia apud eundem
tom. 1. fol. 277. n. 3. & per Martā d. clausula 159. n. 7.

In hac igitur controuersia distinguerem, An
40 scilicet executio non haberet aliquod fomen-
tum iuris nisi à Cōmissione per clausulam *sine*
præiudicio executionis, & tunc quia rescripta Iu-
stitiæ regulantur à Iure, talis clausula debet
retinere propriam naturam clausulæ præser-
uatiuæ, nempe si & quatenus de iure, *Rota*
41 *apud Garz. d. 1. part. cap. 5. num. 574. vers. quo-*
niam clausula prædicta, Marta dicta 1. part. claus.
158. & 159. nam clausulæ præseruatiuæ nihil
disponunt, *Ang. in l. scripturas num. 3. vers. &*
attende, C. qui potior in pignor. Et ideo clausula
42 *sine præiudicio* nihil concedit, sed tantum ius
siue bonum, siue malum præseruat, *Put decis.*
197. num. 23. lib. 1. Cassad. decis. 2. num. 3. de re-
seru. alias plus disponeret clausula præseruati-
43 ua executionis, quam Commissio præcisa

Mm 3 execu-

executorialis, quæ tamen non impedit reuocationem attentatorum prout de iure, *Caputaq. decis.* 154. *par.* 1. *Rota in Asculana bonorum* 24. *Nouembris* 1595. *coram Orano*, licet non tribuat iurisdictionem quoad merita, & agnitionem
44 Causæ principalis deficiente clausula, *sin minus, causam appellationis cognoscat*, vt latè in *Sabinen. Terrarum* 11. *Decembris* 2617. *coram Vbaldo, apud Fenzon. decis.* 9. *& Postium decis.* 61.

Vnde sequitur quod executio facta appellatione, vel eius termino pendente in casu appellabili posset reuocari tanquam attentata, non
45 obstante clausula *sine praeiudicio*, quia per eam Signatura non iudicat, sed præseruat, nec videtur, neque potuisset remouere attentata, vt in fortiori de Papa, & propter regulam de iure quæsito non tollendo, tradit *Caputaq. d.*
46 *decis.* 154. *par.* 1. & pariter clausula *appellatione remota* non impedit reuocationē attentatorum, stante nototio grauamine, *Lancell. de attent.* 2. *par. cap.* 12. *limit.* 8. *n.* 24. *& seqq. Put. decis.* 414.
47 *lib.* 3. Et inde videmus dari de attentatis non obstante Ægidiana, vel alio Iudicio executiuo stante notorio grauamine, aut nullitate, *Rota apud Pacif. decis.* 63. Et quod rescripta Signatu-
48 ræ cum clausulis executiuis intelligūtur quatenus sententiæ sint iustæ, & validæ, *Gabr. cons.* 149. *num.* 67. *lib.* 2. *Rota in Lauden. Pecuniaria*, & *Fauentana Monasterij apud Marchesan. par.* 2. *fol.* 144. & 145.

An vero executio haberet fomentum iuris, & validitatis aliunde, quam à dicta Commissione habente clausulam præseruatiuam illius; Ita vt nullitas, vel grauamen Iudicis exequentis non esset manifestum, vel notorium, & ex eisdem actis, tunc temere Iudex ad quem reuocaret illam vti attētatam ex suo capite, contra sensum Signaturæ per clausulam sine præiudicio, quę regulariter, & in dubio, siue vbi ius non repugnat, defendit executionem à vitio attentati, vt supra dixi, Etenim eo casu procuidubio magis standum esset opinioni Signaturæ, quam Iudicis ad quem, licet enim Si-
49 gnatura non iudicet circa merita causæ, *Rota diuers. decis.* 310. *num.* 2. *par.* 1. tamen circa ordinem, & modum procedendi summam habet
50 authoritatem, nec Iudices possunt eam in dubium refricare, *Seraph. decis.* 857. *num.* 12. & 13. *Duran. decis.* 132. *num.* 8. & 9. *Rota in Ildesimen. apud Marchesan. par.* 2. *fol.* 587.

Et ideo ad effectum vt Iudex ad quem non obstante clausula *sine praiudicio*, aut *sine retardatione* possit reuocare executionem factam vti nullam, & attētatam omnino requiritur quod
51 nullitas, vel iniustitia executionis sit valde patens, & notoria; Itaut nullo pacto possit colorari, *vt in Romana de Bombellis apud Postium decis.* 9. *Caual. decis.* 337. *Andreas decis.* 29. *num.* 7. *Rota decis.* 668. *par.* 3. *recent. Seraph. decis.* 867. præsertim verò quādo vitium executionis deducitur à sola iniustitia, vel meritis causæ principalis, quia tunc regulariter non debet reuocari per viam spolij, vel attentatorum, *Rota diuer. decis.* 150. *num.* 3. *lib.* 2. *par.* 3. & *in Romana domus* 18. *Iunij* 1601. & maximè quando possit iustificari ex nouis probationibus, *Rota decis.* 353. *num.* 4. *par.* 2. *recent.*

Verum data nullitate executionis hæc disputatio redderetur inanis, quia parum refert, quod executio non possit reuocari per viam
54 attentatorum, si potest reuocari per viam nullitatis, quæ sufficit ad hoc vt Iudex possit illam reuocare per viam mandati de manutenendo, dum illam passus non habuit se pro spoliato, *Rota diuers. decis.* 802. *num.* 7. *vers. quia pro responsione*, & *decis.* 645. *num.* 6. *par.* 1. *Gregor. decis.* 105. per doctrinam *Alexandri in l. qui vniuersas num.* 5. *ff. de acquir. possess. Soccin. cons.* 18. *num.* 29. *lib.* 1. *Sarnen. super regul. de annal. q.* 45. *num.* 3. *Benintend. decis.* 93. *num.* 6. quamuis etiam hoc procedat quando nullitas, & iniustitia esset valdè patens,
55 & notoria, non autem alias, *Rota d. decis.* 668. *par.* 3. *recent.* Dum ergo admittitur quod clausula sine præiudicio non impedit reuocationem executionis per viam nullitatis, licet impedit at per viam attentatorum, poterit Iudex ad quem illam reuocare per viam mandati de manutenendo.

Hæc tamen secus essent in clausula *parito*
56 *aut non retardata executione*, quia huiusmodi clausulę sunt dispositiuæ, ac præcisam exigunt paritionem cum effectu, atque durabilem vsque ad finem litis; Itaut non possit reuocari tanquam nulla per viam mandati de manutenendo, vt fuit decisum in *Regien. beneficij* 13. *Ianuarij* 1595. *coram Litta*, *Garz. de benef.* 6. *par. cap.* 3. *num.* 111. *Marta de clausul. par.* 1. *clausul.* 91. *num.* 15. nec dicitur paritum, quando non durat paritum, *Fenuc. de moment. temp. cap.* 29. *Albert. Brun. de permanent. seu perseuerant. in eodem statu conclus.* 6. & in materia executionis; quæ non durat, *Lanfranc. de arbitr. part. vlt. num.* 87.

Denique adhuc manet dubium in Clausula *sine retardatione*, quæ aliquando respicit momentaneam paritionem, vel executionem
57 literarum Apostolicarum alicuius beneficij, & tunc consumitur effectus illius in prima executione, seu paritione, *Innocent. in cap. pro illorum num.* 4. *vers. in alijs autem de præbend. Rebuff. in forma mandat. apost. verbo defendentes vers. item facta executione*, *Menoch. de retinend. remed.* 1. *n.* 18. & *seqq.* etiam si executio fuisset nulla, *Cavaler. decis.* 547. *Rota decis.* 631. *num.* 8. & *seqq. par.* 2. *rec* & consequenter non erit amplius impedimento quo minus Iudex ad quem cognita nullitate executionis possit illam reuocare etiam per viam attentati, vel mandati de manutenendo, *Rota decis.* 79. *num.* 3. *par.* 2. *rec. sine Gregor. decis.* 91. *num.* 11. & 13. *in Neapolitana beneficij* 15. *Decemb.* 1631. *coram Manzanedo*.

Aliquando respicit totum tempus futurum vsque ad finem litis, vt quando apponitur pro pensionibus, & annuis legatis, siue pro alimentis, & simplicibus, ne Orator fraudetur
58 sua quasi possessione, vel executione debita etiam pro terminis decurrendis, & tunc dicta clausula nō consumitur in prima executione, vel paritione, *Menoch. d. remed.* 1. *num.* 91. *Lanfranc. vbi supra Afflict. decis.* 341. *num.* 5. *Put. decis.* 326. *in addit. vers. non obstabat. etiam lib.* 1. *in correctis Coccin. decis.* 144. *num.* 5. Et propterea tunc
59 dicta clausula *sine retardatione* durat perpetuo vsque ad finem litis, itaut facta solutione in secunda instantia adhuc obstet in tertia, *Rota decis.* 308.

deciſ. 308. par. 3. recent. & deciſ. 33. diuerſ. par. 2.
Canaler. deciſ. 10. *num.* 4. *Lotter. de re beneſic. lib.* 1
cap. 38. *num.* 13. & operatur idem, quod clauſula
60 parito *Ioannes Paulus deciſ.* 61. *Put.* 21. *de penſio-*
nibus, Graſs. 8. *de re iudic. Saruen. in comdend. Si-*
61 *gnatur. n.* 84. & conſequenter ad inſtar clauſu-
læ *parito* impedit reuocationem, & manuten-
tionem vt ſupra.

Angelus Auctoſilla.

ANNOTATIO.

AD *num.* 26. ſuprà: animaduertendum puto, quod ſolus recurſus ad ſignaturam vbi non adeſt ſuperſeſſoria non efficit, vt appellatus lapſo termino citationis perpetuo debeat expectare, ſed ſufficit, quod abſtineat ab executione vltimis tribus diebus, nempè in
62 die informationis, in vigilia, & in ipſa die ſignaturæ iuxta ſtylum Signaturæ, ſuper quo emanauit etiam decretum Eminentiſſimi D. Cardinalis Præfecti, vt teſtatur *Rota in rec. dec.* 429. *num.* 28. 29. & 30. *par.* 9. & attentata committuntur ſolum quando citatus pro Signatura pro cõceſſione ſuperſeſſoriæ coram D. Cardinali Præfecto, & non expectato illius, ſeu Auditoris Signaturæ decreto procedit adulteriora, vt proſequitur *dicta deciſ.* 429. *num.* 31. *par.* 9. confirmata *in par.* 10. *deciſ.* 57. *num.* 60.

VOTVM

Illuſtriſ. D.

NICOLAI SEVEROLI

SACR. CONSIST. ET R. FABRICÆ

S. PETRI ADVOCATI.

In Cauſa Romana Hæreditatis.

Inter

Eandem R. Fabricam S. Petri.

Et

Ven. Archiconfr. Sanctiſs. Trinitatis Peregrinorum.

ARGVMENTVM.

Reuerenda Fabrica Sancti Petri accipit legata incertis perſonis relicta, & de eius facultatibus. Legata relicta cum facultate alicui diſtribuendi, & nominandi in cauſas ſecreto ſignificatas, quando intelligantur in cauſas pias, & de modo procedendi. Legata an reſtringantur ad bona de tempore teſtamenti, vel de de tempore obitus exiſtentia.

SVMMARIVM.

1 *Diſtributio bonorum commiſſa tertio in cauſas ipſi oretenus ſignificatas an intelligatur in cauſas pias, & relictum reputetur pium remiſſiuè & nu.* 2. & 3
4 *Fabrica Sancti Petri actionem habet ad bona incerta reſtitutionis.*
5 *Chriſtus eſt hæres vniuerſalis & terminus omnium incertorum.*
6 *Pauperum appellatione veniunt etiam Monaſteria, Hoſpitalia. & Eccleſiæ.*
7 *Papa tamquam Dominus potuit applicare incerta Reuerenda Fabrica.*
8 *Diſtributio præſumitur facta ſtante lapſu temporis & bona fama diſtribuere debentis cum alijs coniecturis.*
9 *Præſumptiones cedunt veritati.*
10 *Diſtributio quando fit in executionem voluntatis alterius debet id exprimi, alias non valet.*
11 *Ius declarandi rem alterius confidentiæ & ſecreto commiſſam non tranſit ad hæredes.*
12 *Declaratio quæ fit iuxtà voluntatem & ordinem alterius fieri debet cum iuramento.*
13 *Hæres non poteſt declarare cum iuramento id quod fidei defuncti erat commiſſum.*
14 *Facultas diſtribuendi bona alicui conceſſa reſtringitur ad bona, quæ teſtator habebat de tempore conceſſæ facultatis.*
15 *Limita quando Teſtator vſus eſt verbis reſpicientibus tempus futurum & num.* 16. & 17.
18 *Inſtitutio hæredis comprehendit etiam bona poſt teſtamentum quæſita.*
19 *Relatio ſemper fit ad proxima.*
20 *Verba vniuerſalia non referuntur ad ea, de quibus eſt facta particularis prouiſio.*
21 *Clauſula* omnia bona &c. *extenditur ad omnia bona mobilia ſtabilia, ſemouentia, iura, credita, & actiones, præſentia, & futura.*
22 *Clauſula cæterata poſita poſt relationē partis alicuius diſpoſitionis comprehendit omnia ſequentia in diſpoſitione relata.*
23 *Legatum nunquam reſtringitur ad tempus teſtamenti ſtantibus contrarijs coniecturis.*
24 *Legatum factum tempore grauis infirmitatis, ſi teſtator conualeſcat, & ex alio morbo decedat, intelligitur de rebus exiſtentibus tempore mortis.*
25 *Reſtitutio dotis promiſſa intelligitur de ea, quæ contingit per diſſolutionem matrimonij.*
26 *Legatum debetur de bonis ſubrogatis, & renouatis loco conſumptorum.*
27 *Fabrica non procedit executiuè contra tertios.*
Sed hac opinio non eſt tuta in praxi num. 35.
28 *Declaratio voluntatis poteſt committi alteri, & relictum ità factum ſubſtinetur.*
29 *Et dicto caſu Epiſcopus poteſt cogere ad declarandum cauſas, in quas iuſſus fuit bona diſtribuere.*
30 *Amplia etiam ſi Teſtator dicat ſecretò ſignificaſſe executori, dum non mandat ſeruari ſecretum.*
31 *Declaratio prædicta fieri debet cum Iuramento.*
32 *Declarationi factæ cum Iuramento an ſit ſtandum, quando Teſtator executori mandauit ſeruare ſecretum, abſque alijs coniecturis, contrariæ ſunt opiniones DD. remiſſiuè & num.* 33.
34 *Fabrica Sancti Petri procedit executiuè & manu Regia.*
36 *Tertius dicitur ille, qui ſuccedit titulo ſingulari, ſecus ſi titulo hæreditario & vniuerſali.*

37 Hæres

37 *Hæres conuenit ut eadem via executiua, qua defunctus conueniri poterat.*

53 *Hæredum appellatione veniunt omnes hæredes in infinitum.*

83 *Defuncti obligatio transit etiam ad mediatos hæredes*

VOTVM IV.

Octauius Lazarus ægrotans cum periculo mortis de anno 1621. condidit Testamentum in quo inter cætera ità disposuit. *Item dice, e dichiara nel tempo del sponsalitio tra esso, e Madonna Santa sua Moglie hauer hauuto, e riceuuto da lei in dote scudi 200. moneta; cioè in tanti mobili di Casa ascendenti à detta somma di scudi 200. quali vuole restino liberi, e li possa cauare da tutti li beni di esso Testatore, che al presente si troua, e quello vi sarà di più delli detti scudi 200. dotali vuole parimente, e comanda alla detta sua moglie, & herede sia obligata spenderle, pagarli à quelli, che esso Testatore hà ordinato à bocca à essa moglie sua.* Deinde per nouum, & separatum Capitulum specificat nonnulla ipsius bona, & credita parui momenti penes alios existentia, vt innotescerent hæredi his verbis. *Item dichiara esso Testatore hauer vn credito &c. Vna Caualla &c.* & tandem subsequitur institutio hæredis latino sermone sic. *In omnibus suis bonis mobilibus, stabilibus, iuribus, & actionibus quibuscumque præsentibus, & futuris suam hæredem vniuersalem instituit dictam Sanctam eius charissimam Vxorem, cui reliquit omnia supradicta bona &c. cum onere supradicto oretenus dictæ eius Vxori ordinato.*

Conualuit ex illa infirmitate Testator, & superuixit alijs annis 33. Nempe vsq; ad annum 1654. de quo obijt superstite Sancta eius Vxore scripta hærede in dicto testamento, vigore cuius hæreditatem Viri defuncti adiuit, & Inuentarium confecit, in quo descripsit quamdam domum, 18. boues cum Curribus, & alia bona à Testatore medio tempore acquisita, sed paulo post Sancta quoque decessit, cui ab intestato successit Maria Vccelletta eius soror germana, quam statim Ministri Reu. Fabricæ Sancti Petri coram me in locum D. mei Vespignani absentis deputato conuenerunt ad docendum Sanctam illius Sororem, & auctricem erogasse, & expendisse hæreditatem, & bona Octauij Viri in causis ipsi à Testatore ordinatis; causaque per sex fere menses discussa, pluribusque Procuratoribus, & Aduocatis Mariæ in voce, & in scriptis sæpius auditis. Censui dictam hæreditatem Reu. Fabricæ esse applicandam, & successiuè mandatum de immittendo ad illius fauorem decreui, & relaxaui, cui Maria acquiescens, recursum habuit ad Sac. Congregationem Reu. Fabricæ, & benignè obtinuit ad honestam compositionem admitti, sed dum de ea stipulanda tractabatur, Maria improuiso fato sublata, diem suum clausit extremum cum testamento, in quo hæredem vniuersalem scripsit Ven. Archiconfraternitatem Sanctissimæ Trinitatis Peregrinorum Vrbis, quæ vrbanè requisita, maluit ius suum litigando prosequi, quam tractatam compositionem perficere, Ideò causa iterum ad trutinam disputationis reuocata, post auditos per mensem Procuratores, & Aduocatos dictæ Archiconfraternitatis in voce, & in scriptis, ac etiam in Contradictorio alterius partis informantis exequatur dicti mandati viuente Maria relaxari expediendum duxi.

Quamuis enim maxima esset contentio inter partes super qualitate dicti relicti prætendentibus Ministris Fabricæ, quod onus per testatorem Vxori iniunctum erogandi, id quod supererit, soluta eius dote, in Causas ipsi ore-
1 tenus significatas, debeat censeri factum in opera pia ex doctrina *Petri de Vbaldo de Canonic. Episc. cap. 9. num. 4. & seqq.* E contra verò informantes pro Archiconfraternitate dicerent, non esse, neque posse per necesse interpretari pium ea ratione, quia non sumus in distributione
2 bonorum commissa arbitrio, & voluntati alterius, quo casu communis, & recepta est opinio, quod testator censetur, voluisse distributionem fieri in opera pia, etiamsi id non expresserit, iuxta *text. in cap. cum tibi omnes scribentes de testam. Fusar. de subsist. quæst. 503. num. 71. cap. 10. de executor. vltim vol. nu. 66. &* 145. & firmant innumeri DD. tàm antiqui, quàm Neoterici, quos in magno numero cumulant *Facundez de Iust. & Iur. lib. 6. cap. 3. num. 24. Pater. Boss. moral. tom. 2. tit. 12. de testam. ad pias caus. num. 103. fol. mihi 922. Paul. Rubeus resol. pract. cap. 50. num. 19. & num. 24.* Sed sumus in dispositione certa quam testator ait significasse hæredi, eiusque fidei, & declarationi commisit; quo casu nul-
3 la resultat necessaria consequentia, quod relictum sit pium, & ad pias causas, cum hæres, & Executor teneatur præcisè illud erogare in causam sibi à Testatore significatam; quæ potest etiàm esse profana *Ruin cons. 21. num. 8. vers. nec obstat, quod dicta Mulier lib. 2. Nauar. cons. 16. de testam. lib. 3. sub. num. 4. ibi tum quia non constat quod dicta dispositio sit facta ad pias causas Rota in Romana Legati 27. Martij 1634. coram bo. me. Card. Verospio sub §. non etiam obstare visum fuit.*

Quicquid tamen sit de his, visa est tolli omnis difficultas ex alio irrefragabili fundamento, nempe quod Sancta hæres, & vxor testatoris paulo post eum decessit nulla facta distributione bonorum iuxta mentem, & ordinem Mariti, sed omnia fuerunt ab intestato apprehensa à Maria eius Sorore, ad quam certum est nō pertinere quia nec ipsi nec Vxori, testator voluit acquiri, sed alijs distribui ibi, *Sia obligata spenderli, & pagarli à quelli, ch'esso Testatore hà ordinato à bocca ad essa moglie sua.* Personæ autem quibus dari, & distribui, debebant, sunt penitus incertæ, & ingnorantur, nec aliqua via
4 sciri, & certificari possunt, Ideò intrant clara Priuilegia Reu. Fabricæ Sancti Petri, cui à Summis Pontificibus fuerunt applicata omnia bona, quæ ad alicuius manus peruenerunt, & illa habentes, cui restitui debent, ignorant, vel dubitant, etiamsi male ablata non existant, seù aliàs ad eos peruenerint, *vt disponitur in Constit. 23. Iulij II. §. 11. in Const. 9. in Clem. 7. §. 9. & in Const. 31. Pauli III. §. 6. & 7.*

Et licet pro validitate, & iustificatione huiusmodi applicationis sufficeret, quod ità sanxerint, & disposuerint Summi Pontifices, de quorum authoritate nefas est dubitare; Huiusmodi

modi tamen Conſtitutiones nituntur ſolida,&
5 & iuſtiſſima ratione, quia quando bona alie-
na peruenerunt ad aliquem,& illi, quibus ſunt
danda, & reſtituenda, ignorantur, & ſciri ne-
queunt, IESV Chriſto Domino Noſtro, qui
eſt hæres vniuerſalis omnium incertorum, re-
ſtitutio eſt facienda, diſpenſando ea pauperi-
bus prò anima eius, cui reſtitutio debebatur;
*iuxta text. in cap. ſicut dignum 6. §. eoi vbi gloſ. in
verb. non tamen aliena de homicid. cap. cum tu de vſu-
ris cap. cum ſit 16. & ibi gloſ. in verb. in vſum paupe-
rum de Iudais, & vtrobique ſcribentes, & firmat
Diu. Thom. 2. 2. quaſt. 62. art. 5. ad 3. & in 4. diſtinct.
15. quaſt. 1. art. 5. ad 4. Nauar. in manuel. cap. 17. num.
29. verſ. 4. quando, & num. 92. & in cap. nouit. de
Iudic. notab. 3. num. 8. & de reſtit. lib. 4. cap. 2. num. 40
& 74. Soto de Iuſt. & Iur. lib. 4. quaſt. 7. art. 1. ad. 3.
Couar. in regul. peccatum par. 3. §. 1. num. 2. Sayr. in
clau. Regia lib. 10. tract. 5. cap. 2. num. 1. & ſeq. Azor.
inſtit. moral. par. 3. lib. 4 cap. 26 quaſt. 1. Leſſ. de Iuſt.
& Iur. lib. 2. cap. 14. dub. 6. num. 31. & duob. ſeqq.
Vaſquez. in opuſcul. de reſtit. cap. 5. §. 4. dub. 1. num. 6.
Binsfeld. de vſur. in cap. cum tu quaſt. 6. concl. 3. Bo-
nacin. oper. moral. tom. 2. tract. de reſt. t. diſp. 1. quaſt. 2.
propoſit. 2. num. 13. fol. mihi 435. & quaſt. 3. punct. 4.
propoſit. 2. num. 3. fol. 458. Facundez. ſuper decalog.
lib. 7. cap. 21. num. 11. & ſeqq. Trullench. pariter ſuper
Decalog. lib. 7. cap. 14. dub. 4. num. 2. Boſſ. moral. tom. 1
par. 2. tit. 1. §. 50. num. 1882.*

Vel in alios pios vſus erogando, quia Sacri
Canones, & Iura Pontificia loquentia de pau-
peribus non intelligũtur ſtrictè de ſolis Mendi-
cis, ſed de quolibet alio opere, & loco pio de
Monaſterijs, de Hoſpitalibus, & de Eccleſijs
6 indigentibus ornamentis, & ædificijs, *Azor.
Inſt. mor. par. 3. lib. 4. cap. 26. queſt. 3. Vaſquez. opuſc.
de reſtit. Cap. 5. §. 4. dub. 1. num. 6. Reginald in prax.
fori pœnitent. lib. 10. tract. 2. num. 196. Bonac. vbi ſu-
pra diſp. 1. quaſt. 3. punct. 4. propoſ. 2. num. 5. Trullench.
eod. lib. 7. d. cap. 14. dub. 4. num. 2.*

Proinde Romanus Pontifex, qui eſt vniuer-
ſalis diſpenſator; & abſolutus adminiſtrator,
& dominus omnium bonorum Chriſti, cuius
eſt Vicarius, viceſq. gerit in terris, potuit hæc
omnia, quæ Chriſto Domino vti, incerta de-
bentur, addicere, & applicare Fabricæ, & Ec-
cleſiæ S. Petri in commune totius Chriſtiani
7 Orbis commodum, & vtilitatem ædificatæ,
vt ſicuti Deus tradendo claues Cœlorum B.
Petro voluit eum eſſe aliorum Apoſtolorum,
Caput, & Principem, Ità hoc Sac. & ſublime
Beati Petri Templum, quod eſt omnium
Chriſtianarum Nationum Commune, & om-
nium Eccleſiarum Caput ampliori cultu, &
magis admirabili ædificio conſtrueretur vt di-
citur in *Conſt. 22. Iulij II. in princ. & in Conſt. 3. &
9. Clem. 7. in vtraq. in princ.* & in alijs vt in ter-
minis aduertit *Marant. olim Reu. Fabrica in Regno
Neapolis Aduocatus reſp. 22. à num. 80. vſque ad fin.
& reſp. 27. num. 17. & ſeq. part. 1, & reſponſ. 68. à
num. 53. ad 58. tom. 3. Paul. Rub. reſol. pract. cap. 80.
num, 1. & plurib. ſeqq.*

Quod autem Sancta nullam fecerit bono-
rum diſtributionem iuxtà mentem, & diſpo-
ſitionem Teſtatoris, patet ex Inuentario, quod
ipſa confecit de bonis Mariti, & ex altero con-
fecto de illius bonis à Maria eius Sorore, &
hærede, ex quorum combinatione apparet,
quod illa eademmet bona, quæ Sancta habuit
à Marito, obuenerunt Mariæ Sorori non diſtri-
8 buta neque diſpenſata, Proindeque non ap-
plicatur *Anchar. conſ. 436. ſub num. 3. verſ. prate-
rea* dicens poſſe præſumi factam diſtributionẽ
quando interceſſit lapſus longi temporis, &
perſona diſtribuere debens eſt bonæ conditio-
nis, & famæ, & concurrunt aliæ coniecturæ,
quia hic non concurrit, nec lapſus temporis,
cum Sancta paulo poſt Maritum obierit, nec
vlla coniectura, ſed conſtat Sanctam nemini
9 diſtribuiſſe bona mariti, ſed reliquiſſe Sorori,
veritati autem cedunt præſumptiones *Rota co-
ram Greg. dec 416. num. 6. & in rec. deciſ. 258. num. 7,
par. 5. & in alijs paſſim.*

Nec minus eſt alicuius releuantiæ, quod Ma-
ria reliquerit huiuſmodi bona Venerabili Ar-
chiconfraternitati Peregrinorum; quia vltra
quod nec Sancta ea reliquit Mariæ ad iſtum
effectum ſed ab inteſtato, nec Maria illius hæres
expreſſit relinquere Archiconfraternitati de
ordine Sororis, neque pro implemento, &
executione voluntatis Octauij Teſtatoris, pro-
ut erat neceſſarium *Pariſ. conſ. 45. num. 14. verſ. &
10 primo quoniam in dicta donatione lib. 3.* Quamuis
Maria id expreſſiſſet non ſuffragaretur, quia
ius declarandi rem alterius confidentiæ, & ſe-
creto commiſſam, non tranſit ad hæredes ex
11 cumulatis per *Noal. de tranſmiſſ. Caſ. 16. numer. 1.
& ſeqq. & Caſ. 35. nu. 29. & ſeqq. vſq ad fin. Add. ad
Rotam deciſ. 25. num. 43. & ſeqq. par. 3. rec.* Præſer-
tim cum huiuſmodi declaratio debeat fieri de
12 lato iuramento iuxtà *text. in l. Theopompus ff. de
dote prælegat. Carp. de executor teſt. lib. 3. cap. 12. n. 4.
& Rota coram Arguell. dec. 14. nu. 14. & ſeqq. in rec.
dec. 294. num. 17. & 10. cum ſeq. & dec. 404. nu. 6. par.
14.* & latiſſime, *& in dicta Romana Legati coram
bo. me. Card. Veroſpio.* Hæres enim non poteſt de-
clarare cum iuramento id, quod fidei, & iu-
13 ramento defuncti fuerat commiſſum *Alex. conſ
54. numer. 1. verſ. nec obſtat, ſi diceretur, & numer. 2.
lib. 2.*

Maior difficultas adeſſe videbatur in altero
motiuo, cui innitebantur informantes pro Ar-
chiconfraternitate, quod ſcilicet ordo teſtato-
ris erogandi id, quod ſupererit ſoluta dote
Vxoris, in Cauſas ipſi oretenus ſignificatas, re-
ſtringitur ad bona, quæ tunc temporis Teſta-
tor habebat, ideoque non poſſit extendi ad iſta
14 poſt longum temporis interuallum acquiſita
per *tex. in l. ſi ita ff. de auro, & argent. legat.* Verum
ego contrarium cẽſui perpenſis omnibus ver-
bis teſtamenti, & circumſtantijs in iſto caſu
concurrentibus, Animaduertẽ eſt enim, quod
mentio facta à teſtatore de bonis præſentibus
eſt reſtricta ad dotem reſpectu cuius concedit
Vxori facultatem ſibi ſatisfaciendi ex bonis,
quæ ipſe tunc poſſidebat, *ibi, Item dice, e di-
chiara nel tempo del ſpoſalitio trà eſſo, e madonna
Santa ſua moglie hauer hauuto, e ricenuto da lei ſcu-
di 200. moneta, quali vuole li reſtino liberi, e li poſſa
cauare da tutti li beni di eſſo teſtatore che al preſente ſi
troua,* At dum diſpoſuit vt id quod ſupererit
ex eius bonis, erogetur in Cauſas per ipſum
Vxori oretenus ſignificatas, non ſe reſtrinxit
ad bona præſentia, nec vſus eſt verbis tempo-

37 *Hæres conuenit in eadem via executiua, qua defunctus conueniri poterat.*

53 *Hæredum appellatione veniunt omnes hæredes in infinitum.*

39 *Defuncti obligatio transit etiam ad mediatos hæredes*

V O T V M I V.

OCtauius Lazarus ægrotans cum periculo mortis de anno 1641. condidit Testamentum in quo inter cætera ità disposuit. *Item dice, e dichiara nel tempo del sponsalitio tra esso, e Madonna Santa sua Moglie hauer hauuto, e riceuuto da lei in dote scudi 200. moneta; cioè in tanti mobili di Casa ascendenti à detta somma di scudi 200. quali vuole restino liberi, e li possa cauare da tutti li beni di esso Testatore, che al presente si troua, e quello vi sarà di più delli detti scudi 200. dotali vuole parimente, e comanda alla detta sua moglie, & herede sia obligata spenderle, pagarli à quelli, che esso Testatore hà ordinato à bocca à essa moglie sua.* Deinde per nouum, & separatum Capitulum specificat nonnulla ipsius bona, & credita parui momenti penes alios existentia; vt innotescerent hæredi his verbis. *Item dichiara esso Testatore hauer vn credito &c. Vna Caualla &c.* & tandem subsequitur institutio hæredis latino sermone sic. *In omnibus suis bonis mobilibus, stabilibus, iuribus, & actionibus quibuscumque præsentibus, & futuris suam hæredem vniuersalem instituit dictam Sanctam eius charissimam Vxorem, cui reliquit omnia supradicta bona &c. cum onere supradicto oretenus dicta eius Vxori ordinato.*

Conualuit ex illa infirmitate Testator, & superuixit alijs annis 13. Nempe vsq; ad annum 1654. de quo obijt superstite Sancta eius Vxore scripta hærede in dicto testamento, vigore cuius hæreditatem Viri defuncti adiuit, & Inuentarium confecit, in quo descripsit quamdam domum; 18. boues cum Curribus, & alia bona à Testatore medio tempore acquisita, sed paulo post Sancta quoque decessit, cui ab intestato successit Maria Vccelletta eius soror germana, quam statim Ministri Reu. Fabricæ Sancti Petri coram me in locum D. mei Vespignani absentis deputato conuenerũt ad docendum Sanctam illius Sororem, & auctricem erogasse, & expendisse hereditatem, & bona Octauij Viri in causis ipsi à Testatore ordinatis; causaque per sex fere menses discussa, pluribusque Procuratoribus, & Aduocatis Mariæ in voce, & in scriptis sæpius auditis. Censui dictam hæreditatem Reu. Fabricæ esse applicandam, & successiuè mandatum de immittendo ad illius fauorem decreui, & relaxaui, cui Maria acquiescens, recursum habuit ad Sac. Congregationem Reu. Fabricæ, & benignè obtinuit ad honestam compositionem admitti, sed dum de ea stipulanda tractabatur, Maria improuiso fato sublata, diem suum clausit extremum cum testamento, in quo hæredem vniuersalem scripsit Ven. Archiconfraternitatem Sanctissimæ Trinitatis Peregrinorum Vrbis, quæ vrbanè requisita, maluit ius suum litigando prosequi, quam tractatam compositionem perficere, Ideò causa iterum ad trutinam disputationis reuocata, post auditos per mensem Procuratores, & Aduocatos dictæ Archiconfraternitatis in voce, & in scriptis, ac etiam in Contradictorio alterius partis informantis exequatur dicti mandati viuente Maria relaxati expediendum duxi.

Quamuis enim maxima esset contentio inter partes super qualitate dicti relicti prætendentibus Ministris Fabricæ, quod onus per testatorem Vxori iniunctum erogandi, id quod superesset, soluta eius dote, in Causas ipsi ore-
1 tenus significatas, debeat censeri factum in opera pia ex doctrina *Petri de Vbaldo de Canonic. Episc. cap. 9. num. 4. & seqq.* E contra verò informantes pro Archiconfraternitate dicerẽt, non esse, neque posse per necesse interpretari pium ea ratione, quia non sumus in distributione
2 bonorum commissa arbitrio, & voluntati alterius, quo casu communis, & recepta est opinio, quod testator censetur, voluisse distributionem fieri in opera pia, etiamsi id non expresserit, iuxta *text. in cap. cum tibi omnes scribentes de testam. Fusar. de subsist. quæst. 503. num. 71. cap. 10. de executor. vltim. vol. nu. 66. &* 145. & firmant innumeri DD. tàm antiqui, quàm Neoterici, quos in magno numero cumulant *Facundez. de Iust. & Iur. lib. 6. cap. 3. num. 24. Pater. Boss. moral. tom. 2. tit. 12. de testam. ad pias caus. num. 103. fol. mihi 922. Paul. Rubeus resol. pract. cap. 50. num. 19. & num. 24.* Sed sumus in dispositione certa quam testator ait significasse hæredi, eiusque fidei, & declarationi commisit; quo casu nul-
3 la resultat necessaria consequentia, quod relictum sit pium, & ad pias causas, cum hæres, & Executor teneatur præcisè illud erogare in causam sibi à Testatore significatam; quæ potest etiàm esse profana *Ruin. conf. 21. num. 8. vers. nec obstat, quod dicta Mulier lib. 2. Nauar. cons. 16. de testam. lib. 3. sub. num. 4. ibi tum quia non constat quod dicta dispositio sit facta ad pias causas Rota in Romana Legati 27. Martij 1634. coram bo. me. Card. Verospio sub §. non etiàm obstare visum fuit.*

Quicquid tamen sit de his, visa est tolli omnis difficultas ex alio irrefragabili fundamento, nempe quod Sancta hæres, & vxor testatoris paulo post eum decessit nulla facta distributione bonorum iuxta mentem, & ordinem Mariti, sed omnia fuerunt ab intestato apprehensa à Maria eius Sorore, ad quam certum est nõ pertinere quia nec ipsi nec Vxori, testator voluit acquiri, sed alijs distribui ibi, *Sia obligata spenderli, & pagarli à quelli, ch'esso Testatore hà ordinato à bocca ad essa moglie sua.* Personæ autem quibus dari, & distribui, debebant, sunt penitus incertæ, & ignorantur, nec aliqua via
4 sciri, & certificari possunt, Ideò intrant clara Priuilegia Reu. Fabricæ Sancti Petri, cui à Summis Pontificibus fuerunt applicata omnia bona, quæ ad alicuius manus peruenerunt, & illa habentes, cui restitui debent, ignorant, vel dubitant, etiamsi male ablata non existant, seù aliàs ad eos peruenerint, *vt disponitur in Constit. 23. Iulij II. §. 11. in Const. 9. in Clem. 7. §. 9. & in Const. 31. Pauli III. §. 6. & 7.*

Et licet pro validitate, & iustificatione huiusmodi applicationis sufficeret, quod ità sanxerint, & disposuerint Summi Pontifices, de quorum authoritate nefas est dubitare; Huiusmodi

modi tamen Conſtitutiones nituntur ſolida,&
5 & iuſtiſſima ratione, quia quando bona alie-
na peruenerunt ad aliquem,& illi, quibus ſunt
danda, & reſtituenda, ignorantur, & ſciri ne-
queunt. IESV Chriſto Domino Noſtro, qui
eſt hæres vniuerſalis omnium incertorum, re-
ſtitutio eſt facienda, diſpenſando ea pauperi-
bus prò anima eius, cui reſtitutio debebatur;
iuxta text. in cap. ſicut dignum 6. §. eos vbi gloſ. in
verb. non tamen aliena de homicid. cap. cum tu de vſu-
ris cap. cum ſit 16.& ibi gloſ. in verb. in vſum paupe-
rum de Iudæis, & vtrobique ſcribentes, & firmat
Diu. Thom. 2.2. quæſt. 62. art. 5. ad 3. & in 4. diſtinct.
15. quæſt. 1. art. 5. ad 4. Nauar. in manual. cap. 17. num.
29. verſ. 4. quando, & num. 92. & in cap. nouit. de
Iudic. notab. 3. num. 8. & de reſtit. lib. 4. cap. 1. num. 40
& 74. Soto de Iuſt. & Iur. lib. 4. quæſt. 7. art. 1. ad 3.
Couar. in regul. peccatum par. 3. §. 1. num. 2. Sayr. in
clau. Regia lib. 10. tract. 5. cap. 2. num. 1. & ſeq. Azor.
inſtit. moral. par. 1. lib. 4 cap. 26 quæſt. 1. Leſſ. de Iuſt.
& Iur. lib. 2. cap. 14. dub. 6. num. 38. & duob. ſeqq.
Vaſquez. in opuſcul. de reſtit. cap. 5. §. 4. dub. 1. num. 6.
Binsfeld. de vſur. in cap. cum tu quæſt. 6. concl. 3. Bo-
nacin. oper. moral. tom. 2. tract. de reſt. c. diſp. 1. quæſt. 2.
propoſit. 2. num. 13. fol. mihi 435. & quæſt. 3. punct. 4.
propoſit. 2. num. 3. fol. 458. Facundez. ſuper decalog.
lib. 7. cap. 21. num. 11. & ſeqq. Trullench. pariter ſuper
Decalog. lib. 7. cap. 14. dub. 4. num. 2. Boſſ. moral. tom. 1
par. 2. tit. 1. §. 50. num. 1382.

Vel in alios pios vſus erogando, quia Sacri
Canones, & Iura Pontificia loquentia de pau-
peribus non intelliguntur ſtrictè de ſolis Mendi-
cis, ſed de quolibet alio opere, & loco pio de
Monaſterijs, de Hoſpitalibus, & de Eccleſijs
6 indigentibus ornamentis, & ædificijs, Azor.
Inſt. mor. par. 3. lib. 4. cap. 26. quæſt. 3. Vaſquez. opuſc.
de reſtit. Cap. 5. §. 4. dub. 1. num. 6. Reginald in prax.
fori pœnitent. lib. 10. tract. 2. num. 196. Bonac. vbi ſu-
pra diſp. 1. quæſt. 3. punct. 4. propoſ. 2. num. 5. Trullench.
eod. lib. 7. d. cap. 14. dub. 4. num. 2.

Proinde Romanus Pontifex, qui eſt vniuer-
ſalis diſpenſator; & abſolutus adminiſtrator,
& dominus omnium bonorum Chriſti, cuius
eſt Vicarius, viceſq. gerit in terris, potuit hæc
omnia, quæ Chriſto Domino vti incerta de-
bentur, addicere, & applicare Fabricæ, & Ec-
cleſiæ S. Petri in commune totius Chriſtiani
7 Orbis commodum, & vtilitatem ædificatæ,
vt ſicuti Deus tradendo claues Cœlorum B.
Petro voluit eum eſſe aliorum Apoſtolorum,
Caput, & Principem, Ità hoc Sac. & ſublime
Beati Petri Templum, quod eſt omnium
Chriſtianarum Nationum Commune, & om-
nium Eccleſiarum Caput ampliori cultu, &
magis admirabili ædificio conſtrueretur vt di-
citur in Conſt. 22. Iulij II. in princ. & in Conſt. 3. &
9. Clem. 7. in vtraq. in princ. & in alijs vt in ter-
minis aduertit Marant. olim Reu. Fabricæ in Regno
Neapolis Aduocatus reſp. 22. à num. 80. vſque ad fin.
& reſp. 27. num. 17. & ſeq. part. 1, & reſponſ. 68. à
num. 53. ad 58. tom. 3. Paul. Rub. reſol. pract. cap. 80.
num. 1. & plurib. ſeqq.

Quod autem Sancta nullam fecerit bono-
rum diſtributionem iuxtà mentem, & diſpo-
ſitionem Teſtatoris, patet ex Inuentario, quod
ipſa confecit de bonis Mariti, & ex altero con-
fecto de illius bonis à Maria eius Sorore, &
hærede, ex quorum combinatione apparet,
quod illa eademmet bona, quæ Sancta habuit
à Marito, obuenerunt Mariæ Sorori non diſtri-
8 buta neque diſpenſata. Proindeque non ap-
plicatur Anchar. conſ. 416. ſub num. 3. verſ. præte-
rea dicens poſſe præſumi factam diſtributionē
quando interceſſit lapſus longi temporis, &
perſona diſtribuere debens eſt bonæ conditio-
nis, & famæ, & concurrunt aliæ coniecturæ,
quia hic non concurrit, nec lapſus temporis,
cum Sancta paulo poſt Maritum obierit, nec
vlla coniectura, ſed conſtat Sanctam nemini
9 diſtribuiſſe bona mariti, ſed reliquiſſe Sorori,
veritati autem cedunt præſumptiones Rota co-
ram Greg. dec. 416. num. 6. & in rec. deciſ. 258. num. 7.
par. 5. & in alijs paſſim.

Nec minus eſt alicuius releuantiæ, quod Ma-
ria reliquerit huiuſmodi bona Venerabili Ar-
chiconfraternitati Peregrinorum; quia vltra
quod nec Sancta ea reliquit Mariæ ad iſtum
effectum ſed ab inteſtato, nec Maria illius hæres
expreſſit relinquere Archiconfraternitati de
ordine Sororis, neque pro implemento, &
executione voluntatis Octauij Teſtatoris, pro-
ut erat neceſſarium Pariſ. conſ. 45. num. 14. verſ. &
10 primo quoniam in dicta donatione lib. 3. Quamuis
Maria id expreſſiſſet non ſuffragaretur, quia
ius declarandi rem alterius confidentiæ, & ſe-
creto commiſſam, non tranſit ad hæredes ex
11 cumulatis per Noal. de tranſmiſſ. Caſ. 16. numer. 1.
& ſeqq. & Caſ. 35. nu. 29. & ſeqq. vſq ad fin. Add. ad
Rotam deciſ. 25. num. 43. & ſeqq. par. 3. rec. Præſer-
tim cum huiuſmodi declaratio debeat fieri de-
12 lato iuramento iuxtà text. in l. Theopompus ff. de
dote prælegat. Carp. de executor teſt. lib. 3. cap. 12. n. 4.
& Rota coram Arguell. dec. 14. nu. 14. & ſeqq. in rec.
dec. 294. num. 17. & 10. cum ſeq. & dec. 404. nu. 6. par.
14. & latiſſime, & in dicta Romana Legati coram
bo. me. Card. Veroſpio. Hæres enim non poteſt de-
clarare cum iuramento id, quod fidei, & iu-
13 ramento defuncti fuerat commiſſum Alex. conſ.
54. numer. 1. verſ. nec obſtat, ſi diceretur, & numer. 2.
lib. 2.

Maior difficultas adeſſe videbatur in altero
motiuo, cui innitebantur informantes pro Ar-
chiconfraternitate, quod ſcilicet ordo teſtato-
ris erogandi id, quod ſuperfuerit ſoluta dote
Vxoris, in Cauſas ipſi oretenus ſignificatas, re-
ſtringitur ad bona, quæ tunc temporis Teſta-
tor habebat, ideoque non poſſit extendi ad iſta
14 poſt longum temporis interuallum acquiſita
per tex. in l. ſi ita ff. de auro, & argent. legat. Verum
ego contrarium cēſui perpenſis omnibus ver-
bis teſtamenti, & circumſtantijs in iſto caſu
concurrentibus, Animaduertēdū eſt enim, quod
mentio facta à teſtatore de bonis præſentibus
eſt reſtricta ad dotem reſpectu cuius concedit
Vxori facultatem ſibi ſatisfaciendi ex bonis,
quæ ipſe tunc poſſidebat, ibi, Item dice, e di-
chiara nel tempo del ſpoſalitio trà eſſo, e madonna
Santa ſua moglie hauer hauuto, e riceuuto da lei ſcu-
di 200. moneta, quali vuole li reſtino liberi, e li poſſa
cauare da tutti li beni di eſſo teſtatore che al preſente ſi
troua, At dum diſpoſuit vt id quod ſuperfuerit
ex eius bonis, erogetur in Cauſas per ipſum
Vxori oretenus ſignificatas, non ſe reſtrinxit
ad bona præſentia, nec vſus eſt verbis tempo-
ris

ris præteriti, nec præsentis, sed locutus est inde-
finite de eo quod supererit, ibi, *e quello vi sarà*
di più delli scudi &c. sia obligata spenderli, e pagarli
15 quæ, verba respiciunt tempus futurum, & di-
sponunt conditionaliter de rebus incertis, &
futuris, quæ possunt adesse, & non adesse, vt
16 in terminis terminantibus dd. verborum fir-
mat *Camill. de Laratha conf. 47. num. 8. & 16. vers.*
itaque quando verba prædicta, & per tot. Proindeq.
non possunt restringi ad bona præsentia, quia
verba temporis futuri extendunt legatum ad
17 bona futura, quæ reperientur de tempore
mortis *l. filiam ff. de aur. & argent. legat. Bero conf.*
44. num. 38. lib. 2. Roland. conf. 39. num. 12. lib. 4. Me-
noch. præsumpt. 122. num. 37. lib. 4. Socc. Iun. conf. 98.
num. 27. lib. 1. Mant. de coniectur. lib. 3. tit. 11. num. 12.
& illa conditio si bona superernt, quæ tacitè
in est, cum non possit verificari, nisi de tempo-
re mortis dictum tempus existentis conditio-
nis attendi debet, non autem conditi testamen-
ti *Cranett. conf. 11. num. 9. Rimin. Iun. conf. 52. num.*
21. & seqq. lib. 1. Mant. vbi supra eod. lib. 3. d. tit. 11.
num. 17.

Quæ indubitata redduntur ex dispositis in
Institutione, postquam enim Testator instituit
Sanctam Vxorem hæredem vniuersalem in
omnibus suis bonis mobilibus, stabilibus, iu-
ribus, & actionibus præsentibus, & futuris,
statim declarauit se eidem relinquere omnia
supradicta bona cum onere supradicto, nempè
distribuendi id, quod superesit in Causas ipsi
Vxori oretenus significatas, ex quo patet ip-
sum intellexisse grauare Vxorem etiam respe-
ctu futurorum, non solum ex natura Institu-
tionis, quæ comprehendit etiam bona futura
18 post testamentum acquisita *l. lutius 28. & ibi*
glos. in verb. cedit ff. de fund. instruct. legat. Bald. conf.
196. num. 6. lib. 4. Cranett. dicto conf. 11. num. 8. Sed
etiam quia Institutio expressè loquitur de fu-
turis, & certum est, quod illa verba, *cui reli-*
quit omnia supradicta bona cum onere supradicto sunt
referenda ad bona specificata in institutione
non autem ad specificata in antecedentibus
19 Capitulis, tum ex vi relationis, quæ semper
fit ad proxima, & ad immediatè præcedentia
Rota in rec. decis. 62. num. 10. & decis. 232. num. 17.
par. 6. & decis. 99. num. 15. & decis. 236. num. 18 par.
7. & dec. 405. num. 4. par. 8. Tum quia de præsen-
tibus Testator iàm dispoluerat ordinàdo, quod
ex illis Vxor sibi satisfaceret de dote, Vnde il-
la verba, *cui reliquit omnia supradicta bona cum o-*
20 *nere supradicto* non possunt referri ad bona res-
pectu quorum est facta particularis prouisio,
& quæ Vxor capere debebat vti Creditrix do-
tis, non vti legataria *Cranett. conf. 70. num. 2. &*
Menoch. præsumpt. 181. num. 6. & seqq. lib. 4. Rot. in
rec. dec. 390. num. 16. part. 8. Tum demum virtu-
te illius clausulæ cæteratæ ibi, *cui reliquit om-*
nia supradicta bona &c. quæ extêditur ad omnia
supradicta bona mobilia, stabilia, semouentia
21 iura, credita, & actiones præsentia, & futura
Rota post Zacch. de oblig. Camer. decis. 83. num. 5. in
fine quando autem clausula cæterata ponitur
post relationem partis alicuius dispositionis
comprehenduntur omnia sequentia in dispo-
sitione relata *iuxta theoricam Felin. in cap. cum P.*
tabellio nu. 10. in fin. de fid. instrum. Rota post Zacch.
de oblig. Camer. decis. 16. nu. 3. & 4. Repetita post Sta-
til. de Saluian. interd. dec. 137. nu. 4.

Præterea certum est, quod legatum nun-
quam restringitur ad tempus testamenti, quã-
23 do ex coniecturis diuersa apparet voluntas te-
statoris *Soccin. Iun. conf. 98. num. 26. lib. 1. Gabr. conf.*
120. num. 8. lib. 1. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 3. cap.
11. num. 23.

Athic coniecturæ sunt admodum vrgentes,
Prima quod, ipse fecit hanc dispositionem,
dum erat graui morbo oppressus, & cogitabat
se moriturum, quo casu si testator ex illo mor-
bo conualescat, & ex alio morbo post longum
temporis interuallum decedat, legatum ex ve-
risimili mente Testatoris intelligitur de rebus
24 existentibus de illo tempore, quo moritur,
tametsi loquutus fuerit per verba præsentis tē-
poris, vt in puncto consulit *Cephal. conf. 530. n. 5.*
& seqq. ac per tot. Mantic. vbi supra d. tit. 11. nu. 20.

Secunda, Quia Testator grauauit Vxorem
ad erogandum id, quod superesit soluta eius
dote, ex quo apparet sensisse de eo, quod su-
peresset de tempore mortis, de quo solum sol-
uitur matrimonium, & fit locus restitutioni
25 dotis, de qua restitutione sensisse apparet ex
testamento, & in dubio etiam præsumitur *Aa-*
charan. conf. 119. num. 1. vers. stipulatio igitur.

Tertia Demum, quia agitur de animalibus,
& mobilibus, quæ sunt renouabilia, & vsu, ac
tempore consumuntur, in quibus semper at-
26 tenditur tempus mortis, & omnia subrogata,
& renouata loco consumptorum veniunt, &
continentur in legato iuxta doctr. *Bartol. in l.*
quidam hæredem num. 2. ff. de vin. tritic. & oleo legat.
& in l si ità num. 8. ff. de aur. & argent. legat. Castrens
in l. si seruus 111. §. qui quinque num. 3. vers. & hoc
nota ff. de legat. 1. Mantic. de coniect. vltim. vol. lib. 3.
titul. 11. nu. 16. Cancer. var. resol. part. 3. tit. 20. de le-
gat. nu. 272. & in terminis animalium *Aluarad.*
de coniectur. ment. defunct. lib. 3. par. 2. cap. 2. §. 1. n. 9.

Quatenus verò dicebatur, Ministros Reue-
rendæ Fabricæ non potuisse conuenire Mariam
nec Venerabilem Confraternitatem Sanctissi-
mæ Trinitatis illius hæredem ad docendum
Sanctam eius auctricem erogasse bona Octauij
Mariti in causas ipsi significatas, dum testator
id ei secretè commisit, & multò minus id li-
27 cuisse via executiua, cum sint tertij, contra
quos Fabrica executiuè non procedit ex *Ridol-*
phin. in eius prax. par. 3. cap. 5. num. 157.

Responsio est facilis, Quo enim ad primum
vltrà quod Testator nihil dixit de Secreto, res-
pondeo quod licet testator possit committere
alicui declarationem suæ voluntatis in Secre-
to illi significatæ, & relictum ità factum sus-
neatur vt probant *Ruin. conf. 19. num. 5. & 8. conf.*
21. num. 1. & 10. lib. 2. Peregr. de fideicomm. art. 33.
28 *num. 58. Cancer. var. resolut. part. 3. cap. 22. de legatis*
num. 89. vers. quamuis Altograd. conf. 88. num. 1. lib. 1.
& alij, quos cumulat Rota in citata Romana bonorum
coram bon. mem. Arguellio §. sed quicquid sit de hoc,
tamen certum est, quod ille, cuius declara-
tioni testator commisit suam voluntatem, po-
test cogi ab Episcopo, loco cuius Fabrica suc-
cessit, ad declarandum causas, in quas iussus
fuit distribuere, ne detur materia fraudandi,
& imburiandi, vt dicit *Castrens in l. quem hæredi*
num. 3.

29 *num. 3. in fin. de reb. dubijs*, & clarius *Socein. ſen. ibidem num. 1. in fin.* his verbis, *Si tamen teſtator*
dixiſſet voluntatem ſuam, hæredi, vel executori, in
quam cauſam diſtribueret, poteſt cogere Epiſcopus exe-
cutorem, vel hæredem, vt ſibi dicat in quam cauſam
diſtribuit ne detur materia imburſandi, & ſic frau-
dandi, & idem firmat *Parıſ. conſil. 45. n. 23. lib. 3.*
& egregiè ac latè *Merend. controuerſ. iur. lib. 27.*
cap. 31. per totum, vbi omnia contraria diluit.
Idque procedit etiam ſi Teſtator dicat ſecreto
30 ſignificaſſe executori *Caſtrenſ. vbi ſupra num. 2.*
& Socein. ſub nu. 1. Licet ſecus eſſe ſi mandaſſet
ſeruari ſecretum dicit *Capra de excutor. vltim. vol.*
num. 6. n. 15. quod tamen latè improbat, *Meren-*
da loco citato à num. 5. vſque ad finem. Et iſta de-
31 claratio debet fieri cum iuramento, *vt in leg.*
Thcompompus ff. de dot. prælegat. Rmn. dicto Conſil. 19.
ſub num. 7. & 8. lib. 2. Cancer. dicto cap. 20. n. 89. antè
fin. verſ. & dicit, quod ille tertius, & in citata Romana
Legati coram Cardinali Veroſpio, & in dicta Romana
bonorum coram Arguellio, & alijs ſupra alleg. nu. 12.
Si vero Teſtator mandaſſet ſeruari ſecretum, &
noluiſſet ſuam voluntatem ab aliis ſciri, tunc
maxima eſt controuerſia inter DD. cũ nonnulli
teneant ſtari ſolo dicto iurato eius, cui teſta-
tor ſuæ voluntatis executionem in ſecreto
commiſit, vt præter ſuperius allegatos optimè
32 *Io. Andr. in addit. ad ſpeculat. titul. de Inſtrum. Edit. in*
§. 12. qui incipit nunc verò aliqua in additione ad nu.
45. in verb. Sacramento cuius verba repetit Ruin. dict.
Conſil. 19. num. 5. verſ. idem videtur velle lib. 2. Alii
vero teneant non ſufficere iuramentum, niſi
concurrant coniecturæ, & veriſimilitudines
33 vt habetur apud *Peregrın. dict. artit. 33. ſub eodem*
num. 58. Cancer. dict. cap. 20. à num. 86. ad 90. Mantic.
de coniect. lib. 3. tit. 1. num. 15. & latè diſcutit *Rota*
in dicta Romana bonorum coram Arguellio, ſuper
quo, pro nunc non inſiſto, cum in caſu no-
ſtro ſit probatum, Sanctam obiiſſe non facta
aliqua diſtributione bonorum Mariti iuxtà ip-
ſius ordinem, & voluntatem, quod ſufficit.

Quo verò ad viam executiuã Fabrica Sancti
Petri habet in ſuis Priuilegiis facultatem pro-
cedendi via executiua; quinimo manu Regia,
ſummariè, ſimpliciter, & de plano ſola facti
veritate inſpecta, vnica dumtaxat præcedente
citatione perſonaliter, vel ad domum facienda
abſque alia tela iuditiaria, & mandatum exe-
cutiuum loco ſententiæ ferendæ relaxandi vt
34 latè diſponitur *in Conſtitutione 7. Clem. 7. §. 10.*
quæ clauſulæ viam executiuam tribuunt *Rota*
poſt Salgad. labery creditor decıſ. 15. num. 2. & coram
Bichio decıſ. 537. num. 12. & ſeqq. & ità de ſtylo in-
concuſſo ſeruatur, vt eſt notorium, & teſtatur
Ridolphin in eius prax. iudicial. par. 1. cap. 7. num. 108
Proinde non obſtat, quod dicatur non poſſe
procedi executiuè contra tertium, quia quic-
quid ſit de hac concluſione, quæ non videtur
35 tuta in cauſis Fabricæ attentis illius ampliſſi-
mis Priuilegiis, ceſſat difficultas in caſu noſtro,
quia neque Maria Vccelletta hæres Sanctæ, ne-
que Venerabilis Archiconfraternitas Sanctiſ-
ſimæ Trinitatis hæres Mariæ poſſunt dici ter-
36 tiæ: talis enim dicitur ſolum, qui ſuccedit ti-
tulo ſingulari non autem, qui ſuccedit vti hæ-
res vel alio titulo Vniuerſali vt Maria, & Ar-
chiconfraternitas *Parlador. rerum quotid. lib. 2. cap.*
fin. part. 4. §. 5. num. 1. & 2. Carleual. de Iudic. tom. 2.
lib. 1. tit. 3. diſput. 11. ſub num. 1. verſ. 3. poſſeſſorem vo-
camus Guſman. & de euict. quæſt. 11. n. 35. Rota in rec.
decıſ. 291. eadem enim via executiua, qua de-
functus conueniri poteſt, eadem quoque con-
37 ueniri poteſt hæres *leg. ex contractu 44. & l. Miles*
§ fin. ibi Iudicati actio hæredi, & in hæredem competit
ff. de re iudic. Graff. de ſucceſſ. in verbo hæreditas quæ-
ſtion. 12. num. 4. & 5. Coler. de proceſ. execut. part. 1.
cap. 10. nu. 313. Galleſ. de oligat. Camer. quæſt. 4. nu. 1.
& 12. & ibi Zacch. numer. 6. & 7. & Rota poſt eum
38 *decıſ. 186. num. 5.* Nihil obſtante, quod Vene-
rabilis Archiconfraternitas ſit hæres mediatè,
quia appellatione hæredis veniunt omnes hæ-
39 redes in infinitum *Tiraquel de re tract. conuen-*
tional. §. 1. num. 21. Gratian. diſcept. 104. nu. 1. & ſeq.
& diſceptat. 266. num. 6. & diſceptat. 612. num. 13. &
etiam ad mediatos tranſit obligatio defuncti
vt in terminis idem *Gratian. diſcept. 743. nu-*
mer. 17. & 18.

Et ità, &c.

N. Seuerolus Sac. Conſiſt. Aduoc.

Illuſtriſs. D.

NICOLAI SEVEROLI
SAC. CONSIST. ADVOCATI
VOTVM CONSVLTIVVM

Datum in Tribunali Agriculturæ in Cauſa Romana prætenſæ deſertionis.

Inter

DD. DE MINIMIS.

Et

DD. QVARANTAM, ET SOCIOS.

ARGVMENTVM.

Deſertio cauſę, lapſus Inſtantiæ, & fatalium, quando inducantur, vel excuſentur, & poſſint prorogari ad intellectum. *Statuti Agriculturæ cap. 54.*

SVMMARIVM.

1 *Facti Series.*
2 *Fatalia ſuſpenduntur pendentè cauſa coram Conſul-*
tore declara de Iure communi; ſecus de ſtylo Tribu-
nalis Argiculturæ, vt num. 3.
4 *D. Siluius Petruccius*)
5 *D. Baldaxar Papeus*) *Laudantur.*
6 *D. Dominicus Lelius*)
7 *Stylus Tribunalis in ordinatorijs probatur ex fidibus*
extraiudicialibus.
8 *Et ex aſſertione Notarij.*
9 *Et Iuris Conſultorum, & practicorum in eodem Tri-*
bunali.
10 *Et poteſt Iudex de eo ſe extraiudicialiter infor-*
mare.

11 *Com-*

11 *Commissiones prorogationum fatalium solent expediri ad cautelam, & non probant Stylum.*
12 *Secus tamen quando sunt plures, & continuatæ.*
13 *Stylus ex actis, processibus, & scripturis probatur.*
14 *Probatio resultans ex actis, & instrumentis dicitur notoria.*
15 *Agriculturæ causæ debent citissimè expediri.*
16 *Termini dies in termino non computatur quando adest dictio A.*
17 *Præsertim quando loquitur de diebus immediatè sequentibus.*
18 *Tempore petitionis, & electionis Consultoris fatalia non currunt.*
19 *Fatalia non currunt pendente recusatione.*
20 *Mensis intelligitur 30. dierum.*
21 *Prorogatio intelligitur collata in finem termini.*
22 *Mensis est sumendus prout currit naturaliter, quando habet certum initium.*
23 *Mensis ex Statuto* Vrb. lib. 1. cap. 197. *debet esse 30. dierum.*
24 *Interpretationes habent locum solum in casu dubio.*
25 *Prorogatio non potest fieri ad maius tempus termino prorogato.*
26 *Interpretatio ea sumenda est, per quam actus valeat.*
27 *Fatalia non currunt dum disputatur an causa sit deserta.*
28 *Stylus probatus in vno casu non extenditur ad alium casum diuersum.*
29 *Iudex procedens de Consilio potest proferre sententiam etiam eo non expectato, si instantia labatur.*
30 *Fatalia non currunt, dum non adest Consultor.*
31 *Instantia non perimitur etiam per 30. annos, si partes differant eligere Iudicem ex forma Statuti deputandum.*
32 *Fides, quæ non sunt in indiuiduo casus non releuant.*
33 *Stylus etiam ex vnico actu contrario excluditur.*
34 *Etiam si mille actus adessent.*
35 *Varius, & difformis, maxime contra Ius non attenditur.*
36 *Opinio illa est sequenda, per quam fraudibus obuiatur.*
37 *Causam non esse desertam in dubio pronunciandum.*
38 *Prorogatio à Iudice sine citatione fieri non potest etiã præcedente commissione.*
39 Crescent. decis. 3. de off. & potest Iudic. Deleg. *loquitur de prorogationibus factis ab Auditoribus Rotæ vigore Innocentianæ.*
40 *Secùs in alijs Iudicibus, qui non iuuantur Innocentiana.*
41 *Auditores Rotæ prorogantes fatalia vigore Commissionis, & non vigore Innocentianæ tenentur partem citare.*
42 *Ad Desertionem euitandam sufficiunt diligentiæ, & quod Commissio deuenerit ad Bancum Cursorum.*
43 *Et fides præsentata facta Regenti Signaturæ.*
44 *Declara procedere in termino dato ad appellandum, & prosequendum appellationem.*
45 *Secus in prorogatione instantiæ, & fatalium, quæ lapso tempore pereunt.*
46 *Fatalia lapsa à Iudice prorogari nequeunt, sed Princeps adeundus.*
47 *Prorogatio obtenta ad mensem finito primo non valet.*
48 *Instantia de Iure canonico est perpetua.*
49 *Ad desertionem inducendam non sufficit sola taciturnitas, & lapsus temporis, sed malum Ius, & factum positiuum.*
50 *Et requiritur sententia declaratoria desertionis.*
51 *Subrogatio gratiosa lite extincta non datur.*
52 *Appellans debet intrà annum prosequi.*
53 *Appellans cui Iudex dedit terminum Iuris, si infrà 30. dies non redierit pro Apostolis dicitur appellationi renunciasse.*
54 *Annus datus ad prosequendam appellationem prorogatur ad biennium, si in primo anno aliquid fuit factum.*
55 *Et requiritur, quod sit commissa causa, & citatum ad dicendum contra commissionem.*
56 *Desertio euitatur si post commissam causam intempore, acta transportentur in termino transportationi præfixo.*
57 *Fatalia tempore pestis non currunt.*
58 *Nec pendente discussione an sit concedenda reuisio.*
59 *Nec tempore recursus ad Signaturam.*

VOTVM V.

DOMINI Ioannes Baptista Quaranta, & Socij condemnati per Illustrissimos DD. Consules Tribunalis Agriculturæ ad soluendum DD. de Minimis responsiones promissas in Instrumento Affictus Tenutarum Turris Bubalariæ, & Castri Malinominis appellarunt ad Illustrissimos DD. Reuisores, qui causam per se ipsos cognoscere nolentes deputarunt in Consultores Illustrissimos PP. DD. meos de Oddis, & de Comitibus, sed dum DD. Quaranta, & Socij causam prosequebantur, DD. de Minimis coeperunt opponere desertionem sub prætextu, quod Reuisores causam non terminauerint infrà 30. dies iuxta formam Statuti Agriculturæ *cap.* 54. Quare exortis super hoc varijs altercationibus, DD. Consules istud incidens mihi remiserunt decidendum, (& ego prima vice Consului pro desertione, & iuxtà meum votum fuit pronunciata causa deserta) Sed quia innixus fueram nonnullis fidibus exhibitis pro parte DD. de Minimis continentibus, quod nullo prætextu desertio excusatur, sed causa transit irreparabiliter in rem iudicatam, si Reuisores intrà 30. dies a Statuto præscriptos, eam non terminauerint; D. Quaranta & Socii alias fides supradictis contrarias ab alijs Curialibus procurarunt, & ostendentes, quod principale fundamentum resolutionis vacillabat, obtinuerunt ab eisdem DD. Consulibus causam mihi remitti, vt eos iterum audirem. Cumque huius emergentis quæstionis resolutio plures contineat articulos in hoc Tribunali futuros exemplares, super quibus nihil certi adhuc reperitur decisum. Volui materiam plene examinare, omnibusquè diligentissimè discussis sæpiusq; auditis partibus, eorumque Aduocatis, & Procuratoribus in voce, & scriptis acerrimè Informantibus in eam descendi sententiam, quod præuia repositione à quocunque præiudiciali Decreto desertionis prætensæ de meo voto declaratæ procedendum sit ad vlteriora coram Illustrissimis DD. meis de Oddis, & de Comitibus, Censui

enim

enim cauſam non eſſe deſertam, non quidem
ex eo fundamento, quod pendente cauſa co-
2 ram Conſultore fatalia ſuſpendantur, vt con-
tendebant Informantes pro D. Quaranta *au-
ctoritate Alex. in l. Titia num. 4. ff. ſolut. matr. Ruin.
conſ. 77. num. 1. lib. 5. Corn. conſ. 132. num. 3. lib. 3. Lan-
franc. in tract. de arbitr. in prim. num. 18. Gabr. concl.
4. num. 3. de arbitris Lancellott. de attent. par. 2. cap. 6.
num. 3. Marcheſ. de Commiſſ. par. 3. de prorog. Com-
miſſ. fatal. num. 105. fol. 407. Rodolphin. in eius prax.
par. 1. cap. 13. num. 567.* & ſecuta eſt *Rota in recent.
deciſ. 294. num. 3. par. 3. & in Romana de Bombellis
31. Maij 1613. coram Sacrato quæ eſt impreſſa apud
Poſtium de Manut. deciſ. 9. nu. 6.* & expreſſè caue-
tur in *Statuto Vrbis lib. 1. capit. 187. in fine*, & ibi
notat. *Fenzon. num. 6.* Nam quicquid dici poſſit
in terminis Iuris communis omnes diſputa-
3 tiones ceſſant in caſu noſtro ſtante antiquiſſi-
mo ſtylo Tribunalis Agriculturæ, quod cauſę
etiam pendentes corā Conſultore remaneant
deſertæ, niſi terminentur intra 30. dies præſcri-
ptos à Statuto pro quo exhibitæ fuerunt fides
multorum Curialium atteſtantium ità ſemper
ſeruaſſe, & vidiſſe, ac audiuiſſe ab aliis ſeruari;
Idemque mihi aſſeruerunt Perilluſt. & Admo-
4 dum Excellens Dominus Siluius Petruccius
qui per annos 20. Officio Aſſeſſoris dicti Tri-
bunalis ſumma cum eius laude functus eſt, ac
5 Perilluſt. & Aduer. Excellens D. Baltaſtar Pa-
peius, qui nunc in illius ſubſelliis pari Integri-
te, & Doctrina Ius dicit, ac D. Dominicus
6 Lelius Actuarius qui pariter per multos annos
in hoc munere cum maxima fidei opinione
ſe geſſit, quę procul dubio ſufficiunt, cum
agatur de ſtylo reſpiciente modū procedendi,
& ordinatoria Iudicii, qui ex huiuſmodi pro-
7 bationibus, Imo leuioribus probatur, & in
ſpecie quod ſufficiant fides, & atteſtationes ex-
traiudiciales. *Butr. in cap. fin. num. 67. de conſuetud.
Alex. conſ. 32. num. 17. lib. 3. & conſ. 14. num. 1. lib. 5
Dec. conſ. 402. num. 10. & conſ. 655. num. 28. Piag. de
conſuetud. quæſt. 10. num. 11. & 12 Oſaſch. deciſ. 23.
num. 17. Rot. in recent. deciſ. 561. nu. 15. & deciſ. 644.
num. 4 par. 1. & deciſ. 725. n. 105. par. 2. & deciſ. 248
num. 2. par. 5. & coram Buratt. deciſ. 124. num. 15. &
ibi Adden. num. 32. litt. B. & deciſ. 207. num. 31* &
8 de aſſertione Notarii, *Bartol. in l. Iulia 4. n. 3. ff. de
Teſtib. Vant. de nullitat. ex defect. proceſſ. nu. 86. Rota
in recent. deciſ. 393. num. par. 1. deciſ. 101. n. 10. par. 3.
deciſ. 106. num. 12. per. 5. deciſ. 454. num. 24. par. 8. &
coram Buratto deciſ. 148. num. 8. & deciſ. 217. num. 3.*
9 & de atteſtatione Iuris Conſultorum practico-
rum, & verſatorum in illo Tribunali. *Rota co-
ram Buratto deciſ. 690. num. 16.* Imò ſufficere ſo-
las Informationes oretenus captas per Iudi-
10 cem, qui de huiuſmodi ſtylo poteſt ſe etiam
in Camera extraiudicialiter informare, dicunt
*Soccin. Iun. conſ. 181. num. 75. & conſ. 128. nu. 9. par. 2.
& Soccin. ſen. conſ. 36. num. 11. & conſ. 39. n. 28. lib. 4.*
latè plures cumulans, *Aſin. in praxi §. 22. cap. 16.
limit. 3. num. 7. Vant. de nullit. vbi ſupra eodem nu. 86.
Ioſeph Ludouic. deciſ. Lucen. 36. num. 16.*

Vlterius mihi oſtenſę fuerunt 200. ferè Com-
miſſiones pro prorogatione fatalium in cauſis
coram Conſultoribus pendentibus ſpatio an-
norum centum circiter obtentæ, quæ licet po-
11 tuiſſent expediri ad abundantiorem cauthelā
pro tollendis dubitationibus, & diſſentioni-
bus, vt innuit. *Marcheſ. de commiſſ. prorog. fatal.
par. 3. §. 1. num. 78. fol. 404.* Nihilominus cum
ſint plures, & continuatæ tanto temporis ſpa-
tio ex hac multiplicitate, & frequentia proro-
gationum induidue huius caſus cenſentur
obtentæ potius de neceſſitate, & de ſtylo, quam
12 pro cauthela, & excluditur omnis pręſumptio
materiæ voluntariæ, & facultatiuę iuxtà theo-
ricam *Ripa in cap. cum Eccleſ. num. 55. de cauſ. poſ-
ſeſſ. & propriet. Rot. coram Ceſare de Graſſ. deciſ. 1.
num. 3. eodem tit. Rot. coram Seraph. deciſ. 212. nu. 2.
& apud Poſtium de manutenen. deciſ. 41. num. 8.* cum
aliis per *Adden. ad Greg. deciſ. 162. num. 16. verſ. 2.
excluditur*.

Omniſque difficultas quoad hoc diluitur
cum vlterius indicati fuerint plures caſus in
quibus cauſæ remiſſæ Conſultoribus fuerunt
pronunciatæ deſertę, ex quo nō fuerant termi-
natę intra 30 dies pręſcriptos à Statuto Agricul
ræ, & Conſultorum vota vel non fuerunt pe-
turæ, vel remanſerunt in actis clauſa ſine ali-
13 quo effectu ex actis autem Proceſſibus, &
ſcripturis ſtylus optimè probatur. *Grauett. conſ.
134. num. 9. Roland. conſ. 40. num. 15. lib. 1. Mazon.
conſ. 114. num. 41. Menoch. conſ. 37. num. 94. Rota in
recent. deciſ. 393. num. 4. part. 1. & coram Buratto de-
ciſ. 690. num. 15.* Imò probatio, quæ reſultat ex
14 actis, & Inſtrumentis dicitur notoria *Bart. in
l. 1. num. 8 ff. de nou. oper. nunciat. Bald. in l. 1. num. 12.
C. ad ſen. Conſult. Velleian.* qui dicit menti tenen-
dum. *Curt. Iun. conſ. 106. ſub nu. 5. verſ. confirman-
tur præmiſſa. Piag. de conſuetud. quæſt. 10. num. 14. &
ſeqq. & num. 35.* vbi quod Iudex poteſt eam ſup-
plere abſque alia Informatione:

Et nititur huiuſmodi ſtylus æquiſſima ra-
tione, quia cauſæ materiam Agriculturæ con-
cernentes, vt plurimum requirunt celeritatē,
& Reipublicæ intereſt, vt incumbentes huic
notabiliſſimæ, & vtiliſſimæ arti cito expedian-
15 tur, ne litibus inuoluti, & per Tribunalia de
fatigati diſtrahantur ab hoc vtiliſſimo, & ex-
peditiſſimo Reipublicæ conſeruandæ, & augen-
dæ remedio.

Omiſſo itaque ſupradicto fundamento de-
ſertio mihi viſa eſt excludi ex circumſtantiis
in hoc facto particulariter concurrentibus, li-
cet enim Reuiſores acceptauerint cauſam ſub
die 14. Aprilis anni 1653. & conſequenter ter-
16 minus 30. dierum pręſcriptus à Statuto ad ter-
minandā cauſā incoeperit currere ſub die 15.
immediatè ſequentis excluſo die acceptationis
qui computari non poteſt, cum Statutum di-
ſponat cauſam eſſe terminandam infra 30. dies
immediatè ſequentes à die acceptationis di-
ctio enim A. ſemper ponitur excluſiuè inter-
mino cui adiungitur, & operatur, vt dies à quo
non computetur, vt voluit, *Gloſ. in cap. Statutum
verbo numerandum de præbend. in 6. Tiraquell. de re-
17 tract. Lignag. §. 1. gloſ. 11. num. 51. & 52. Alex. conſ.
114. num. 2. lib. 5. Luc. Pet. in praxi Capitol. lib. 5. c. 1.
num. 12. & 13. Scacc. de appellat. quæſt. 12. num. 56. &
57. Boſſ. oper. moral. tom. 2. vid. 2. §. 1. num. 13.* Præ-
ſertim cum Statutum ſe declaret de diebus
immediatè ſequentibus, *Bald. conſ. 457. num. 3.
verſ. dicendum ergo lib. 1. Zach. 6c Societ. Offic. n. 390.
fol. mihi 92.*

Nihilominus cursus dicti temporis fuit bis
interruptus, & impeditus nempè & primo
sub die 23. eiusdem mensis Aprilis qua fuit
petitus Consultor, & seruatus prædictus ter-
minus pro illius deputatione secuta postmo-
dum in personam R. P. D. Baranzoni sub die
30. dicti mensis post seruatos quatuor ter-
minos de stylo seruari solitos, quod tempus
18 petitionis, & electionis Consultoris in fatali-
bus non computatur, sed demitur *Luc. Pet. in
praxi capitol. ibi. 5. cap. 9. num. 8. Galganett. ad statut.
Vrb. lib. 1. cap. 188. sub vers. an autem acceptatione*.

Secundo per recusationem eiusdem R. P. D.
Baranzoni factam à Dominis de minimis sub
die 5. sequentis mensis Maij in cuius locum
sub die 9. eiusdẽ mensis deputatus fuit R. P. D.
Iulius de Oddis, pendente enim recusatione
19 fatalia non currunt *Bald. cons. 26. num. 7. in fin.
lib. 1.* & merito quia interim suspenditur exer-
citium iurisdictionis *Melis in eius repertorio verb.
iurisdictio Landellott. de attent. par. 2. c. 6. n. 10.*

Demptis autem supradictis octo diebus pe-
titionis, & electionis Consultoris, & quinqi
pendentis recusationis R. P. D. Baranzoni con-
ficientibus in totum 13. dies terminus statu-
tarius 30. dierum, qui altàs expirasset sub die
15. Maij extensus fuit ad totam diem 28. eius-
dem mensis, qua tamen die, nec expirauit,
sed prorogatus fuit ad totam diem 26. Augusti
vigore prorogationis fatalium ter facta à Iu-
dice ad vnum mensem pro quailbet vice in
vim trium Commissionum in actis producta-
rum vnius sub die 6. Maij, alterius sub die 13.
Iunij & 3. sub die 13. Iulij eiusdem anni com-
putando singulum mensem pro spatio 30. die-
20 rum excumulatis per *Fenzon. ad stat. Vrb. lib. 1.
cap. 197. num. 127.* non autem prout menses na-
turaliter currunt, vt contendebant informan-
tes pro D. Quaranta, quia licet verum sit, quod
quælibet prorogatio intelligitur collata in
21 finem cuiuslibet termini, & tunc solum inci-
it currere iuxta doctrinam *Castrens. in l. sine pare
num. 5. in fin. C. de dilat. Scacc. de appellat. q. 15. n. 235*
& proinde prætenderetur, quod dum mensis
habeat certum initium sit sumendus natura-
liter, prout currit non autem pro termino 30.
22 dierum iuxta distinctionem adductam per
*Menoch. de arbitr. Iud. cas. 50. num. 21. Altograd. cons.
29. a num. 10. vsque ad fin. per Boss. oper. moral. tom. 2
eod. tit. 2. §. 1. num. 4. & 5.* qui omnes alios tam
veteres, quam Neothericos cumulant, atta-
men hoc non videtur posse applicari in casu
nostro, quia *Statutum Capitolij lib. 1. cap. 197.* di-
23 sponit quod menses 30. dierum singuli com-
putentur, quando autem lex, & statutum de-
clarat quomodo mensis sit computandus; ces-
24 sant interpraetationes, quæ solum locum in
casibus dubiis habent *Soccin. in cap. sacro nu. 246.
de sent. excom. Menoch. d. cas. 50. nu. 1. Giurb. ad con-
suet. Messana cap. 2. glos. 15. num. 16.* & ita quoque
se limitat, & declarat *Altrograd. dicto cons. 29.
num. 34.*

Quæ indubitanter procedunt in casu nostro
quia cum prædictus terminus statutarius esset
25 solummodo 30. dierum, non poterat Iudex
prorogare ad maius tempus *Felin. in cap. de caus.
nu. 2. vers. 2. limita de offic. & potest Iud. de leg. Scacc.
de appellat. q. 15. num. 227. vers. & quod prorogatio
Gabriel. de dilat. conclus. 4. num. 1. Marchesan. de com-
miss. prorog. fatal. p. 3. num. 33.* vnde præsumi de-
26 bet quod Iudex intellexerit de mense 30. die-
rum, vt actus valeat *Rota in recent. decis. 248. nu. 5
par. 5. & decis. 265. numer. 7. par. 8.* & in alijs pas-
sim.

A dicta autem die 26. Augusti anni præte-
riti vsque in præsens fatalia non possunt dici
lapsa, & perempta, quia cum Domini de
Minimis sub die 14. Augusti allegauerint de-
sertionem, & instante Domino Quaranta sub
die 23. Augusti iterum prorogari fatalia vigo-
re alterius commissionis de nouo obtentæ, &
in actis reproductæ Domini de Minimis se op-
posuerunt petentes causam pronunciari deser-
tã super quo emergenti cum assumpta fuerit
disputatio, & mihi ad consulendum remissa
fatalia remanserunt suspensa, quæ nunquam
27 currunt, dum disputatur, an causa sit deserta,
& instantia perempta *Franch. in cap. ex ratione 8.
num. 38. & ibidem Praeposit. num. 13. vers. quoddam
est impedimentum de appellat.* & in his terminis
præcisis *Castr. cons. 135. num. 1. ante fin. vers. illud
etiam videtur esse clarum lib. 2. Dec. cons. 356. ante fin.
vers. & statim, quod capit disputari Alex. cons. 42.
num. 10. in fin. & num. 11. lib. 3. Cumia super ritibus
Sicilie cap. 88. num. 65. Scacc. de appellat. q. 15. nu. 82.
& 83. Thesaur. dec. 10. num. 3. Gratian. discept. 499.
nu. 18. & 19. Ruginell. de appellat. §. 9. Glos. 1. cap. 1.
n. 46. in fin.*

Non obstat prætensio, quod stylus vigens, vt
fatalia currant pendente causa coram Consul-
tore debeat etiam intelligi pro tempore peti-
tionis consilij, & recusationis Consultoris,
quia stylus probatus in vno casu non extendi-
28 tur ad alium casum diuersum *Roland. cons. 94.
num. 17. cum seqq. lib. 2. Cephal. cons. 338. nu. 85. Cra-
vett. cons. 170. n. 4. Dec. cons. 483. n. 22. & Rot. in Fulgi-
naten. hæreditatis 11. Maij 1654. coram R. P. D. Ve-
rospio §. hic praeterea in fine.*

Præsertim stante diuersitate rationis in vtro-
que casu vigente, in primo enim quando Con-
sultor est iam deputatus litigator potest eũ vr-
gere, & procurare expeditionem voti, & causę
intra terminum statutarium, quinimo Docto-
res magis communiter tenent, quod quando
imminet lapsus instantiæ Iudex in illius fine,
si videt eam labi, potest ferre sententiam, etiam
29 non habito consilio, prout in consilio ferendo
iuxta cautelam traditam à *Baldo in l. cum iudex
num. 5.* quam sequuntur ibidem *Salicet. in fin. C.
de Sentent. & inter locut. Castr. in l. 1. num. 2. C. de
relationib. Felin. in c. cum Venerabilis num. 46. vers.
sed obstat fortiter de except. Soccin. Sen. cons. 124. nu.
9. lib. 1. Vant. de nullit. ex defect. Iurisd. num. 155.
vers. præmissa intellige Marant. in eius praxi part. 5.
sub num. 41. Asin. pariter in praxi §. 2. cap. 11. nu.
25. Scacc. de appellat. quæst. 15. num. 297. vers. &
vbi ex forma statuti, & idem Scacc. de Sentent. & re-
iudicat. glos. 13.* vbi licet *sub num. 59.* hanc re-
probet, eam tamen admittit sub *nu. 61.* quan-
do imminet lapsus Instantiæ, quæ ratio non
solum non militat in hoc secundo casu, sed
potius contraria, quia dum adhuc non est e-
lectus Consultor, cum quo Iudex procedere
30 valeat, parti imputari non potest, si causam
non

non expedit, dum non adeſt, qui cognoſcat;
vt egregiè *Hippolytus de Marſil. in ſingul. 51.* vbi
ex hoc infert, quod ſi ex forma ſtatuti in gra-
du appellationis eſt eligendus Iudex partibus
confidens, & poſt 30. annos partes talem ele-
ctionem differant, non labitur tempus inſtantię
31 quia non extat Iudex, qui adiri poſſit, eum-
que ſequuntur *Lanfranch. de Oriano in tractatu de*
arbitr. in 1. parte nu. 18. qui eſt inter tractatus magnos
tom 3. par. 1. fol. 207. Aſin in praxi §. 1. cap. 1. num. 7
Fides autem incontrarium adductæ nihil
prorſus releuant, Tum quia non ſunt in indi-
32 uiduo huius caſus, prout eſt neceſſe *Rota in*
rec. dec. 185. num. 7. par. 7. & dec. 488. num. 9. par. 8.
Tum quia exhibitæ fuerunt aliæ fides contra-
riæ, & quod magis eſt indicati fuerunt nonnul-
li caſus, in quibus ità ſeruatum fuit, vnde vel
in totum excluditur ſtylus exaduerſo prætén-
ſus, ad quem effectum ſatis eſt vnicus actus
contrarius *Surd. conſ. 393. num. 24. Berouſ. conſ. 5.*
num. 21. lib. 1. Schrader de feud. par. 10. lect. 20. num.
157. Gratian. diſcept. 79. num. 9. & 10. Rota coram
Greg. d. dec. 162. num. 9. & ibi Adden. num. 15. vbi
ait procedere etiam ſi mille actus oſtenderen-
34 tur, & *in Recent. dec. 12. num. 5. par. 2. & dec. 141.*
num. 14. par. 6. & in Portuen. Affictus 27. Febr. 1651.
coram R. P. D. meo Bichio §. minus. Vel tanquam
35 varius, & difformis attendi non poteſt, præter-
tim contra diſpoſitionem Iuris communis.
Rot. coram Gregor. dec. 162, num. 8. & 9. & in re-
cent. dec. 280. num. 3. part. 3. dec. 455. num. 8. & 9. &
dec. 494. num. 8. par. 4. dec. 336. num. 7. par. 5. & dec.
136. num. 14. par. 6.
Et in hanc ſententiam libentius deſcendi,
quia ſi contraria opinio admitteretur, poſſent
ſequi multa abſurda, nam pars, quæ obtinuiſ-
ſet primam ſententiam ad ſui fauorem, poſſet
in gradu remiſſionis modo iſtum, modo alium
allegare ſuſpectum, & pluribus vijs, & arti-
bus ſubterfugiendo Iudicem, & protelando
deputationem, aut in totum eripere, aut in
extremo coarctare terminum ſtatutarium tali-
ter, quod Iudex, & Conſultor non poſſent in
termino cauſam expedire, illa autem opinio
36 non eſt ſequenda, per quam aperitur via frau-
dibus, ſed illa per quam ijs obuiam itur *l. lex*
in princ. ibi *vt fraudi locus non ſit C. de adminiſtr.*
Tutor. Federic. de ſen. conſ. 7, nu. 5. verſ. iſta pars vi-
detur, & conſ. 73. num. 6. Rot. dec. 345. num. 11. par. 5
& dec. 243. num. 4. part. 6. recent. Et in dubio ſem-
37 per pronunciandũ eſt, cauſam non eſſe deſer-
tam *Marcheſ. de commiſſ. ſuper deſert. cauſ. fol. mi-*
hi 72. numer. 39. in princ. Caſſador dec. 4. de appel-
lat. in fin Scacc. de appellat. quæſt. 17. limit. 1. num. 18
Rot. inter diuerſ. dec. 32. num. 3. part. 2. & in Recent.
dec. 416. num. 7. par. 4. recent. & coram Buratt. deciſ.
226. num. 17. & ibi Adden. littera C. & in Romana
Pecuniaria 9. Decembris 1643. coram R. P. D. meo
Meltio, quæ eſt impreſſa poſt Merlin. de pignor. dec.
75. num. 1.
Si verò non duraſſet terminus, vt durauit in
hoc caſu, & ius eſſet ſolummodo in eo, quod
fuerat expedita commiſſio, & producta in a-
ctis, cenſerem non ſuffragari, quia licet com-
miſſio prorogationis fatalium poſſit obtineri
38 ſine citatione partis, Iudex tamen ſine citatio-
ne non poteſt illius vigore ad prorogationem
deuenire *Luc. Pat. in eius praxi Capitolina lib. 5. c.*
12. num. 7. Caſſad. dec. 7. ſub num. 8. verſ. negatiua ve-
rò, & num. 9. verſ. quæ appellationibus Scacc. de appel-
lat. qu. 15. num. 232.
Nihil obſtante *Creſcent. dec. 3. de offic. & poteſt*
Iud. deleg. quia ibi loquitur de prorogationibus
39 quæ fiunt ab Auditoribus Rotę vigore Inno-
centianæ, ex qua illis competit iſta facultas, vt
dicit *Creſcent. incitata dec.* & alij plures cumula-
ti per *Scacc. de appellat. quæſt. 15. num. 220. & 222.*
& Marcheſan. de commiſſ. prorog. fatal. part. 3. num.
38. fol. 401. vbi aduertit, hoc fuiſſe inductum ad
maximas expenſas euitandas, quæ fiunt in re-
giſtris, quando pluries prorogantur fatalia, ſe-
40 cus eſt in alijs Iudicibus, qui non poſſunt iu-
uari Innocentiana, non habente locum extra
Rotam *Rota poſt Pacif. de Saluian. interdict. dec. 6.*
num. 3. repetit. inter diuerſ. dec. 65. num. 3. & in fin.
& coram Cauall. dec. 433. nu. 2. Adden. ad Greg dec.
156. num. 11. in fin. Adden. ad Buratt dec. 125. n. 12.
Quinimò in Rotamet, ſi Auditores proroga-
41 rent vigore Commiſſionis, non autem Inno-
centianæ tenerētur partem citare *Caſſad. d. deciſ.*
7. num. 8. verſ. negatiua verò de appell. Mandoſ. de
prorog. fatal. in verb. lite, & cauſa in fine Veſtr. in
prax. lib. 7. cap. vlt. num. 13. Scacc. de appellat. d. quæſt.
15. num. 224. Marcheſ. de Commiſſ. prorog. fatal. par. 3.
n. 39. fol. 401. & ratio eſt quia Reſcriptum Prin-
cipis non tribuit Iuriſdictionem ſine citatione,
vt dicit *Caſſad. d. dec. 7. num. 9.*
Nec obſtat, quod ad effectum euitandi de-
ſertionem ſufficiant diligentiæ factæ in expedi-
endo, & producendo in actis commiſſionem,
42 vel quod Commiſſio deuenerit ad Bancum
Curſorum, vt per *Caſſad. dec. 4. de appellat. Scacc.*
de appellat. quæſt. 14. num. 13. Lancellott. de attentat.
par. 2. cap. 12. nu. 70. & ſeqq. Quinimo ſufficiunt
fides præſentatæ factæ Illuſtriſſ. D. Regenti Si-
43 gnaturæ, vt præter *Scacc. & Lancellot. in locis*
allegat. dicit *Rota poſt Poſthium de manuten. dec. 399.*
num. 3. & coram Merlino dec. 56. num. 1. & in recent.
dec. 9 num. 5. par. 5. tom. 2. cum alijs cumulatis
per Adden. ad Buratt. dec. 764. num. 3.
Quia ſupradictæ deciſiones, & quæcunque
aliæ allegari poſſunt, procedunt, quando agi-
tur de termino dato ad committendam, &
44 cauſam proſequendam appellationis, pro quo
ſufficit aliquid eſſe factum, cum hic terminus
detur ad inchoandum *Rot. dec. 66. de appellat. in*
nou. Caſſador. d. dec. 4. num. 1. verſ. cum non aſſignetur
de appellat. Secus eſt, quando agitur de proro-
gatione inſtantiæ, & fatalium pro impediendo
eorum lapſu, & interitu, cum enim iſte ter-
minus ſit datus ad finiendum, niſi fatalia in
tempore prorogentur, inſtantia, & fatalia irre-
45 parabiliter pereunt *Scaccia de appellat. d. quæſt*
15. num. 226. & quando ſunt lapſa non poſſun
46 amplius à Iudice prorogari, ſed debet obtine-
ri nouus terminus ab ipſomet Principe, au
ſaltem vigore eius reſcripti, *Marcheſan. de com*
miſſ. prorog. fatal par. 3. num. 29. & num. 73.
Quod eſt adeò verum, vt ſi pars, quæ time
lapſum inſtantiæ durante adhuc termino dil
gentiſſimè ageret impetrando prorogationem
47 ad nouum menſem finito primo, prorogati
non valeret vti collata in tempus inhabile *B*
in c. de cauſ. & ibidem Felin. num. 4. de offic. et pote

Iud. de legat. & Scacc. d. quaſt. 15. *num.* 236.

Et propterea in cauſa, & cauſis inter DD. Ioſephum fratres, & alios de minimis, nominibus reſpectiuè de quibus in actis ex vna, & DD. Ioannem Baptiſtam Quarantam, Ioannem Baptiſtam Leopardum, & Ioſephum Bellinum partibus ex altera mihi iterum ad conſulendum remiſſa, & remiſſis de, & ſuper dicta duratione termini ſtatutarij coram DD. Reuiſoribus prorogati, rebuſque alijs in actis cauſæ, & cauſarum huiuſmodi latius deductis viſis actis, partibuſque cum eorum Aduocatis, & Procuratoribus in voce, & in ſcriptis acerrimè Informantibus ſæpiùs auditis; ſum in voto, partes DD. VV. præuia repoſitione à quocunque præiudiciali Decreto declaratæ deſertionis de voto meo eſſe in abſtinendo ab executione prætenſorum mandatorum, & in permittendo, vt Illuſtriſſ. Domini Reuiſores poſſint vti eorum Iuriſdictione, & prorogare fatalia non dum lapſa, & ad vlteriora in cauſa appellationis procedere cum votis Illuſtriſſimorum PP. DD. meorum de Oddis, & de Comitibus, prout ita faciant non ſolum iſto, ſed omni alio meliori modo &c.

N. Seuerolus S.C. Aduocatus.

ANNOTATIO.

DEſertio cauſæ de Iure Canonico non ità de facili inducitur, nec lapſus temporis ſufficit, quia inſtantia de Iure Canonico eſt
48 perpetua *cap. penult. de Iudic. Scacc. de Iudic. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 687. vbi quod ità ſeruatur in Romana Curia *Rota coram Bichio dec.* 395. *num.* 17. ſed ad effectum illam inducendi non ſufficit ſola taciturnitas, & lapſus decennij, ſed requiritur vlterius, quod conſtet de malo Iure non proſequentis, & adſit aliquod factum poſitiuum indicans, quod appellans litem pro derelicta habuerit; alias tunc his requiſitis deſertio numquam inducitur *Rot. in rec. deciſ.* 167. *num.* 13. *& dec.* 285. *num.* 10. *& ſeqq. & dec.* 341. *num.* 16. *& ſeqq. par.* 10. quæ eſt *Bichij inter eius impreſſas dec.* 395. *num.* 18. *& ſeq. & dec.* 90. *num.* 33. *& ſeqq. par.* 12. *& coram Zarate dec.* 94. *num.* 3. *&* 4. vbi quod inſtantia perimitur ſpatio 30. annorum *& coram Peutinger. dec.* 320. *num.* 15. *&* 16. *& coram Eminentiſs. Ottobono dec.* 234. *num.* 25. *& ſeq. & in Melevitana Comen die* 27. *Martij* 1675. *coram R.P.D. Bourlemont* §. *non ſubſiſtente.*

50 Et requiritur ſententia deſertionem ipſam declarans *Rot. in rec. dec.* 736. *num.* 1. *par.* 3. *& dec.* 167. *num.* 14. *par.* 10. *& dec.* 255. *num.* 7. *par.* 11. *& coram Caualer. deciſ.* 333. *num.* 2. *verſ. verum; & num.* 3. *&* 6. *& coram Royas deciſ.* 294. *num.* 13. *& coram Zarate dic. deciſ.* 94. *num.* 2. *& coram Peutinger. dict. dec.* 320. *num.* 17. *in dicta Melevitana Comendæ coram R.P.D. Bourlemont. ſub eodem* §.

Iſta autem diſputantur vt plurimum ad effectum videndi, an ſit locus ſubrogationi gra-
51 tioſæ, quæ cum exigat litem, cæ finita, & extincta ſubrogatio amplius non datur *Peutinger. dict. dec.* 320. *num.* 12. Cæterum etiam contingit de deſertione diſputari, quando appellans infrà annum non proſequitur appellationem, vt tàm de Iure Ciuili, quam Canonico tenetur iuxtà *text. in Auth. ei qui C. de tempor. Appellat. cap. cum ſit Romana* 5. *& cap. conſtitutus* 45. *de Appellation.* cum alijs concordantibus relatis *per Ignatium Pereira de Souſa in tract. de Reuiſion. cap.* 36. *num.* 16. *& per Rotam in Romana Pecuniaria* 12. *Iunij* 1671. §. *Ratio reſolutionis coram R. P. D. Rondinino*; & quando Iudex appellationis dedit terminum Iuris, ſi appellans infra 30. dies
53 non redierit pro Apoſtolis, neque cauſam cõmiſerit cenſetur appellationi renunciaſſe, & ſententia tranſit in iudicatum *iuxta text. in cap. ab eo de Appellat. in* 6. *& in Clement. Quamuis eodem tit. cum alijs per Rot. coram Buratt. deciſ.* 556. *& coram Gregor. deciſ.* 533. *in vtraque num.* 1. *& vtrobique Addent. & in Peruſina Erectionis Canonicatus* 4. Maij 1665. *coram Eminentiſſimo D. Card. Carpineo* Santiſſimi D.N. Prodatario, & Vicario meritiſſimo, *quæ eſt impreſſa in rec. dec.* 294. *nu.* 1. *part.* 14.

De ſtylo autem Sacræ Rotæ, & Curiæ Romanæ quando in primo anno aliquid in cauſa
54 actum fuit prorogatur tempus ad proſequendam appellationem ad biennium, vt firmat *Rota in dicta Romana Pecuniaria* 12. *Iunij* 1671. §. *quo enim ad primam coram R.P.D. Rondinino.*

Et ad iſtum effectum requiritur, quod ſaltem in primo anno fuerit commiſſa cauſa, &
55 citatum ad dicendum contra commiſſionem, ſine qua cauſa inchoata dici non poteſt, vt firmat *Rot. in dicta Peruſina Erectionis Canonic.* 4. *Maij* 1665. *cor. Eminentiſſ. Carpineo in rec. dec.* 294. *num.* 2. *par.* 14. *& in Romana Canonis* 28. *Maij* 1664. §. *irreuitabilis coram eodem Eminentiſs. D. Cardinali Carpineo, & in dicta Romana Pecuniaria* 12. *Iunij* 1671. §. *quo enim ad primum, & in illius confirmatoria* 11. *Ianuarij* 1672. *&* 22. *Iunij eiuſdem anni coram R. P. D. meo Rondinino, quarum duæ vltimæ habentur impreſſæ apud Modernum Galleſium in tract. de reſtitut. in integr. dec.* 4. *num.* 4. *&* 5. *dec.* 9. *nu.* 2.

Nec requiritur infra biennium Actorum tranſportatio, vt aliqui volunt, ſed ſufficit, quod commiſſa cauſa, & citato ad dicendum contra, intra terminum tranſportationi præfixum Notario fuerit tradita arrha ad conficien-
56 dum extractum, & ante pronunciationem ſuper deſertione fuerint in effectu ipſa acta tranſportata, & hoc ſatis eſt ad excuſandam omnem deſertionem, & impediendum tranſitum ſententiæ in iudicatum *Rot. in Neapolitana Hæreditatis* 27. *Ianuarij* 1668. §. *moti ſunt coram Eminentiſſ. D. Card. Carpineo, & in Fauentina Bonorum* 13. *Maij* 1671. §. *hinc fruſtra &* §. *ſeq. in fine coram R.P.D. Taya.*

57 Et tempore peſtis fatalia non currunt, vt late firmatur *in dict. Romana Pecuniaria cor. R.P.D. Rondinino, nempe in prima* §. *neque opitulari, & in ſecunda impreſſa apud Galleſ. dec.* 4. *num.* 2. *& in tertia apud eundem dec.* 9. *poſt* §. 1.

Nec currit tempus, nec fatalia pendente
58 diſcuſſione, an ſit concedenda, vel deneganda remiſſio cauſæ, vt firmat *Pereir dict. tract. de Reuiſion. cap.* 62. *num* 12. Sicut etiam deduci de-
59 bet tempus recurſus ad Signaturam *Rot. in dicta Fauentina Bonorum* 13. *Maij* 1671. §. *fin. coram R.P.D. Taia.*

BO.

BONÆ MEMORIÆ TARQINII VRBANI VOTVM, SEV DISCVRSVS

ARGVMENTVM.

Quando incipiat currere decemdium ad appellandum, an à die ſententiæ, vel ſcientiæ ad effectum attentatorum.

SVMMARIVM.

1 *Executio facta tàm infra terminum ad appellandum quàm extra decemdium post interpoſitam appellationem ſemper remanet attentata.*

2 *Executio facta infra decem dies ad appellandum dicitur attentata, quam vis longè poſt decemdies fuerit interpoſita appellatio.*

3 *Executio intra decemdies dicitur improba, & reuocatur per viam nullitatis, quamuis inde non fuerit appellatum, & poſt cauſa deſertionem.*

4 *Procedit etiam ſtante appellatione, ſed nulliter interpoſita, vt de ſtylo, & inueterata Rota conſuetudine.*

5 *Executio obliqua, non autem directa per viam nullitatis, ſeù attentatorum venit reuocanda appellatione deſerta.*

6 *Executio directa ſaluatur ab attentatis, licet facta infra decemdies, quando adeſt deſertio deſumpta, ex non proſecutione appellationis per biennium, imò quadriennium licet cauſa fuerit commiſſa ſimpliciter.*

7 *Deſertio clara non autem dubia, & ambigua excuſat executionem directam ab attentatis.*

8 *Executio directa ſubſtinetur quando aſſiſtit deſertio clara, & indubitata.*

9 *Executio obliqua nõ ſubſtinetur, quando fuerunt acta tranſportata in termino à Iudice praſixo.*

10 *Inſtantia, ne dum de Iure Canonico in Statu Eccleſiaſtico, verum etiam de obſeruantia Curiæ ſupremorumque magiſtratuum eſt perpetua.*

11 *Executio ſententia ſine citatione, vel deſertionis expreſſa, ſiue tacita declaratione, ſubſtineri non poteſt.*

12 *Executio attentata etiam poſt lapſum triginta, vel quadraginta annorum venit reuocanda ex ratione ſupradicta.*

13 *Fallit quando clarè conſtat de deſertione, tunc enim, nec declaratio, nec ſeruatio quatuor terminorum eſt neceſſaria.*

14 *Limitatio prædicta procedit in deſertione ob appellationem non legitimè, vel nullo modo interpoſitam, ſecus ob illius interpoſito appellationis non proſecutionem.*

15 *Deſertionis declaratio difficillimè poteſt in praxi obtineri, ob Notariorum emolumenta.*

16 *Notarij hodie ſunt commiſerandi ratione onerum, & aucti in ſupremo pretij officiorum.*

17 *Innouata poſt interpoſitam appellationem etiam elapſo decemdio veniunt reuocanda, & ſub num. 18.*

19 *Executio facta poſt decemdium ad appellandum computandum à die ſententia non eſt attentata.*

20 *Iudex elapſo termino decem dierum ad appellandum poteſt exequi propriam ſententiam citra vitium attentatorum, & nullitatis.*

21 *Appellationem non fuiſſe interpoſitam conuincitur ex reuolutione actorum.*

22 *Declaratoria vt poſſit legitimè relaxari, non indiget ſeruatione terminorum ad docendum de paritione, quando per actum poſitiuum conſtat de contumacia moniti.*

23 *Appellatio poteſt interponi à victo coram honeſtis viris, vel obtinere commiſſionem ſub banca.*

24 *Appellatio coram honeſtis viris interpoſita, vt valeat impedire executionem, debet intimari Victori.*

25 *Commiſſio debet intimari præuia citatione addicendum contra; alias non præſtat impedimentum executioni.*

26 *Procedit etiam ſiuè commiſſio ſit Signatura Gratia, ſiuè Iuſtitia vtraque parte audita.*

27 *Appellatio interpoſita poſt terminum conceſſum à lege, debet à Victo intimari, ſecus quando fuit interpoſita in tempore.*

28 *Appellatio debet interponi intra decem dies menſurandos à die latæ ſententiæ, non autem ſcientiæ, licet citatio fuerit executa domi dimiſſa copia, quam per contradictas contra contumacas.*

29 *Procedit etiam quamuis Victus fuiſſet citatus in alieno Territorio.*

30 *Decemdium ad effectum attentatorum in ficto contumace condemnato per Contradictas currit à die ſcientia, non autem ſententia, quamuis in principio cauſæ fuiſſet monitus perſonaliter.*

31 *Decemdium ad appellandum contra illum, qui fuit à principio citatus, & deinde condemnatus per contradictas currit à die ſententia.*

32 *Contrarium verò quod currat à die ſcientia contra citatum domi dimiſſa copia.*

33 *Decemdium ad appellandum currit à die ſententia, quando victus in principio cauſæ fuit monitus, ſiuè citatus ad totam cauſam, & ſub termino peremptorio, & de ratione num. 34.*

35 *Citationes in proſecutione Iudicij non ſunt neceſſariæ, quando victus fuit à principio citatus ad totam cauſam.*

36 *Non procedit quando Contradictæ non fuerunt comminata in prima citatione.*

37 *Item quando prima citatio non fuit perſonaliter executa, nam alias non eſſet locus valido proceſſui per contradictas, & ſub num. 38.*

39 *Citationes domi dimiſſa copia in tribunali A.C. propter eius facultates æquipollent perſonalibus.*

40 *Limita hoc procedere in ſucceſſiuis citationibus, non autem in prima ad Iudicium Monitoria in cauſis ordinarijs.*

41 *Item non procedit ad effectum relaxandi cenſuras.*

42 *Citatio prima, ſeù monitio debet eſſe perſonalis, quia eſt de Iure Diuino, vel naturali à diuino prouenientes, & ſub num. 43. reprobatur Sarmien. qui tenet contrarium.*

44 *Citatio nec per Principem tolli poteſt.*

45 *Citationes excepta prima cum ſint de Iure Ciuili poſſunt per Principem de plenitudine poteſtatis tolli, & omitti, etiam ad ſententiam, & nu. 46.*

47 *Id procedit quando Papa ageret de plenitudine poteſtatis, non autem poteſtate ordinaria.*

48 *Sententia Pontificis, & Imperatoris prolata ſine citatione eſt valdè dubitabilis, & num. 49.*

50 *Sixtus V. & Pius V. ante quam priuaſſent Regno Anglico Eliſabetham Reginam illam prius monuerunt, & citarunt.*

51 *In cauſis executiuis præuia citatione dimiſſa copia in partibus, vel ex obligatione celebrata in Curia procedi-*

ceditur per contradictas.

52 *Non procedit, quando fuerunt mutatæ personæ.*

53 *Item quando agitur pro relaxandis censuris.*

54 *Decemdium ad appellandum currit à die scientiæ, quando reus citandus est impeditus, & dolo non latitat, ne personaliter citetur, secus si dolo.*

55 *Decemdium ad appellandum, an currat à die sententiæ, vel scientiæ debet inspici an agatur de desertione, vel de attentatis.*

56 *Innouata in termino ad appellandum semper sunt reuocanda licet appellatio fuerit interposita post terminum, & declaratur decisio Romana Vineæ coram Beuilaqua.*

57 *Decisiones non sunt allegandæ nisi in articulis serio firmatis, non autem in illis obiter, & incidenter degustatis, & num. 58.*

59 *Decisiones sunt intelligendæ secundum doctrinas allegatas, & in quibus se fundant, & num. 60.*

61 *Decemdium ad appellandum currit à die scientiæ ad effectum desertionis tantum, non autem ad effectum attentatorum, contra citatum domi dimissa copia.*

62 *Decemdium ad appellandum pro reuocatione attentatorum non currit nisi à die scientiæ.*

63 *Executio facta intra decemdium non reuocatur per viam attentatorum, vbi fuit appellatum in tempore à die Notitiæ, sed reuocatur beneficio iniustitiæ, & num. 64.*

65 *Fatale non currit à die prolatæ sententiæ, sed à die notitiæ, & sub num. 66. & 67. declarantur decisiones in contrarium allegatæ.*

68 *Executio facta post appellationem remanet attentata.*

69 *Innouata post appellationem dicuntur attentata grauiora.*

70 *Victus nec verus nec fictus contumax fuit effectus, quando non processit citatio vel personalis, vel domi dimissa copia.*

71 *Decemdium ad appellandum incipit currere de Iure ab hora latæ sententiæ, & de momento in momentum.*

72 *Decemdium ad appellandum fuit de Iure præscriptum à die latæ sententiæ.*

73 *Dies sub qua fuit publicata sententia, non computatur in decemdio ad appellandum ex æquitate, & stylo Sacri Palatij, imò totius Status Ecclesiastici.*

74 *Appellatio interposita vndecima die post latam sententiam non dicitur deserta.*

75 *Dies termini non computatur in termino.*

76 *Fortius procedit quando actus non expletur in principio diei, vti non integra, & de sententijs, quæ promulgantur in audientijs, quæ fiunt in Curia de mane, & de sero num. 77.*

78 *Terminus* proseaquendi *in Rota est quindecim dierū in vltimis audientijs Mensis; in alijs Tribunalibus decem dierum.*

79 *Decisiones nullam præstant authoritatē, quando sunt reuidendæ, & eius fundamenta noluit Rota probare.*

80 *Citatio cum inhiberi ad statim facta à recurrente ad Signaturam illico, & eodem puncto citatum afficit.*

81 *Procedit etiam quamuis inde dicta citatione lecta Dominus Auditor Signaturæ non inhibuisset, seù supersessoriam denegasset.*

82 *Imò etiam dicta citatione intra decemdium executa, & in audientia Signaturæ tempore debito ex aliquo accidente non reproducta.*

83 *Recursus ad Principem, & sola querela superiori proposita habet vim appellationis, & inhibitionis.*

84 *Attentata excusari non possunt, quando sunt aperta, & clara.*

85 *Causa quando non est appellabilis tunc per Signaturæ edictum olim publicatum, retardatur executio solummodo ad P. 4. Audientiæ; pro qua cadit citatio, & num. 86.*

87 *Citatus in audientia Signaturæ non tenetur expectare perpetuo, sed sufficit abstinere vsque ad primam audientiam, & in illis diebus, quibus informatur, & causa proponitur.*

88 *Executio saltem directa facta extra decemdium non remanet attentata, quamuis victus fuerit citatus domi dimissa copia, sed venit discutienda ratione iniustitiæ in gradu appellationis.*

89 *Attentata ex quo sapiunt delictum in conflictu opinionum, & Doctorum discordia, semper veniunt excludenda.*

90 *Signatura Iustitiæ supremum tribunal in dubio semper rescribit pro attentatorum exclusione.*

VOTVM VI.

A QVO tempore decemdium datum de iure ad appellandum à sententia prolata sub citatione non personali, sed domi dimissa copia exequuta, currere incipiat ad effectum attentatorum, vertitur hodie questio non modica, ob varias resolutiones, tàm in Signatura Iustitiæ, quàm magis in Rota diuersis temporibus emanatas. Quamobrem requisitus de Voto, pro exclusione attentatorum respondere cogor ex infrascriptis.

Aduerto enim in primis, quod quæstio hæc non est de innouatis infra decemdium datum ad appellandum á die sententiæ, nec de innouatis post appellationèm interpositam à victo licet extra decemdium à die sententiæ prolatæ, quia vtroque casu prohibita de iure remanet quælibet innouatio, seù executio, vti
1 attentata, vt de primo loquitur *Rot. dec. 180. num. 3. coram Reuerendiss. Salamantino, Sulmonen. Vicariæ 20. Ianuarij 1646. §. de attentatis coram Reuerendiss. Popien. & decis. 155. num. 10. 11. 12. & 13. decis. 170. num. 4. & 13. coram Eminentiss.*
2 *Ottobono*, vbi omnes concordant executionem intra decemdium à die sententiæ prorsùs attentatam, quamuis longè post illud fuerit appellatum, & à die habitæ notitiæ.

3 Quinimò talem executionem intra decemdium taliter esse à iure improbam, vt saltem per viam nullitatis reuocetur, quamuis indè non fuerit appellatum, & post causæ desertionem, *Grocc. discept. 56. num. 106. Marescott. var. c. 121. num. 64. lib. 2.* idem *Card. Ottobon. d. decis. 170. num. 17. Card. Millin. decis. 392. num. 2.* vbi sic sæpissimè resolutum, & de stylo, & inue-
4 terata Rotæ consuetudine testantur *Cas. de Grass. decis. 2. num. 5. de appell. Penia decis. 543. num. 6. Buratt. decis. 61. num. 14. decis. 59. num. 5. Coccin. decis. 265. num. 4. & 5. Seraphin. decis. 229. num. 3. & 4. Gerunden. Beneficij 1. Iulij 1644. §. nec relenat, coram Reuerendiss. Cerro, Fulginaten. attentatorum 9. Decembris 1652. §. vltimo coram Bichio hon. mem. decis. 134. num. 4. par. 10. recent.* vbi etiam stante appellatione, sed nulliter interposita.

5 Maximè si versemur in obliqua, licet secus in directa executione, quæ deserta appellatio-

ne

nc ad euitandos inutiles circuitus, nec per viā
nullitatis, ſeù attentatorum veniet reuocan-
da, vt quia denuò eſſet facienda *Thomat. de-
ciſ. March. 41. num. 22. Coccin. deciſ. 90. num. 3. & deciſ. 777. num. 11. coram Card. Seraphino Mona-
ſterien. Conuentus 22. Maij 1656. §. indeque non re-
fert coram Reuerendiſs. Cerro Decano Meleuit. be-
nef. 24. Maij 1669. §. & quamuis coram R.P.D.Ca-
lataiu, & egregiè in Gerunden. beneficij 16. Martij
1643. §. & licet de ſtylo Tribunalis coram Reueren-
diſs. Cerro Decano,* vbi omnibus in contrarium
6 reſpondetur, & *in §. licet enim*, mirabiliter ſal-
uatur executio directa ab attentatis infrà de-
cemdium, & poſt appellationem ob illius de-
ſertionem deſumptam ex non proſecutione
per biennium, imò quadriennium, licet indè
fuerit Rotæ commiſſa ſimpliciter cauſa appel
lationis, & reſtitutionis in integrum, vt quia
commiſſio rem iudicatam non capiat, non
facta illius expreſſa mentione *Card. Ottobon. de-
ciſ. 34. num. 5. & 6. & deciſ. 189. num. 13. 19. Tre-
ueren. Capellæ 27. Iunij 1653. coram R.P.D. Za-
vate,* & egregiè *deciſ. 295. num. 4. & 6. par. 9. rec.
Ciuitatis plebis Cappellaniæ 27. Maii 1659. §. non
vrget coram bo. me. Verospio, & in Fulginaten. co-*
7 *ram Bichio §. vltimo*, vbi tamen dummodò cla-
rè conſtet de deſertione, cum alias ſi de atten-
tatis daretur in ipſamet appellatione, & cauſa
committeretur, certum eſſet, quod illorum
diſcuſſione pendente, fatalia non currerent
*Poſth. reſol. Ciuil. 4. num. 24. & 29. Scacc. de ap-
pellat. quæſt. 15. num. 771.* ceſſaretque propterea
8 deſertio clara pro executione directa ſupra
ponderata, requiſita, idem *Poſth. d. reſol. 4. nu.
26. & de manut. obſ. 12. num. 149. 155.* & poſt
eumdem *deciſ. 22. num. 2. & ſeqq. deciſ. 226. n. 10.
par. 10. recent.* Vel fuiſſent acta intra terminum
9 à Iudice præfixum tranſportata, in quibus ter-
minis loquitur in executione obliqua *Rot. de-
ciſ. 235. num. 7. per. 10. rec.* Vel tandem cauſa
10 appellationis fuiſſet coram Iudice ad quem
introducta, & indeciſa penderet, quia hoc
caſu cum inſtantia de Iure Canonico in ſtatu
Eccleſiaſtico, & de obſeruantia Curiæ, ſupre-
morumque Magiſtratuum ſit perpetua *Bero.
conſ. 1. num. 17. lib. 3. Scacc. de Iudic. lib. 2. cap. 2.
num. 687. Borell. in ſumm. deciſ. 64. num. 19. & de
preſtan. reg. c. 62. num. 92. 93. 94. Caputaquen. de-
ciſ. 162 num. 2. par. 2. deciſ. 326. num. 46. & 47. de-*
11 *ciſ. 332. num. 12. par. 11. rec.* ſine citatione, vel
declaratione deſertionis expreſſa, vel tacita,
adhuc prohibita remaneret ſententiæ execu-
tio, vt in his terminis loquitur *Romana atten-
tatorum 26. Iunij 1654. § vltimo coram Reuerendiſs.
... pien Carpentoraten. præcedentia 10. Martij & 10.
... 1660. coram bo. me. Verospio,* vbi ratione
ſupradicta, non obſtante lapſu 30. vel 40. an-
12 norum, pro attentata executione reſoluitur,
Rot. poſt Poſth. de manut. deciſ. 22. num. 2. & nu. 8,
niſi clarè conſtaret de deſertione, quia tunc
nec declaratio aliqua requireretur, nec ſerua-
tio quatuor terminorum *Card. Celſ. deciſ. 162.*
13 *num. 9. & 10.* vbi de re iudicata ob non redi-
tum pro Apoſtolis, imò nec iſtorum loco præ-
fixo termini ad formam commiſſionis exe-
cutorialis expeditæ, vt in ſpecie ſeruationis
dictorum quatuor terminorum *Rot. deciſ. 41.
num. 2. & 8. poſt Poſth. de manut.* & concordat *Ri-
dolfin. in prax. par. 1. cap. 13. num. 599.* vbi pro-
14 cedere in deſertione ob appellationem non
legitimè, vel nullo modo interpoſitam, ſecus
ob illius interpoſitæ appellationis non proſe-
cutionem, *vt num. 591. 596. 597. ex Scacc. de ap-
pell. quæſt. 11. num. 200.* licet ſupradicta de omiſ-
15 ſione terminorum, & declaratione deſertio-
nis valdè in praxi difficilè eſſet obtinere,
ſaltem ob Notariorum emolumenta magni
Regeſtri, ſeù extractus, ob quod contra eoſ-
dem inuehitur acriter *Luc. de Penn. l. quoniam
Tabularij, verſ. & nota contra Tabelliones nimium
exigentes tit. 57. de Cenſ. & Conſit. Neuizan. conſ.
56. num. 7.* Loquentes tamen de Antiquis, qui
tunc erant etiam exactores Tributorum, cum
16 hodie valdè veniant compatiendi, imò com-
miſerandi, ratione onerum, & aucti in ſupre-
mo pretij officiorum.

Dę ſecundo verò caſu innouatorum poſt
appellationem etiam elapſo decemdio inter-
17 poſitam firmant *Rota in Comen. Iuriſpatronatus
25. Iunij 1646. §. quia tum coram cl. mem. Card.
Corrada deciſ. 787. num. 5. & 6. coram Reuerendiſs.*
18 *Dunoz.* vbi benè declarat, & reſpondet *deciſ.
348. per tot. penes Poſth. de manut.* quæ contraria-
re videtur, *& deciſ. 372. num. 18. coram Reuer en-
diſs. Terraconen Melenitana commenda de vaourſ.
13. Maij 1650. §. quia cum ab ea coram Reueren-
diſs. Cerro Decano deciſ. 52. num. 19. par. 11. recent.
Card. Ottobon. deciſ. 189. nu. 1. 2. & 10. deciſ. 598.
per tot. deciſ. 618. num. 1. par. 2. recent.*

His itaque præmiſſis ſtrictè ad quæſtionem
19 propoſitam reſpondeo, executionem factam
poſt decemdium datum ad appellandum,
computandum à die ſententiæ latæ ſub cita-
tione domi non aliter attentatam, ſed de iure
permiſſam *cap. paſtoralis de offic. delegat. c. quoad
conſultationem de ſent. & re iudicat. c. cum dilectus
de elect. in prax. lib. 8. c. 4. num. 9. Lancellot. de att.
par. 2. c. 12. lim. 50. num. 200. Bertachin. in repert.
verb. appellatio quando num. 20. in princ. Nicoll.
Mill. verb. attentata fol. 35. Salgad. de reg. protect.
par. 3. cap. 9. num. 225. Scacc. de appellat. quæſt. 12.
num. 38. Modern. Ciroce. diſcept. 56. num. 108. Rot.
deciſ. 28. per tot. de appell. in nou.* Ve quia lapſis
20 indè decem diebus currentibus Iudex non te-
netur amplius expectare, nec differre ſuæ ſen-
tentiæ executionem, conſtito ſibi ex actorum
reuolutione non fuiſſe à victo appellatum,
adeo quod nec ex capite attentatorum, mi-
nuſque nullitatis valeat dicta executio reuo-
cari, ſed tantum beneficio iniuſtitiæ in grau
appellationis *Rot. d. deciſ. 295. à num. 3. vſque ad
6. par. 9. rec. Ottobon. deciſ. 189. num. 15. deciſ. 62.
la 2. num. 5. poſt Poſth. de manut. Volaterrana Prio-
ratus 5. Maij 1643. §. non obſtat coram R.P.D. Bi-
chio, deciſ. 787. num. 5. & 6. coram Reuerendiſs.*
21 *Dunozetta, deciſ. 372. num. 18. coram Reuerendiſs.
Terraconen.* & Iudici non conſtitiſſe de appel-
latione ſatis conuincetur ex reuolutione acto-
rum, vbi illa non reperitur, etiam quatuor
terminis ad docendum de appellatione omiſ-
ſis, forſan de ſtylo Tribunalis A. C. ſeruan-
dis, quando alias dubitaretur de appellationis
interpoſitione *Seraph. deciſ. 365. num. 5. deciſ.
295. num. 14. 15. par. 9. recent.* eodem pati mo-
do,

ßo, quo non seruantur quatuor termini con-
similes ad docendum de paritione pro infli-
22 genda declaratoria, quando clarè constat per
actum positiuum emanatum à monito con-
trarium paritioni *Rot. decis. 447. num. 1. coram*
Reuerendiss. Terraconen. decis. 654. num. 2. par. 3.
decis. 103. num. 13. par. 11. recent.

In nihilo obstante, quod victus potuerit ap-
pellare coram honestis viris, vel obtinere
commissionem sub banca intra dictum decē-
dium, vt proindè per hoc possibile excluda-
tur certificatio Iudicis de non interposita ap-
23 pellatione, cuius loco bene succedit commis-
sio *Caputaquen. decis. 36. num. 4. par. 1. decis. 211.*
num. 13. par. 7. decis. 104. num. 9. dec. 235. num. 4.
par. 10. rec. decis. 438. num. 7. coram, Reuerendiss.
24 *Dunozetto*. Quia appellatio coram honestis
viris, vt inhiberet executionem, debuisset inti-
mari victori *Gratian. discept. for. cap. 10. num. 8.*
Surd. cons. 228. num. 17. Rot. decis. 295. num. 17. 18.
25 *par. 9. & decis. 134. num. 3. par. 10. rec.* Sicuti
pariter debuit notificari commissio cum cita-
tione ad dicendum contra, ad talem effectum,
sine qua, quia cessat in obtinente illius vsus,
cessabit quoque appellatio, non impediens
amplius executionem, vt est plena *decisio Regi-*
nen. Attentatorū 12. Decemb. 1653. §. 2. quod coram
bo. me. Bichio, vbi siuè sit commissio Signaturę
26 gratiæ, siuè iustitiæ vtraque parte audita, *Ro-*
mana Legati 4. Iulij 142. per totam coram Reueren-
diss. Cerro Decano, decis. 264. à num. 4. vsque ad 10
par. 10. recent.

27 Certum est enim, quod licet Victor tene-
batur intra decemdium acta rimare pro in-
uenienda appellatione, non sic tamen post il-
lud, sed debuit à victo intimari, *Rot. in Roma-*
na, seù Veliterna restitutionis in integrum 10. De-
cembris 1649. §. non obstante coram Bichio bon. mem.

Supradicta de cursu decemdij à die senten-
tiæ, non autem scientiæ, adeò vera sunt, vt
non tantum procedant in citato domi dimissa
copia, & comparente per antea in toto Iudi-
28 cio, sed multo magis etiam in contumace
condemnato per Contradictas, qui adhuc ad
effectum supradictum tenebitur appellare in-
tra decemdium à die Sententiæ, non scientiæ
Card. Ottobon. decis. 44. num. 3. Buratt. decis. 59.
num. 6. 7. 17. Merlin. decis. 745. num. 9. & in Aua-
nionen. manutentionis 7. Maij 1663. §. nam cum
29 *Gabriella coram R.P.D. Taia*. Imò & quamuis
victus citatus fuisset in alieno Territorio, quia
adhuc ad effectum attentatorum, licet secus
quoad alios effectus, scilicet desertionis, vel
amplius non appellandi, tenebatur infra de-
cemdium à die sententiæ appellare *Burat. de-*
cis. 59. num. 9. repetita decis. 618. num. 3. par. 1. rec.

30 Quibus non obstat, *Rota in d. Gerunden. Be-*
neficij 1044. superius allegata coram Reuerendiss.
Decano in §. neque dubitari, vbi decemdium
currere ad effectum attentatorum in ficto con
tumace condemnato per contradictas à die
scientiæ non sententiæ, & quamuis à princi-
pio causæ fuisset monitus personaliter, ex
Vestr. & Scacc. ibidem allegatis, & consonat *Rot.*
Romana locorum Montium 12. Decembris 1659. §.
31 *1. & 2. coram R.P.D. Albergato*, distinguens in-
ter à principio citatum, & condemnatum per
Contradictas, & comparentem condemnatum
sub citatione domi, vt primo, vti vero con-
tumaci currat decemdium à die sententiæ, se-
32 cundo à die scientiæ tantum, *Romana Vineæ*
17. Iunij 1658. §. neque ad attentata coram R.P.D.
Beuilaqua, vbi in citato domi à die scientiæ,
non autem Sententiæ decemdium currere fir-
mare videtur, hisque omnibus recensitis *Rot.*
in Ferrarien. attentatorum 23. Ianij 1668. §. hinc
inferebant coram R.P.D. Carpineo.

Nam dicta conclusio in *decisione Gerunden.*
firmata dupliciter limitatur, primo, vt non
procedat, quando victus in principio causæ
monitus, seù citatus fuisset ad totam causam,
33 & sub termino peremptorio, quod hodiè in
omnibus ferè citationibus tàm A. C. quàm
Rotalibus apponitur *Vbert. de Citat. cap. 7. nu.*
115. 117. lib. 1. cap. 9. num. 41. l. 1. & c. 9. nu. 41.
l. 2. & c. 12. num. 423. 424. lib. 3. vt in specie sic
limitat *Rot. Volaterrana Prioratus 15. Decemb.*
1638. §. neque dicendum coram bo. me. Bichio, vbi
ex ratione quia stante dicta citatione ad totam
causam cum peremptorio reliquæ successiuæ
citationes contra non comparentem sunt cau-
telariæ, & de vrbanitate, non autem necessa-
35 riæ, solumque ad superandam malitiam col-
litigantis *Vbert. de Cit. cap. 7. num. 118. lib. 1. Se-*
raphin. dec. 455. num. 8. Ludouis. dec. 430. num. 6.
decis. 291. num. 2. & 4. par. 10. rec. Dummodò
tamen contradictæ non fuerint comminatæ
36 in dicta prima citatione, quia tunc non am-
plius ex Vrbanitate, sed de necessitate pro va-
liditate Iudicij seruandæ essent, vt quia Iudex
illas sic comminans seruare voluit, vt distin-
guit *Vbert. de citat. cap. 7. num. 330. par. 2. Capucc.*
in prax. par. 1. c. 9. art. 1. num. 22. Rot. dec. 622. n.
8. & 9. penes Posth. de manut. decis. 28. nu. 6. post
37 *Fenzon. ad Statut. Vrbis*, vbi saltem post refor-
mationem Pij V. *const. 113. §. 5. seqq. Bull.*
nou. tom. 2. & quatenus dicta prima citatio,
seù monitio sit personaliter executa, cum alias
38 non esset locus valido processui per Contradi-
ctas, nisi in dicto Monitorio fuisset alia forma
præscripta, nec in foro A. C. habentis am-
39 plissimas facultates, vt citationes domi æqui-
polleant personalibus *Scacc. de iudic. in caus. ciuil.*
& criminal. cap. 45. num. 6. Cirocch. discept. 78. n.
102. loquens in Delegato Verall. decis. 16. num. 12.
lib. 3. & de ordinario, *Farinac. de inquisit quæst.*
11. num. 41. Spad. cons. 132. num. 4. seq. lib. 1. & in
specie A. C. *Petra in rit. magn. Cur. rit. 94. nu. 7.*
Quia qui, & quot sint, procedent in alijs suc-
cessiuis citationibus, non in prima ad iudiciū
40 Monitoria in causis ordinarijs, *vt in puncto*
A. C. Mandos. de monitor. quæst. 26. num. 3. Salust.
Tiber. lib. 2. cap. 13. nu. 1. Ridolfin. in prax. par. 2.
cap 4. num. 56. Gratian. discept. 531. num. 77. Rot.
decis. 5. num. 22. de rescript. in nouis, vbi maximè
ad effectum promulgandi Censuras, *Ciuitatis*
Plebis Cappellaniæ 9. Decembris 1665. §. altera ve-
rò coram R.P.D. Carpineo confirmata 14. Octobris
1666. coram R.P.D. Taia, vbi §. demum sub-
iungit, citationes Contradictarum debere ab
42 Officialibus subscribi, ne processus annulletur.
Et summa ratione prima citatio, seù moni-
tio debet esse personalis, quia hæc sola est de
iure diuino, vel naturali à Diuino perueniente

te

te *Vbert. de citat.* c.8. *nu.*21. *lib.*1. *Rot. deciſ.*285.
43 *nu.*1. *poſt. Poſth. de manutent. deciſ.*53.*nu.*2. *coram*
Caualerio , & reprobato Sarmiento nimis te-
mere aſſerente ridiculum eſſe citationem de
iure Diuino , ex vocatione primi Patris Ada-
44 mi , egregiè benè eruditus *Borell. de comprom.*
§.2. *gloſ.*4. *num.*32. *&* *in ſumma dec.*15. *tit.*44. *de*
*cit. num.*304. *&* 504. vbi ob id per Principem
tolli poſſe *lib.*1. *&* *de Magiſtrat. lib.*2.*cap.*1. *n.*11.
45 *Valenzuol. conſ.*6. *num.*7. *Rocch. reſp.*78. *num.*9.
*lib.*1. *Camerat. reſp.*15.*num.*24. Reliquas verò ci-
tationes cum ſint de iure Ciuili *Bald. cap. cum*
ſit Romana verſ. item not. de appellat. Natt. *conſ.*
619. *num.*7. *lib.*3. *Vbert. de citation. vbi ſupra nu.*
22. *Card. Seraphin. deciſ.*455.*num.*8. poſſunt per
Principem de plenitudine poteſtatis tolli , &
omitti , etiam ad ſententiam *Giurb. conſ.* 18. *n.*
47 10. *Ricc. collectan.*4007. *par* 9. *Vbert. de citat. c.*
8. *num.* 197. *&* *num.*201. diſtinguens quando
Papa ageret poteſtate ordinaria , vel de pleni-
tudine *lib.* 1. quam opinionem quamuis adu-
latoriam Principum vocet , *Rub. de valid. le-*
*gal. cap.*51. *nu.*3. in eam tamen deſcendit *nu.*105.
48 *&* *de* Papæ , & Imperatoris ſententia , idem
*Borell. tit.*44. *num.*117. licet *num.*119. valdè du-
bitet de validitate ſententiæ etiam Summi
Pontificis , & Imperatoris ſine citatione pro-
49 latæ ratione antecedenter allata *num.* 116. ex
quo San. mem. Sixtus V. & Pius pariter V.
antequam ſententia priuaſſent Regno Angli-
50 co, & inueſtiſſent Regem Philippum Catho-
licum , Eliſabettam tunc Reginam monue-
runt , ac citarunt *idem Borell. de præſtant. Re-*
*gis Catol. cap.*47. *num.*167. *ſeq. Petr. in rit. magn.*
Cur. 94. *num.*13.

Licet ſecus dicendum in cauſis executiuis ,
& obligationis Cameralis , in quibus cum ci-
51 tatione domi in partibus , vel ex obligatione
facta in Curia proceditur per contradictas
*Zacch. de obl. Cam. q.*27.*n.*22.23. *Saluſt. in prax.*
*A.C. cap.*51. *nu.*1. *lib.*1. *Rot. deciſ.* 191. *n.*17. 18.
poſt eumdem *Zacc.* *&* *deciſ.*112. *num.* 13. *ſeqq.*
52 *par.*10. *rec.* vbi niſi tamen fuerint mutatæ per-
ſonæ, &c. quod procedit etiam ad effectum
Cenſurarum vigore dictæ obligationis Came-
ralis fulminandarum , & ſtipulatæ per princi-
53 palem in Curia , ſiuè per Procuratorem ſpe-
cialiter deputatum *Ridol. in prax. par.*1. *cap.*14.
*num.*143. *Zacch. de obligat. Camer. q.*36. *nu.*5. 6.
& poſt eumdem *dec.*165. *nu.*9. 14. 15.

Secundo eadem ſupradicta Gerunden. limi-
tatur vt non procedat , quando Reus citandus
eſt impeditus , & dolo non latitat , ne perſo-
naliter citetur, tunc etiam pariter decemdium
curret tantum à die ſcientiæ , non ſententiæ ,
54 ſecus ſi dolo latitaret , ne perſonaliter citare-
tur , quia tunc in pœnam ſuæ latitationis , ne
ex mendicato dolo commodum reportaret ,
decemdium curret à die Sententiæ perindè, ac
ſi perſonaliter citatus fuiſſet , licet per contra-
dictas , aut diligentias , vt in eadem *Volaterra-*
na §. *Alterum coram eodem R.P.D. Bichio , confir-*
*mata in deciſ.*376.*nu.*2. *&* 3. *par.*9. *rec.* vbi quan-
do dicatur huiuſmodi doloſa latitatio .

Deciſio autem Romana locorum Montium
coram R. P. D. Albergato ſupra allegata , vel
55 intelligetur in citato à principio , & compa-
rente ſine tamen peremptorio, vel vti loquens
tantum ad effectum deſertionis omnimodæ ,
non autem attentatorum non aduerſatur ſu-
pradictis , ſed concordat cum *dec.*44. *nu.*3. *dec.*
155. *nu.*11. *dec.*170. *nu.*16. *coram Card. Ottob. ſu-*
perius allegatis .
56 *Romana Vinea coram R. P. D. Beuilaqua* ,
pariter non contrariatur, ſed fauet noſtræ opi-
nioni, quia ibi principaliter agebatur de inno-
uatis intrà decemdium à die ſententiæ omni-
nò reuocandis , ſi inde quandocumque fuerit
appellatum , ſiuè per viam attentatorum ; ſi-
uè nullitatis , *vt in* §. *non obſtat reſponſio in fine* .
57 quatenus verò *in* §. *ſubſequenti neque ad attenta-*
ta , *&c.* videatur firmare decemdium currere
in non perſonaliter citato à die ſcientiæ , non
autem ſententiæ , non obſtaret , cum non
principaliter , ſed incidenter hoc dicat, in quo
58 deciſio non attenditur , ſed in particulariter
diſcuſſis , ſerio firmatis , & non deductis ad
corroborationem , *Spad. conſ.*56. *num.*34. *lib.*1.
*Zucher. deciſ. Lucen.*19. *num.*33. *&* 34. *Cenſal. dec.*
Lucen. 3. *nu.*37. *dec.*27. *num.* 19. *deciſ.*49. *num.*18.
*Rot. deciſ.*45. *nu.*30. *par.*8. *dec.*427 *nu.*42. *par.*9.
recent. Rauennaten. hæreditatis 24. *Ianuarij* 1661.
§. *non obſtat coram R.P.D. Albergato* .

Vltrà quod *d. deciſio in* §. *neque ad attentata* ,
debet intelligi ſecundum Doctrinas allegatas ,
59 & in quibus ſe fundat *Vermigliol. conſ.*21. *nu.*6.
*Rot. deciſ.*474. *nu.*9. *par.*2. *recent Spad. conſ.*132.
*num.*9. *lib.*1. & ſunt *Card. Ottob. deciſ.*155. *n.*10.
*deciſ.*170. *n.*15. *Bononien. attentatorum coram Ora-*
*no nu.*1. *&* 2. *penes Marcheſan. de Commiſs. par.*2.
§.2. *fol.*63. *dec.*180. *num.*1. *&* *dec.*22. *coram Reue-*
rendiſs. Salamantino , *&* *dec.*192. *nu.*8. *coram Re-*
uerendiſſimo Tarraconen. quæ tamen omnes, hac
vltima excepta deciſione, loquuntur de Inno-
uatis intrà decemdium à die ſententiæ non
ſcientiæ , quod non negatur , ſed admittitur ,
prout etiam decemdium in citato domi ad
61 appellandum currere à die ſcientiæ ad effe-
ctum deſertionis tantum , non autem vt ge-
ſta intra illud à die ſcientiæ ſint attentata, cum
benè ſtent ſimul hæc duo , Innouata infrà de-
cemdium à die ſententiæ remanere attentata ,
dictumque , è conuerſo decemdium ad appel-
62 landum non currere pro illorum reuocatio-
ne niſi à die ſcientiæ *Cirocch. diſcept.*56. *nu.*108.
*Poſth. de manut. obſ.*12. *num.*138. vbi non reuo-
63 cari per viam attentatorum geſta intra decem
dium à die notitiæ , vbi appellatum fuit infrà
decemdium ab eodem die notitiæ , ſed bene-
ficio iniuſtitiæ Lancellott. *de att. par.*2. *cap.*11.
*num.*16. & in his terminis loquitur *etiam Card.*
64 *Ottob. deciſ.*155. *num.*4 ibi *poſſeſſio fuit apprehenſa*
14. *Martij* , *pendente adhuc termino ad appellandum*
à ſententia lata die 4. *eiuſdem Martij* , *&* *num.*11.
ibi non currit fatale à die prolatæ ſententiæ ,
65 ſed notitiæ , cum quo concordat *deciſio iſtius*
confirmatoria 170. *num.*16. *coram eodem; deciſio verò*
180. *num.*1. *coram Reuerendiſs. Salamantino* pariter
in hiſce ferè terminis loquitur de innouatis
intrà decemdium à die ſententiæ , ibi conſtat
66 quod citatio ad ſententiam cadebat pro die
16. Octob. poſſeſſio capta 26. eiuſdem , & ſic
intra terminum datum ad appellandum . *De-*
ciſio eiuſdem 222. *num.*2. nec minus aduerſatur ,
cum

97 cum ibi possessio capta fuit, licet extra decem-
dium, post tamen appellationis interpositio-
nem, quod admittitur ex supradictis *in §. cui
consonat etiam*.
68 *Decisio Bononien. coram Orano penes Marches.*
pariter loquitur de executione facta post ap-
pellationem interpositam, ibi *possessionem captá,
& sequestrum appositum post appellationem interposi-
tam fuisse attentatam, &c.* cum & hoc casu innο-
69 uata post appellationem, ex quo Maiestas Iu-
dicis læditur, attentata dicuntur, & grauiora,
*Posth. resol. ciuil.4. num.11. 12. Auen. Cappellania
15. Decemb.* 1657. §.1. *coram Reuerendiss. Papien.*
& latè diximus *supra num.*18. ac demum *decisio
70 in Oritana Benefiey*, quæ est *la* 192. *num.8. coram
Reuerendiss. Tarraconen.* non aduersatur, cum
ibi lata fuerat sententia absque vlla citatione
personali, aut domi, cuius propterea defectu
victus nec verus, nec fictus contumax fuit ef-
fectus; qui tamen non est casus noster, restri-
ctus ad validè citatum domi. Vndè non mi-
rum si appellans in casu supradictæ decisionis
à die habitæ notitiæ, & longè post decemdium
fuerit admissus ad reuocandum attentata, vt
distinguendo inter verum, & fictum contu-
macem ex supradicta decisione *loquitur Rot. de-
cis.*123. *num.3. coram Reuerendiss. Salamantino, &
decis.*151. *num.4. par.*11. *recent.*
71 Hic alia quæstio, & non inutilis saltem pro
Tyronibus cadit, à quo tempore nempè dictũ
decemdium ad appellandum currere incipiat,
& de iure ab hora latæ sententiæ, & de mo-
mento in momentum *Bald. l. eos §. fin. autem
de appellat. Gratian. discept.* 161. *num.4. Scacc. de
appellat. q.*12. *num.*49. vt quia decemdium sta-
72 tuatur de iure à die latæ sententiæ *gloss. cle-
ment. sicut de appellat. Antonell. de tempor. legal.
lib.4. cap.2. nu.*10. 11. Sed quicquid sit de iuris
rigore, de æquitate, & stylo Sacri Palatij, imò
totius Status Ecclesiastici, dies sub qua publi-
73 cata fuit sententia, non computabitur in de-
cemdio ad appellandum ex Innocentij VIII.
*constit.*13. §.9. *Bullar. tom.*1. *Spad. cons.*7. *nu.*2. 3.
*lib.*1. *Rota decis.*333. *nu.*1. *par.*4. *diuers. decis.*90.
*num.*1. *par.*10. *recent. decis.*180. *nu.*2. *coram Reue-
rendiss. Salamantino, & decis.*56. *nu.*5. *&* 6. *coram
74 bo. me. Merlino*, vbi fuit exclusa desertio ex ap-
pellatione vndecima die interposita. Cum &
de iure regulariter dies termini in termino nõ
75 computetur *l.*1. *ff. si quis cautio Mysinger. obser.*
93. *cent.*5. *in fin. Niger. de execut. rei indicat. c.*8.
§.6. *num.*13. *& num.*14. vbi maximè diem ter-
mini non computari, quando actus non ex-
pletur in principio diei, vti non integra, vt
accidit in præsenti, quo sententiæ feruntur in
audientijs regulariter tenendis in Curia de ma-
76 ne, & de sero secundum Iudices vt notum
est, & aduertit, *Vbert. de citat. cap.*19. *nu.*503.
565. *in med. &* 567. *in fin. lib.*2. *& in Anconitana
Dotis* 8. *Aprilis* 1669. §.2. *pro recessu coram R.P.D.
Vice Comite* vbi vltro datur praxis probandi ali-
quem actum iudicialem factum antè, vel post
Iudicis audientiam, ac sententiam.
Et hinc videmus etiam in termino proser-
uato, nimis in Curia frequenti, qui in Rota
78 est quindecim dierum, & in vltimis audien-
tijs mensis, in alijs Tribunalibus decemdium,
vt per *Scacc. de appellat. q.*12. *n.*8. *Reform. Tri-
bunal Vrb. de Audit. Rot.* §.9. *Niger. de except. cap.*
12. §4. *nu.*85. *referens ante reformationem termi-
num* proseruato *durasse per annum integrũ in causis
Commissarijs Prælatitijs, &c.* vt nunquam com-
putetur prima dies citationis cadentis.
Ac tandem *decisio Ferrarien. Attentatorum
coram R.P.D. Carpineo* minus aduersatur,
non solum quia re proposita causa, dictaque
decisione reuisa sub *die* 1. *Aprilis* 1669. Su-
79 pradictis rationibus iuxtà solitum dicti Tri-
bunalis benè perpensis, ac discussis, noluit di-
ctam resolutionem confirmare, sed ordina-
uit videri de bono Iure. Quamobrem in di-
cta decisione sic reuidenda, nullum faciendũ
est fundamentum, cum possit reuocari *Reue-
rendiss. Dunozett. decis.* 94. *num.*5. *Rot. decis.*246.
*num.*10. *post Posth de manut. & decis.*405. *num.*54.
*par.*5. *rec.* & latè deduxi in alio meo Voto. An
80 hæredes teneantur insolidum Creditoribus
*num.*94. 96. Sed magis quia cum ferè tota vis
decisionis prædictæ pro attentatis residebat in
recursu intra decemdium habito per Victum-
ad Signaturam admisso, & fasso per Victorem,
mediante productione citationis cõtra ipsum
executa cum inhiberi ad statim, illico, & eo-
dem puncto citatum afficientis *Vbert. de citat.
c.*16. *nu.*67. *in fine, & de mod. citan. par.*3. *form.*1.
*vers. & inhiberi ad statim fol.*101. *Caualer. decis.*
48. *numer.*4. *&* 52. *num.*2. *decis.*112. *num.*5. *post
81 Posth. de subhast.* & quamuis inde dicta citatio-
ne lecta D. Auditor Signaturæ non inhibuis-
set, seù supersessoriam denegasset, *Herculan.
82 de attent. cap.*18. *num.*10. *vers. quidem quoque fol.*
92. Imò etiam dicta citatione intra decemdiũ
executa in audientia Signaturæ non aliter tem-
pore debito ex aliquo accidenti, seù impedi-
mento nec reproducta, nec lecta, quia exindè
de illa constito, & reproducta saltem loco Iu-
rium adhuc causauit attentata, vt vltra dedu-
cta *in decis. R.P.D. Carpinei Buratt. decis.*134. *n.*5.
*Rot. decis.*242. *num.*3. *& seqq. coram Reuerendiss.
Tarraconen.* cum ad talem effectum attentato-
83 rum de iure solus recursus ad Principem, so-
laque querela Superiori proposita habeat vim
appellationis, ac inhibitionis *Posth. resolut. Ci-
uil.*4. *num.*5. *&* 6. *res.*113. *num.*40. *Rot. decis.*520.
*nu.*23. *par.*4. *tom.*2. *rec.* & resoluit Signatura *in
84 causa Romana beneficiatus S. Ioannis in Laterano
prima &* 27. *Septemb.* 1667. proponente R.P.D.
Inghiramio, pro D. Iacobo Vincentio Mar-
chetto contra Dominicum Satum, rescriben-
do purgatis attentatis per Eminentissimum
&c. & sic non video de primo ad vltimum,
quomodo *in dicta causa Ferrarien.* potuerint sic
attentata excusari, dum ex supradictis vndiq;
clara redoleant.
85 Quicquid secus aliter dicatur in causa ina-
pellabili ex ædicto dictæ Signaturæ olim pu-
blicato de ordine *Eminentissimi Cardinalis Sac-
86 chetti rec. mem. & dignissimi Signatura Iustitia Præ-
fecti*, cuius vigore recursus ad Signaturam,
seù citatio cum inhiberi ad statim non obli-
gat ad abstinendum ab executione nisi ad pri-
mam diem audientiæ, pro qua cadet citatio,
vt in specie *Rot. decis.*429. *num.*28. *seqq. par.*9.
87 *rec.* vbi *& num.*29. firmat citatum in audien-
tia

tia ſignaturæ non teneri expectare perpetuo, ſed ſufficit abſti nere ab executione vſque ad primã in audientia, & in illis diebus, quibus informatur, & cauſa ibidem proponitur.

38 Ex quibus nō crederem amplius ambigendum ſ executionem ſaltem directam factam à victore contra victum domi citatum, & non perſonaliter extra decemdium à die ſententiæ non remanere attẽtatam, nec priuilegio attentatorum, aut nullitatis reuocandam, ſed tãtum ratione iniuſtitiæ diſcutiendæ in gradu appellationis *Lancellot. de attent. par. 2. cap. 12. lim. 10. num. 200. Placenti na Decimarum 13. Maij 1645. §. 1. coram Reuerendiſs. Papien. Cardinalis Ottbob. decis. 189. num. 13. decis. 295. a num. 1. vſque ad 6. par. 9. & decis. 251. num. 6. & 7. par. 11. rec. cum alijs*

39 *adductis ſupra §. bis itaque in medio.* Quam opinionem ego libentius ſequor non tantum quia ſi dubia eſſet, prout ex ſupradictis clara redditur, in conflictu opinionum, Doctorumque diſcordia, adhuc pro attentatorum ſapientium de iure delictum excluſione iudicandum eſſet *Langellott. de attent. par. 1. num. 122. in præfatione Buratt. decis. 644. n. 9. & decis. 264. n. 6. par. 10. rec.*

40 Sed magis ex quo eandem vltimo loco ſecutum fuit ſupremum Signaturę iuſtitiæ Tribunal *in Cauſa Spoletana Attentatorum proponente R. P. D. Curſio*, in qua poſt plures propoſitiones re maturè diſcuſſa, recedendo à contraria reſolutione capta pro attentatorum reuocatione ſub *die 19. Nouembris* 1665. tandem reſcripſit plenis votis pro dd. attentatorum excluſione, vt in reſcriptis in calce ad publicam vtilitatem imprimendis.

R. P. D. C V R S I O.

Ex ſignatura Iuſtitiæ Iouis 19. Nouẽb. 1665

Spoletana.

Pro Iacobo Zacheo cõtra Leoncinos. Nihil.

R. P. D. C V R S I O.

Ex eadem die 4. Februarij 1666.

Spoletana.

Pro eodem contra eoſdem.

Nihil de reuocatione Attentatorum.

EIVSD. BO. ME. TARQINII. VRBANI,

VOTVM, SEV DISCVRSVS.

A R G V M E T V M.

An Heredes non confecto Inuentario teneantur Creditoribus hæreditarijs in ſolidum;

S V M M A R I V M.

1 *Incidit in Scyllam cupiens euitare Carybdim.*
2 *Iudices Romanæ Curiæ quandoque in articulis arduis in diuerſas eunt ſententias.*
3 *Melius eſt pro veritate Martyrium pati, quam pro adulatione recipere beneficium.*
4 *Veritas eſt Mater iuſtitiæ ac filia temporis reſpectiue.*
5 *Veritas furtiue ingreditur per feneſtras Magiſtratuum palatia ad ſuperandas opiniones, ac hominum calliditates.*
6 *Hæredes ad debita hæreditaria actione perſonali non tenentur niſi pro rata pro qua ſunt hæredes.*
7 *Diuiſio portionū hæreditariarum quo ad ſolutionem debiti prouenit ex diſpoſitione legis duodecim Tabularum.*
8 *Portiones hæreditariæ ſciſſæ a lege tranſeunt tam actiue, quam paſſiue in ipſoſmet hæredes.*
9 *Cohæres ſuam ratam ſoluens remanet prorſus à reliquo debito liberatus Creditore etiam inuito.*
10 *Creditor non tenetur recipere ſolutionem diminutam.*
11 *Regula quod creditor non teneatur recipere ſolutionem diminutam procedit tantum in indiuiduis, ſecus in diuiduis.*
12 *Hæres pro rata pro qua eſt hæres dicitur tantum debitor, pro alijs vero ratis extraneus, & tertius reputatur.*
13 *Cohæres etiam in ſolutione prælegati ſolli alij cohæredi tenetur ad ratas, & portiones hæreditarias tantum.*
14 *procedit etiam ſi vnus ex hæredibus poſſideat vltra ratam ſibi debitam.*
15 *Procedit inſuper ſi alter cohæres inferret non ſoluendo, quia adhuc ab alia rata decocti cohæredis remanet liberatus, dum periculum vnius alijs nocere non debet.*
16 *Cohæres inaduertẽter vel coactè, ſeu quouis alio modo totum debitum hæreditarium ſoluens, ſolutum ſupra ratam conditione in debiti valet repetere.*
17 *Regula prædicta ſeruari debet tam de iure ciuili & Canonico, quam in foro fori.*
18 *Procedit vbi etiam ſi ratam cohæredis quantitatem debiti excluendi longe excedat.*
19 *Quid quid alter ſentiat in foro Coſciẽtiæ* Gratian. decis. March. 126. *nam de communi hinc inde allegat firmat* Boſs. de dote.
20 *Procedit etiam in pœnalibus ex delicto.*
21 *Procedit pariter tam reſpectu Legatarij quam Creditoris.*
22 *Item non ſolum in actione mere perſonali, ſed etiam in reali ex ſola tacita hypoteca legali anomala, & proueniente ex actione perſonali legatorum quantitatis, & ſimilium.*
Fallit ſtante expreſſa hypoteca, & oriente ex contractu, & ſtipulatu defuncti.
23 *Fideicommiſſarij vniuerſales non poſſunt in ſolidum conueniri.*
24 *Contrarium firmat Cutellus.*
25 *Diſtinctio inter vltimam voluntatem, & contractum refertur.*
26 *Actio realis in ſolidum ſemper admittitur, ſiue portio poſſeſſa ab vno ex hæredibus fuerit ſpecialiter ſiue generaliter per defunctum obligata.*
27 *Actio in ſolidum contra vnum ex hæredibus poſſeſſorem quando legata eſt res particularis, vel corpus vniuerſale etiam quantitates vel depoſitꝫ poſſeſſa ab vno ex hæredibus.*
28 *Procedit etiam in caſu quo vnus ex hæredibus ratas cohæredum poſſideret.*
29 *Actio perſonalis in rem ſcriptam poteſt in ſolidum exerceri contra vnum ex hæredibus poſſidentem rem obligatam pro debita.*
30 *Ampliatur procedere in depoſito penes vnum ex hæredibus.*
31 *Actio in ſolidum nec datur in cauſa fauorabili dotis dummodo nō ſit debita ex contractu Teſtatoris ſed tantum ex legato.*
32 *Quod procedit non obſtante iuſſu Teſtatoris quod vnus tantum ex ſuis hæredibus ſolueret, licet contrarium ſequatur Altograd. expectato ſuper hoc puncto*

punllo Imperialem decisionem vt num. 33.

34 *Actio in solidum pro dote nō competit in reali actione proueniente ex hypoteca legali tacita, & vltima voluntate &* num. 35.

36 *Fallit tamen in casu quo fere omnia bona penes vnū ex heredibus reperirentur.*

37 *Vel saltem aliquod corpus pro dote specialiter hypotecatum.*

38 *Heredes tenentur in solidum Creditoribus hereditarijs quando deficit inuentarium.*

39 *Ampliatur hoc procedere attento iure canonico, et in foro conscientiæ.*

40 *Hæredes beneficium inuentarij amittentes dolosi ac legum spretores à Iustiniano præsumuntur.*

41 *Inuentarij omissio inducit de iure bonorum hereditariorum detractionem, & vsurpationem etiam ingentis valoris.*

42 *Soliditas obligationis vendicat sibi locum inter hæredes quādo Testator vel illos in solidum obligauit vel debiti solutionem vni tantum iniunxit.*

43 *Ex argumento desumpto in fortioribus Terminis fauore dotis.*

44 *Hæredes simpliciter, & absque inuentario hereditatem adeuntes vtique solidalem obligationem approbare, & ratificare censentur.*

45 *Ampliatur etiam quando nulla potest assignari scientia onerum hereditatis adita.*

46 *DD. in articulis arduis pro conciliandis legibus valde insudant.*

47 *Hæredes etiam omisso inuentario non tenentur in solidum, sed tantum pro eorum rata pro qua sunt heredes, & non vltra quæ est communis opinio* num. 48.

49 *Procedit etiā in portionibus siue per repudiationem, siue per non acceptationem alterius ex heredibus per ius accrescendi obuentis.*

50 *Hæres beneficiatus in hoc differt ab herede simpliciter, quia primus tenetur ad solutionem æris alieni intra valorem suæ quotæ non excedendo: Secundus vero pro sua quota quidem, sed etiam illius valorem excedente* num. 51.

51 *Florentini vigore eorum Statuti tenentur Creditoribus hereditarijs vltra vires inuentario nō obstante.*

52 *Statutum florentinum disponit quod hæredes teneantur Creditoribus hereditarijs vltra vire inuentario non obstante.*

53 *Statutum prædictum vndique validum, & seruandum.*

54 *Textus* in l. final. §. si vero, & §. sin autem C. de iur. deliberan. *interpretatur, non vt extra quotam hereditariam sed etiam eorum falcidia non detracta æs alienum exolui debeat, & de alia meliori interpretatione sub* num. 56.

55 *Hæres non confecto inuentario falcidiam amittit de iure nouo.*

57 *Hæredes adeundo hereditatem defuncti ratificant quodammodo obligationem solidam ab eo factam.*

58 *Procedit solummodo in casu specialis obligationis in solidum heredum facta in contractu æris alieni per defunctum.*

59 *Defunctus nec inter viuos nec in vltima voluntate valet obligare suos heredes in solidum.*

60 *Procedit etiam quando agitur fauore dotis.*

61 *Ampliatur etiam in casu quo in diuisione vel transactione heredes cauerint vt vnus totū debitum Creditoribus exoluat.*

62 *Contrarium seruatur in Tribunalibus de æquitate ad* ... *attento circuitu* ...

63 *Vide quid firmat* Surd. decis. 90. *contra dictam æquitatem.*

64 *Aditio hereditatis simpliciter non inducit ratificationem soliditatis, quia siue tacita, siue expressa restringitur ad quotam hereditatis adita tantum.*

65 *Hæres in portionibus non aditis reputatur extraneus & non obligatur.*

66 *Hæredes tenentur factum defuncti approbare pro ea rata tantum ab ipsis adita.*

67 *In reliquis tanquam extranei possunt factum defuncti improbare.*

68 *Inuentarij omissio confundit actionem pro rata tantum adita, non autem pro reliquis ab herede non aditis.*

69 *Soliditas inter heredes de iure reprobatur.*

70 *Hæredes adeuntes hereditatem non censentur ratificasse soliditatem ex regula vt quod nullum est ratificari non valeat.*

71 *Hæredes non tenentur approbare factum defuncti quando est nullum, sed possunt impune illum impugnare.*

72 *Decisiones in statu Ecclesiastico debent pro legibus obseruari.*

73 *Et vbi communem opinionem facientes debent sequi ab omnibus in iudicando.*

74 *Non procedit quando non repugnant opinioni firmatæ, & quando non fuerunt, in Curia receptæ.*

75 *Item quando non respondent alteri decisioni contrarium firmanti.*

76 *Fortius quando fuerunt reiectæ à Signatura Iustitiæ.*

77 *Referuntur resolutiones Signaturæ Iustitiæ, &* n. 78.

79 *Declarantur decisiones Rotales procedere quādo agitur pro mandato ad factum, nempe quia fuit promissa euictio.*

80 *Hæredes tenentur in solidum quando fuit actum ad factum indiuiduum.*

81 *Et procedit etiam inuentario non obstante.*

82 *Fallit quando fuit petita quantitas, nempe pretium domus.*

83 *Referuntur non nulla distinctiones ad materiam facien.* & num. 84. 85. vbi limitatur decis. Arguelles & num. 86.

87 *Defunctus nō valet obligare in solidum suos heredes.*

88 *Hæres potest in solidum conueniri quādo rem possidet.*

89 *Decisio non venit attendenda quando deficit suppositum in decisione ponderatum, &* num. 90.

91 *Hæredes non possunt conueniri in solidum licet possideant rem quando fuit actum actione personali, secus in actione reali.*

92 *Decisiones nullam faciunt Auctoritatem quando fundantur in ratiocinijs, & discursibus.*

93 *Decisiones non attenduntur nisi in illis articulis serio firmatis, non autem in dictis incidenter, & obiter.*

94 *Decisiones non merentur allegari, quando aduersus illas fuit concessa noua audientia.*

95 *Fortius quando fuit instatum pro expeditione, & fuit concessa noua audientia,* & de ratione num. 96.

97 *Item quando per Papam fuit commissa illius reuisio.*

88 *Hæredes sine inuentario in actione personali, solum pro rata hereditaria vrgeri possunt.*

99 *Procedit etiam in causa dotis, quinimo in causa fauorabili alimentorum.*

100 Textus in l. solent ff. de alim. & cibar. legat, *declaratur in quibus Terminis procedat, &* n. 101.

102 *Hæredes, vt valeant in solidum conueniri pendet*

absolute

abſolutea Iudicis arbitrio , qui debet ponderare an hæredes ſin: omnes ſoluendo .
103 *Limitatur Concluſio in vſuris , & in foro fori non autem Conſcientia .*
104 *Hæres vnus pulſatus iudicialiter ſi negat ſe eſſe hæredem , vel tacet , aut reſpondens falſo alleget ſe in minori portione hæredem à petita, Tūc propter mendacium pœna ſolidi ferietur* , & num. *vltimo* .

V O T V M V I I.

QVæſtio hæc nimis frequens, & quotidiana
in Tribunalibus reperitur adeò intricata,
ob difficillimum iuris articulum, vt Doctores
inextricabili labirynto inuoluti , legum con-
1 ciliationem inter ſe pugnantium quærentes ,
inciderint in Scyllam, cupiētes euitare Caryb-
dim , vt refert *Gizzarell. decif. Neapolit. 52. n.1.
& 2.* Vnde non mirum , ſi etiam noſtri Ro-
2 manæ Curiæ Iudices in diuerſas iuerint ſēten-
tias , præſertim poſtquam in lucem prodijt de
Anno 1646. in cauſa Gambutij cōtra Cuppio-
los *deciſ. Ariminen. pecuniaria coram bon. me. Ar-
quelles impreſſa penes Merlin. de pignor. 127. & pe-
nes Poſtb. de Subhaſt. in addit. 247. repetita deciſ.
413. p. 9. recent.* pro qua auctor ſub victoria
ſoliditatis hæredum patrocinauerat , & hinc
cogitur in veritatis teſtimonium , ſuum licèt
3 fragile proferre iudicium, cum melius ſit pro
veritare martyrium pati, quàm pro adulatione
recipere beneficium ; ex *Io: Andr. c. damnamus
de ſum. Trin. & Fid. Cat. relat. per Anſald. conſ.
16.num.6. Rub. in addit. ad deciſ.2.n.20. par.3. rec.*
4 Veritas enim eſt *Mater* iuſtitiæ , ac filia tēpo-
ris reſpectiuè, *Rub. de Teſtam. cap.39.num. 190 &
& cap.90. num.399.* Semper & vbiq. præualens
ex ſe, abſque alio defenſore, *cap.1.§.1. de Simon.*
5 *in 6. Lanceus monit. mor. verb. Veritas* , & per fe-
neſtras etiam furtiuè ingrediens Palatia Magi,
ſtratuum ad ſuperādas opiniones, ac hominum
calliditates, *D. Iſidor. in tract. de ſumm. bon. verſ. ò
quam magna &c. Taſſon. de antefact. obſeru. 3. verſ.
3.num.52.fol. mihi 109. Anſald. conſ.14.num.6. Rub.
in diſcurſu ante deciſ. par.4.rec.tom.3.num 96.*
Sanè regula nimis trita eſt, quod hæredes ad
debita hæreditaria actione perſonali non tene-
antur, niſi pro rata, pro qua ſunt hæredes, *l. pro
hæreditarijs, ff. de hæred. act. l.3. §. hæres ff. commod.
l. ſeruo legato §. ſi teſtator., ff. de legat. l.1. C. ſi cert.
pet. l. ea quæ C. famil. erciſcund. l. pacto 26. C. de
pact. l.1. & 2. C. ſi vn. ex plur. hær. Gratian. diſcept.
tit.16.num.7. & deciſ.146. num. 2. Caracciol. deciſ.
Neapol.3.num.5. & deciſ.19.num.1. & 5. Maſtrill.
6 deciſ.224.num.12.lib.3. Mouac. deciſ. Florent.33. in
princ. Conciol. alleg.12.num.16. Nig. de exequut. rei
iudicat. cap.20.§.1.num.19. vbi* nec fauore fiſci.
*Duran. deciſ.68.num.1. Gregor. deciſ.442.n.5. Card.
Otthobon. deciſ.47.num.2. Card. Celſ. deciſ.171.n.1.
& 227. num. 9. Rota deciſ.36. num.12 & deciſ.50.
num.10.par.11. recent.* Cum harum legum diſ-
7 poſitio proueniat ex lege duodecim Tabularū
ipſo iure diuidente huiuſmodi portiones hære-
ditarias, *vt in d. l. ea quæ C. famil. erciſcund. gloſſ. in
l. pacto C. de pact. Parlador. lib.2. rer. quotidianar. §.
1.num.12. fol. 212. Thomat. deciſ. Marchiæ 294.n.9.
Franc. deciſ.581.num.7. Altograd. contr.49. num 2.*
8 trāſeundo inde ſic ſciſſas tam actiue, quàm paſ-
ſiuè in ipſoſmet hæredes, *l. ea quæ in nominibus C.
famil. erciſc. l. pactum C. de pact. Altograd. contr.
49.num.4. Gomeſ. var. reſol. lib.2.c.10.n.4. Cutell.
deciſ.26.num.9. Olea de ceſſ. iur. tit.4.q.6.n.1 Cyriac.
9 contr.193 num.3.* Adeo quod vnus hæres ſuam
ratam ſoluens, ſit prorſus à reliquo debito li-
beratus creditore etiam inuito. *Ciarlin. contr. Fo-
renſ. c.34.num.40.41. Gomeſ. var. reſol. tom.1. cap.10.
num.3. verſ. ex quo infertur &c.* Reſpōdens vltro
10 regulæ in cōtrarium adduci ſolitæ, quod cre-
ditor non teneatur recipere ſolutionem dimi-
nutam, vbi *Modern. Ayllon num.6. Caſtropal. oper.
moral. de iuſtit. commutat. diſput. 1. punct. 18. §. 3.
11 num.2. par.1. fol.195.* vt procedat tantum in in-
diuiduis , ſecus in diuiduis. *Ceuall. comm. contr.
comm. q.76 num.10. Modern. Manſ. conſult.53. num2.
& 3.* ratione ſcilicet , quia hæres pro rata pro
12 qua eſt hæres dicitur tantum debitor, pro alijs
verò ratis extraneus , & tertius reputatur ,
*l. cum à matre C. de rei vindicat. l. ſi vxor. C. de
bon. aut. iud. Bartol. l continuus §. fin. num.1. & 9.
de verbor. obligat. Giurb. obſeru.3. ex n.5. vſque ad
17. Palma conſult. 3. num.22. & conſult.4. num.13.*
etiam nulla habita ratione prælegati vni ex co-
13 hæredibus facti , quia adhuc ad ratas, & por-
tiones hæreditarias tantum cohæres tenebitur
*per tex. in l.1. C. ſi cert. petat. Olea de ceſſ. iur. tit.4.
14 q.6.n.7. Nig. de execut. rei iudic. cap.10.§.1.n.18.*
vbi etiam, ſi vnus ex hæredibus poſſideat vltra
ratam ſibi debitam *ex Alberic. l cum ab vno n. 4.
ff. de leg. 2. Coſta de ratione rat. q. 105. num.1. to.2.*
Quod procedet etiam ſi alter cohæres eua-
ſerit non ſoluendo, quia adhuc ab alia rata de-
15 cocti cohæredis remanet de iure prorſus libe-
ratus, vt quia ſemel obligatione miniſterio le-
gis diuiſa, periculum vnius alijs nocere non
debet, *l.3. in fin.* ibi *iam nunc ſciatis partes eorum ,
qui ſoluendo eſſe deſierunt non pertinere ad onus reli-
quorum hæredum ff. de alim. & cibar. legat. Aret. in
l.3. §. cibarum n.6. in fin. ff. de verb. obligat. Niger
de execut. rei iudic. cap.10.§.1.num.4. Mart. Medic.
exam.21. num.15. Fab. in Cod. lib.7. tit.23. diff.8.
in fin. & ratiocinatur Altograd contr.49.num.4. & 5.
Morl. in empor. iur p.1. tit.11. q.8. n.6. Coſt. de port.
rat. q.23. num.3. Parlador. rer. quotid. cap. fin.4. p. §.1.
num.3. Salgad. Labyr. credit. p.2. cap.11. num. 42.
Olea de ceſſ. iur. tit 4.q.6.num.6. Andreol. contr.209.
num.3. Gregor. d.442. in addit. num.5.*
Intantum vt ſi cohæres inaduertenter , vel
coactè, ſeu quouis alio modo totum debitum
16 hæreditarium ſoluerit, ſolutum ſupra ratam
indebiti conditione repetere valeat , *vt in pun-
cto Dec. l. pacto ſucceſſor num. 1. verſ. & ſi totum
ſolueret, habere conditionem indebiti C. de pact. An-
dreol. controu. 136. num.19.*
Prædicta adeò vera ſunt ; vt ſeruari debeant
17 tam de iure Ciuili, & Canonico, quam in foro
fori, & Poli, *Modern. Ayllon. ad Gomeſ. tit. de indi-
uid. cap.10. num.5. Neguſant. de pignor. p.2. memb.4.
num.155. Leotard. de vſuris q.94. num. 31. & 32.*
18 vbi etiam ſi ratam cohæredis quantitatem
debiti exoluendi longè excedat, *Bonaccin. de cō-
19 tract. diſput. 3. q. 1. punct. 15. num. 14.* quicquid
aliter ſentiat in *foro* conſcientiæ *Gratian. deciſ.
March. 146. num.6.* de communi tamen hinc
inde allegat, firmat *Boſſ. de dot. cap. 6. §.9. n.92.
fol. 226. Nig. de exec. rei iudic. c. 10. §. 1. num. 5.*

Ceuall. comm. contr. comm. q.76.num.9. seq.& de
communi Castropal.oper.mor. de iust.cõmut.disp.1,
20 punct.18.§.4.num.3.fol.195.par.7. vbi etjam in
pœnalibus,& ex delicto Fragos.de Republ.Christ.
par.3.disp.8.§.18.num.387.Nig. de execut.rei iudic.
21 cap.10.§.1.num.29. & 30. Cirocch, discept.7.n.89.
& discept. 28. num. 35. & 39. vbi tam respectu
legatarij,quàm creditoris,Fragos. vbi sup. n.386.
Sperell. dec. for. Eccles.163. num.2, Rot. decis.493.
num.28.29.par.4. rec.tom.2.

Et non solum in actione merè personali ex
supradictis, sed etiam in reali ex sola tacita
22 hypotheca legali anomala. & proueniente ex
actione personali legatorum quantitatis & si-
milium, vt debeat exerceri contra omnes hæ-
redes siue pro indiuiso, siue diuisim res hære-
ditarias possidentes, licèt secus hypotheca ex-
pressa stante,& oriente ex cõtractu, & stipulatu
defuncti iuxta text, in l.1.§.fin. C.comm. de legat.
ibi in tantum & quantum, & ibi Bart. Bald. Castr,
& Ias. & melius gloss. verb in omnibus, quam
bene explicat Corena resolut. 137. num.6. Vincent.
de Franch. decis.581.num.2. & decis.303.num.1.Co-
sta de ratione rat. quæst. 105. per tot. Phanuce.de In-
uentar.par.5.num.87. Pacif. de Saluian. interd. q.3.
9.4.num.7.Nig.de except.c,1.§.20.num.Card.Tusc.
latè verb.Hæredes concl.72.num.17. Virgil. de legiti-
mat personar.cap.12.num.14.Manent. decis.48.nu.7.
Surd.cons.191.num.9. Mart. Medic.exam.23.nu.29.
23 30.31, & num 34. extendens etiam ad fideicõ-
missarios vniuersales,vt nec illi valeant insoli-
dum conueniri, Modern. Pisain decis.Pontific.10.
petit.8.num 79.& petit.9. num.26.lib.2. Tuscus vbi
24 supra num.6. quicquid dicat in contrarium Cu-
25 tell.decis.26.num.7. & egregiè distinguendo in-
ter vltimam voluntatem, & cõtractum ratio-
cinatur. Modern. Mans. Lucens. consult.57.num.77.
26 90.& consult.56.num.3. vbi reiecta contraria
opinione &c. siue portio possessa ab vno ex
hæredibus fuerit specialiter, siue generaliter
per defunctum obligata,quia semper intrat rea-
lis actio insolidum, Boss. de dot.c.6. §.9. num.93.
fol.226. Cyriac.contr.220.num.10. Buratt dec.785.
num.10.11. Rot.decis.21.num.3.penes Merlin. de pi-
gnor. Seain. decis. Bonon. 80. num. 102. & faciunt
congesta,licet in obiectis, per Rotam decis. 413.
nu.39.p.9.rec. Paitell. expedit.causar.annot.21.n.51.
Rot.decis.398.num.47.p.4.rec.tom.1. Merlin. licèt
obscure de pignor. lib.2.q.15. num.55. explicans
se inde,& clarè lib.3.q.14.num.94.Donat.Anton.de
27 Marin.resol.163.num.4.& 5. vbi secus quando
legata est res particularis,vel corpus vniuersale
etiam quantitatis, vel depositi possessa ab vno
ex hæredibus, quia tunc,dum agitur de illius
vindicatione competet actio insolidum cõtra
vnum ex hæredibus possessorem,Merlin. de Pi-
28 gn.vbi sup.q.14.num.97.amplians etiam in casu,
quo vnus ex hæredibus ratas cohæredum pos-
sideret,Mart.Med.exam.23.n.39. Cirocch.discept.7.
num.88. Virg. de legit. persan.cap.12.n.10. vers. ista
regula,& consonat Boss. de dot.cap.6.§.9.num.941.
29 extendens etiam ad actionem personalem in
rem scriptam insolidum exercendam contra
vnum ex hæredibus possidentem rem obliga-
tam pro debito, Altogr. contr.49.num.18.33.34.
Cenc.de Cens.q.47.num.4.& 5.Noguerol. in puncto
census allegat.4. num.45. Bursatt. cons.6. num.12.

Rota in Viterbien.Castrorum 10. Maij 1624. coram
Coccino b.m.num.23. in fine penes de Marin.impress.
& in Romana Saluiani 25. Iunij 1657. §. & hypo-
30 theca coram Reuerendiss. Papien. & in puncto de-
positi penes vnum ex hæredibus, Rota Ferra-
rien. depositi 7. Maij 1635. §. nec quoad validitatem
coram Eminentiss Macchiauello.

Idque habebit locum etiam in causa fauora-
bili dotis non debita ex contractu per Testato-
31 rem, & ex præcedenti obligatione, sed tan-
tum legata, quia siue ex actione personali, siue
hypotheca legali, & anomola, non dabitur
actio insolidum, sed pro rata, vt de actione
personali, Cyn. l. pro hæreditarijs in princ.ff.de hæ-
redit. act.Senatus Mantuan.per Sur.decis.90.10, Al-
tograd.controuers.49.nu.10.& num.30. vbi nec de
æquitate fauore dotis, Virgil. de legit personar.
32 cap.12.num.10. Olea de cess.iur.tit.4.quæst.6.num.9.
& num.10. vbi de communi non obstante iussu
33 Testatoris, quod vnus tantum ex suis hære-
dibus solueret, licèt huic contradicat Altograd.
d. contr.49.num. 11. & latè Ventrigl. in suo discurs.
post sua not. Eccles. per tot. vbi indecisam quæ-
stionem, relictis pro, & contra opinionibus, re-
linquit, exposcens, ac expectans Imperialem
decisionem. Niger. de exec. rei indic. cap. 10. §.6.
num. 8. & in reali actione proueniente ex hy-
34 potheca legali tacita ex vltima voluntate, nec
dari actionem in solidum pro dote firmant de
communi Merlin. de pignor.lib.3.quæst.14.num.96
Leota d. de vsur. quæst.97. num.27. 28. vbi repro-
35 bato Surd. cons, 209.num. 10. contrarium surdis
36 tamen auribus firmante & num. 24. 25. solum
limitante casu, quo fere omnia bona penes
vnum ex hæredibus reperirentur, vel saltem
aliquod corpus specialiter prodote hypotheca-
37 tum, cui consonat Merlin. vbi sup. num. 97. &
& in decision. Reuerendissimorum Coccini, & Mel-
tij superius alleg. num.27. in fin. quicquid in con-
trarium conetur firmare Belmont. decis. Ferrar.
112. num. 10. 11. & 12.

Verùm sectatores contrariæ opinionis In so-
liditate allucinati, supradicta non negant, sed
38 ad punctum strictè replicant procedere in hæ-
rede beneficiato, secus siue inuentario, ob cu-
ius omissionem teneri hæredes insolidum cre-
ditoribus hæreditarijs, firmat tex.in l. final.§. si
verò, & §. sin autem, ibi Tunc eo ipso, quod in-
uentarium non fecerint, hæredes esse omnimodè intelli-
gantur, & debitis hæreditarijs insolidum teneantur,
& ibi Et si non intra tempus datum recusauerint hæ-
reditates omnibus insolidum debitis teneantur, & non
secundum modum Patrimonij, sed etsi excessus sit,
tamen quasi hæredem eum in totum obligari, & sibi
imputet, qui pro nouo beneficio nouum elegerit grauа-
men & vtrobique Bart. num.2.C.de iur.delib. San-
felic.decis. Neapol.121. num. 2. part.2.Capice. latr.
dec. 13.num.6.44.num.28. & dec. 15. num. 11. vbi
39 de communi etiam iure canonico attento.
Marant.resp.60.num.46. lib.5. Negusant.resp. 280.
num.22. vbi etiam in foro conscientiæ, & fir-
mat Modern. Auximan. Gall. Comprouincialis
meus, & olim etiam cliens, de except. vlt. vol.
part.3. except.5.num.20. & seqq.vbi de iure nouo
tantum, non antiquo, Vrceol.consul.for.cap. 49.
num.38. Afflict. decis.111. num.6. Gratian. discept.
776.num.31.Rot.dec.7.vbi Rub. num.52. par.3.dec.

4.num.

4.num.14.par.5.dec. 1. vbi *Rub.num.68.par. 8. rec. Romana Cenfus de Celfis 29. Aprilis* 1633. *coram Reuerendiff. Imolen. confirmata coram eodem 2. May* 1636. *Ariminen. pecaniaria coram bo. me. Arguelles decif.413.num.108.feqq.par.9.rec.* ratione fcilicet,
40 non folum, quia hæredes beneficium inuen-
tarij omittentes dolofi à Iuftiniano præfumun-
tur, ac legum fpretores *Cancer.var. refol. tom.3. cap.2.nu.51.72.feqq.Roland. de Iauent.quaft.91.n.2.* propterea in pœnam tantæ temeritatis eos infolidum obligatos damnat creditoribus hæreditarijs *de Franch.dec.536.num.8.Capicc.latr.d.dec. 49.num.28.*

Sed magis cum per omiffionem Inuentarij præfumetur de iure bonorum hæreditariorum
41 fubtractio, & vfurpatio, etiam ingentis valoris *Greg. dec.266. num.16.dec.47.num.5.& 11.dec.67. num.2. dec.77.num.2.& 3.dec.349.num.5.par.5.dec. 1.num.68.69.par.8.recent.& dec.81.nu.6.poft Contr. difcept.for.*

Et fine dubio intrare huiufmodi foliditatem inter hæredes, fi Teftator infolidum illos ob-
42 ligaffet, vel debiti folutionem vni tantum iniunxiffet, vt facere potuit, *per taxt.in l. cum ab vno in princ.de leg.* 2. & relatis hinc inde opi-
43 nionibus *Hodieru.ad Surd.dec.90.num.12.Gizzarell.dec. Neapol. 50. num. 17.* ex congeftis inforrtioribus fauore dotis *per Altograd. controu.49 .n. 11.Borell.fumm.dec.lib.3.tit.de priuil.dotal.num.490 & 493.*

Cumque hæredes fimpliciter, & abfque inuentario hæreditatem adiuerint, vtique huiuf-
44 modi folidalem obligationem ratificarunt, & approbarunt. *Honded.confil.3.num.64.lib.1.Poftb. refol.44.num.13.Gratian. difcept.480. num.16.Bonden. collect.1.num.20. & 21.collect.2.num.4. & collect.3.num.21.Rot.dec.139.num.7.poft Zacc. de obligat.Camer. & decif.127. num.25.poft Merlin. de pignor. & in Romana,feu Iannen.locorum Montium 17 Maij* 1658. *§. non obftat quod hæres coram R. P. D.*
45 *Priolo*, etiam nulla data fcientia onerum hæreditatis aditæ, *Merlin.de pignor.lib.2.tit.1. nu.2. 3. & 41.Rot. de 4.num.6.vfque ad 15.par.5.rec.*

Et hæc funt, quæ valde contorferunt mentem, ingeniaque affeclarum contrariæ opinio-
46 nis, obque in varias acies diuifi infudarunt inconciliatione legum fuper hoc articulo tam arduo emanatarum, quibus tamen bene perpenfis in nihilo aduerfantur fupra firmatis.

Nam hęredes etiam omiffo Inuentario non teneri infolidum, fed tantum pro eorum rata
47 pro qua funt hæredes, & non vltra firmarunt *Gratus conf.86,à num.16.vfque ad 13. Molin.de primog.lib.4.cap,1.num 24. Fufar.de fubftit. quaft.537. num.20. Capicc. latr.dec.15. num. 15. & 16. Altograd.contr.49.nu.11.Borell.in fumm.decif.tit. de priuil. dot.lib.3.num.490.& 493.Surd. dec.90. num. 2. feq.Gizzarell.dec.52. num.1.feq. Manf. confult. 53. num. 5. Capicc.latr.vbi fup. Tib. in prax. lib.1. cap. 44. num.11.12.Cirocch.difc.28. num.32. 39.* vbi de
48 *communi etiam in foro confcientiæ, & difc.60.nu.85 Rot.in punct. hæredis fine Inuentario dec.50. num,10. par.11.rec.& prius dec.402. num.1.part.9.rec. & in Rom.fubhaftationis 29. Iunij* 1652. *cor. R.P.D.Zarate §. minufque fubfiftit.*

Quod procederet etiam in ratis fiue per repudiationem, fiue per non acceptationem al-
terius ex hæredibus fibi per ius accrefcendi
49 obuentis; quia nec pro iftis ob omiffum Inuentarium infolidum valebit hæres vrgeri, *per tex.in l.cum hæreditate, ff.de acquir.hæred.Cattaneas Fulginaten. dec.51. num. 218.* & in hoc vno verfatur differentia inter hæredem beneficia-
50 rium, & fine beneficio, vt primus teneatur ad folutionem æris alieni intra valorem fuę quotæ non exceden. fecundus verò pro fua quota quidem; fed etiam iftius valorem excedentem iuxta theoricam *Bald.l.cum à Matre num.7.verf. quem Pater*, vbi *Alex.num.12.C.de rei vendic. Pafchal.de patr.poteft part.1.cap.2.num.65.& fequendo Bald.* vti communiter receptum, *Molin.de primogen.lib.4.cap.1. num. 23. 24.* & egregiè exem-
51 plificat *Menoch.confil.125.num.5.Mangil.de euict. quaft. 112. num. 17. Grat. conf.86. num.19.23.* vbi *omiffionem Inuentarij nō obligari hæredem in plus &c. lib.2.* & optimè licet in obiectis *Rota decif.* 413 *num.43. 58.part.9. rec.* nifi tamen verfemur in
52 Florentinis, qui vigore eorum Statuti tenentur creditoribus hęreditarijs vltra vires Inuentario non obftante *Phanuec.de Inuent. part.6. nu. 138. Caftrenf.conf.322. num.3.lib.1.de Marin. var.*
53 *refol.cap.96. nu.16.17.par.2.Surd. dec.30.num.19 Merend. controu.50. lib. 6.* vbi tale Statutum vndique validum, ac feruandum.

His pofitis fupereft tantum refpondere con-
54 trarijs fupra allegatis, & legibus. *Text. autem l. fin §.fi verò, & §. fin autem.* In verbis *infolidum teneantur* &c. communiter interpretatur non vt extra quotam hæreditariam, fed etiam eo-
55 rum falcidia non detracta æs alienum exoluere debeant *Mar. Antonin. var.refol.8. num.30.lib. 2.Menoch.conf.123.num.28. Modern. Manf. confult. 53.num.5.* & annuit *Ciroceh.difc.7. num.75.* cum hæres fine Inuentario falcidiam amittat de iure nouo, *auth.de hær.& falcid. §.fi verò non fuerit, Angel.de Peruf.de Inuent.num.1.& 2.Gall.de except par.1. except.5.num.58.60.Ciroceh.difcept.16. num. 34.25.* Vbi etiam de iure Canonico, *Rot.dec.54 num.13.part.10.rec.*

Vel vt melius alij interpretantur verba illa *d. text. Infolidum*, hoc eft quotitatiuè, & pro
56 quota fuæ portionis obuentæ, non autem quantitatiuè, refpectu nempè totius debiti hęreditarij, *Coft. de portion.rat.quaft.45.in fine, & de iur. & fact. ignor. infpect. 14. num. 3. in fine Gabr. conf.43. num.8. 13. & per tot.lib.2. Grat. conf. 86 num.19. 23. lib. 2.Rot.dec.413.num.58. 59.par. 9. rec.*

Et non obftat quod hæredes adeundo hæreditatem defuncti ratificauerint obligationem
57 folidalem ab eo factam de fuis hæredibus ex cumulatis fupra in obiecto *num.* 44.

Quia, præterquam quod obiectum fupponit cafum fpecialem obligationis infolidum
58 hæredum, factæ in contractu æris alieni per defunctum, quæ ratò, & minus frequens re-
59 petitur, adhuc tamen huiufmodi obligatio nec valida fuiffet; nec hæredes fimpliciter adeuntes fe obligarent infolidum, cùm defunctus nec inter viuos, nec in vltima voluntate valeat fic obligare fuos hæredes, *l. cum ab vno in princip.ff.de legat.2. l. feruo legato 72. §. Teftator ff. eodem, l.fi filia, §.fi pater ff. famil. ercund.l.pactum*
60 *fucceſſorem, C. de pact. Bart.in l.continuis §. final.*

num.6. ibi *quia ficut non possum obligare extraneum, ità nec possum heredem pro illis portionibus, pro quibus non est heres, quia quoad illa est extraneus, ff. de verbor. obligat. Tasch. verb. haredes concl. 72. num. 11. Surd. dec. 90. num. 9. & de communi Ripa l. 4. §. Cato. num. 25. Nig. de execut. rei iud. cap. 10. §. 1. num. 8.* vbi nec fauore dotis, in cuius puncto est plena *Contron. Altogr. 49. per tot. Boss. de dot §. 9. num. 92. fol. 225. Gratian. dec. Marcb. 156. num. 2. Ayllon. ad Gomes cap. 10. nu. 4. & cap. 11. num. 16.* vbi tam de iure communi, quàm de iure Regio, *Andreol. controuers. 209. num. 2. 9. &* 10. loquens pro & contra de dote, & faciunt latè congesta *in decis. 413. à num. 11. ad 19. pars. 9. rec.*

Quod ampliatur etiamsi in diuisione, vel transactione hæredes cauerint, vt vnus totum
61 debitum creditoribus hæreditarijs exsoluat,
quia adhuc creditores de stricto iuris rigore pro rata, & contra omnes hæredes experiri debent pro toto debito consequendo, *Costa de port. rat. quæst. 23. num. 4. & 5. Nig. de execut. rei indic. cap. 10. §. 1. num. 7. 25. Olea de cess. iur. tit. 4. qu. 6 num. 4. Parlad. rer. quotid. par. 4. cap fin. §. 1. num. 12. fol. 212. Boss. vbi sup. num. 92. fol. 225. Salgad. labyr. cred. cap. 12. num. 62.* Quicquid secus de æquitatè,
62 & creditore volente ad euitandos inutiles circuitus in Tribunalibus seruetur, saltem Iudicis officio, latè *Gizzarel. dec. Neapol. 50. num. 17.* vbi *quod tota faba reuersa est contra eumdem haredem onus soluendi in se accollantem, et num. 18. Surd. dec. 90. num. 10.* licet in fine contra dictam æquita-
63 tem firmet, & contrarium dixisse disputationis gratia, etiam creditore volente, & reiectis contrarijs, *Hodiern. ibid. num. 10.*

Et hinc fugatur prætensa ratificatio soliditatis hæredum ex aditione simpliciter facta, quia
64 siue tacita, siue expressa restringetur ad quotam hæreditatis aditæ tantum, *Marant. resp. 16. num. 1. par. 4. Castropal. op. mor. de inst. comm. disp. 1. punct. 18. §. 3. num. 5. par. 7. fol. 194. Cost. de port. & rat. quæst. 24. num. 11. 12. par. 2. Modern. Palm. consult. 3. num. 22. seqq. Cirocch. discept. 60. num. 84.* conferuntque supra congesta *nu. 12.* ratione scilicet,
65 quia in alijs non aditis vti extraneus reputatur, & non obligatur *Modern. Mans. consult. 53. num. 34. 50. & 54. Giurb. obs. 2. num. 5. vsque ad 17.*
66 & in his terminis congerit *Rot. dec. 413. nu. 3. 4. 50. & 54. & 77. par. 9. rec.* & eadem ratione, videmus hæredes teneri ad factum defuncti pro ea rata tantum per quemlibet ipsorum adita & in
67 reliquis dispositionem defuncti vti extraneũ improbare posse, *Modern. Palma d. consult. 3. n. 22 23. 24. Fusar. de substit. quæst. 557. num. 20. vsque ad 25. Mangil. de euict. quæst. 112. num. 27. Cirocch. disc. 60. num. 85.* vbi pro ea tantum sua rata censebi-
68 tur ob omissionem Inuentarij confusa actio, non pro reliquis portionibus non aditis ex *Grat. cons. 96. numer. 118. Virgil. de legitim. personar. cap. 12. num. 14. in fin. vers. Item limita pro portione, pro qua non est heres.*

Cumque vltio de iure sit prohibita, ac improba huiusmodi soliditas tam per Testato-
69 rem, quàm inter ipsos hæredes *ex deductis supra à num. 57. ad 63.* propterea non censebitur per hæredes adeuntes ratificata, nec valuerit
70 ratificari ex regula nimis trita, vt quod nullum ipso iure, lexque à principio resistit non valeat ratificari. *c. auditis de elect. Bart. l. obseruare, 1. ff. de offic. Pro consf. & legat. Surd. cons. 183. num. 8. Rouit. cons. 59. num. 26. lib. 3. Bott. cons. 67. num. 56. Bonden. collect. legal. 21. num. 28. 29. 31. Gratian. disc. 470. num. 21. Vrsell. in exam. apnum concl. 169. nu. 16* & ratiocinatur *Rot. dec. 413. num. 84. seqq. part. 9.*
71 *rec.* quinimo nec teneri hæredem factum defuncti nullum approbare, sed tutò, ac impunè impugnare *gl. c. quod quis 35. quæst. 9. & in c. venientes, verb. restituta de fil. Presbyt. Osasch. dec. 181 num. 19. Fragos. de republica Christiana part. 3. disputat. 8. §. 13. num. 405. Castr. consil. 221. num. 2 vol. 2. Ias. cons. 82. num. 2. volum. 4. Mart. vot. 63. num. 11 & 12. Negusant. respons. 479. num. 14. Virgil. de legis. person. c. 12. num. 14. Surd. dec. 224. num. 22. Marant resp. 81. num. 35. par. 4. Cirocc. discept. 51. nu. 22. 54. & discept. 60. num. 55. Rot. dec. 363. num. 45. p. 10. & 324. num. 24. par. 11. rec.*

Cæterum decisiones supra in obiecto allatę, licèt in statu præsertim Ecclesiastico debeant
72 pro legibus seruari *Menoch. cons. 53. num. 28. lib. 1 Altogr. cons. 104. num. 40. lib. 2. Bonden collect. legal. 35. n. 44.* & in iudicando ab omnibus sequi, vti
73 communem opinionem facientes, *Niger. de Laudem. quæst. 10. art. 2. num. 7. par. 1. Spada cons. 151. num. 45. 74. lib. 1. Cirocch. discept. 64. nu. 20. Ciarlin. controu. forens. cap. 17. num. 9. & cap. 105. num. 130. Honded. cons. 59. num. 41. & cons. 74. num. 55. lib. 1. Amat. dec. Marcb. 15. num. 16. Thomat. decis. 49. n. 3. & 4. Contr. discept for. cap. 37. nu. 35. Buratt. decis. 863. num. 19.* Tamen quæ, & quot sint non re-
74 pugnant huic nostræ firmatæ opinioni, nam ambæ *Romana Census de celsis coram Reuerendiss. Imolen.* contrarium firmantes nun quam fuerut in Curia receptæ, non respondentes precedenti decisioni emanatæ in eadem *Romana census de Celsis coram Greg. XV. dec. 412. per tot.* contrarium
75 firmanti, imo allatæ in *Signatura Iustitiæ habita 17. Septembris 1643. proponente R. P. D. Paulutio in quadam causa Tudertina pro Lilijs contra Finos,* prorsus eisdem rationibus reiectæ rescribendo contra Decretum A. C. condemnatorium hæredum insolidum, *Stet præiudicio in omnibus pro rata tamen hæreditatis.* Quinimò *& dd. decisionibus*
76 *allatis, necnon olim Ariminen. pecuniaria 413. cor. Arguelles par. 9. rec. In eadem Signatura habita 19. Septembris 1669. in causa Bononien. pro Ioanne Baptista Riario contra Angelum Colinam, proponente*
77 *R. P. D. Georio.* Fuit in tertia propositione rescriptum contra decretum A. C. condemnato-
78 rium insolidum hæredum, videlicet, *quoad bona hæreditaria, & propria pro tertia parte sine præiudicio in reliquis, si quid exequendum.*

Pro perfecta autem responsione *d. dec. Ariminen. nempè 413. par. 9. rec.* à quam pluribus DD.
79 allegatę in obiectis, quàm frustra plures conantur declarare, vt quia ibidem actum fuisset ad factum, nempè promissæ euictionis domus venditę Gambutio per Cæsarem Cuppiolum iuncta istius etiam obligatione hæredum insolidum facta in diuenditione, vt *per Modern.*
80 *Mans. consult. 53. numer. 8.* aduertendum, quod huiusmodi declarationes cessant in facto, & in iure. Etenim non negatur, quando fuisset actum *ad factum indiuiduum heredes* omnes teneri insolidum *ex Alciat. l. 4. §. Caton. 41.* vbi *Soccin. iun. num. 404. de verb. oblig. Crass. de success. de communes*

81 *muni §. hæreditas queſt.t 2.num.17. Ciarlin.controu.*
for.cap.34.num.19.22. Signorol.conſ.42.num.1.& 5.
quod procedet etiam Inuentario non obſtaute
Guidopap de Inuentario num.31.Gall. de except.vlt.
vol.par.3.except.5.num.47.fol.596.Gabr. conſ.56.n.
20. lib.1.Surd. dec.30. num.12.31. Gratian.diſcept.
*641.num.22.23.*verum in d. cauſa non agitur ad
82 factum contra Octauium Cuppiolum vnum
ex hæredibus Cæſaris venditoris, ſed ad quan-
titatem, nempè pro pretio domus venditæ,&
euictæ,mandatum fuit expeditum & pro ſent.
1230. perſonaliter contra eumdem executum
eius Summ. poſitionis num. 3. & 4. & firmat *eadem*
deciſ.413. nu.20. vſque ad 25.part.9.recent. & hinc
83 ceſſat vlterior diſcuſſio, an fuerit actum obli-
gatione indiuidua petitione & ſolutione, ſeu
potius indiuidua petitione, licèt ſolutione di-
84 uidua, vt diſtinxit *Rota d. dec.413.à num.20.vſ-*
que ad 26.par.9. vel an fuerit actum principali-
ter ad factum indiuiduum, & in exequutio-
nem facti ad quantitatem, de quibus diſtin-
ctionibus in puncto ſolidaris latè, *Cynus l. pro*
hæreditarys per tot.de hæred act.Ciarlin. contron.for.
34. num.19.ſeqq.& nu.40.41.Nig.de exec.rei indic.
cap.10. §.1.num.33.ſeqq.Rat.dec.50.num.11.12.dec.
159. num.29. ſeqq. par.11. rec. & latius *in Romana*
ſubhaſtationis 29. Iunij 1952. coram R.P.D.Zarate
85 *§. alia verò, & §. verumtamen*, vbi limitatur
deciſionem Arguelles tantum poſſe procedere
quando actione perſonali fuit actum ad pretiũ
contra vnum ex hæredibus poſſeſſorem rei
emptæ, cuius intuitu pretium debetur *ex Bur-*
ſatt.conſ.6.num.12.ad 14.ad inſtar depoſiti reper-
86 ti penes vnum ex hæredibus, vt *in d.Ferrarien.*
Depoſiti 2. Maij 1635. §. quia cum agatur coram E-
minentiſſ. Macchiauellio.

In iure autem reſponſio non ſubſiſtit, vt
nempe deciſio procedat attenta obligatione
87 ſolidali hæredum facta per eorum Auctorem
vt per *Manſ.d.conſult.53.num.8.cum eadem dec.413*
licet in obiectis pleno calamo reijcit huiuſmo
di reſponſionem, vt patet *nu. 7. & 11.* Eſtque
communis opinio,defunctum non valere ob-
ligare inſolidum ſuos hæredes ex ſupradictis *à*
num. 58. ad 61.

Sed nec minus diſtinctio *d.dec. R.P.D.Zarat.*
alleg. videtur ad plenum ſatisfacere; Tum quia
88 *in d.dec. Ariminen.*non fuit actum contra Octa-
uium Cuppiolum vnum ex hæredibus Cæſa-
ris ad pretium domus venditæ, vt quia ipſe
domum poſſideret,ob cuius intuitu inſolidum
ad illius pretium teneretur, vt *in d. dec. conſ.10.*
*nu.12.13. Burſatti innixa firmatur,*dum,vt liquet
89 *ex prohem.d.dec.Ariminen. 413.* Domus erat pe-
nes Gambutium Emptorem, indeque euicta
à creditoribus Cæſaris Cuppioli Octauij Au-
90 ctoris. Quo propterea ſuppoſito, in deciſio-
ne ponderato, deficiente, & deficiet ipſa de-
ciſio non aliter attendenda, *Penia dec.621. n.5.*
Rot. dec.59.nu.17.par.10.rec. Tum etiam, quia
91 nec in iure ratio ponderata ad condemnan-
dum hæredes inſolidum ad quantitatem pretij
debiti intuitu rei ab vno ex cohæredibus poſ-
ſeſſæ, eſt vera, vel ſaltem non tuta in actione
merè perſonali, licèt ſecus in reali, in rem
ſcripta, aut tandem in actione ad factum indi-
uiduum, in quibus terminis loquitur in pun-
cto pacti de affrancando, *Burſatt.in dec. R. P. D.*
Zaratis allegatus, & concordant cum ſupra fir-
matis *nn.20.vſque ad 28.*

Prædicta ſint dicta ex abundanti, cum con-
tra *d. dec. b.me. Arguelles* ſolum dicere ſat eſſet,
92 non vt aliqui, & male quidem voluerunt il-
lam nempè, ſolum approbatam, & practicatã
in ratiocinijs, & diſcurſibus ab extenſore exci-
tatis, ſemperque tantum à DD. Neotericis in
illis allegatam, in quibus tamen regulariter
93 deciſiones nullam faciunt authoritatem, ſed
In firmatis ſeriò per Rot. *Rub. in not. Rot. par.2.*
verb.Rota Rom.deciſ. num.1. & 3.fol.93. Penia dec.
444. nu.3.& dec.211.num.27. Sed veriùs, vt quia
94 aduerſus *d. dec.* ab eadem Rota fuit conceſſa
noua audientia; qua ſtante non veniet atten-
denda, imò nec meretur pro iudicando alle-
gari, *Reuerendiſſ. Dunozett. dec.94. nu.5.Rot.deciſ.*
246. num.10. poſt Poſth.de manut.

Quinimò dum pro ſecunda vice fuerat in-
ſtatum pro eiuſdem cauſæ expeditione ad for-
mam *d.dec.Rota conſulta,* agnita difficultate, non
95 ſolum illam denegauerit perſiſtendo in noua
audientia, & reuiſione eiuſdem, interim per
modum prouiſionis contra illum ordinando
expeditionem tantum,non inſolidum, ſed pro
rata hæreditaria Octauij Cuppioli hæredis tunc
carcerati, vt in decreto per acta Quintini Grif-
foni, nunc Saliardi Notarij Rotæ emanat. 15.
Martij 1647. cum mandati expeditione à Gam
buccio, quo fit, vt eo minus d.deciſio veniat
attendenda,imò nec alleganda in Tribunalibus
dum manet ſub prælo reuiſionis ordinatæ ab
96 eadem Rota, à qua valet reuocari, *Rot. deciſ.*
405.num.54. part.5. rec.dec.246.nu.10.poſt. Poſth.
de manut.

Pro coronide inſubſiſtentiæ eiuſdem deci-
ſionis vnum addo de proprio, quod relata
97 Papæ Innocentio X. ſemper rec. mem. ordi-
nauit Rotæ, mediante Eminentiſſ. Card.Pan-
zirolo Status tunc Secretario, illius reuiſio-
nem vti inſubſiſtentem, quamobrem in iſtius
exequutionem tam bon.mem. Arguelles, quã
Bichius, licet non volantes, ne tranſiret in
exemplum quotidie ſollicitabant Auctorem
in informando pro illius cauſæ repropoſitione
quæ tamen ſequi non potuit; quia principalis
amplius non fuit in Curia &c.

Ex quibus concluditur, hæredes ſine Inuen-
tario in actione perſonali, vt ſupra ſolum pro
98 rata hæreditaria ſibi tangente vrgeri poſſe e-
tiam ex cauſa dotis, quinimò, & in cauſa fa-
99 uorabili alimentorum *per text.in l.cum vnus 10*
ff de alim leg.Olea de ceſſ.iur. tit.4. quæſt 6. num.15.
Altograd.d. contr.49.num.22.Nig. de exec. rei iud.
cap.10.§.4.num.6. non obſtante *text.in l. ſolent ff.*
100 *de alim.& cib.legat.* damnante ex æquitate hæ-
redes inſolidum ad alimenta præſtanda, quia
illius diſpoſitio procedit, vt pro maiori com-
101 moditate eiuſdem alendi interim, ne fame
pereat, Iudex eius arbitrio valeat condemnare
ad totum alimentorum fauore, vnum ex hæ-
redibus,dummodo eodem contextu, & ſimul
alios etiam cohæredes ad eidem contribuen-
dum pro eorum ratis pariter damnet *Cyn. l. pro*
hæreditarijs in principio C.de hæred.act. Surd.de alim.
tit. 9 quæſt.14.num.5.13.14.& 15.Molin.de primog.

lib.2.cap.15.num.43.44.Olea vbi sup.nu.14. & 15. Grat.disc.16.nu.27.Caball.cons.dec.15.nu.8. Mart, Med. dec.Seneu.38.nu.3.seqq.per tot.Franc.dec.203. num.3. Ludou. decis. Perus.92. num.1.& 14.part.2.
302 egregiè *Altograd. d.contr.49. nu.22. vbi* hoc iu-
dicis arbitrio in decernenda soliditate contra
vnum ex hæredibus admittit, quando alij co-
hæredes sint soluendo, & non aliter *Glos.in d.*
l.solent lit.D. ait,quod antea propter nimium alimea-
torum fauorem dubitabatur,& conclusionem hanc
303 limitaudo in vsuris *Henric. Boich. cap. tua nos*
per tot.de vsur.vbi in foro fori non conscientiæ,
latè pro & contra *Leotard. de vsur.94. num.31.*
Vnum tandem, si praticabile foret aduer-
tendum pro soliditate satis firmum, ac dele-
304 ctabile, vt si vnus ex hæredibus pulsatus iu-
dicialiter neget expresse se hæredem, vel ta-
305 ceat,aut respondens falsò alleget se in mino-
ri portione hæredem à petitã, & pro qua con-
uenitur, conuictus inexcusabiliter de menda-
cio pœna solidi ferietur *per tex. in l. de ætate §. si eum esset quis ex semisse hæres dixerit se ex quadrante, mendacij hanc pœnam feret, quod insolidum conuenietur &c. & §. qui tacuit* subsequenti ibi *Contumacia hanc pœnam ferre debeat, vt insolidum conueniatur, quemadmodum, si negasset, ff.de inter act. Enriquez post Cons.opuscul.4.num.5.*

Tarquinius Vrbanus.

R.P.D. ANTONII ALTOVITI

Vtriusque Signaturæ Referendarij
& I. C. Doctissimi.

DISCVRSVS

In Causa Romana Præcedentiæ.

ARGVMENTVM.

Referendarijs Signaturæ præcedentiam deberi à Generalibus Regularium latè, & luculentèr probatur.

SVMMARIVM.

1 *Regulares sunt soliti de præcedentia contendere.*
2 *Quasi possessio plurimi attenditur in materia præcedentiæ etiam si ex vnico actu desumatur.*
3 *Testes Confratres in materia præcedentiæ probant ad fauorem Confraternitatis.*
4 *Quasi possessio decennalis inducit Ius, & Titulum præcedendi.*
5 *Sola quasi possessio in materia præcedentia sufficit, etiam si repuguet Iuri communi, & n. 56.*
6 *Referendarij gaudent omnibus priuilegijs Prothonotariorum de numero Participantium ex Priuilegio Pauli III.*
7 *Sicuti Generalibus Ordinum Regularium præcedunt Prothonotarij de numero Participantium, ità præcedere debent Referendarij.*
8 *Ceremoniale Romanam digniorem locum in Processione Sanctissimi Corporis Christi assignat Referendarijs, inferiorem verò Generalibus Regularium.*
9 *Ceremoniale Romanum pro lege est seruandum.*
10 *Generales Monachorum præcedunt Generalibus Mendicantium.*
11 *Abbates etiam præcedunt Generalibus Mendicantium.*
12 *Generales Monachorum, & Abbates locum cessere Referendarijs.*
13 *Generales Mendicantium debent propterea præcedentiam cedere Referendarijs,*
14 *Regula enim si vinco vincentem te,&c. multum attenditur in materia præcedentiæ.*
15 *Aduocati Consistoriales, licèt Referendarijs sint minus digni, Generalibus Mendicantium præcedunt.*
16 *Referendariorum origo, attento iure Ciuili antiquissima.*
17 *Iustinianus Imperator Referendariorum numerum reduxit.*
18 *Referendarij, attento Iure Canonico, sunt antiquissimi, & successerunt loco Conciliariorum Summi Pontificis.*
19 *Religiones Mendicantium, quo tempore ortæ.*
20 *Referendarij debent præcedere Generalibus Mendicantium, quia sunt antiquiores.*
21 *Subrogatus etiam in materia præcedentiæ, gaudet priuilegijs eius, in cuius locum est subrogatus.*
22 *Referendarij ex Priuilegio Pauli III. sunt Nobiles in proprio stemmate Pontificijs insignijs in Abbatijs verò Mitra, baculo, & benedicendi iure vti possunt.*
23 *Referendariorum Priuilegia confirmauit, & auxit Sixtus V.*
24 *Referendarij ab Imp. vocantur spectabiles, à Papa verò familiares.*
25 *Familiaribus Principis debetur præcedentia.*
26 *Referendarij in præsentia Papæ negotia tractant.*
27 *Referendarij antiquitus præcedebant etiam Prothonotarijs de numero participantium.*
28 *Referendarij sunt Consiliarij à Principe deputati ad corrigendos aliorum Iudicum errores.*
29 *Consiliarijs Principis præcedentia debetur.*
30 *Qui tractat grauiora Principis Negotia, debet præcedere.*
31 *Referendarij debent præcedere Generalibus, cum maiores habeant prærogatiuas.*
32 *Iurisdictio Generalium restringitur ad correctionem suorum Regularium, nec egreditur Portas Conuentuum.*
33 *Generales Mendicantium deberent omnibus præcedentiam concedere,cum basis fundamentalis suarum Religionum, sit humilitas.*
34 *Regulares vti Mortui Mundo,non debent super præcedentia contendere.*
35 *Iesuitarum, & Capuccinorum egregium humilitatis factum occasione præcedentiæ enarratur.*
36 *Præcedere debet, qui dignitatem à digniori manu consequitur.*
37 *Referendarij nobiliorem habitum gestant, quàm Generales, & propterea debent istis præcedere.*
38 *Qui habet facultatem alios iudicandi,& corrigendi, debet etiam illis præcedere.*
39 *Referendarij, tanquam de Hyerarchia Sæculari præcedere debent Generalibus, qui sunt de Hyerarchia Regulari.*
40 *Minor de Clero Sæculari, præcedere debet maioribus de Clero Regulari.*
41 *Regulares non sunt verè, & propriè de Hyerarchia Ecclesiastica.*
42 *Monaci antiquitus ponebantur inter laicos, & in functio-*

functionibus Eccleſiaſticis veniebant poſt Clerum.

43 *Regulares antiquitus non poterant clericari.*

44 *Referendarij in Proceſſione Sanctiſſ. Corporis Chriſti interuenient repreſentantes ſuprema Tribunalia Vtriuſque Signaturæ gratia ſcilicet, & Iuſtitiæ.*

45 *Collegium integrum, licèt minus dignum, præcedere debet cuicumque perſonæ licèt digniori.*

46 *Inter Clerum ſæculare inſerere Regulares, monſtruoſum eſt, & à Iure alienum.*

47 *Minores aliquando præcedunt maioribus, nè alias interrumpatur ordo Eccleſiaſticus.*

48 *Ex præcedentia in Cappella, & Concilijs, non valet deſumi præcedentia in alijs locis.*

49 *Argumentum etiam in materia præcedentiæ non valet de loco ad locum, quando maximè reſpectu vnius loci adeſt quaſi poſſeſſio præcedendi.*

50 *Monſtruoſum eſt videre caput ſeparatum à corpore.*

51 *Rotuli Magiſtrorum Ceremoniarum nemini præludicant in petitorio ex declaratione Summorum Pontificum.*

52 *In prædictis Rotulis conficiendis, Magiſtri Ceremoniarum ſæpius in errores labuntur.*

53 *Rotuli confecti antè annum 1575. loquuntur de Referendarijs non Prælatis.*

54 *Motus proprius Gregorij XIII. intelligendus eſt de Referendarijs non Prælatis.*

55 *Obſeruantia deficiente Rotuli, Decreta Congregationum, ac etiam Bulla in materia præcedentiæ non debent attendi.*

57 *Ius operiendi Caput coràm Rege Catholico non ſufficit ad conſtituendum aliquem Magnatem Hyſpaniæ.*

58 *Generales Ordinum Sancti Dominici & Sancti Franciſci non ſunt Magnates Hyſpaniæ, licet caput operiant coràm Rege Catholico.*

59 *Sanctus Franciſcus Borgia Ieſuitarum Generalis ius operiendi caput à Carolo V. ſpontè oblatum, humiliter recuſauit.*

60 *Exempla in materia præcedentiæ Eccleſiaſticæ ſumenda ſunt ab Eccleſiaſticis perſonis, non autem à Sæcularibus.*

61 *Priuilegium vni conceſſum in materia præcedentiæ non poteſt ab alio allegari.*

62 *Iuriſdictio Generalium non eſt Monarchia, cum teneantur procedere de voto Definitorum in rebus grauibus.*

63 *Iuriſdictionis maioritas non infert maioritatem dignitatis, nec præbeminentiam.*

64 *Iudex delegatus præfertur Ordinario, licet habenti maiorem Iuriſdictionem.*

65 *Minor non habens Iuriſdictionem, præcedit habenti maiorem, quando eſt in poſſeſſione præcedendi.*

66 *Epiſcopus non præcedit alteri Epiſcopo, ex quo habeat maiorem Diœceſim.*

67 *Concluſio, quod maioritas Iuriſdictionis attendatur in materia præcedentiæ, declaratur procedere in loco ipſius Iuriſdictionis.*

68 *Item quando aliæ qualitates, & prærogatiuæ eſſent pares.*

69 *Item quando contentio eſſet inter perſonas eiuſdem Hyerarchiæ.*

70 *Ciacconij lapſus notatur.*

71 *Iura proprij Collegij defendere quiſque tenetur.*

VOTVM VIII.

MORE ſolito, & conſueto Reuerendiſſ. Patres Generales Religionum in Eccleſia Dei inter ſe, vel alios de præcedentia ſem-
1 per contendentes, *Teſte Caſſanan Cathalog. Glor. Mundi par. 4. conſiderat. 68.* hodie ſine vllo Iuris fomento in Proceſſione Sanctiſſimi Corporis Chriſti, & in alijs actibus præcedere præſumunt Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Referendarios Vtriuſque Signaturæ Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ, ſed obtinere de Iure non debent,

Nam omiſſo, quod Referendarij reperiuntur pluribus ab hinc annis in poſſeſſione præcedendi Generales, tàm in præfata Proceſſione, quam in alijs omnibus actibus, vt teſtantur medio Iuramento viginti Prælati, quorum multi ad maiores Dignitates hodie euecti digniſſimè reperiuntur, ac præ ceteris Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Theſaurarius, Vbaldus, Gaetanus, Rinuccins, Arcoſtus, modo Archiepiſcopus Auenionen̄, qui vlterius vocando in Conteſtem Illuſtriſſ. Bulgarinum, teſtatur ſemper præceſſiſſe in Proceſſione præfata Reuerendiſſimos Generales, qui ſemel contradixerunt, ſed eodem tempore poſtea locum Prælatis ceſſerunt, ibi: *E di più; col mio giuramento parimente aſſeriſco, & affermo, che prima, e doppo, che Io fui in Prelatura hò veduto ſempre praticare così alle Proceſſioni del Corpus Domini, come nelle Concluſioni publiche, & altri luoghi, che li Prelati Referendarij hanno ſempre proceduto à tutti li Generali de Religioni; anzi, che quando Io negai di cedere il luogo al Padre Marini Generale de' Padri Domenicani, queſto fece inſtanza à gl' altri Padri Generali, che vnitamente con lui ſi leuaſſero dalla Proceſſione, e queſti non volſero abbracciare il ſuo Conſiglio, & l'eſempio, mà reſtorno alla Proceſſione doppo tutti li Prelati, e così hanno pratticato ſuſſeguentemente per tutto il tempo, che Io ſono ſtato in Roma; e così atteſto, & affermo col mio giuramento queſto dì 5. Luglio 1671. in Auignone*; quæ quaſi poſſeſſio, ſicuti
2 attenditur in quacunque materia, eò fortius attendenda eſt in materia Præcedentiæ, quę tota à poſſeſſione regulatur, etiam ſi de ea ex vnico actu tantum appareret, vt omiſſis alijs, latè *Adden. Buratt. deciſ. 903. per tot. & dec. 322. nu. 17. par. 6. rec. & in Albiganen. Præcedentiæ 20. Iunij 1653 coram bo. m. Bichio §. Conſtitutio, & §. Nec obſtat,*
3 vbi expreſsè firmatur, quod Teſtes Confratres del Archiconfraternitate probant Præcedentiam ad fauorem eiuſdem Archiconfraternitatis, quæ eſt *dec. 320. num. 8. & ſeqq. par. 11. Rota dec. 419. num. 3. par. 9. recent. tom. 2.* ità vt ſecundum eam iudicari debeat *Poſth. de manut. obſeru. 53. nu. 24. Pignatell. conſult. Canon. 104. nu. 47. Beſold. diſcurſ. Politic. legal. de præcedentijs, & ſeſſion. prærog. cap. 3. concluſ. 1.* & ſine difficultate in caſu noſtro
4 in quo habemus pluſquam decennalem quaſi poſſeſſionem præcedendi, per quam non ſolum acquiritur quaſi poſſeſſio, ſed titulus, & Ius præcedendi præſcribitur *Megal. var. reſolut. tom. 2. reſol. 112 num. 6.*

Vlterius cum hac quaſi poſſeſſione, & con-
5 ſuetudine præcedendi, quæ de per ſe ſufficeret etiam ſi repugnaret diſpoſitioni iuris communis, *Cruſſint de præcedent. cap. 28. nu. 41. & 44*

Rota *Rota...*

Rota coram Seraphino dec.964.num.1.& decis.214. nu. 4.par. 4. recent. tom.2. & latissimè *in Oppiden̄ Processionum,* 18. *Maij* 1646. §. *Nec obstat, coram*
6 *bon. me. Verospio*; Concurrit etiam pro Prælatis
Iuris indubitata assistentia, non solum quia
fel rec. Paulus Papa Tertius in eius Constitut. 23. §.
1. *Bullar. nou.fol.*947. *tom.*1. creauit Referendarios S. Sedis Notarios, ac si essent de numero Protonotariorum participantium (sine tamen dd. Prothonotariorum præiudicio) eisque benignè impartitus est omnia, & quæcunque Priuilegia Prothonotarijs competentia, in specie Ius præcedentiæ, & præheminentiæ, quam habent iidem Prothonotarij, ibi: *Gaudeant eisdem Præheminentijs &c. & antelationibus, & prærogatiuis, &c. quibus cæteri nostri, & dictæ Sedis Notarij de numero participantium &c. tam de Iure, quam consuetudine, seu alias quomodolibet in futurum in Iudicio, & extra, & vbique locorum, vti, potiri, & gaudere debeant in omnibus, & per omnia.* Vnde
7 sicuti sine controuersia in Processionibus, &
alibi Regularium Generales cedunt locum Prothonotariis de Numero Participantium, sic pariter præfati Generales cedere debent locum Referendarijs, qui Priuilegia Prothonotariorum hæbent, *iuxta resp. Grat. relat. à Rubeo in suis singularibus tom.2.par.4.de præceden.in funer. num.4. fol.* 469.

Sed etiam quia Cœremoniale Romanum factum de ann.1516. temporibus Leonis X. in cap. 15. de Festo Corporis Christi expressè di-
8 gniorem locum Referendarijs concedit in
Processione, Generalibus verò inferiorem, nam post assignatum locum procedendi ante Papam in Processione Clericis Cameræ, Auditoribus Rotæ, Episcopis, cæterisque Prælatis paratis, assignat ordinem procedendi post Pa-
,, pam per hæc verba: *Papa sub Baldacchino &c.*
,, *Secretarius Papæ, si non est Prælatus cum Medico*
,, *Papæ, Prothonotarij, Prælati, si qui sunt non parati,*
,, *Generales Ordinum*, quos tandem sequuntur
Togati omnes: Exquibus verbis clare constat omnes Prælatos anteponendos esse Generalibus Ordinum; Imò illa verba: *Prælati si qui sunt non parati*; intelligi debent pernecessè de Referendarijs, quia alijs Prælatis, iam antea locum assignauerat; Ceremoniale enim pro
9 lege seruandum est, vt dixit *Rub. relat. à Gratian.*
*discept. 298.num.27.& 28. Idem Grat. discept.*111. *num.7. & me citato Melaz. post hæc scripta impress. par.2.assert.8.nu.*11.

Vndè hanc Veritatem agnoscentes Generales Monachorum, qui in omnibus actibus
10 præferuntur Generalibus Religionum Men-
dicantium, vt videre est apud *Pignat. consult.* 104. *per tot. vbi concordan̄.* & Abbates, qui eos-
11 dem Generales Mendicantium præcedunt.
Iacobat. de concil. lib.1.art.6. num.4. in fin. vers. & post Abbates sedebunt Generales, inter tract. magn. lib. 13.*par.*1. *fol.*209. *Campeg. eodem tract. cap.*13. *nu.* 19. *inter tract. magn. d. tom.*13.*par.*1. *fol.*407. *Caramuel. de præced. Thes. 4. num. 77. & 78. fol. 56. & 58. Tamburin. de iur. Abbat. tom.1. disp. 25. quæst. 4.num.9.& seq.* semper Referendarijs, vbique
12 præcedentiam cesserunt, vt omnibus notum
est; & testatur doctissimus Archiepiscopus Rossanen̄. semper in omni loco cessisse præcedentiam Prælatis Referendarijs, quando ipse erat Abbas Montis Cassini, qui præcedit omnibus Abbatibus, tamquam Abbas Abbatum, vt fuit sub Paschali II. in Concilio Romano definitum in differentia nata inter Abbates Cassinen̄, & Cluniacen̄, vt habetur in Bullar. Cassinen̄, & Chronolog. Cassinen. *nu.* 1027. & 1794. & alibi, & in Concil. Tridentin. Abbas Cassinen̄ præcessit Generales Regularium, vt apparet in subscriptione Concilij, quod prius ab Abbate Cassinen̄, & postea à Generalibus apparet subscriptum.

13 Si igitur Referendarijs cedunt Generales
Monachorum, & Abbates, qui omnes præcedunt Generalibus Regularium, meritò isti præcedentiam concedere debent Referenda-
14 rijs per Regulam, si vinco vincentem te, mul-
to magis vincam te, quæ multum attenditur in materia præcedentiæ *Contelor. de præcedent. nu.* 27.& 40. *D. de Luca de præhemin. disc.*23. *num.* 11: *Franc. de Eccles. Cathedr. cap.*23.*num.* 191.

15 Et quod plus est minores Referendarijs, vt
sunt DD. mei Aduocati Consistoriales non cedunt, nec ipsi locum Generalibus Mendicantium, ideò multo minus eisdem Generalibus cedere Referendarij debent, quorum præsens controuersia si ad fauorem Generalium resolueretur, multò magis contra ipsos DD. Aduocatos decisa, & terminata remaneret; Imò D. meus Comes de Capraria suæ Dignitatis semper acerrimus Defensor, nouissimè associando Eminentissimum D. Cardinalem Facchinettum, noluit ipse Generali Monachorum Cisterciensium locum cedere, vt ipse D. Comes testatur.

Et summa ratione, & Iustitia Paulus Tertius concessit præheminentiam Referendarijs,
16 cum attenta dispositione Iuris Ciuilis sint an-
tiquissimi, nam vel originem habuerunt temporibus Reipublicæ Romanæ, vt refert *Grauat. ad Vestr. in prax. lib. 1. cap. 3.* siuè temporibus Alexandri Seueri, qui regnauit anno salutis nostræ 224. vt refert idem *Grauet. vbi supra in fine, per text. in l. rescriptum, ff. de distract. pignor.* Certum est, quod tempore Iustiniani Imperatoris iam aderant, cum illos reduxerit de an-
17 no salutis nostræ 525. ad numerum modera-
tum, vt *in auth. de Referend. Sac. Pelatij collat.* 3. & voluit *Gomez. in compend. Vtriusque Signaturæ quæst.16. fol. mihi 321.& 322. Marchesen. de commiss. par.1. cap.1. num.3. Coell. de notit. Card. de Referendarijs, cap.57. litt. B. Vizan. de mandat. Princip. leg. 2. num.47.*

Aut verò attendendum est Ius Canonicum, & pariter Referendarij in Ecclesia Dei sunt antiquissimi, cum successerint in locum illo-
18 rum Consiliariorum Summi Pontificis, de
quibus fit mentio *in Canon Conuenientibus, §. item Petrus 1. quæst. 7. & in Canon. Ecclesiasticis in quæst. 1. Canon. in Parochia 16. quæst. 1. iuxta opinionem Gambar. de auct. legat. in quæst. qualiter Legatus se gerere debeat &c. nu.34.& seq. in tract. Magnis tom.13 part. 2. fol. mihi* 153. Cum Canon. *Conuenientibus* emanauerit in Concilio Melden̄ sub Greg. IV. qui vixit annis Domini 828. vt testatur Ciacconius in Vita dicti Pontif. fol. 290. Canon vero *Ecclesiasticis* desumitur ex Epistola D. Gre-

D. Gregorij ad Theodor. qui vixit anno Do-
mini 590. Canon verò *in Parochia* ſub Pela-
gio II. qui rexit Eccleſiam Dei anno 579. &
extitiſſe Reſtrendarios Papæ ſaltem ante an-
num 1243. habetur ex Innocentio IV. in cap.
ex literis *nu.* 3. de reſtit.in integr. dum ait; *Et
quidem libellus ſupplicationem cõtinens porrigitur Re-
ferendarijs, ſolus autem Princeps, vel Præfectus co-
gnoſcet de ſupplicatione*, qui Innocentius ſcripſit
ſuper decreta lib. poſt Conc. Lugduneñ fa-
ctum, ipſo Eccleſ. Dei gubernante, ex qua
Innocentij doctrina *Coell.de notit.Card.fol.* 310.
lit.B. Colligit non ſolum extitiſſe tunc tempo-
ris Referendarios, ſed etiam Signaturæ Præfe-
19 ctum, vndè in Concurſu cum Religionibus,
quæ ortum habuerunt poſt plura ſecula, nem-
pe anno 1218. *Grat.diſcept.*845.*num.*7. Referen-
darij præcedere debent, tanquam antiquiores,
20 cum antiquitas in materia præcedentiæ atten-
datur idem *Gratian. diſcept.*845.*num.*8. *Franccz.
de Eccleſ.Cathedral.cap.*25.*nu.*38; *Rota dec.*718.*per
tot par.*4.*diuerſor. & dec.*588.*nu.*4.*coram Canalerio,*
quod procedit, ſiuè Referendarij moderni ſint
iidem cum Referendarijs Imperatorum, &
Conciliarijs Papæ, ſiue in illorum locum ſub-
21 rogati gaudeant eiſdem Priuilegijs, & præro-
gatiuis, quibus gaudebant illi, quibus fuerunt
ſubrogati, vt in terminis præcedentiæ *Rub. in
ſingul.tom.*2.*par.*4.*tit.de præcedent.in funer. num.*4.
*fol.*469.*Grat.diſcept.*845.*num.*16.

Sed cum maiori temporis antiquitate, &
origine concurrit etiam, quod Referendarij
ſunt digniores, eorumque munus, circa no-
biliora negocia verſatur, quia omiſſo, quod
22 præfatus Paulus Papa Tertius in dicta eius
Conſtitutione, §. 1. non ſolum illos conſtituit
Nobiles, ibi; *Ac ſi ex magno Baronum, & Nobi-
lium genere eſſent procreati,*& omiſſo etiam,quod
illis dedit facultatem inter propria Stemmata
inſerendi Inſignia Pontificis, in Abbatijs verò,
& Monaſterijs per Referendarios poſſeſſis ba-
culo, & Mitra, vti, & publicam dandi bene-
dictionem facultatem impartitus eſt. Et omiſ-
ſo etiam, quod Sixtus Papa Quintus in eius
23 Conſtitutione 41. non ſolum omnia confir-
mauit, ſed etiam auxit, declarando Referen-
darios eſſe conſtitutos in dignitate Eccleſiaſti-
ca, illiſque Cauſas committendas eſſe, vt de
his, alijſque prerogatiuis notant *Marcheſan. de
Commiſſionibus par.*1.*cap.*1. *Gomez.in Compend. v-
triuſque Signaturæ tit.*16. *fol.mihi* 619. *& ſeq.Gam-
bar.de offic.legat.tit.qualiter Legatus ſe gerere debeat
à num.* 31. *in tractat. tom.*13.*fol.*153. *par.ſecunda,
Coell.de notit. Cardinal.cap.*57.*fol.*305. *& ſequ. &
Zecch. in Republ.Eccleſ.cap.*10. *Reuerendiſſimus Fa-
gnanus in cap. ex part. per tot. de priuileg. Fermoſin.
in c.ſua nobis quæſt.*3.*cum pluribus ſeq.de offic. Vicar.*

Et omiſſo etiam, quod Imperatores vocant
Referendarios *Spectabiles, vt in auth.de Referend.
Sac. Palatij collat.* 3. *in auth. vt litigantes iurent, §.*
24 *quia Vizan. de mandat. princip.leg.*2.*num.*44. Papa
verò illos Magiſtros vocat, quod honoris en-
comium eſt, *vt per gloſſ.in Clement.*2.*de Magiſtr.
in verb. Doctoratus, firmat Coell. vbi ſupra lit. D.*
25 illoſque facit familiares ſuos; Familiares enim
Principis præcedere debent, quia pars Corpo-
ris Principis ſunt, *Caſſan.in Catalog. glor. Mund.
par.*6.*conſid.*29.*in fine, Rub.in ſingul. Rot.tom.*2.*par.*
4. *de præced.Prothonot,nu.*63.*fol.*491.

Vnum præcipuum videtur, vt negocia co-
rani, & in præſentia Vicarij Chriſti tractent,
& præ cæteris Officialibus Curiæ propinquius
26 Papæ aſſiſtant, vt idem Paulus Tertius in eius
præfata Conſtitutione teſtatur, ibi; *Referenda-
„ rij noſtri, qui præ cæteris Officialibus, & Miniſtris
„ noſtris Nobis propinquius aſſiſtunt*; quod ſingulare
eſt, cum alia Tribunalia, negocia, & Cauſas
definiant abſque præſentia Papæ. Vndè Iure
27 meritò antiquitus præcedebant omnes, &
quoſcunque Officiales Romanæ Curiæ; imò
eoſdemmet Prothonotarios de numero Parti-
cipantium, cum in Litteris Expectatiuarum
prius Referendarij nominarentur, quàm Pro-
thonotarij, *Gomez. in Compend. Vtriuſque Signa-
turæ, quæſt.* 16. *fol. mihi* 321. *&* 322. *Marcheſan.
de Commiſſionib.par.*1.*cap.*1. *num.*12. *Rub.in ſingul.
tom* 2.*par.*4. *de præced.Prothonot. nu.* 59. *Caſſan. in
Cathal.glor. Mund. par.*4. *conſid.* 29. *in fin.Monet. de
conſeruat.Iud. num.*111. *&* 112. *optimè Manriq. de
præced. Referend.quæſt.*44. *per tot, & præcipuè nu.* 3.
& 4.*Mattien.de Referend.par.*2.*cap.*1.*nu.*9.*late Re-
uerendiſſ. Fagnanus in cap. ex parte de priuileg.nu.*3
28 nec mirum eſt, quod Referendarij alios Offi-
ciales, & Iudices præcederent, cum deputati
ſint Conſiliarij à Principe ad corrigẽdos alio-
rum Iudicum, ac Tribunalium errores; vt di-
xit antiquus *Caſſiodar.var.formul.lib* 6. *form.* 17.
„ *ibi: Quamuis tantum ſit clara quæque Dignitas, quan-
„ tum eam, præſentia noſtra conſpectus illuminat, dum
„ ſemper honores ſuſcipit, qui noſtra colloquia decen-
„ ter acquirit; nemo tamen Sermones noſtros tantum
„ meretur, quam qui Referendarius eſſe dignoſcitur,
„ ad ſummum tales vos eſſe cupimus, vt etiam per vos
„ Iudices corrigamus* & latius per *Coell.vbi ſupra fol.
„ 306. litt. D. Mattien. de Referend. vbi ſupra*; &
29 regulare eſt, quod illi, qui ſunt Conſiliarij
Principis, vel qui aſſiſtunt lateri eiuſdem præ-
cedere debeant, *Decian.conſil.* 48.*num.*23. *lib.* 5.
*Ciriac.controuerſ.*202. *num.*65. *Petrus de Gregor. in
ſua Republica lib.*4. *cap.*10. *num.*13.*poſt hac ſcripta
impreſſ.par.*2. *aſſert.* 7. *nu.*101. ſicuti pariter ille,
30 qui tractat grauiora Principis negocia, quod
præcedere debeat, *Vaſqu.contr. illuſtrium in præ-
fat. nu.*125.*Ciriac.contr.*201.*nu.*47.*&* 50. *& contr.*
202.*nu.*61.*Sanfelic.dec.*140. *nu.*4. *Rot.in Bononien.
Decanatus præcedentiæ* 20.*Iunij* 1641.*coram Meltio.*

Vndè cum Generales Regularium ſint om-
nibus iſtis Priuilegijs, honoribus, & præhe-
31 minentijs ſpoliati, iure merito præcedentiam
Referendarijs cedere debent, *Maſtrill.de Magiſtr.
par.*2.*lib.*4.*cap.*14.*num.*30.*Capic. Galeot. contr.* 45.
*nu.*15.*lib.*2.*Ciriac.contr.*201.*num.*152. *Capic. latr.
dec.*181.*num.*8.*Gregor. alleg.*35. *nu.*6. *Grat.diſcept.*
845.*n.*32.*&* 45.*Michael Ferr.de præced.quæſt.*1. *nu.*
19. Maximè cum eorum Iuriſdictio reſtrin-
32 gatur quoad correctionem ſuorum Regula-
rium dumtaxat, nec egrediatur Portas Con-
uentum, vt benè firmat *Merlin.deciſ.*153. *n.* 4.

Imò cùm baſis fundamentalis Religionis
Mendicantium ſit Humilitas, conſequenter
33 Generales omnibus cedere locum deberent,
vt reſpondeant nomina factis, vt de Generali
Minorum, & Minimorum dixit *Caſſan. in Ca-
thalog.glor.Mund.par.*4.*conſid.*69.*verſ.Sed cum ſint,*
& cum

& cum Regulares, maximè Mendicantes mor-
34 tui Mundo reputentur, non debent de hac
temporali præcedentia contendere, *Leonell. de
praced. homin. quæst. 7. artic. 6. vers. fin. latè Salgad. de
Reg. protect. par. 2. cap. 9. num. 40. & 42.* Vbi refert
35 mirabile nostri temporis exemplum ab istis
Generalibus modo imitandum, quod dede-
runt PP. Iesuitæ, & PP. Cappuccini Salaman-
ticæ in funere Margaritæ Hispaniarum Reginæ
vbi, quando inter alios de præcedentia plures
subortæ erant graues controuersiæ, inter ipsos
diuersa Lis agitata fuit, nempè cui ex dd. Re-
ligionibus humilior locus deberetur, cum v-
traque Religio se in humilitate fundatam esse
profiteatur, & sibi consequenter inferiorem
locum deberi quo exemplo vtitur etiam me
citato *Milaz.* post hæc scripta impressus *assert. 7.
nu. 8. par. 2.* Et forsan RR. PP. Societatis seu se-
quuti sunt exemplum Didaci Lainez, eorum
Generalis, qui vltimum locum petijt in *Con-
cil. Trid. vt scribit glor. mem. Cardinalis Pallauicinus
in Histor. Concil. par. 2. lib. 18. cap. 2. nu. 6. & 7.*

Vlterius Generales Officium recipiunt à
Votis Fratrum, Referendarij verò de manda-
to Sanctissimi Domini Nostri, ab Eminentis-
36 simo Cardinali Signaturæ Præfecto; Vndè in-
trat conclusio, quod præcedere debent illi,
qui dignitatem recipiunt à Monarcha Supre-
mo, & à manu Personæ dignioris in concur-
su illorum, qui dignitatem recipiunt à manu
inferiorum, *Vasq. contr. illustr. in præfat. num. 136.
Calcsat. de equestr. dignit. nu. 45. Ricc. in prax. praced.
decis. 177 in fin. Speidell. in specul. obseru. lib. 2. verb.
præcedentia, vers. 3. Besold. discept. politic. legat. de
& session. prerogat. cap. 3. conclus. 3.*

Sed non solum Referendarij dignitatem re-
cipiunt à maiori, sed nobiliorem habitum ge-
37 stant, nempè Mantellettam; & quod plus est,
maximè in processionibus vtuntur Rocchet-
to, quod maioritatem, & Iurisdictionem præ-
sefert, quo vti non possunt Generales, *Grat.
disceptat. 845. nu. 50.*

Rursus in vtraque Signatura, & præcipuè
in Signatura Gratiæ, Referendarij iudicant, vel
dant Votum super Causis Religionum, & Ge-
38 neralium; Vnde intrat trita conclusio, quod
Superior dicitur ille, qui habet facultatem
iudicandi, & corrigendi errores illius, cum
quo de præcedentia est quæstio, *Doctores com-
muniter in cap. 1. de maioritate, & obedientia,* e con-
uerso autem nunquam dari potest casus, quod
Generales iudicent, vel dent Votum, neque
consultiuum in Causis Referendariorum.

Sed dato etiam, quod Prælati non haberent
supradictas tales prærogatiuas, & Dignitates,
& considerari deberent, vti simplices Prælati,
nihilominus tanquam de Clero seculari, & de
39 Hierarchia sæculari præferri debent Generali-
bus Religionum, tanquam de Hierarchia Re-
gulari, & consequenter minus digna, vt no-
tum est, & probant, *Campeg. de Concil. cap. 15.
num. 22. Boer. in addit. ad tract. de auth. Magn. consil.
num. 14. Cassan. in Cathal. glor. Mundi par. 4. consid.
61. Rodrig. quæst. regul. tom. 3. quæst. 37. art. 1. Leonell.
de praced. homin. quæst. 7. artic. 6. per tot. Nouar. in
Lucer. Regul. verb. praced. num. 5. Barbos. Collect. Bul-
lar. verbo Præcedentia, & verb. Regulares quo ad
præcedentiam vbi affert plures resolutiones Sac.
Congreg. Rituum, & in tract. de Iur. Ecclesiasti-
co, lib. 1. cap. 43. num. 191. Vulp. in prax. for. Episc.
cap. 14. num. 1. Lezan. oper. tom. 2. verb. præced. quoad
Regulares num. 3. Pellegrin. in prax. Vicar. par. 1.
sect. 5. num. 17. Salgad. de regia Protect. par. 2. cap. 9.
num. 38.* Vbi minores de Clero Sæculari debent
40 præferri maioribus de Clero Regulari; & la-
tissimè *in Oppidensi Processionum 18. Maij 1646. Ve-
rospio in princip. & nouissimè Sacr. Congregatio
Rituum* censuit cum subsequuto effectu, quod
ratione dicti Ordinis Hierarchici præcedentia
debita esset Sancto Francisco Borgiæ supra Sā-
ctum Philippum Benitium longè antiquio-
rem, & Religionis Restauratorem, & haben-
tem Iurisdictionem, vt potè diuersæ Hierar-
chiæ Regularis, & in puncto, quod Genera-
les Religionum debeant cedere præcedentias
in Processionibus Prælatis Romanæ Curiæ,
etiam non habentibus Iurisdictionem, Doctis-
simus Dominus meus Aduocatus Pilaia *in ad-
dit. ad considerat. 48. Hieronymi Iranci de protest. nu.
8. & 9. vers. Nec solum.*

Et certè hanc prætensionem non haberent
PP. Generales, si memores esse vellent, vt eos
41 hortamur se Religiosos, vti Religiosos non
esse de vera, & reali Hierarchia Ecclesiastica,
quæ solum per Episcopos, Presbyteros, Dia-
conos, & Clericos sæculares repræsentatur, vt
latè ex Concilijs, & PP. probat *Allier. de Hie-
rarch. Eccles. lib. 1. cap. 4. vers. Idem verò, & latius
lib. 2. cap. 4. §. 5. Io Dart. eodem tract. cap. 8. 9. 10.*
ponebantur enim Monaci antiquitus inter
42 multitudinem Laicam, vt in Concilio Arela-
ten. tertio; Et vti Laici in omnibus actibus,
& functionibus veniebant post Clerum, vt ex
Palladio, Clemente, & Epifanio, ac alijs pro-
bat *Ioan. Dart. vbi supra cap. 8. sub §. 1.* & tanquam
alij Laici soluebant de laboribus suis decimas
Ecclesiæ, *gloss. in verb. laborum, in cap. ex parte, il
primo de decimis:* imò neque poterant antiquitus
43 clericari, vt latè probant Cardinales Cycada,
Saracenus, & Scottus in relationibus factis Pio
Papæ Quarto in causa Præcedentiæ inter Cle-
ricos Regulares, & Monacos, quæ impressæ
reperiuntur apud *Tamburin. de iure Abbat. tom. 1.
disput. 25. §. Monaci verò num. 291.* vbi dicitur,
quod licet Religiosi hodie fiant Clerici, hoc
non est ex sua institutione, sed per accidens, &
*nu. 292. vers. 2. vbi ex Canone à Subdiacono distinct.
93.* firmatur, quod quilibet simplex hostiarius
præferendus esset Abbati Monacorum; vnde
scandalosa res est, quod qui non sunt de Hie-
rarchia Ecclesiastica, & tantam profitentur
humilitatem, prætendant hodie se interere in-
ter illos de Hierarchia Ecclesiastica, & quod
plus est Prælatos Referendarios, tantis præ-
rogatiuis decoratos, præcedere.

Ex quibus colligitur Referendarios in quo-
libet actu præcedere debere Generalibus, sed
eò facilius in Processione Sanctissimi Corpo-
ris Christi ex duplici irrefragabili fundamento

Primum est, quod Referendarij in dicta
Processione interueniunt, repræsentantes to-
tam Signaturam Gratiæ, & Iustitiæ, cuius
44 Tribunalis Maiestas, & Dignitas à nemine
ignoratur; Vnde dato etiam, quod Referen-

darij

darij, vti ſinguli minus digni eſſent, quam
Generales (quod eſt falſiſſimum) attamen
45 maior dignitas cedere debet, quando con-
currit com Collegio, & Corpore, quod ma-
gis dignum eſt, *Menoch.conſil.52. numer.143. &
conſil.902. nu.51.verſ.ita quoque Grat. diſcept.111.
num.10.& ſeq.Barboſ.de Canon.cap.13.nu.63. D.de
Luca de prabeminent.diſcurſ.57. nu.5.& diſcurſ. 21.
nu.9.Addent.ad Buratt.dec.903.num.16. Rota decíſ.
254. num.28. par.10. recent. Rota in Amporien, &
Ciuitaten.pracedentia* 19. *Aprilis* 1660.*coram Mel-
tio* §.

Alterum eſt, quod poſt Sanctiſſimum Do-
minum Noſtrum ſequuntur Prothonotarij, &
poſt eos Referendarij conſtituentes vnum
46 Corpus; Vndè monſtruoſum eſſet inter Præ-
latos, & membra Cleri Sæcularis inſerere, &
interponere perſonas Clerj Regularis, & Cle-
rum Sæcularem à ſuo Capite diuidere, & in-
terſecare contra diſpoſitionem iuris commu-
nis, de qua in Pampilonen. antelationum 10.
May 1577.*coram Cardin. Lancellott. relat.à Rubeo
tom.2.ſingul.par.4.num.64.& ſeq.fol.*491.& decre-
uit Sacra Congregatio Epiſcoporum, & Re-
gularium in Turitana 24. Nouembris 1617.*re-
lat.à Barboſ.in collect.deciſ.apoſt.*172. *verb. Clerum
nu.*10.*optimè Rota in Oppiden.Proceſſionum* 18.*Maij*
1646. *coram Veroſpio, vbi latiſſimè* Imò ne inter-
rumpatur ordo Eccleſiaſticus in Proceſſioni-
47 bus, non eſt nouum, quod Minores præfe-
rantur Maioribus, vt de Canonicis Cathedra-
lis, qui præferuntur Abbatibus, licet Abbates
ſint in maiori dignitate conſtituti, *Michael
Ferr.de precedent. quæſt.1. nu.6. in fine, Tambur.de
iur.Abbat.tom.1.diſp.25.quæſt.2.num.*19.

Nec videntur obſtare plura obiecta, quæ
andiui adduci à Parte aduerſa, nempè quod
Generales in Cappella Sanctiſſimi Domini No-
ſtri Papæ præcedunt, & conſequenter præce-
dere debeant etiam in Proceſſionibus; Secun-
dum, quod in nonnullis Rotulis Magiſtro-
rum Cœremoniarum priùs nominati appa-
reant Generales, & poſtea Referendarij. Ter-
tium, quia nonnulli Patres Generales præten-
dunt eſſe Hiſpaniarum Magnates, ex eo quia
coram Sereniſſimo Catholico Rege, vt ma-
gnates Caput operiunt; Quartum, quod Ge-
nerales habent maximam Iuriſdictionem;
Quintum, quod Generales in Promotionibus
anteponuntur Prothonotarijs, & Referen-
darijs.

48 Nam reſpondetur, quod ex præcedentia in
Cappella, & Concilijs deſumi non poteſt præ-
cedentia in alijs locis, iuxta communiſſimam
opinionem, de qua *Iacobatius de Concil.lib.1.art.
1.num.113.poſt med.in tract.tom.13. fol.197. par.1.
Contelor.de praeced.num.59. & 63.Merlin. dec.779.
nu.6.Rota dec.865. num.7. par.4.diuerſ.& dec.254.
num. 27. par. 10. recentior.* Nec eſt bona conſe-
quentia Generales præcedunt in Cappella,
quia ſunt in quaſi poſſeſſione ibi præcedendi,
ergo præcedere debent in Proceſſionibus, in
quibus Referendarij probant ſpecialiſſimam
eorum quaſi poſſeſſionem præcedendi, vt ſu-
49 pra fuit dictum, nec valet argumentum de
loco ad locum; quando habemus ſpecialem
poſſeſſionem præcedendi in alio loco, *Poſth.
de manut. obſeru. 73. numer. 172.*

Et vtinam ſeruaretur à Patribus Generali-
bus ordo Cappellæ in Proceſſione, nam talis
controuerſia ſuborta non eſſet; Ipſi enim ſunt
illi, qui eiuſdem Cappellæ ordinem interuer-
tunt, & non ſeruant, & exclamant, quod Or-
do Cappellæ ſeruetur à Referendarijs, & ab
alijs; Si enim in Proceſſione Sanctiſſimi Cor-
poris Chriſti ſeruandus eſſet ordo Cappellæ,
deberent Generales, non poſt Papam incedere
ſed ante Papam ire immediatè ante Epiſcopos
vt fit in die Cinerum, & Palmarum, in qui-
bus diebus in Cappella incedunt immediatè
cum Epiſcopis; Procedant igitur Generales in
hac Proceſſione, iuxta modum, & Ordinem
Cappellæ, & ſi ipſi incedere nolunt, vel non
poſſunt, quia non ſunt parati, & intendant
poſt Papam venire, fateantur, quod in Pro-
ceſſione Sanctiſſimi Corporis Chriſti non ſer-
uatur ordo Cappellæ, cum ab ipſiſmet peni-
tus deſtruatur, & euertatur.

Cum maximè in progreſſu militet diuerſa
ratio, nam in Cappella Papæ, quia Religiones
ibi eſſe non poſſunt, per Generales repræſen-
tantur; In Proceſſione verò non eſt neceſsè,
quod repræſententur per Generales; Nam ibi
Religiones habent, & incedunt in eatum loco,
& ne ſequatur abſurdum, quod Corpus ſepa-
retur à membris ordinandum eſſet, quod Ge-
nerales incedant cum eorum Religionibus,
cum monſtruoſum ſit membra Religionis in
50 principio, & caput eiuſdem Religionis in fi-
ne Proceſſionis poſt Sanctiſſimum Dominum
Noſtrum videre, optimè *Coccin. dec. 1731. nu.
4. & 5.*

Ad ſecundum ſuper prætenſis Rotulis vni-
ca reſponſione obiectum tollitur, animaduer-
51 tendo, quod Nos verſamur in Iudicio petito-
rio, in quo non merentur allegari, quia Sum-
mi Pontifices illos ſubſcribendo ſemper ſe de-
clararunt per iſtos Rotulos nemini intellexiſſe
in petitorio præiudicare, ita vt quoad Ius præ-
cedentiæ cuique illæſum remaneat, vt videre
eſt in dictis Rotulis exaduerſo allegatis apud
Mucant. Cœremoniarum Magiſtrum in
Diarijs de anno 1575. fol.mihi 266. ac in om-
nibus qui allegari poſſunt; Vltra quod iſti Ro-
tuli fiunt a Magiſtris Cœremoniarum, qui la-
52 buntur ſæpè in plures errores, prout fecerunt
in Canonizatione quinque Sanctorum à San-
ctiſſimo Domino Noſtro nouiſſimè facta; In
Rotulo enim prius poſuerunt Dominos Ab-
breuiatores, & poſtea DD. Votantes, & quis
non vidit, quod in Proceſſione præceſſerunt,
vt debebant DD. mei Votantes?

Et in omnem caſum Rotuli, qui afferuntur
emanati ante annum 1575. non obſtant, quia
de Referendarijs Prælatis non loquuntur; poſt
ponunt enim in Cathalogo Proceſſionis Refe-
rendarios Generalibus, ſed loquuntur de Re-
53 ferendarijs non Prælatis, ibi *Generales Ordinum:*
deinde: *Referendarij non Prælati*, & damus ma-
nus, quod ſi in Curia hodie reperiuntur, vt
prius Referendarij non Prælati, poſtponantur
Generalibus, & non ſine ratione docti Illi an-
tiqui Magiſtri Cœremoniatũ addiderunt ver-
ba: *non Prælati*: ad differentiam illorum, qui
erant

erant Prælati, qui secundum Cœremoniale Romanum, tanquam Prælati ante Generales præcedere debebant, vt fuit probatum in §. *Sed etiam* animaduertendo, quod tempore antiquorum Rotulorum aderant Referendarij Prælati, vt constat ex Constitutione Pauli III.
54 emanata de anno 1540. Et sic intelligendus est Rotulus, & Motus proprius Gregorii XIII. à Patribus Generalibus allegatus de anno 1575 cum ipsemet Pontifex subscribendo Rotulum anno antecedenti 1574. in eo expresse habetur, quod solum *Referendarij non Prælati* postponerentur, qui Rotulus reperitur registratus in manuscriptis Præfati Muccantij Magistri Cœremoniarum in Festo Corporis Christi anno 1574. fol. mihi 175. Vnde Motus proprius subsequens anni 1575. loquens de Referendariis in genere, debet intelligi de Referendariis non Prælatis, de quibus loquutus est Pontifex in Motu proprio antecedentis anni 1574. Cum Lex, siue Motus proprius subsequens declarari debeat à Lege, & Motu proprio antecedenti, iuxta vulgatas regulas.

Moderniores verò non sunt attendendi, quia non fuerunt obseruati, vt de decreto Congre-
55 gationis Rituum super præcedentia in Cappella non obseruato, nec executo dixit *Pignatell. Consult.* 104. *num.* 24. *versic. quam,* & illis non obstantibus semper in Processione Referendarij præcesserunt Generales, vt fuit iustificatum fortasse, quia inuenti sunt erronei, nam facile erat Patribus Generalibus illos obseruari facere, recurrendo ad Eminentissimum Cardinalem Priorem Diaconum, & Illustrissimum Gubernatorem Vrbis, qui in Porta Palatij Apostolici in die Processionis sedent tanquam deputati Executores Rotulorum, & quod plus est, si considerari deberent, tanquam leges (quod expresse negatur) stante in obseruantia illorum non essent attendendi, vt de Bulla Gregorij XIII. præscribente ordinem, & præheminentiam Religionibus in Processionibus *Manriq. de præcedent. quest.* 45. *num.* 7. *&* 10. Vbi
56 attenditur consuetudo contraria ex lapsu decennij probata, non obstante tali Bulla Apostolica, & ratio est, quia in Processionibus sola consuetudo etiam si sit expresse contra Ius seruanda est, vt latè probatum fuit in §. *Cum hac*, & optimè *Rota dec.* 32. *num.* 8 *& dec.* 33. *nu.* 5 *& seq. post Posth. de manut.*

Ad Tertium dicitur, quod est contra humilitatem, quam profitentur Generales prætendere se esse Hispaniarum Magnates, quia hoc non est indubitanter verum, nec est bona con-
57 sequentia operiunt Caput, dum alloquuntur Serenissimum Catholicum Regem, ergo sunt Magnates; Nam licet operire Caput sit qualitas Annexa Magnatibus; Attamen alia requiruntur ad constituendum aliquem Magnatem quia coram Rege Nuncius Sanctissimi Domini Nostri, Indiarum Patriarcha, cæterique Archiepiscopi Caput operiunt, & tamen nemo prætendit illos esse constitutos Magnates, & quod Reuerendissimi Generales Prædicatorum, & Sancti Francisci non sint constituti
58 Magnates, per has, & alias rationes in puncto latissimè probat Alonz. Carillus de origine, & dignitate Magnat. de Castiglia in discurs. 3. fol. 17. §. Sin enuargo, cuius verba sunt hæc; *Sin enuargo de que el comun modo de significar la merced, que el Rey haze de la Grandeza, es con la palabra, Cubrios, y el Señor titulado, V. otro, a quien se manda cubrir queda constituido en aquel grado absolutamente; es de aduertir, que si no se expressa el decreto en que se haze la merced, ò si el sugeto aquien el Rey dize Cubrios, no tiene la aptitud, y disposicion, que pide la naturaleza deste grado por si sola la prerogatiua de Cubrirse, no imprime el Caratter principal de grande, por ser la Conbertura vna parte que puede subsistir sin el todo de la grandeza, compuesto de muchas, pero diuisibiles, y que se ven separadas, y de por si en diferentes personas, a quien el Rey las distribuie, como fuente, y origen de quien proceden todos los honores, y dignidades.*

Es permitido Cubrirse, en presencia del Rey à ciertas personas assi Ecclesiasticas, como seculares, que ni por si, ni por sus dignidades tienen otro tratamiento de Grandeza, sino este solo (exceptos los Cardenales, que gozan de maiores prerrogatiuas, y se Cubren) como tambien el Nuncio de Sua Santidad en estos Reinos, el Patriarca de las Yndias, los dos Generales de las Religiones de Sancto Domingo, y San Francisco, y San Francisco, y los Embaxadores que tienen assiento en la Capilla.

Et certè hæc prærogatiua non constituit Magnates, nam etiam, vt audiui, Reuerendissimi Generales Augustinianus, & Carmelitanus Caput operiunt coram Rege, & tamen non prætendunt se esse Magnates, imò etiam hunc honorem sæpè sæpius Inuictissimus Carolus V. exhibuit Sancto Francisco Borgiæ Societa-
59 tis Iesu Generali, sed ipse Religiosa humilitate istis Generalibus imitanda, constantissimè recusauit, *idem Alonz. de Castiglia vbi sup. discurs.* 4. *fol. mihi* 25. vbi proponitur an admirabilior esset, vel tanti Imperatoris pietas, vel eiusdem Sancti Francisci humilitas.

Sed frustra in hoc immoramur, nam licet ad Sydera extollenda sit Austriacæ Domus erga Ecclesiam Dei innata pietas, attamen à laicorum vsibus, & consuetudine regulandus non est ordo seruandus circa præcedentiam inter Ecclesiasticos, inter quos nunquam vidi in Romana Curia aliquem dedisse Generalibus præheminentias dari solitas Hispaniarum Magnatibus; Ab Ecclesiasticis enim & præcipuè
60 ab Eminentiss. Cardinalibus, & non a Regibus exempla sumenda sunt in hac materia præcedentiæ inter Ecclesiasticos, & hoc vnum sufficit ad destruendum hoc Generalium aereum fundamentum.

Circa verò, quod Generalis Prædicatorum sit in quasi possessione præcedendi, allegari nō potest, quia præceptum, quod præcederet oretenus datum, & obtentum à Munificentissimo Principe Clemente IX. emanauit cum supposito, quod non haberet difficultatem, & inaudita Prælatura, quæ si sua iura deduxisset, vtique Iustissimus ille Pontifex hoc non permisisset, & non video quomodo hoc exemplum allegetur ab alijs Generalibus contra
61 Regulam, quod in præcedentiis gratia vni concessa, non potest, nec allegari ab alijs, *Pignatellus to. sult.* 104. *nu.* 19.

Ad

Ad quartum de maioritate Iuriſdictionis Generalium, & numeroſitate Fratrum, quibus imperant, omiſſo, quod eorum Iuriſdictio non eſt Monarchica, ſed vel Ariſtocratica, vel ſaltem mixta, cum punire, & præmiare non poſſint Generales de per ſe, ſed de Voto
62 Definitorum, maximè in rebus grauis momenti, vt de Generali Carmelitarum teſtatur *Lezzana in Mari Magno dictæ Religionis cap. 2. n. 56. & Oper. moral. tom. 2. cap. 13. num. 16. & 21. Rodriguez quæſt. Regul. tom. 2. quæſt. 46. artic. 2.* Et omiſſo etiam, quod Referendarij dant Votum in Cauſis totius Orbis, ac etiam in cauſis eorumdemmet Generalium, quod Superioritatem ſuper eiſdem Generalibus præſefert, vt probaui in §. *Rurſus*, Certum eſt, quod ex
63 maioritate Iuriſdictionis non arguitur maior dignitas, vel preheminentia, vt in indiuiduo obiecto reſpondet *Grat. diſcept. 845. num. 37. Menoch. conſil. 257. num. 59.* Vbi affertur ſimile de
64 Iudice delegato, qui præfertur Ordinario habenti maiorem Iuriſdictionem, maximè quan-
65 do habens minorem Iuriſdictionem iam reperitur in poſſeſſione præcedendi, quo caſu maior Iuriſdictio in altero exiſtens, non poteſt auferre alteri Ius quæſitum, *Portius conſil. 167. num. 51. 52. & 53.* Vbi ſi dominium, & Iuriſdictio alicuius Ducis, vel Regis valdè creſceret, non per hoc iſte Rex, vel iſte Dux præcedere deberet Regem Galliæ, qui eoſdem in poſſeſſione præcedendi per antea reperitur, *Decian. conſil. 19. num. 207. & ſeq. lib. 3.* Vbi non ex eo,
66 quod Epiſcopus habet maiorem Diœceſim, & maiorem numerum Subditorum dicitur altero Epiſcopo dignior per *Text. clarum in capit. legimus 93. diſtinct. & latè exornat Maſtrill. de Magiſtr. lib. 4. cap. 14. à nu. 18. & ſequent.*

Doctores enim, qui fortaſsè allegari poterunt in contrarium, intelligi debent, quod
67 qui habent maiorem Iuriſdictionem præferendi ſint, quando ſunt in loco eorum Iuriſdictionis, ſecus alibi, vt diſtinguendo firmat *Menoch. dicto conſil. 51. num. 56. & melius in conſil. 267. nu. 60 & ſequent.* Vnde obiectum fortaſſe applicaretur quando eſſemus in Clauſtris Monaſteriorum, in quibus reſtricta eſt Generalium Iuriſdictio, *Merlin. deciſ. 153. num. 4.* & quatenus iſta qualitas maioris Iuriſdictionis extra Conuentum conſiderari deberet (quod negatur) præſeferret fortaſſe præcedentiam, quando cum Referendarijs cœteræ qualitates, & prærogatiuæ
68 eſſent pares, ſecus in caſu noſtro, in quo ex ſuperius probatis clarè conſtat in Referendarijs maiores adeſſe prærogatiuas, quam in Generalibus; Vndè nullius ponderis remanet prætenſa maioritas Iuriſdictionis *Port. dicto conſil. 167. num. 101. Menoch. conſil. 51. num. 52.*

Rurſus vim fortaſſe obiectum haberet, quando quæſtio ſuper præcedentia verſaretur
69 inter perſonas eiuſdem Sferæ, & Hyerarchiæ, Secus autem quando agitur de præcedentia inter Clericos de vera Hyerarchia Eccleſiaſtica; Cum etiam minus dignus de Hierarchia ſeculari prǽferendus eſt maiori de Hierarchia Regulari, vt probaui.

Tandem non merebatur adduci, quod in Promotionibus Cardinalium Generales reperiuntur prius nominati, quam Prothonotarij & Referendarij, vt de pleniſſima Promotione illa facta à Leone X. teſtatur *Ciaccon.*

Quia Ciacconius errauit, ponendo in Cathalogo Promotionis poſt Generales duos Prothonotarios Presbyteros Cardinales creatos, nam ex Diarijs Paridis *de Graſſ. fol. mihi 221.* conſtat, quod omnes Prothonotarij creati Cardinales in ordine Presbyteratus, fuerunt antepoſiti Generalibus Ordinum in illa Promotione, & ſi aliqui fuerunt poſtpoſiti, hoc ſucceſſit, quia fuerunt creati Cardinales Diaconi, vt conſtat ex eiſdem Diarijs fol. mihi 226. Vbi apparet omnes iſtos Prothonotarios poſtpoſitos habuiſſe ab eodem Leone Diaconias, non Eccleſias Presbyterales; Vitra quod non conſtat, quod illi Prothonotarij eſſent de numero Participantium, qui dumtaxat, tanquam Prælati præferuntur, & certè non poteſt fieri fundamentum in Promotionibus, cum Papæ multoties ordinem Dignitatis in creatione Cardinalium non ſeruauerint, plura de his exempla afferri poſſent, ſed ſufficit citare eundem *Ciaccon. fol.* 1464. in Promotione de anno 1527 à Clemente Septimo facta, in qua non ſolum anteponuntur Archiepiſcopi Marino Grimano, qui erat Patriarcha, ſed Epiſcopus Archiepiſcopis, & Franciſcus Quignonus Religioſus Fratrum Minorum multis Epiſcopis, & Archiepiſcopis:

Hæc vt muneri ab Illuſtriſſimis DD. meis Referendarijs mihi impoſito ſatisfaciam, & vt Iura mei Collegij pro viribus meis defendam iuxta monitum Iuris Conſulti in *l. obſeruandum 19. in fine, de officio Præſidis, & in l. 1. & tot. titul. C. vt dignit. ord. ſeruetur* in vnum collegi, vt appareat noſtram communem Cauſam bonum Ius fouere, & cum hoc Iuſtitiæ fomento, non ſolum præheminentias, & Priuilegia noſtro Ordini à Paulo Tertio Pontifice Romano conceſſa, Sanctiſſimum Dominum Noſtrum Clementem Decimum eiuſdem Pontificis, & Succeſſorem, & Conciuem digniſſimum conſeruaturum, ſed etiam ampliaturum eſſe ſperandum.

Antonius Altouitus Vtriuſque Signat. Referendarius.

EIVSDEM R.P.D. ANTONII ALTOVITI

In cauſa Romana Aſſociationis.

ARGVMENTVM

Fructus in iudicio vtilis Saluiani, vel aſſociationis à tertio poſſeſſore reſtituendos eſſe non à die motæ litis, ſed obtentæ per actorem actualis immiſſionis, quando iudicium intentatur principaliter pro conſequendis dumtaxat fructibus rei, & non ipſamet re.

SVMMARIVM.

1 *In iudicio Saluiani, vel associationis fructus debentur non à die immissionis, sed motæ litis.*

2 *In interdictis possessorijs fructus veniunt à die motæ litis.*

3 *Supradicta conclusio procedit, quando intentatur iudicium pro auocanda ipsa re, secus quando dumtaxat intentatur pro consequendis fructibus.*

4 L. si fundus §. in vendicatione de pignor. *examinatur, eiusque dispositionem firmatur procedere, quando Saluianum intentatur contra Debitorem, secus contra tertium Possessorem.*

5 *Litis contestatio non operatur, vt tertius Possessor teneatur ad restitutionem fructuum à die motæ litis, quando iudicium intentatur pro consequendis dumtaxat fructibus, & non ipsa re.*

6 *Quæ dicuntur de Saluiano in hac materia, procedant etiam in associatione.*

VOTVM IX.

LICET intentato iudicio Saluiani interdicti, seù associationis pro credito cum hy-
1 potheca fructus à Reo conuento non à die immissionis, & associationis, sed à die motæ litis deberi voluerint *Honded. cons.* 25. *numer.* 5. *lib.* 2. *Posth. quæst. ciuil.* 123. *numer.* 14. *Camuncul. decis.* 22. *num.* 2. *Franch. decis.* 920. *num.* 5. *tom.* 2. *Merlin. Pignatell. controu.* 24. *per tot. tom.* 1. *Scapucc. de Salu. lib.* 3. *quæst.* 8. *num.* 1. & in terminis associationis *Rot. in rec. par.* 9. *tom.* 2. *decis.* 455. *nu.* 5. ea quidem ratione, quia in interdictis in actio-
2 ne hypothecaria, & in quocumque iudicio possessorio per *l.* 3. *ff. de interdict. & in l. si fundus* 16. §. *in vendicatione vers. interdum ff. de Pignor.* veniunt fructus à die motæ litis ob malam fidem, in qua constituitur Possessor ab illa die, cum non sit æquum, quod Possessor per tantum temporis spatium iniustè impediendo, & differendo associationem, & immissionem in Saluiano, priuet Actorem illis fructibus, quos cessantibus dictis impedimentis, vtique percepisset.

Attamen prædicta conclusio non est sim-
3 pliciter admittenda, sed in illo casu dumtaxat, quo intentatur actio pro consequenda ipsa re debita Actori, & cuius ipse habet dominium, quo casu auocatis bonis à Possessore, Reo conuento, fructus veniunt accessoriè cum ipsa re vsque à die motæ litis; secus autem quando intentatur Saluianum, vel associatio non pro consequenda ipsa re principali, & auocando, ac vendicando dominio, & possessione eiusdē rei, sed principaliter agitur pro fructibus eiusdem rei consequendis, quia cum principaliter fructus sint in obligatione, ipsi non debentur, nisi à die, in qua res petita per sententiam à Iudice conceditur iuxta distinctionem *Rota in Romana locorum Montium* 27. *Nouembris* 1627. *coram bo. mem. Pirouano*, quam approbat, & sequitur *eadem Rota in Vrbenetana Census* 6. *Iunij* 1640. *coram Reuerendiss. Episcopo Imolen.* impressa *post Posth. de manut. decis.* 156. *num.* 12. & confirmant *Ger. Spin. cons.* 57. *à num.* 15. *vsque ad fin.* & meliùs *cons.* 58. *numer.* 8. *vsque ad fin de Marta. in addit. ad decis.* 560. *Rouerter. numer.* 4. *Sanfelic. decis.* 119. *num.* 10. *Marcian. lib.* 2. *disput.* 58. *à nu.* 16. *vsque ad fin. & num.* 19. vbi examinat omnes leges, per quas videtur probari, quod fructus debeantur à die motæ litis, & demonstrat nullam loqui in casu, quo intentatur Saluianum, vel actio hypothecaria pro consequendis fructibus, sed dumtaxat quando vindicatur dominium, & possessio formalis de manu Rei conuenti Possessoris.

Et licet aliqui DD. voluerint supradictum
4 *Text. in l. si fundus* 16. §. *in vendicatione vers. interdum ff. de pignor.* disponere, quod fructus debeantur à die motæ litis in iudicio hypothecario, attamen vel Textus iste est intelligendus, quando ipsemet Debitor auocat per Rei vendicationem pignus de manu Creditoris, vt probat *Marcian. dict. disput.* 58. *num.* 21. *Sanfelic. decis.* 119. *nu.* 10. *lib.* 1. vel intelligendus est, sicut illum intelligit ibi *glos. in verb. interdum* quod scilicet habeat locum, quando intentatur Saluianum contra Debitorem, & eius heredes, quia tunc fructus sunt in obligatione; secus autem quando Saluianum intentatur contra tertium possessorem, & agitur de fructibus, qui nullo modo fuerunt in dominio Debitoris, vel eius hæredis, & hanc distinctionem glossæ comprobat *Sanfelic. vbi supra n.* 10. *& Marcian. num.* 21. 47. 48. 50. *&* 57. vbi declarat, & reprobat *Merlin. alleg. controu.* 24. *& Cenc. de Cens.* aliter tenentes quoad hypothecam fructibus Census super fundo censito.

Nec litis contestatio operatur malam fidem
5 in Possessore, quando intentatur Saluianum, siuè associatio; nàm potiùs litis contestatio confirmat Possessorem Reum conuentum in bona fide, quia in his Iudicijs Actor concludit pernecesse bonà fuisse Authoris Rei conuenti, qui non obstante clausula constituti, & præcarij ad fauorem Actoris antecedenter apposita, potuit in ipsum tertium Possessorem transferre dominium, quo mediante ipse tertius Possessor facit fructus suos, cùm fructus sequantur dominium, nec per motum iudicium auocatur ab ipso dominium, & possessio, ità, & taliter, quod sciat, vel suspicetur rem non esse suam, prout succedit, quando intentatur Rei vindicatio, vel actio, quæ auocat cum possessione dominium, ità latissimè *Sanfelic. decis.* 119. *num.* 7. *vsque ad fin. lib.* 1. *Marcian. disput.* 58. *num.* 16. *& num.* 24. *vers. remanet, & per tot. lib.* 2. *lib.* 2. cum pluribus alijs ibi allegatis, quos breuitatis gratia non transcribo.

Et licèt supradictæ auctoritates loquantur in hypothecaria, Saluiano, & assistentia, in quibus non petitur ipsa res, nec competit actio realis, sed tantùm personalis pro conse-
6 quendis fructibus, vt aduertit *Ger. Spin. cons.* 58. *num.* 10. *&* 11. Attamen istamet ratio militat etiam in mandato de associando pro credito per quod petitur ab Actore associari ad fundum, donec de credito ex fructibus sibi satisfiat vt aduertit *Ridolphin. in prax. par.* 2. *cap.* 5. *num.* 15. *&* 16. vbi datur formula mandati de associando.

Et ità, prout aliàs iudicaui, sum in Voto.

Antonius Altonitus &c.

RESO-

RESOLVTIO

In Cauſa

ROMANA SVCCESSIONIS

Coram Excellentiſſimo Domino

VESPIGNANO

Iudice ordinario Reu. Fab. S. Petri

Capta in Congregatione Generali Eminentiſſimorum DD. Cardinalium, & Prælatorum Eiuſdem Reu. Fabricæ Habita die 25. Septemb. 1675.

ARGVMENTVM.

Arrogatus an Succedat Tranſuerſalibùs, & de Requiſitis neceſſarijs ad Arrogationem ad ſingularem explicationem textus *in l. Cum in Adoptiuis C. de Adoption.* Breue ex quibus iuſtificetur, vel reſtringatur. Bulla *B. Pij V. de illegitim.* quando non intret.

SVMMARIVM.

1 *Arrogatus ſuccedit Patri Arroganti, & omnibus eius Agnatis, & ille ei.*

2 Lex 2. ff. de ſuis & legitim. *fuit correcta per Ius nouum* in l. cũ in Adoptiuis C. de Adoption.

3 *Declara quoad Adoptiuos in ſpecie, non autem quoad Arrogatos.*

4 *Adoptio fit de homine ſub patria poteſtante exiſtente, Arrogatio de homine libero cum authoritate Principis.*

5 *Arrogatus efficitur propriè filius, & habet omnia Iura, quæ habet filius legitimus, & naturalis.*

6 *Patri Arrogatori ab inteſtato ſuccedit, & cõcurrit vna cum filiys legitimis, et naturalibus.*

7 *Et præfertur Aſcendentibus, et Collateralibus Arrogantis.*

8 *Debet ei relinqui quarta in teſtamento, alias habet Ius querelandi, prout legitimi.*

9 *Adoptatus in ſpecie non habet Ius querelandi ſi in teſtamento Patris prætereatur.*

10 *Agnationis, & cognationis differentia non fuit ſublata quoad coniunctos vinculo ciuili, nec in Arrogatis.*

11 *Prior in gradu remotiorem excludit tam de Iure nouo, quam de Iure antiquo.*

12 *Arrogatus cum paribus concurrit, et remotiores excludit.*

13 *Clauſula* ſeruatis ſeruãdis *aliquando equipollet clauſula* vocatis vocandis.

Et requirit citationem ibidem.

14 *Clauſula* ſeruatis ſeruandis *intelligitur de neceſſaryś ad actum.*

Maximè ſi non eſt adiuncta clauſula vocatis vocandis ibidem.

15 *Arrogationis requiſitum non eſt citatio Agnatorum; Sed illius requiſita recenſentur* ibidem.

16 *Clauſula* ſine alicuius præiudicio *comprehendit ius radicatum de tempore gratia nõ autem futurum.*

17 Soccin. Iun. conſ. 95. num. 92. & 93. lib. 3. *qualiter intelligendus.*

18 *Clauſula* ſine præiudicio venientium ab inteſtato *reſtringitur ad heredes ab inteſtato vſque ad quartum gradum.*

19 *Clauſula* Ita quod *iuxta ſubiectam materiam ſtat demonſtratiuè, & ampliatiuè.*

20 *Dictio* Ipſius *ſtat demonſtratiuè maximè ſi ſubſequantur verba id ſuadentia.*

21 *Arrogatio cũ clauſula* in omnibus, & per omnia *repugnat, quod reſtringatur.*

22 *Expreſſio bonorum paternorum dicitur facta cauſa frequentioris caſus ſuccedendi.*

23 *Filius quis non poteſt eſſe quoad vnum effectum, & quoad alium non.*

24 *Derogatio diſpoſitioni Iuris comunis eſt faciẽda ſpecifice, & expreſsè, & non ſufficit generales.*

25 *Gratia præſumitur iuſtificata.*

26 *Filius natus ante matrimonium per matrimonium ſubſequens tractatum, & agnitionem efficitur verè legitimus, & naturalis.*

27 *Bulla* B. Pij V. de illegitim. *non habet locum in Hæreditate laici.*

28 *Nec comprehendit clericos min. ordinum, licet habeat penſiones.*

29 *Arrogato oſtendenti arrogationem legitime factam non poteſt denegarè immiſſio.*

VOTVM X.

DEfuncto Gabriele de Pomis ab inteſtato cæpit poſſeſſionem illius bonorum Ioannes Angelus de Pomis vltra quartum gradum Agnatus cum ſolita clauſula ſine præiudicio habentium meliora iura.

Verum inſtante Ioanne Baptiſta filio Arrogato per quondam Chriſtophorum fratrem germanum Gabrielis ſibi concedi immiſſionem, & reaſſumpta cauſa vigore facultatum ab A. C. in Tribunali Reu. fabricæ ex priuilegio fori competenti dicto Ioanni Angelo inter eiuſdem fabricæ officiales deſcripto, ac exhibita etiã poſt eã ſpeciali commiſſione Sanctiſſimi, in qua mihi mandatum fuit, quod in hac cauſa procederem cum voto S. Congregationis generalis, Propoſui dubium, An d. Ioanni Baptiſtæ danda eſſet immiſſio die 5. Septembris 1674. & cauſa fuit tunc dilata, ſed Iterum propoſita die 27. Martij 1675. affirmatiue fuit reſolutum, ac deindè impetrata noua

audienSa in Cōgregatione habita die 24. Sep-
tembris eiusdem anni Eminentissimi D D. Ae-
terunt in decisis.

Ratio resolutionis principaliter fuit, quia
cum Ioannes Baptista reperiatur in quasi pos-
sessione filiationis quondam Christophori fra-
tris germani Gabrielis per arrogationem se-
quutam die 30. Decembris 1694, eidem de-
betur immissio ex interdicto, quorum bono-
rum tamquam d. Gabrielis proximiori, cùm
Arrogatus sit Agnatus Patri Arroganti, eius-
1 que Agnatis, illisque succedat, sicut è conuer-
so ipsi agnati arrogato succedunt iuxta dispo-
sitionem tex. *in l. 2. §. hereditas proximo ff. de su-*
& legitim. hered. ibi nam qui adoptatur, iisdem fit
agnatus, quibus Pater ipsius fuit, & legitimam eorum
hæreditatem habebit, vel ipsi eius glos. in l. qui in
adoptionem 23. verbò agnascitur in fine ff. de adopt.
per quē Text. ita tenent omnes Doctores com-
muniter, & signanter *Coras in repetit. eiusdem l.*
tom. 1. num. 3. vbi in specie, quod arrogatus suc-
cedit fratri Patris arrogatoris, *Aretin. in §. eos*
etiam num. 3. & in §. hoc loco pariter *num. 1 instit.*
de success. Cognator. Guyllelm. de benedict. in repe-
tit. cap. Raynutius verbo & vxorem nomine Adela-
siam decis. 5. num. 193. in fine Mattesylan. in eius
tract. de successiõn. ab intestat. 3. membr. 2. artic.
princip. num. 7. Oliuer. Tellor. eodem tractat. sub
num. 90. §. Pariter versic. si autem in tractat. diuers.
de successiõn. Guid. Torrian. inter cons. Accadem. il-
lustr. part. 3. cons 8. sub §. constat etiam vers. in qua
arrogatione etiā hodie seruatur, *Tholosan. synta-*
gmat. iur par. 3. lib. 45. cap. 11. num. 4 Iacob. Rick. de
vnion. prol. cap. 9. num. 47. Gell. de exception. in ru-
bric. sub num. 175. & titul. 4. de mort. ciuil. except.
4. num. 16. vsque ad 20. par. 1. Io. Harprecht. in §. 1.
sub num. 6. instit. de legitim. agnatar. successi. Gabr.
consil. 113. num. 21. Peregrin. consil. 5. num. 11. lib. 4
Michalor. de fratr. par. 3. cap. 20. num 29. Barry. de
successiõn. ab intestat. lib. 18. titul. 3. num. 10.

Nec releuare visum fuit, quod dicta lex se-
2 cunda fuerit correcta per nouam constitutionē
Iustiniani *in l. cum in adoptiuis Cod. de adoption.* in
qua filio adoptiuo reseruatur solūmodo suc-
cessio in bonis Patris adoptantis.

Quia correctio dictæ constitutionis intelligē-
da est solum de adoptiuis in specie, quia patria
potestate Patris naturalis transibant in potesta-
tem Patris adoptiui, à quo postea sæpius eman-
cipabantur, & vtraque successione priuati re-
3 manebant, cum in commodo ab Imperatore
fuit prouisum per d. constitutionem, vt latè
Arnold. Vinn. in §. sed ea omnia num. 1. & ibidem
Ioannes Harprecht. num. 1. & 2. Non autem ar-
rogatorum, in quibus nullum damnum consi-
derari poterat, & iura antiqua quò ad ipsos ar-
rogatos illæsa, & incorrecta reseruata fuerunt
vt habetur ad litteram ex eodem textu *in d. l.*
cum in adoptiuis §. final. ibi omnia quæ ad filium ar-
rogatum veteres legum latores introduxerunt intacta
illibataque in eorum personis reseruentur, & in §.
sed ea omnia in fine institut. de hereditat. quæ ab in-
test. defer. & ibi Vinn. & Io. Harprecht. in locis sua
pra citatis. Io. Baptista Seurus ibidem num. 6. & 7.
idem Harprecht in §. sed hodie n. 3. instit. de adopt.
Brunneman. in d. l. cum in adoptiuis §. 4. num. 6.
Cuiacc. in Commentar ad tit. Cod. tom. 3. in d. l. cum
in adoptiuis in fine Vigel. in §. Adoptiui num. 1 instit.
de exhæredat. liber. Angel. in d. l. cum in adoptiuis n. 4.
vers. nota quod in filio Arrogato nihil est hodie immu-
tatum, & ibidem Salicet. in §. fin. Bald. in eadem
l. in § quæ in filio numer. 4 in fine Manz. de testa-
ment. til. 8. num. 224. & Barry ubi supra eodem n. 13.

Maxima enim differentia ponderata fuit in-
ter Adoptiuos, & Arrogatos, quamuis sæ-
pius hæc nomina per aliquos scriptores con-
fundantur, quia adoptio fit de homine sub pa-
tria potestate Patris naturalis existente, & ar-
rogatio fit auctoritate Principis met de homi-
ne libero, & sui iuris §. *adoptio institut. de ado-*
ption. & l. 1 ff. de adoption. Rursus filius arroga-
5 tus efficitur verè & propriè filius, & habet
omnia iura, quæ habent filii naturales, & le-
gitimi iuxta doctrinam *Bald. in l. cum in ado-*
ptiuis num. 2. C. de adopt. Soccin. Iun. consil. 32. n. 4.
lib. 1. Merlin. de legitim. lib. 1. tit. 2. quæst. 2. num. 2.
vbi quod Arrogatus dicitur verè filius arrogatoris, &
naturali æquiparatur, Torr. de pact. futur. successi.
lib. 2. capit. 44. num. 16, Robl. de repræsentat. lib. 2.
cap. 8. n. 2. et dicitur suus, et habet iura suitatis, Are-
tin. in §. sed ea omnia num. 7. inst. t. de legit. agnat.
success. ibi aut loquimur de filiis Arrogatis Gall. de
except. in rubric. num. 28. et 29. & Patri Arroganti
ab intestato succedit, & si concurrunt illius fi-
6 lii legitimi, & naturales vna cum illis succedit
Gall. vbi supra in rubric. num. 24. Michalor. de fratr.
par. 3. cap. 20. num. 26. Graff. de success. par. 2. §. suc-
cessio ab intestato quæst. 21. num. 1. vers. secundo casu,
Bos. de patr. potest. cap. 1. §. 17. n. 62. Gabr. cons. 113.
num. 3. lib. 1. Giballin. de vniuers. rer. human. negot.
tom. 2. lib. 5. cap. 9. art. 3. num 1. Molin. de iust. et iur.
tom. 1. disput. 227. §. quandò Arrogator. & præfer-
7 tur ascendentibus, & Collateralibus Arrogan-
tis, *Oliuer. Testor. de success. ab intest. num. 48. Pe-*
regrin. cons. 95. num. 1. lib. 1. Molin. d. disput. 227. §.
quando Arrogator, versic. liberi. autem Arrogati, &
8 Pater faciendo testamentum tenetur illi relin-
quere quartā; aliàs habet ius quærelandi prout
filii legitimi, *Gabr. d. cons. 113. num. 21. Mangil.*
de imput. quæst 9. num. 17. Peregin. de fideicomm. artic.
36. num. 42. Merlin. de legit. lib. 1. tit. 2. quæst. 2. n. 4.
9 *et seq.* quod non procedit in simplici adoptato
in specie, cui Pater nihil tenetur testamento
relinquere, & si prætereatur non habet ius
quærelandi, *Peregrin. vbi supra num. 43. et Merlin.*
dict. quæst. 2. num. 16, et 17.

Nec proinde visa fuit applicari ponderatio,
quod hodie sublata sit omnis differētia Agna-
tionis, & Cognationis, à scribentibus pro Io-
anne Angelo excitata, quia vltra quod ista dif-
ferentia sublata fuit solum quo ad coniunctos
10 vinculo naturali, non autem quo ad Arroga-
tos coniūctos vinculo ciuili respectu quorum
etiam hodie viget differentia Agnationis, &
Cognationis, iuxta dispositionē iuris antiqui,
quod pariter in hoc quo ad Arrogatos manet
incorrectum, & intactum, vt aduertunt *Aretin.*
in §. eos num. 3. versic. quo ad istum passum instit. de
success. cognat. et Matthesylan. in eius tract. de suc-
cess. ab intestat. 3. membr. 3. art. principalis num. 7.
Oliuer. Testor. eodem tract. n. 90. sub §. et sic patet
11 &c. Placuit responsio, quod si tam de iure
antiquo, quam de iure nouo prior in gradu
excludit remotiorem iuxta Text. express. in §.

si verò

ſi verò neque fratres neque filios fratrum Authent. de
12 hæred. ab inteſt. venient. ita hæc iuris diſpoſitio
habet locum etiam in Arrogatis, qui cum pa-
tribus in gradu concurrunt, vt fuit dictum, &
remotiores ſemper excludunt Oliuer. Teſtor. de
ſucceſſ. ad inteſt. num. 23. Piccard. in §. 4. num. 6.
inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt. defer. Gaballin. vbi
ſupra d. artic. 3. eod. num. 1. & alij ſupra allegati.
Minus obſtare dictum fuit, quod in Breui
13 S. M. Innocentij Decimi directo Senatori Vr-
bis reperiatur clauſula ſeruatis ſeruandis, quæ ali-
quando æqui pollet clauſulæ, vocatis vocandis.
Et ſic cum non fuerint citati Agnati Chriſto-
phori Arrogantis in exequutione d. Breuis re-
maneat nulla arrogatio iuxta allegata per Mart.
clauſ. 196. num. 5.
14 Quia clauſula illa ſeruatis ſeruandis intelli-
genda eſt de neceſſariis ad actum, vt explicat
Reuerendiſs. Pagnanus in cap. qui presbyterum n. 93.
& 98. de pœnitent. & remiſs. Menoch. conſ. 180. n. 13.
Ferdinand. de Caſtr. palaopep. moral. tom. 1. de legib.
tract. 3. diſput. 2. punct. 9. num. 3, maxime cum non
ſit adiuncta clauſula vocatis vocandis, Fagnan. vbi
proximè num. 96. & Rot. in Romana Primogenituræ
de Pariſanis 29. Maij 1664. coram Verospio §. ſuper
altera exceptione in fine.
15 Requiſita enim Arrogationis nõ continent
citationem Agnatorum, quorum nec con-
ſenſus requiritur ad text. expreſſ. in l. cum adoptio
7. ff. de adopt. et DD. communiter; ſed quod Ar-
rogator ſit ſexagenarius, & Arrogandus ſit ſui
iuris, & minor Arrogante decem, & octo an-
nis, & quod non adſit dolus vel turpis cauſa, &
alia, quæ recenſent Anton. Fabr. iur. prud. Papin.
t. tit. 11. de adopt. princ. 1. illat. 21. Gabr. conſil. 23.
num. 3. lib. 1. Corn. conſ. 34. num. 6. lib. 1. neque le-
gitur in formula Arrogationis regiſtrata per
Speculator. lib. 4. de cognat. legal. num. 0. et Saluſt.
Tiber. in formular. inſtrumentor. lib. 1. cap. 29.
16 Idem dictum fuit de clauſula ſine alicuius præ-
iudicio appoſita in d. Breui, quæ præſeruat ius
radicatum, & competens de tempore gratiæ,
ex actibus, ac cauſis de præterito, prout eſſet
ius ſuccedendi ex fideicommiſſo, emphyteuſi
vel feudo; non autem poteſt comprehendere
ſpem euentualem inexpectatæ ſucceſſionis ab
inteſtato, Corn. d. conſ. 34. num. 5. et 6. lib. 1. vbi
loquitur in puncto Matris habentis ſpem ſuc-
cedendi ab inteſtato Andreol. contr. 277. num. 66.
Surd. conſ. 398. n. 4. Rot. coram Coccin. deciſ. 500.
num. 5. & in his terminis intelligendus eſt Soc-
17 cin. Iun. conſ. 95. num. 92. et 93. lib. 3. qui loquitur
in legitimato à Principe, & habilitato ad feu-
da dignitatum.
Rurſus conſideratum fuit, quod etiam ſi
18 adeſſet clauſula ſine præiudicio venientium ab in-
teſtato, (quæ tamen in d. Breui non legitur)
reſtringeretur ad hæredes ab inteſtato vſque ad
quartum gradum iuxta veriorē & magis com-
munem opinionem referentam per Cephal. conſ.
442. num. 38. lib. 3. Rimінald. iunior. conſ. 446. n. 42.
lib. 4. Corn. conſ. 93. num. 26. lib. 2. Merlin. de legit.
lib. 1. tit. 2. quæſt. 9. num. 3. et 4. et num. 16. vbi ad
iſtum gradum reſtringit, & concordat opi-
niones, Gratian. diſcept. 724. num. 22. Cumque
Ioannes Angelus, & Sorores reperiantur vltra
quartum gradum cū Gabriele Defuncto nul-
lum poteſt conſiderari præiudicium de tem-
pore Gratiæ Corn. d. conſ. 34. num. 7. verſ. Et pro-
pterea iſte legitimatus lib. 1.
Neque vis facienda eſt in alia clauſula Ita
quod, & dictione Ipſius in d. Breui appoſitis ibi
Ita quod d. Io. Baptiſta in omnibus, et ſingulis bonis
paternis, et maternis ipſius Chriſtophori etiam ab in-
19 teſtato ſuccedere poſſit etc. quia de clauſula Ita
quod fuit dictum non eſſe de ſui natura reſtrin-
gere diſpoſitionem, ſed iuxta ſubiectam ma-
teriam ſtare demonſtratiuè, & ampliatiuè
iuxta tradita per Soccin. Senior. conſ. 24. num. 16. in
fin. Mart. de clauſul. par. 1. clauſ. 54. num. 2. Rot. corā
Seraphin. deciſ. 911. num. 7. et coram Buratt. deciſ.
20 9 0. num. 2. Prout eodem modo intelligenda
eſt dictio illa ipſius ſtare demonſtratiuè Becc.
conſ. 88. n. 38. et 39. Rot. in recent. deciſ. 198. n. 24.
par. 4. tom. 2. et coram Coccin. deciſ. 507. num. 5. et
6. cum ſeq. maxime in præſenti caſu, quia ſub-
ſequuntur alia verba demonſtrantia intentio-
nem Pontificis non fuiſſe d. ſucceſſionem re-
ſtringere, ſed illam relinquere ſub diſpoſitio-
ne iuris ibi In omnibus, et per omnia prout ſucce-
deret ſi ipſius Chriſtophori filius naturalis legitimus,
ac de legitimo matrimonio procreatus exiſteret.
Et ideo quotieſcumque non conſtat de vo-
luntate Principis expreſſa per aliquam taxati-
uam (quæ in præſenti caſu non adeſt) intelli-
genda ſemper ſunt verba illa ſtare potius de-
monſtratiuè, quam taxatiuè, ne detur contra-
21 dictio in eadem gratia, ac prorſus incongrua
in Arrogatione, quæ conceditur filio in omni-
bus, & per omnia, ac ſi eſſet verè filius legi-
timus, & naturalis, ac de legitimo matrimo-
nio procreatus Decian. conſ. 25. n. 6. lib. 5. Aldo-
brandin. conſ. 1. n. 113. Rotand. à Valle conſ. 67. n. 42.
vſque ad 46. verſ. quando ſunt facta lib. 3. Cephal.
conſ. 186. n. 11. et 12. Bertazzol. de clauſ. clauſ. 21.
gloſ. 22. num. 1. Menocch. conſ. 20. num. 16. lib. 1. verſ.
quæ ſane verba Rot. diuerſ. deciſ. 168. num. 11. &
12. par. 1. & coram Andrea deciſ. 100. num. 11. Caſtill.
deciſ. 70. num. 21. par. 1. & expreſſio bonorum
22 paternorum, & maternorum dicitur facta
cauſa frequentioris caſus ſuccedendi Strater. de
Feud. in 2. part. 9. part. principal. ſect. 2. num. 68. in
fine Ruin. conſ. 157. num. 19. verſ. ſed quando lib. 1.
Surd. conſ. 25. num. 33. Adden. ad Buratt. deciſ. 641.
num. 28. ante finem; non autem ad tollendos ef-
fectus arrogationis ex diſpoſitione iuris com-
munis competentes.
Et ab vno ex DD. fuit conſideratum, quod
ſi Arrogatio eſſet reſtricta ad bona paterna,
& materna tantum, Arrogatus eſſet excluſus
à bonis à Patre Arrogatore ex induſtria vel
alia de cauſa acquiſitis, quod valde videtur in-
uerisimile, & naturæ Arrogationis contra-
23 rium, cum non poſſit quis eſſe filius quo ad
vnum effectum, & quo ad alium non, iuxta
Gloſ. in cap. cum inhibitio §. quis verò verb. ſi ambo
Parentes de clandeſtin. deſponſat. Bald. in l. feniam.
num. 1. C. qui teſtament. fac. poſſ.
Immò ſi Papa voluiſſet reſtringere hanc
ſucceſſionem ab bona paterna, & materna
Chriſtophori Arrogantis, derogaſſet legibus
communibus in corpore iuris clauſis diſpo-
nentibus, quod Arrogatus ſuccedat Agnatis
Patris Arrogatoris, ex ſupra deductis, quæ de-
24 rogatio

4 rogatio erat facienda expressè, ac specificè, ita vt non sufficeret quæcunque alia derogatio quamus amplissima *Valenzuol cons. 184. num. 44. Mandell. cons. 164. num. 3. et seq. cum alys adductis per Rot. in recent. decis. 703. n. 2. par. 2. et decis. 342. num. 5. et 6. par. 14.* per Et tamen in præsenti de tali derogatione, nec generali, nec particulari constat.

25 Gratia autem prædictæ Arrogationis vltra præsumptionem, quæ militat pro illius iustificatione ex traditis *Gabr. cons. 23. num. 5. cum seq. lib. 1.* visa fuit iustificata per testes coram Senatore examinatos, & cum tali eorum depositione defunctos; nam deponunt, Ioannem Baptistam Pierettum fuisse filium q. Octauij, & esse liberũ à patria, & Auia potestate, quæ depositio testium non eliditur per fidem baptismatis productam pro parte Io. Angeli, ex qua apparet d. Io. Baptistam natum fuisse per duos menses ante contractum Matrimonium inter dictum Octauium, & Magdalenam de Garofolis, quia cum constet de Matrimonio solemni posteà in faciem Ecclesiæ contracto inter eamdem Magdalenam, & Octauium,
26 qui dictum Io: Baptistam filium traduxit in domum paternam, ibique eum semper retinuit vti talem, satis dicitur constare ad effectum, de quo agitur de filiatione, & legitimatione per subsequens Matrimonium *Angel. in §. final. auth. quib. mod. natural. effic. legit. Dec. in cap. inrauit. col. 1. de probat. Couarr. de spons. par. 2. cap. 5. §. 2. num. 1. Mart. de success. legal. par. 1. quæst. 18. art. 6. num. 19. Boss. de pat. potest cap. 1. sub num. 43. Reuerendiss. Fagnanus in cap. per tuas num. 23. & seq. de probat. Gratian. discept. 267. num. 14. & seq. & discept. 653. num. 1. & 2. & num. 75. & 76. Hodiern. ad Surd. dec. 145. num. 12. & 13. Rot. in recent. decis. 309. num. 15. par. 10.*

Ad Bullam S. Me. B. Pij V. de illegitim. placuit responsio, quod in primis debet constare de clara illegitimatione Io: Baptistæ, quod fuerit filius Christophori Arrogatoris, de quo nihil fuit probatum per nonnullos testes examinatos valdè suspectos, & de auditu loquentes, quorum depositiones non fuerunt
27 habitæ in vlla pœnitus consideratione; immò cum hodie agatur de hæreditate Gabrielis laici, non videbatur locus huiusmodi inspectioni *Lucidor. de illegit. cleric. cap. 28. nu. 1. Rot. diuers. decis. 214. per tot. par. 2. & in rec. dec. 30. num. 29. par. 7. coram Penia dec. 364. num. 15. repetita post 2. vol. cons. Farinac. decis. 82. num. 14.* nec Bullam comprehenderet bona Christophori Clerici Min. ordinum tantum, & pensionem, dum
28 vixit, retinentem iuxta dispositionem *Rot. diuers. dec. 487. num. 2. vers. quæ omnia par. 1.* & annuit etiam *Cherubin. in compend. Bullar. ad constitut. S. Me. B. Pij V. 117. schol. 2. Lucidor. de illeg. cap. 28. num. 7. & 8.*

Ex his itaque sufficere dictum fuit Io. Baptistæ quasi possessionem filiationis Christophori resultantem ex arrogatione auctoritate Principis facta, & executa, & per plures a-
29 ctus in summario Io: Baptistæ recensitos pro tali nom nato recognito, & approbato à Io: Angelo eiusque Sororibus, cui propterea non potest denegari immissio iuxtà *gloss. in l. 1. C. quorum bonorum & Mont. de success. legal. par. 1. quæst. 19. sub num. 12.*

Reliqua, quæ visa non sunt apta ad impediendam immissionem, ad petitorium iam in actis suspensum, fuerunt reiecta.

Et ità vtraque parte in hoc verè singulari, & exemplari articulo acerrimè informante fuit resolotum.

Ioannes Carolus Vespignanus.

R.P.D. MARCELLI SEVEROLI

Vtriusque Signaturæ Referendarij.

Discursus in causa.

ROMANA MERCIVM

Inter

Vniuersitatem Ephippiariorum Vrbis vulgo Sellari;

Et

Cerdones, seù Calceorum Sarcinatores;

ARGVMENTVM.

Plenè, & luculenter discutitur an ars ad certos Artifices spectans ab Artificibus alterius artis possit exerceri, quæue adimpleri debeant ad illam exercendam, & an Opificum Collegia, & Vniuersitates Artium possint condere statuta circa res eorum Artem concernentes, & ista seruari debeant, & quomodo.

SVMMARIVM.

1 *Ars vnius non debet ab alio exerceri, &* nu. seqq.
2 *Cappellarij non possunt pileis imponere ornamenta, quæ vocantur* Cairelli *in præiudicium Berectariorum.*
3 *Sutores non possunt exercere artem, quæ dicitur* delli Giubbonari.
4 *Chyrothecarij non possunt facere calceamenta mulierum nisi sint auro, serico, & odoribus ornata.*
5 *Ephippiarij nõ possunt facere ea, quæ frænarijs competunt.*
6 *Pannifices non possunt conficere quosdam pannos inferiores.*
7 *Offellarij non possunt facere confectionem quarundã rerum ibidem expressarum.*
8 *Artifex volens exercere aliam artem tenetur se ad illius Collegium admitti facere, & omnia ad illam artem spectantia obseruare, &* num. 12. 13. 14. 15. & 17.
9 *Artifex in matricula Artificij non descriptus artifex dici non potest.*
10 *Statuta condita à Collegio Artificum sunt valida etiam non confirmata à Principe, quando Collegium ipsum fuit approbatum.*
11 *Statutum, quod volens exercere artem sit approbatus est iustum.*
16 *Artes duas personam vnam exercere non implicat.*
18 *Artifex non potest vti signo, & marca alterius.*

Licentia

19 *Licentia conceſſa vni perſonæ, extinguitur cum ipſa perſona.*
20 *Et finito officio concedentis extinguitur* i *contrarium* ibidem.
21 *Conſenſus vnius non ſufficit quando plurium requiritur.*
22 *Licentia prohibitionem præſupponit.*

VOTVM XI.

DECRETVM Excellentiſſimorum IDD. Conſeruatorum Vrbis concedens Cerdonibus, ſiuè Calceorum Sarcinatoribus facultatem fabricandi, & retinendi Ephippia vulgo *Selle*, habenas, & res alias ad Ephippiariorum vulgo *Sellari* artem pertinentia, reuocandum cenſeo, vti publico bono, & Reipublicæ ſtatui perniciosum, ac Iuſtitiæ diſtributiuæ contrarium, iuxtà quæ abſurdum reputatur officia, & artes confundi, & promiſcuis actibus turbari, ne alias ipſa Reſpublica priuetur commodo, vt vnicuique Opificio poſſit onus, vel munus ab ipſa iniungi, & ne ipſi Artifices ſibi inuicem lucrum detrahant, & alter alterius damno ſtudere videatur, ac cum
1 aliena iactura locupletari, iuxta latè tradita per *Cabed. deciſ. Luſitan.* 158. *par.* 1. vbi inde in Senatu illo latam fuiſſe ſententiam refert, qua fuit prohibitum, ne Artifices, quos ipſi *Soimbreiros*, hoceſt Pileorum artifices vocant, apponerent in Galeris *os caireis*, quos nos *Cairelli* vocamus ſiue per ſe, ſiue per vxores ſuas in
2 præiudicium aliorum, quos *Signeiros*, hoc eſt Pilopęos apud nos *Berettari*, vocant, ad quorũ artificium hoc propriè ſpectabat *Io. Franciſcus de Ponte in Pragm. Regn. Rubr. de Magiſtr. Art. n.* 2. *verſ. & nos ſententianimus* vbi quod ob id in Sacro Conſilio Neapolitano fuit deciſum, quod
3 Sutores nõ poſſint exercere artem *delli Gimbbonari* vulgo dictam, cuius reſolutionis meminerunt etiam *Nouar. commen. in eaſdem Pragm. in ead. rubr. nu.*4. *& Io. Baptiſt. de Thoro in compend. deciſ. par.* 2. *verb. Artifex* vbi latè probat ex ſupradictis, & alijs ibi traditis rationibus non li-
4 cere Chyrothecarijs Mulierum calceamenta facere in præiudicium Calceolariorum, niſi ſint auro ſerico, & odoribus ornata, cum tunc ſint difformia ab exercitio Calceolariorum, qui ſérico auro, & odoribus non vtuntur *Berlich. deciſ.* 26. *per tot. par.* 1. vbi omnia ſupradicta iura plenè exornat; & ex illis à ſcalinatu,
5 & vniuerſitate Lipſienſi approbatum dicit Ephippiarijs non licere ea conficere, quæ Frœnarijs competunt, quamuis iſtæ artes videantur inter ſe connexæ, & vna ab alia dependens, quam reſolutionem etiam refert *Philipp. Knipſchid. de Iurib. & Priuileg. Ciuit. Imperial. lib.* 5. *cap.* 2. *num.* 81. vbi principalem concluſionem egregiè firmat, & exornat *Benedic. Carpzou. lib.* 1. *reſponſ. Electoral. tit.* 5. *reſponſ.* 47. *per tot.* vbi plenè per rationes ſupradictas probat non licere pannificibus conficere quoſdam pannos
6 ab inferioris Germaniæ populis excogitatos, & refert ita à Senatu Saxoniæ fuiſſe demandatum, *Cæſar Carena reſolut.* 164. qui pariter rationes in principio deductas latè firmat non
7 licere Offellarijs facere confectionem, & fabricationem vt vulgo dicitur *delli Marzapani, Caliſſoni, Confecti di Zuccaro, e Moſtazzini ſenza paſta* in præiudiciũ Aromatariorum, ad quorũ artificium hoc propriè pertinere videtur, ſubdens ità fuiſſe à Senatu Mediolanenſi deciſum, & *Ahaſuer. Fritſch. exerc. Iur. Publ. par.* 1. *exercit.* 16. *de libert. natur. reſtric. theſ.* 44. *& ſub theſ.* 47. *in fin. pag. mihi* 788. *&* 790. vbi refert eamdem reſolutionem, quam *Carpzouius* contra Pannificos à Senatu aulico Electorum Saxoniæ emanatam tradit.

Vel ſaltem ſi hoc ipſis Cerdonibus valebit permitti non aliter hoc fieri poterit, niſi in albo eorumdem Ephippiariorum fuerint deſcripti, & in eorum collegio ſe aggregauerint, ac omnia alia, quæ in eorum Statutis mandantur ſeruauerint, & adimpleuerint, & ſignanter diſpoſita in *cap.* 34. nempè *che neſſuna perſona poſſa aprir bottega ancora che fuſſe tenuto per ſufficiente &c. ſe prima non fà la ſua eſamina conueniente, cioè Sella, e fornimento &c. e fatta che hauerà la dett' eſamina ſe ſarà trouato idoneo, e ſufficiente ſia ammeſſo, & accettato &c. però ſia obligato pigliare la ſua carta &c. e pagare &c.* nam quando quis non eſt de Collegio alicuius artis, nec ſub eiuſdem Statuto comprehenſus, ſi vult eas res, quæ ad illud Collegium, & artem ſpectant ſibi attribuere eaſdem conficere, vendere, & cum illis negotiari, id minimè facere poterit, niſi ſe in illud Collegium recipi petiit, ſeq; illi, & eius Statutis conformauerit, & omnia
8 alia, quæ reliqui Collegiati facere tenentur præſtet, & obſeruet vt egregiè, & plenè tradit *Berlich. deciſ.* 150. *num.* 28. *& ſeqq. par.* 1. quem ſequitur *Marquard. de Mercatur. lib.* 3. *cap.* 1. *nu.* 5. *& ſeqq.* vbi *num.* 7. dicit indè eam oriri concluſionem quod ille, qui in matricula Artis, ſeù Opificij deſcriptus non reperitur, Artifex,
9 & Opifex diiudicari non debet, de qua *Roland. conſ.* 99. *num.* 33. *vol.* 2. *Cranett. conſ.* 138. *num.* 5. cum alijs per *Seſſe deciſ. Aragon.* 143. *num.* 6. *& per tot. par.* 2. *& Fermoſin. in cap. cum cauſam* 13. *de probation. qu.* 3. *nu.* 31. *& ſeqq. Benedic. Pereyra in Accadem. ſeù Republic. litterar. lib.* 3. *qu.* 4. *alias num.* 365. *& ſeqq.* qui omnes latiſſime matriculæ obligationem, conditiones pro deſcriptione in illa requiſitas, & effectibus ex ea reſultantibus tradunt, & exornant.

Nec dubitari poteſt de prædicti Statuti validitate, & iuſtitia, quia quoad validitatem ſatis eſt dicere, quod fuerit conditum à toto Collegio, & Vniuerſitate, quorum cum ſit proprium huiuſmodi condere, & iura ſimilia dicere, illa ligant, & valida iudicantur etiam ſi nulla alia præceſſerit ſuperioris authoritas, vel confirmatio fuerit ſubſequuta, quoniam eo ipſo, quod Collegium eſt approbatum, ita illius Statuta abſque vlteriori Principis, vel
10 Superioris confirmatione remanent à communi Iure approbata, & confirmata, vt latè probant *Vlter. in l. vlt. num.* 18. *verſ. verius in C. de Iuriſd. Beſold. de Iur. Colleg. cap.* 2. *ſub num.* 2. *Bero. conſ.* 7. *num.* 10. *& conſ.* 158. *num.* 1. *& ſeqq. vol.* 3. *benè Berlich. dic. deciſ.* 150. *numer.* 15. 18. *& ſeq. ac per tot. lib.* 1. *Carpzou. Iuriſpr. Forenſ. par.* 2. *conſt.* 0. *defin.* 9. *Marquard. de Mercat. dic. lib.* 3. *cap. tamen* 2. *num.* 1. *&* 11.

Quo

Quo verò ad iustitiam illa apertè deducitur
ex tenore ipsiusmet Statuti mox relato, in quo
præcipitur, quod ad hoc vt quis artem aliquã
exercere possit, debet priùs esse examinatus,
& approbatus, ac idoneus repertus, quod qui-
11 dem est omninò necessarium, & à iure Statu-
tum pro similibus artibus, & opificijs exer-
cendis, vt benè firmant *Cabed. dic. decis.* 158.
*num.3. par.*1. vbi quod qui alterius artem vult
exercere, debet esse examinatus, & fieri de il-
12 lius artis Collegio *Abasuer. Fritsch. dic. exercit.*
16. *de Libert. natural. restric. thes.*44. *vers. & si qui-
dem* vbi quod quoniam sæpius plus artis sibi
homines adscribunt, quam tenent, interest
13 Reipublicæ non omnibus promiscue artibus
se tenere iactantibus id concedere, nisi in ea
fuerint probati *Mart. Stephan. de Iurisd. lib.2.
par.2. cap.8. num.*54. vbi expresse dicit nemi-
nem in Opificum Collegium, vel ad Opifi-
cum exercitium esse admittendum, nisi edo-
14 ceat se per legitimum tempus Opificium di-
dicisse, cursuque peregrinationis peracto, &
præuio examine artis suæ specimen dignum
ediderit, quia aliàs præiudicium, & damnum
Reipublicæ inferretur, si Idiotæ, & imperiti
ad exercendam artem, quam non dum perfe-
ctè didicerunt, admitterentur, quæ etiam re-
petit *Knipschild. de Iurib. & Priuileg. Ciuit. Impe-
rial. dic. lib.5. cap.2. num.30. & 31.* vbi latè *Ri-
chter. decis.80. num.41.*

Coadiuuantur omnia prædicta ex decreto
emanato vsque & sub *die* 30. *Decembris* 1590.
per eosdemmet DD. Conseruatores in dicto
Statuto registrato, in quo expressè cauetur om-
nes vendentes res ad artem Ephippiariorum
spectantes esse subiectos eorumdem Vniuer-
sitati ibi: *Statuerunt, & maudarunt, quod omnes,
& singuli, qui quomodolibet retinebunt bona spectan-
tia, & pertinentia ad artem Sellarij, vel illa labo-
rabunt, seù quomodolibet vendent publicè, vel occul-
tè, quod sint, & esse debeant subiecti Consulatui Sel-
lariorum Vrbis &c. sicq; &c. decreuerunt &c.* qua-
re cum negari non possit, quin Ephippia, vul-
go *Selle*, Habenæ, & similia ad Ephippiariorũ
artem pertineant, Cerdones, qui eas fabricare,
& retinere volunt, omninò debent habere
qualitates ab illorũ Statuto requisitas, quam-
uis ipsi haberent proprium Collegium, ac pro-
prijs Statutis gubernarentur, nam quando
15 quis vult diuersas artes, diuersaque opificia
exercere ad vtriusque Collegij Statuta, & o-
nera obligatur iuxta *Roman. cons.*422. *num.*1. *in
fin. ac per tot. Knipschild. dic. lib.5. cap.2. num.*36.
*in fin. Carpzou. Iurisprud. Forens. par.3. const.*18.
de fin. 26. *nu.*12. *D. Io: Baptista de Luca in Theatr.
Verit. & Instit. tom.2. de Regalib. discurs.99. nu.5.*
Quia non implicat vnam eamdem personam
16 duabus artibus esse addictam, iuxta plene tra-
dita per *Vincen. de Franch. decis.* 175. *& ibi Ad-
dentes & dic. D. de Luca de Regalib. discurs.* 98.
num.9.

His additur etiam Edictum eorumdem
Ephippiariorum publicatum de *anno* 1652. sub
die 24. *Maij*, in quo inter cętera habetur, *che
quelli, li quali non sono approuati dall'arte non possi-
no lauorare, ò far lauordre Carrozze, e robba, e noua,
e vecchia concerneme alla dett'arte fuori delle botte-
ghe senza licenza de Consoli, e che paghino quello, che
ordineranno li detti Consoli* quam licentiam cum
non habeant Cerdones Aduersarij, nullatenus
dicta Ephippia, & res alias ad Ephippiariorum
artem spectantes valent retinere, nisi eorumdẽ
Statuta adimpleuerint, & suorum Consulum,
17 licentiam obtinuerint, vt specificè tradit *An-
tolin. in Thesaur legal. Vniuers. Artific. Vrb. in an-
not. ad cap.*13. *lit. A siue num.* 9. *&* 10. *pag. mihi*
102. *& seq.* vbi quod iure optimo interdicitur
exercitium artis absque Consulum licentia,
ne quis artis ignarus artem exercendo deur-
pet, & ob hanc rationem validè prohiberi, ne
quis inuisis alijs Artificibus, seù illorum Con-
sulum se in exercitium artis intrudat. Et com-
probatur ab eo, quod tradunt DD. de illis Ar-
tificibus, qui alterius signo, & Marca vtun-
18 tur, quod nempè alijs inuisis, & contradi-
centibus non permittatur, & prohibeatur de
quo *Gulielm. Benedict. in cap. Raynutius in Verb.
Rainutius de Clero numer.*59. *de Testam. Cassan. in
Catalog. glor. mund. par.1. conclus.32. & 34. Perez
de Lara de Anniuersar. lib.1. cap.7. nu.36. & lib.2.
cap.4. num.134. Xamarr. de Offic. Iudic. & Aduo-
cat. par 1. qu.9. num.263. Gratian. discept. Forens.
cap.658. num.2. Morla in Empor. Iur. par.1. tit.9.
num.111. Theodor. Hoeping. de Iur. Insign. & Ar-
mor. cap.6. par.8. num.1325. & seqq. Marquard. de
Mercatur. lib.3. cap.9. num.80. Gibalin. de Vniuers.
rer. human. negotiat. lib.1. cap.5. artic. 3. sub num.*
17. *vers. Idem omnino dici debet pag. mihi* 147.

Nec Cerdonibus suffragari poterit licentia
per vnum ex Consulibus concessa q. Clemen-
ti Zannetto vsque ab anno 1656. Tum quia
fuit personalis, ac soli Zannetto concessa,
19 quæ proindè ipsius personam egredi non va-
let, sed cum ipso remansit extincta *Rot. in re-
cent. decis.*659. *num.*3. *par.4. tom.3.* Tum quia
finito officio Consulis concedentis remanũt
20 sine robore, & efficacia iuxta tradita per *Gra-
tian. discept. Forens. cap.*370. *num.9. cum alijs per
Giurb. cons. Criminal.* 12. *num.*19. *& seqq. & Rot.
in recent. decis.*194. *num.*21. *par.4. tom.2.* licet in
hoc contrarium punctualiter probet *Io. Baptist.
Gargiar. decis. Magistrat. Tribun. Pleb. Bonon.*56.
de quo tamen alibi: Tum quia dicta facultas,
seù licentia fuit nulla, & inualida cum fuerit
concessa solum ab vno ex Consulibus cum ta-
men Statutum ab omnibus Consulibus con-
cedi mandet, nec proindè vnius fori consen-
21 sus sit sufficiens, quando amborum requiritur
*Rot. coram Dunozett. Iun. decis.*986. *num.*7. Tum
demum quia ex eadem licentia potius coadiu
uatur intentio nostrorum principalium, quod
nempè dictus Zannettus subiecerit se examini
ac omnia alia adimpleuerit pro dicta licentia
obtinenda à Statutis requisita, quodque non
potuisset sine illa licentia Ephippia, & alia ad
artem Ephippiariorum spectantia fabricare,
22 & retinere, cum licentia semper præsuppo-
nat prohibitionem *Rot. in recent. decis.*136. *num.*
11. *par.6. & decis.*116. *num.*20. *par.7.*

Et ità saluis &c.

Marcellus Seuerolus &c.

F I N I S.

INDEX

INDEX MATERIARVM ET CONCLVSIONVM

Quæ in his Decisionibus continentur.

A

AD-

Quo veró ad iustitiam illa apertè deducitur
ex tenore ipsiusmet Statuti mox relato, in quo
præcipitur, quod ad hoc vt quis artem aliquã
exercere possit, debet priùs esse examinatus,
& approbatus, ac idoneus repertus, quod qui-
11 dem est omninò necessarium, & à iure Statu-
tum pro similibus artibus, & opificijs exer-
cendis, vt benè firmant *Cabed. dic. decis.* 158.
num. 3. *par.* 1. vbi quod qui alterius artem vult
exercere, debet esse examinatus, & fieri de il-
12 lius artis Collegio *Ahasuer. Fritsch. dic. exercit.*
16. *de Libert. natural. restric. thes.* 44. *vers. & si qui-*
dem vbi quod quoniam sæpius plus artis sibi
homines adscribunt, quam tenent, intereit
13 Reipublicæ non omnibus promiscue artibus
se tenere iactantibus id concedere, nisi in ea
fuerint probati *Mart. Stephan. de Iurisd. lib.* 2.
par. 2. *cap.* 8. *num.* 54. vbi expresè dicit nemi-
nem in Opificum Collegium, vel ad Opifi-
cum exercitium esse admittendum, nisi edo-
14 ceat se per legitimum tempus Opificium di-
dicisse, cursuque peregrinationis peracto, &
præuio examine artis suæ specimen dignum
ediderit, quia aliàs præiudicium, & damnum
Reipublicæ inferretur, si Idiotæ, & imperiti
ad exercendam artem, quam non dum perfe-
ctè didicerunt, admitterentur, quæ etiam re-
petit *Knipschild. de Iurib. & Priuileg. Ciuit. Impe-*
rial. dic. lib. 5. *cap.* 2. *num.* 30. & 31. vbi latè *Ri-*
chter. decis. 80. *num.* 41.

Coadiuuantur omnia prædicta ex decreto
emanato vsque & sub *die* 30. *Decembris* 1590.
per eosdemmet DD. Conseruatores in dicto
Statuto registrato, in quo expresè cauetur om
nes vendentes res ad artem Ephippiariorum
spectantes esse subiectos eorumdem Vniuer-
sitati ibi: *Statuerunt, & mandarunt, quod omnes,*
& singuli, qui quomodolibet retinebunt bona spectan-
tia, & pertinentia ad artem Sellarij, vel illa labo-
rabunt, seù quomodolibet vendent publicè, vel occul-
tè, quod sint, & esse debeant subiecti Consulatui Sel-
lariorum Vrbis &c. sicq; &c. decreuerunt &c. qua-
re cum negari non possit, quin Ephippia, vul-
go *Selle*, Habenæ, & similia ad Ephippiariorũ
artem pertineant, Cerdones, qui eas fabricare,
& retinere volunt, omninò debent habere
qualitates ab illorũ Statuto requisitas, quam-
uis ipsi haberent proprium Collegium, ac pro-
prijs Statutis gubernarentur, nam quando
15 quis vult diuersas artes, diuersaque opificia
exercere ad vtriusque Collegij Statuta, & o-
nera obligatur iuxta *Roman. cons.* 422. *num.* 1. *in*
fin. ac per tot. Knipschild. dic. lib. 5. *cap.* 2. *num.* 36.
in fin. Carpzou. Iurisprud. Forens. par. 3. *const.* 18.
de fin. 26. *nu.* 12. *D. Io: Baptista de Luca in Theatr.*
Verit. & Iustit. tom. 2. *de Regalib. discurs.* 99. *nu.* 5.
Quia non implicat vnam eamdem personam
16 duabus artibus esse addictam, iuxta plene tra-
dita per *Viocen. de Franch. decis.* 175. *& ibi Ad-*
dentes & dic. D. de Luca de Regalib. discurs. 98.
num. 9.

His additur etiam Edictum eorumdem
Ephippiariorum publicatum de *anno* 1652. sub
die 24. *Maij*, in quo inter cætera habetur, *che*
quelli, li quali non sono approuati dall'arte non possi-
no lauorare, ò far lauorare Carrozze, e robba, e noua,
e vecchia concernente alla dett'arte fuori delle botte-
ghe senza licenza de Consoli, e che paghino quello, che
ordineranno li detti Consoli quam licentiam cum
non habeant Cerdones Aduersarij, nullatenus
dicta Ephippia, & res alias ad Ephippiariorum
artem spectantes valent retinere, nisi eorumdẽ
Statuta adimpleuerint, & suorum Consulum
17 licentiam obtinuerint, vt specificè tradit *An-*
tolin. in Thesaur legal. Vniuers. Artific. Vrb. in no-
not. ad cap. 13. *lit. A fine num.* 9. & 10. *pag. mihi*
102. *& seq.* vbi quod iure optimo interdicitur
exercitium artis absque Consulum licentia,
ne quis artis ignarus artem exercendo detur-
pet, & ob hanc rationem validè prohiberi, ne
quis inuisis alijs Artificibus, seù illorum Con-
sulum se in exercitium artis intrudat. Et com-
probatur ab eo, quod tradunt DD. de illis Ar-
tificibus, qui alterius signo, & Marca vtun-
18 tur, quod nempè alijs inuisis, & contradi-
centibus non permittatur, & prohibeatur de
quo *Gulielm. Benedict. in cap. Raynutius in Verb.*
Rainutius de Clero numer. 59. *de Testam. Cussan. in*
Catalog. glor. mund. par. 1. *conclus.* 32. & 34. *Perez*
de Lara de Anniuersar. lib. 1. *cap.* 7. *nu.* 36. & *lib.* 2.
cap. 4. *num.* 134. *Xamarr. de Offic. Iudic. & Aduo-*
cat. par 1. *qu.* 9. *num.* 263. *Gratian. discept. Forens.*
cap. 658. *num.* 2. *Morla in Empor. Iur. par.* 1. *tit.* 9.
num. 111. *Theodor Hoeping. de Iur. Insign. & Ar-*
mor. cap. 6. *par.* 8. *num.* 1325. *& seqq. Marquard. de*
Mercatur. lib. 3. *cap.* 9. *num.* 80. *Gibalin. de Vniuers.*
rer. human. negotiat. lib. 1. *cap.* 5. *artic.* 3. *sub num.*
17. *vers. Idem omnino dici debet pag. mihi* 147.

Nec Cerdonibus suffragari poterit licentia
per vnum ex Consulibus concessa q. Clemen-
ti Zannetto vsque ab anno 1656. Tum quia
fuit personalis, ac soli Zannetto concessa,
19 quæ proindè ipsius personam egredi non va-
let, sed cum ipso remansit extincta *Rot. in re-*
cent. decis. 659. *num.* 3. *par.* 4. *tom.* 3. Tum quia
finito officio Consulis concedentis remansit
20 sine robore, & efficacia iuxta tradita per *Gra-*
tian. discept. Forens. cap. 370. *num.* 9. *cum alijs per*
Giurb. cons. Criminal. 12. *num.* 19. *& seqq. & Rot.*
in recent. decis. 194. *num.* 21. *par.* 4. *tom.* 2. licet in
hoc contrarium punctualiter probet *Io. Baptist.*
Gargiar. decis. Magistrat. Tribun. Pleb. Bonon. 56.
de quo tamen alibi: Tum quia dicta facultas,
seù licentia fuit nulla, & inualida cum fuerit
concessa solum ab vno ex Consulibus cum ta-
men Statutum ab omnibus Consulibus con-
cedi mandet, nec proindè vnius fori consen-
21 sus sit sufficiens, quando amborum requiritur
Rot. coram Dunozett. Iun. decis. 986. *num.* 7. Tum
demum quia ex eadem licentia potius coadiu
uatur intentio nostrorum principalium, quod
nempè dictus Zannettus subiecerit se examini
ac omnia alia adimpleuerit pro dicta licentia
obtinenda à Statutis requisita, quodque non
potuisset sine illa licentia Ephippia, & alia ad
artem Ephippiariorum spectantia fabricare,
22 & retinere, cum licentia semper præsuppo-
nat prohibitionem *Rot. in recent. decis.* 136. *num.*
11. *par.* 6. & *decis.* 116. *num.* 20. *par.* 7.

Et ità saluis &c.

Marcellus Seuerolus &c.

FINIS.

INDEX

INDEX MATERIARVM ET CONCLVSIONVM

Quæ in his Decisionibus continentur.

 Accu-

AD-

quipol-

decla-

B

Bene-

& vi-

C

CAVTELA.

Ex-

Clau-

ad

Con-

Pro

D

DECENDIVM

De-

dominij

Ad

F

Fæ-

vbi

Item

Filij

G

cedente

H

lum

I

De

IN-

De-

Con-

Iuris-

L

Licet

Lega-

Ex

N

O

Ad

potius

Emens

PERI

Cum

Pro-

Cro-

Sec-

QVOTA

R

RATA

Per

Remi

De

S

Sen-

nis

Iudi-

Statu-

Iaco-

Te-

V

Vnio

FINIS.





